Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
14
12 L
23/11

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

Coll. Rom. Soc. Iesu. cat. inscrip. B. 5.
14-12-L-

# HIERONYMI CAGNOLI

## PATRICII VERCELLENSIS,

Equitis & Iuriſconſulti Præſtantiſſimi Commentaria

## IN TITVLVM DIGESTIS DE REGVLIS IVRIS,

Omnibus non minus vtilia, quàm neceſſaria.

*Recenti huic omnium editioni præter diligentiſſimam ab omnibus vitijs caſtigationem, nouæ ipſius auctoris Additiones paſſim interiectæ ſunt, ac huiuſmodi ſtellulis ** in fronte ſignatæ: in quibus multa prius non abſoluta abſoluit, plura explicuit, non pauca exornauit.*

Cum Summarijs, & Indice longè quàm antea copioſiſſimo: ac priuilegio Summi Pontificis, Senatusq; Veneti.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

*VENETIIS, APVD LVCAM ANTONIVM IVNTAM. M D LXVI.*

ILLVSTRISSIMO AC REVER.mo

S. R. E. CARD. GVIDONI

FERRERIO,

## *Joannes Maria Iunta. S. P. D.*

QVÆ res immenſam apud homines homini gloriam conciliant, eędem, mea quidem ſententia, ſolidiorem quoque eam fœlicitatem comparare facillimè poſſunt, quæ perpetuitati coniuncta in ſummi Dei intuitu poſita eſt: neq; ſi rectè ſentiamus, aliud eſt quod Deo, aliud quod ſapientibus hominibus placet. Nam, quum viuendi nobis duplex inſit ratio, altera quæ in rerum contemplatione, altera quæ in agendo verſatur, ſiue vnam ſiue alteram ſequamur, de virtute ſtudium eſt, atq; in hoc Dei optimi ſapientiſſimi naturã ęmulamur, dum multa ſcire, dum iuſtitiam, prudentiam, modeſtiam, liberalitatem, & virtutes alias in agendo exercere contendimus: quæ omnia & Deo ipſi gratiſſima eſſe certò ſcimus, & à ſapientibus ęquè ac rudibus, optimis & improbis hominibus expeti quotidie animaduertimus. Sanè quid familiam tuam FERRERIE Illuſtriſſime ad eam gloriam euexerit, in qua ampliſſima nunc & clariſſima cum bonorum omnium plauſu poſita eſt, non eſt, vt ſumpto longinquius principio tibi explicem: illud ſolùm in mediũ reuocabo, quod mihi frequenter in mentem venit, Cardinalium Bononienſis & Hyporegienſis, qui auo tuo fratres fuere, & rurſus Hyporegienſis alterius ac Ferrerij, patruorum tuorum laudes, & demum tuam ipſius gloriam. Conſentit certè totus orbis, ex virtutibus, ex præclarè factis, ex meritis has laudes & hanc gloriam effluxiſſe. Quis enim ignorat quantùm & rerum intellectione & in agendo prudentia, ac recta & inculpata viuendi ratione maiores tui Cardinales valuerint? magiſtratus profectò

(quod dici ſolet) oſtendit virum. At verò quid de te ipſo dicam, quem vix in trigeſimo ætatis anno conſtitutum Vercellenſem Epiſcopum, mox apud Rempu. Venetam pro Pont. Max. Oratorem, de hinc Cardinalem video? Confirmant hęc me in ſuperiori ſententia, idem apud Deum Opt. Max. gratiam, & apud homines gloriam conciliare. Te enim quid in magnornm principum, præſertimq; Romani totius Collegij, & Reip. Venetæ gratiam poſuerit, & in iſto amplo ſubſellio collocauerit, in quo tantam Chriſtianæ reip. partem refers, res eſt manifeſta omnibus: nempe hęc virtutum tuarum meritis eſſe aſſequutum. nota eſt enim pietas in primis erga Deum, vita Chriſtiano homine digna, in magnis tractandis rebus dexteritas & ſingularis prudentia, quæ omnia & Deo à quo primùm emanant, ſunt gratiſſima, & hominibus admirabilia. Quid autem de humanitate & modeſtia tua dicam? Quid reliqua præſtantis animi atq; ingenij bona commemorem? Hęc totus orbis & cognoſcit & experitur & prædicat. Hęc FERRERIE Opt. & alios, & nos ipſos in tui venerationem ſummopere excitarunt. Nunc autem, quando in me tibi nullo vſu aut conſuetudine notum, te præſtitiſti tam munificum, vt celeberrimi illius Cagnoli lucubrationes, quas in theſauris tuis habebas, dono mihi dederis, & publico ſtudioſorum commodo, pręlo vt excudam, ſuaſeris; tam arcto me tibi ſeruitutis vinculo deuinxiſti, quod diſſolui nunquam poſſit, dum vitam viuam. Eſt hic profectò vt animi tui non inuidi magnitudinem quiuis ſpectet, qui contra quàm Alexander ille magnus de naturalibus Ariſtotelis libris deſiderauerit, ea promulgari & impartiri omnibus vltro ſtudeas, quæ tibi in bibliotheca recondita, priuato vſui & exiſtimationi maximę eſſe poterãt. Debebunt ergo ſibi legum ſtudioſi, quando tua opera, tam præclara clariſſimi viri ſcripta è ſepulchro prodeunt, & in lucem exeunt. debebit Cagnolus ipſe, cuius tu hominis memoriam interire non es paſſus. nos verò etiam officij ergo nos tui, cuius memoria nunquam excidet, habebimus perpetuas gratias. Quod ſuper eſt, ſuſcipe CARD. Ampliſs. Cagnolum tuum reuiuiſcentem lęto

animo,

animo, vt doctos viros ſoles, & tuere authoritate tua; nos verò etiam ama, & quicquid opera noſtra poteſt efficere, de nobis ipſis tibi pollicere. Vale. Venetiis. M. D. LXVI.

# NICOLAI ANTONII GRAVATII I. C. CALABRI.

## *CARMEN.*

*POSTQVAM conuexum tetigit vox publica cœlum,*
*Iuris, ſumme Pater, ſit tibi cura ſacri.*
*Sanctæ heu iam tenebris leges voluuntur amaris,*
*Et gyros quot nec iam Labyrinthus habet.*
*Tum DEVS omnipotens miſerans incommoda noſtra,*
*En, ait, ætherea conditione virum.*
*Mox ſupero ingentem placidus demiſit Olympo*
*CAGNOLVM, terris lux & oborta noua eſt.*
*Iam legum ambages abeunt, tenebræq; recedunt:*
*Quæq; obſcura micant, abdita quæq; patent.*
*Quiſquis aues igitur iuris penetralia adire,*
*Egregium in primis hunc tibi ſume Ducem.*

# ILLVSTRISSIMO ET REVER.^{mo} D. GVIDONI FERRERIO, S. R. E. PRESBYTERO CARD. VERCELLENSI.

## Baptiſta Cagnolus.

HERONYMVS CAGNOLVS *frater meus ita ſemper communi hominum vtilitati, commodisq́; ſeruiuit, vt re, & conſilio benignus eſſet in omnes; & doctrinæ fructus, cui ſe dediderat, cū eiuſdem ſcientiæ ſtudioſis libentiſſimè communicaret. Itaque præter illa eius ingenij & induſtriæ monimenta, quæ litteris mandata ſunt, has quoque ex commentationibus, meditationibusq́; Patauinis, vbi ius Ciuile publicè aliquod annos magna cum laude eſt interpretatus, legum explanationes peruulgare conſtituerat: ſed huic fratris meis præclaro conſilio immatura mors obſtitit. Quod à patre poſteritati deſtinatum officium, cùm poſtea filij Sebaſtianus, & Octauianus expreſſæ paterni animi, & ingenij imagines, perſoluere inſtituiſſent, & ipſi conſequentibus prope funeribus elati, triſtiſſimum nobis expectatæ, ac certæ iam virtutis deſiderium reliquerunt. Quamobrem meas partes eſſe intelligo, & fratris, & eius ſimillimorum filiorum hæc cogitata, atq; adeò inchoata, perficere. Nam, præter domeſtici officij neceſſitatem, maximè id à me poſtulat, Guide Ferreri Cardinalis ornatiſſime, voluntas & auctoritas tua. Qui, cùm fratrem meum vnicè dilexeris, eius etiam memoriæ, & immortalitati conſulens, hæc, vt in lucem proferrem, me vehemēter es cohortatus. Prodeunt igitur in aſpectum hominum Hieronymi Cagnoli, vt appellantur, lecturæ, clariſſimo tuo nomini dicatæ. Cui, cū & ipſum plurimi feceris, & familia noſtra tuo, ac maiorum tuorum perpetuo patrocinio tecta, & aucta fuerit, omnia à nobis meritò deberi, profitemur. Deum precor, vt beneficæ tuæ voluntati parem bene merendi facultatem largiatur.*

# HIERONYMI CAGNOLI
## PRÆCLARISSIMI IVRISC.
## VITA,

EX LIBELLO DE VIRIS ILLVSTRIBVS,

*Per Excellentiſs. I. C. Mantuam Patauinum edito, excerpta.*

HIERONYMVS Cagnolus Vercellẽſis, Excellentiſſimi Subaudiæ Ducis Senator, Eques, & Iuriſconſultus diſertiſſimus, Taurini multo tempore docuit, poſtea hîc, & tunc maximè floruit, Anno 1546. poſt Alexandrini mortem, ſumqúe ego pariter cum eo congreſſus, vſq; ad Tyberij Deciani Vtinenſis viri alioquin doctiſſimi, & eruditiſſimi aduentum, qui in eius locum poſtea ſuffectus eſt, egregia reliquit in ordinarias partes matutinas commentaria, & ſimul de reg. iuris. pluraqúe alia edidiſſet, niſi ineuitabile fatum ſibi vitam eripuiſſet, antequam ſexageſimum ( vt mihi dixerat pridie quàm moreretur, quæ fuit 1. Febr. 1551.) attigiſſet annum.

MOtu proprio &c. Cum ſicut accepimus dilectus filius Lucas Anto. Giunti Bibliopola, ſeu Typographus, aut librorum impreſſor Venetiarum quod opera a dilecto etiam filio Hieronymo Cagnolo iure conſulto Vercellen. compoſita hactenus in lucem non edita videlicet. Lecturas ſeu lectiones in primam & in ſecundam partes Pandectarum.ff. veteris ac in primam & ſecundam partes Codicis, necnon addictiones & annotationes ſuper volumine de titulo.ff. de regulis iuris, ſuis propriis impenſis imprimere, ſeu imprimi facere intendat, ſed dubitet ne huiuſmodi opera poſt eorum primam editionem ab aliis abſque eius licentia paſsim imprimantur, & ſuorum laborum premio fruſtretur, quod in maximum eius præiudicium tenderet, atque detrimentum. Nos propterea eiuſdem Lucæ Antonij indennitati conſulere volentes Motu ſimili & ex certa noſtra ſcientia ac de apoſtolicę poteſtatis plenitudine tenore pręſentium eidem Lucę Antonio, vt quęuis opera ex ſupraſcriptis hactenus non impreſſa, & per ipſum Lucam Antonium imprimenda, reuiſa tamen & approbata per inquiſitorem illius loci per annos decem integros poſt illorum & cuiuslibet ipſorum primam impreſsionem a quocunque alio librorum impreſſore, in toto vel parte per totam Italiam abſque ipſius Lucę Antonij expreſſa licentia imprimi ac impreſſa vendi, ſeu venalia tenere nullatenus poſsint. Concedimus & indulgemus diſtrictius inhibendo omnibus, & ſingulis vtriuſque ſexus Chriſti fidelibus vbique in tota Italia exiſtentibus, præſertim Bibliopolis, & librorum impreſſoribus ſub excommunicationis latè ſententiæ in terris vero Sanctæ Rom. Eccl. mediate vel immediate ſubiectis etiam ſub quingentorum ducat. auri & inſuper amiſsionis librorum toties quoties contrafactum fuerit ipſo facto & abſque alia declaratione mediatim Camerę noſtræ apoſtolicæ & mediatim ipſi Lucę Antonio applicandorum pęnis ne infra decennium ab eorũdem operum impreſsione reſpectiue, vt præfertur computando dicta opera hactenus non impreſſa & per ipſum Lucam Antonium imprimenda ſine expreſſa ipſius Lucę Antonij licentia imprimere, ſeu imprimi facere per totum Sanctæ Ro. Eccl. mediate vel immediate ſubiectum ſtatum, nec etiã alibi impreſſa per eundem Eccleſiæ ſtatum vbilibet, venalia tenere, habere, vel proponere audeant, ſeu præſumant.

Mandantes

Mandantes vniuerſis, & ſingulis venerabilibus fratribus noſtris Patriarchis, Archiepiſcopis, & Epiſcopis eorumq́ Vicariis in ſpiritualibus & temporalibus, generalibus ac in ſtatu temporali eiuſdem Ro. Eccl. ſedis apoſtolicæ Legatis & vicelegatis ipſiusq́ ſtatus, & quorumuis aliorum locorum Gubernatoribus, & quoties pro parte ipſius Lucę Antonij fuerint requiſiti, vel eorum aliquis fuerit requiſitus eidem Lucę Antonio in præmiſsis efficacis defenſionis præſidio aſsiſtentes præmiſſa ad omnem dicti Lucę Antonij requiſitionem contra inobediētes & rebelles per ſupraſcriptas & quaſuis alias ſibi bene uiſas eccleſiaſticas ſententias cenſuras, & etiam pecuniarias aliasq́ pęnas etiam illas ſępius aggrauando, & per alia iuris remedia apoſtolica auctoritate exequantur, inuocato etiam ad hoc ſi opus fuerit auxilio brachij ſecularis. Non obſtantibus Conſtitutionibus & ordinationibus apoſtolicis cęterisq́ contrariis quibuſcunq́. & inſuper quia difficile admodum eſt præſentem Motum proprium ad quęlibet loca deferri, volumus & apoſtolica auctoritate decernimus eiuſdem præſentis noſtri Motus proprij tranſumptis vel exemplis etiam in ipſis operibus impreſsis plenam, & eandem prorſus fidem vbique tam in iudicis quam extra haberi, quæ pręſenti originali haberetur. Et quòd ipſius præſentis noſtri motus proprij ſola ſignatura ſufficiat & vbiq́ fidem faciat in iudicio & extra, regulis aliquibus in contrarium editis non obſtantibus.

*Placet Motu proprio. S.*

*Datum Romæ, Apud Sanctum Petrum*
*Quartodecimo Kal. Nouemb.*
*Anno ſexto.*

# PRIVILEGIVM VENETVM.

HIERONYMVS PRIOLVS,Dei gratia Dux Venetiarum,&c. Vniuerſis, & ſingulis Magiſtratibus huius vrbis noſtræ Venetiarum : nec non Rectoribus quarumcunque Terrarum, & locorum noſtrorum,cęterisq; miniſtris,& repręſentantibus noſtris, tam pręſentibus,quam futuris, ad quos præſentium executio ſpectare poterit,ſignificamus,quòd heri in cõſilio noſtro Rogatorum capta fuit pars tenoris infraſcripti, videlicet,che al fidel noſtro Luca Antonio Zonta ſia conceſſo, che niuno altro, che lui, ò chi harà cauſa da lui non poſſa ſtampar, ne far ſtampar in queſta Città, nè in alcuna altra Città, o luogo noſtro, nè altroue ſtampate, vendere l'opere di D. Hieronimo Cagnolo infraſcritte,videlicet In primam partem Pandectarum Digeſti veteris, in ſecundam partem Pandectarum Digeſti veteris,in primam partem Codicis, in ſecundam partem Codicis, & additiones eius authoris, ſuper titulo digeſtis de Regulis iuris, per lo ſpatio di anni XX proſsimi,ſotto pena a contrafattori di perder tutte le opere da loro ſtampate, & ducati diece per cadauna di quelle, vno terzo dellequale habbia ad eſſer del magiſtrato,che farà l'eſſecutione, vno terzo dell'arſenal,& l'altro di lui ſupplicante,eſſendo obligato di oſſeruar quanto è diſpoſto in materia di ſtampa. Quare authoritate ſupraſcripti conſilii mandamus vobis, vt ſupraſcriptam partem obſeruetis,& ab omnibus inuiolabiliter obſeruari, ac vbi opus fuerit regiſtrari faciatis.

*Data in noſtro Ducali Palatio Die XI. Nouembris.*
*M. D. LXV.*

# ELENCHVS LEGVM AC PARAGRAPHORVM HVIVSCE TITVLI ORDINE ALPHABETICO DVCTVS.


De litera A.

ABSENTIA fol. 164.
Actus legitimi. 162
Ad ea quæ non habent. 273
Semper. ibid.
In contractibus. ibid.
Alterius circumuentio. 127
Aliud eſt vendere. 214
Refertur. 215
Abſurdum. 216

De litera B.

BONA fides non patitur. fol. 134
Bona fides tantundem. 263

De litera C.

CAPIENDA eſt occaſio. fol. 220
Quod factum. ibid.
Contractus. 70
Conſilij. 120
Socij mei. 123
Cuius donandi. 218
Creditor. 213
Culpa caret. 127
Cuius effectus. 267
Cuius per errorem. 131
Culpa eſt ſe immiſcere. 101
Cùm tempus. 61
Cùm ampliùs. 172
Is natura. eod.
Cùm principalis. 229
Cùm prætor. 258
Cùm par delictum. 269
Illi debet. 270
Cùm quis poſſit. 219
Cum ſeruis. 202

De litera D.

DIVVS pius. fol. 92
Domum ſuam. 141
Donari. 171

De litera E.

EA eſt natura. fol. 145
Ea quæ ad dandum. 263
Ea quæ in partes. 243
In re dubia. ibid.
Ea quæ raró accidunt. 143
Ea ſola deportationis. 195
Eius eſt nolle. 25
Et ſi nihil 232


Ex

Ex pœnalibus. 135
Expreſſa nocent. 245
Ex qua perſona. 267
De litera F.
FACTVM à iudice. fol. 215
Factum ſuum cuique. 270
Non videtur. ibid.
In pœnalibus. ibid.
Fauorabiliores. 251
Fœminæ. 20
Item impuberes. 22
Ferè in omnibus, 202
Ferè quibuſcunque. 269
Filiusfamilias neque. 193
Fraudis interpretatio. 167
Fructus rei. 154
Furioſi. 105
De litera G.
GENERALITER cùm de frau de. fol. 166
De litera H.
HÆREDEM. fol. 136
Hæreditas. 141
Hoc iure. 268
Deiecit. ibid.
In contractibus. ibid.
De litera I.
ID quod noſtrum. fol. 46
Imaginaria. 59
Imperitia. 262
Impoſſibilium. 232
In ambiguis pro dote. 173
In ambiguis orationibus. 195
Non eſt nouum. 174
Quoties. 175
In eo quòd plus. 202
Nemo 203
Pupillus. ibid.
Vbi verba. 204
Mulieribus. 205
In eo quòd vel is. 97
In contrahenda. 213
In condemnatione. 214
Cum verbum. ibid.
Vnicuique. ibid.
Dolo facit. 215
In iure ciuili. 217
In negotijs. 31
In obſcuris. 209
In obſcura voluntate. 231
In omnibus cauſis id obſeruat. 148
In omnibus cauſis pro facto. 103
In omnibus officijs. 226
Non debeo. ibid.
In omnibus quidem. 177
In omnibus obligationibus. 54
In perſonam ſeruilem. 69
Generaliter. 70
In pari cauſa. 259
Hi qui vniuerſum. 261
In teſtamenti. 50
In toto iure. 168
In toto & pars. 207.
In totum omnia. 161
Inuito beneficium. 150
Is damnum. 220
Quod pendet. 221
Iura ſanguinis. 36
Iure naturæ. 290
Ius noſtrum. 33
De litera L.
LIBERTAS ineſtimabilis. 201
Libertas omnibus. 250
De litera M.
MARCELLVS. fol. 147
Melior conditio. 262
Minus eſt. 289
De litera N.
NEC ex prætorio. 90
Nemo alieno nomine. 150
Temporaria. ibid.
Nemo damnum. 268
Nemo de domo. 200
Nemo dubitat. 194

Nemo

Nemo ex his. 113
Quoties. 115
Nemo ideo obligatur. 123
Nemo inuitus. 271
Cui damus. 272
Cùm quis. ibid.
Plerumquè. ibid.
Quod cuiquè. ibid.
Nemo plus iuris. 131
Nemo plus fraudare. 266
Nemo plus commodi. 349
Nemo poteſt mutare. 160
Nemo poteſt gladij. 153
Nemo prædo eſt. 258
Lucupletior ibid.
Cùm de lucro. ibid.
Nemo qui condemnare. 102
Neque interdicto. 248
Neque pignus. 115
Priuatorum. 118
Neratius. 242
Nihil conſenſui. 210
Non capitur. ibid.
Non vñr conſentire. ibid.
Nihil dolo. 261
Cum principalis. ibid.
Nihil intereſt. 207
Nihil peti poteſt. 233
Nihil tam taturale. 100
Non alienat. 248
Non debet actori. 107
In re obſcura. 108
Non debet cui. 68
Non debet alteri. 159
Non eſt ſingulis. 227
Infinita eſt. 228
Non fraudantur. 262
Nemo ex ſuo. 163
Non omne quòd licet. 265
In ſtipulationibus. ibid.
Non poteſt dolo. 248
Non poteſt videri improbus. 197
Non poteſt videri deſſijſſe.
Non ſolet deterior. 176
Non ſolent, quę ſuperabundant. 194
Non videntur data. 219
Qui iuſſu. ibid.
Non videtur cœpiſſe. 53
Non videtur defendere. 130
Non videtur quiſquam. eod.
Non videtur rem amittere. 172
Non vt ex pluribus. 214
Non vult hæres eſſe. 33
Nulla intelligitur. 176
Nuptias. 93
Nullus videtur. 132
Nullum crimen. 202
Nunquam actiones. 262

De Litera O.

OMNIA ferè. fol. 243
Omnia quæcunque. 155
Omnia quæ ex teſtamento. 274
Omnia quæ iure. 198
Omnes actiones. 264
Non videtur. ibid.
Omnis diffinitio. 275
Omnis hæreditas. 264
Nunquam ex poſt. ibid.

De litera P.

PAREM eſſe conditionẽ. fol. 268
Plerunquè. 289
Plus cautionis. 87
Pœnalia. 219
Præter bonorum. 211
Priuilegia. 246
Pupillus nec velle. 242
Pupillum qui. 205
In hæredes. 206

De litera Q.

QVAMDIV poſſit. 177
Quatenus. 83
Quæ dubitationis. 170
Quæ ab initio. 291

Quæ legata. 62
Quæ propter neceſſitatem. 217
Qui actionem habet. 58
Qui anthore. 264
Quicquid calore. 123
Qui cum alio. 63
Non ſolet. 66
Qui dolo. 262
Qui in alterius. 111
Qui in ius. 228
Nemo videtur. ibid.
Qui in ſeruitute. 248
Qui non facit. 249
Qui per ſucceſſionem. 244
Qui poteſt facere. 225
Quod qui ſi velit. 226
Qui poteſt inuitis. 89
Qui rem alienam. 219
Qui ſine dolo malo. 143
Qui tacet. 265
Qui vetante. 200
Eius eſt actionem. ibid.
Quod ab initio. 92
Quod attinet. 95
Quod à quoquam. 119
Quod contra rationem. 264
Vni duo. 265
Quod euincitur. 242.
Quod ipſis. 265
Quod iuſſu. 231
Quod nullius. 232
Quod quis cùm ſeruus. 267
Quod quis ex culpa. 289
Quo tutela. 156
Nemo poteſt. 158
Vi factum. eod.
Quæ in teſtamento. ibid.
Nec paciſcendo. 159
Quoties dubia. 67
Quoties duplici. 179
Quoties idem ſermo. 148
Quoties nihil. 273
Quoties vtriuſque. 197
De litera R.
REGVLA eſt. fol.8
Res iudicata. 291
Rubrica. 1
De litera S.
SECVNDVM naturam. fol.42
Semper in contractibus. 246
Semper in dubijs. 133
Semper in generalibus. 267
Semper in obſcuris. 38
Semper in ſtipulationibus. 98
Semper qui non prohibet. 138
Seruitutem. 292
Seruus reipublicæ. 293
Sicuti pœna. 103
Si filius, ideò omittitur numerus, quia in pluribus libris non extat.
Si in duabus actionibus. 201
Si librarius. 381
Si nemo ſubit. 231
Si quis obligatione. 209
Non poteſt videri. 210
Si quis prægnantem. 233
De litera T.
TOTIES. fol.115
De litera V.
VANI timoris. fol.233
Vbicunque cauſæ. 201
Vbi lex. 199
Vbi repugnantia. 236
Quæ rerum. 241
Vbi non voce. 251
Furioſus. ibid.
Velle non creditur. 26
Verum eſt neque. 94

FINIS.

# INDEX LOCVPLETISSIMV

## Sententiarum,ac Concluſionum memoria dignarum, quæ in hoc titulo continentur,

### Alphabetico ordine nunc primùm compoſito,

De Litera A


ABSENS quis dicatur. numero.9. folio.90
Abſenti ſtipulari quando quis poſſit, numero.1. folio.159
Abſens præſumitur conſentire, ſicut præſens.nu.2.& ſequen. fol.138
Abſens cauſa reipub. damno affici, nec lucrum ſentire debet. nume.1. Niſi damnum culpa abſentis contingat.nu.2. fol.264
Abſentes an ſint vocandi ad conſiliũ. numero.7. fol.215
Abſentiæ cauſas in criminali ad allegandum quilibet admittitur ſine ſatiſdatione.nu.1. fol.203
Abſolutione prohibita an & quando condemnatio comprehendatur. numero 19.fol.45.Et abſolutio & condemnatio qñ procedant à pari, latè nu.1.cũ ſeq.fol.102.& nu.19.fol.45
Abſoluere à pœna delicti eſt meri imperij:ſicut cõdemnare.nu.4. fo.101
Abſolutus an poſſit in eodem crimine moleſtari.nu.7. fol.134
Acceptilatio diem vel conditionem non recipit,& quæ ſit ratio. numero.10. fol.163
Acceſſoria & connexa an iudicentur vt de principali,poſt nu.1. fol.43
Acceſſorium illius efficaciæ, virtutis, & naturæ eſt, cuius eſt principale. nu.1.2.3. Limita. nu.14.15.16.17. 18.19. fol.229.cum ſeq.
Acceſſorium eſt duplex.nu.6. ibidẽ.
Acceſſorium an videatur reſciſſum reſciſſo principali.nu.9. fol.230
Accidentia non faciunt diuerſam ſpeciem,ſed ſubſtantia. nu.6. fol.96
Accidentia in quã cognitionem nos ducant.nu.25.vbi plene. fol.277
Accipere prohibitus an ſit prohibit' dare.nu.1.& an poſſit à ſponte dantibus accipere.nu.1.2. fol.272
Accipere videtur is, qui liberatur ab obligatione.nu.2. fol.209
Accuſatio vide homicidum.
Acquiſitio momentanea nõ eſt in cõſideratione. numero.2. folio.130. & nume.1. fol.259
Acquiſitio per ſeruum vel filiumfamil.vide,ſeruus. filiusfamil.
Acquiſitio vitioſa à principio quãdo recõualeſcit.l.29.fol.92.l.211.fo.
Actio intẽtata perimitur exceptione oppoſita.nu,8.& qñ.num.9. fol.54. & numero.1.2. fol.207
Actio tam realis quàm perſonalis eſt idem quod res ad quas cõpetunt. nu.1. Fallit.nu.5.9. fol.58.& ſeq.
Actio iudicatur mobilis vel immobilis ſecundum qualitatẽ rei.nu.2.ibi.
Actionem iam ortam emens minoris quàm valeat, eſt tutus in foro cõſcientiæ.nu.10. fol 59


Actione.

Actiones oppoſitæ, an & quomodo poſſint cumulari.nu.11. fol.114
Actio peculij ex maleficio vel quaſi quando detur in patrē,latè in l.lviij. numero.1. fol.135
Actio ex ſtipulatione notarij quæ ſit. numero.12. fol.151
Actionum modus pacto priuatorum mutari non poteſt.nu.11. fol.92
Actionem denegare, qui & dare poteſt.§.eius. fol.200
Actiones pœnales ex maleficiis ad hęredes nō tranſmittunt.nu.1.fo.206
Limita nu.7. fol.207
Actiones cui competunt, multo magis exceptiones & quando. numero.3.4.5. fol.272
Actionem habens contra alium,non tenetur ſoluere ſed actionem cedere.nu.2. fol.223
Actoris cauſa durior eſt,quam rei. numero.2. fol.97
Actor non debet eſſe melioris conditionis q̃ reus.nu.1. fol.107
Actor an poſſit habere iuſtā cauſam, vt non cōdemnetur in expenſis.numero.26. fol.112
Actor vnam ex pluribus actionibus eligere tenet.nu.1.fol.115.& proponens ineptā ſuccūbit.nu.2. fol.251
Actor quando poſſit conficere libellum incertum.nu.1. ibidem.
Actor proponens actionem ineptam, dato ꝙ ius hēat,ſuccūbit.n.2.f.251
Actore non probante quomodò reus abſolui debeat.nu.14. fol.153
Actum tacitè quomodò intelligitur. nu.4.5. fol.98
Actus nullus confirmatur tem poris tractu,& accidētibus.nu.6. fol. 93
Actus eſt terminus gn̄alis. nu.1.& q dicant actus legitimi.nu.2. fol.162
Actus legitimi qui diem vel conditionem non recipiunt, vitiantur, ſi apponantur.nu.4. & qui ſint qui diē, vel conditionem non recipiunt. numero.5.fol.162.Limita.nu.25.27.28. & 30. ibidem.& fo.ſeq.
Actus legitimi diſiunctionem nō recipiunt.nu.24. fol.165
Actus vt potiùs valeat q̃ pereat interpretandus eſt.nu.2. fol.223
Actoris ex perſona ius metitur, non poſſeſſoris.nu.1. fol.259
Actoris conditio per litis conteſt.non fit deterior.nu.1. fol.176
Adevndi ius,vide Ius adeundi.
Adoptio vitiatur per appoſitionem diei.nu.6. fol.163
Adulteriū vel fornicatio non ꝑmittit prętextu neceſſitatis.nu.2. fol.217
Adulterium, vide Neceſſitas,mulier.
Aduocati coguntur patrocinari. numero.1. fol.271
Aduocati an poſſint in cauſis calumniari.nu.12.13.14. fol.146
Ætas quæ requiratur in beneficiis ſecularib9,regularibus, & ordinib9. nu.10.11.12.13.14.15.& 16.fol.23
Ætas quotuplex ſit.nu.2. fol.205
Ætas, vide Malitia.
Ædificare quis poteſt in ſuo vſq; ad cœlum nu.3. fol.132
Æquitas quando rigori præferatur. nu.2.fol.175.& in iure maximè attenditur.nu.1. fol.177
Æquitas quis ſit.nu.3.quomodò cognoſcatur.nu.4. ibidem.
Æquitas.vide Rigor.
Agens ante diem quando dicatur malè agere.nu.17.18.19. fol.56
Agere nemo poteſt alieno nomine, niſi pater,coniuncta perſona,& alij. numero.1. fol.250

Alienatio

ALIENATIO propriè quãdo dicatur. numero.1. & in reſcriptis accipitur largè.nu.2. fol.248
Alienationis nomen latè patet.numero.3. fol.249
Alienatio vide, Feudum, minor, prodigus, repudiatio.
Alimenta an poſsint tolli ſtatuto vel pacto.nu 3. fol.36
Et vide infra ſtatutum, pactum.
Alimenta filio denegari poſſunt vbi permittit exhęredatio.nu.4. fol.36
Alimenta maiori fauore proſequitur lex, quàm legitimam.nu.8. fol.37
Alimẽtari debet mulier ab hęredibus mariti infra annum luctus. numero.9. fol.44
Alteri per alterum non debet iniqua conditio inferri, & quomodò procedat. fol.159
Alternatiua ſufficit alterum verum. numero.5. fol.205
Alternatiua vide, Oratio.
AMBIGVVM eſt triplex, & an differat ab obſcuro.numero.2.3. fol.38
& vide, Obſcurum.
In ambiguis quæſtio an dirimatur ſorte vel gratificationi locus ſit. numero.7. fol.134
Ambigua verba declarantur ex mente proferentis.l.xcvij. fol.195
Amittere rem non videtur, ꝙ acquiſitum non fuit.nu.1. fol.172
Amicus inimici mei, quando habeatur vt meus inimicus.nu.9. fol.125
ANNVS cœptus an habeatur pro cõpleto.nu.17. fol.23
Animus noendi quando arguatur. numero.2. fol.132
Animi deſtinatione agenda ex certa ſcientia perfici debent.nu.1. fol.161
Animus percutientis ex qualitate vulnerum inducitur.nu.1. fol.220
Annuli.vide, Donatio à ſponſo.
Antiquum tempus, quòd dicatur. numero.20. fol.31
APPELLATIO in cauſa poſſeſſoria admittitur.nu.5. fol.260
Appellationem in dubio non eſſe deſertã pronũciandũ eſt.nu.5.fo.274
AQVA fluminis labentis inter duas ciuitates quomodò ad eas ptineat. numero.21. fol.50
ARBITRIVM boni viri quomodò intelligat. & eſt duplex.nu.3.4.fol.70
In arbitrium domini vel procuratoris collatum, in dubio boni viri arbitrio intelligitur.nu.1. Limita.numero.2. fol.eod.
Argumentum à coniunctione legũ, & inſtrumentorum valet. numero.24. fol.13
Argumentum de teſtamentis ad contractus qñ valeat.nu.6. fol.61
Argumentum de contractu ad quaſi, vel de diſtractu.nu.16. fol.66
Argumentum à maioritate rationis valet.nu.7.Limita.nu.7.8.9.10.11. fol.68.cum ſeq.
Argumẽtum de monacho ad filium vel ſeruum.nu.6. fol.69
Argumentum de eſſe ad poſsibile an valeat.nu.15. fol.66
Argumentum ab æquiparatis, etiam in materia correctoria valet. nu.8. fol.90.& nu.4.5.6. Limita.nume.7. 8.9.10. fol 212
Argumentum de ſtatuto ad pactum quando procedat.numero.7.fol.37 & nu.6.7.& 8. fol.91
Argumentum de toto ad partẽ quando valeat.nu.14. fol.109
Argumentum ab effectu quando valeat, remiſsiuè.l.cxcj. fol.

Argumẽtũ de genere ad ſpeciẽ, an valeat, maximè affirmatiuè. n. 7. f. 208
Armorum vſus priuatis eſt interdictus. nu. 5. fol. 131
Armatus quis dicatur. nu. 3. fol. 158
Avthori meo æquari in iure ab eo habito debeo, non melioris conditionis, & quando. nu. 3. fol. 226
Authoritate propria quãdo licet ſibi ius dicere. nu. 1. & ſeq. fol. 227

De litera B

Bannitvm occidens banno exiſtente nullo quando puniatur. nu. 9. fol. 64
Bannitus qui ſe viuo poteſt offendi, an pari modo eo mortuo. nu. 2. f. 67 & nume. 5. fol. 206
Banniti an æquiparentur deportatis vel relegatis. nu. 11. fol. 197
Bannito præmium conceſſum, debet bannito alium bannitum capienti. numero. 10. fol. 294
Rebannitus an recuperet fructus à fiſco perceptos. nu. 2. fol. 224
Bannitus à territorio plurium dominorum, non poteſt cũ licentia vnius redire. nu. 2. fol. 267
Bannitus an poſſit ſepeliri in loco ei viuo prohibito. nu. 4. fol. 243
Baptiſmus poteſt conferri à pagano, qui illum non habet. nu. 5. fol. 132
Bar. intellect. in l. ſi quòd ex Pamphila. ff. de leg. ij. & l. vnicæ in fin. C. de ſent. quæ pro eo. an ſit veridicus, ſub numero. 23. fol. 87
Bar. in l. vtrum. ff. de parric. an verum dicat, ſub nu. 12. fol. 129
Bellvm vide, timor.
Beneficium quando detur inuito. numero. 3. 11. 14. fol. 150. cũ ſeq.
Beneficium principis ab ipſo principe interpretandum eſt. nu. 6. fo. 243
Beneficium principis non ſubſiſtit, quando ille erat mortuus. nume. 2. Et an mortuo detur. nu. 3. fol. 242
Beneficia legum quando competant clericis & forenſibus. nu. 5. fol. 43
Beneficia perſonalia an & quãdo extinguantur cum perſona. nume. 2. & ſeq. fol. 149
Beneficium impetrans an teneatur facere mentionem de vacatura, quam expectat. nu. 2. fol. 289
Beneficium, ne quis vltra quàm facere poſſit teneatur, quomodò intelligatur. l. 28. fol. 92
Benigniora in dubiis præferẽda ſunt, & an pars ſit iuſtitiæ. nu. 2. fol. 133
Bona fides quæ dicatur. nu. 2. fol. 134
Bonaefidei poſſeſſor, vide poſſeſſor.
Bona communitatis an diuidantur per capita, vel pro modo ęſtimi. numero. 10. fol. 44
Bona dotalia nõ dicuntur eſſe in bonis mariti. nu. 2. fol. 242
Bonorum poſſeſſio quid ſit. Et quid differat ab hęreditate. nu. 2. fol. 142
Bonorum poſſeſſor & hęres: bonorũ poſſeſſio & hęreditas an ęquiparentur, & quomodo. nu. 1. 2. In ſtatuto correctorio. nu. 3. Et an differant. nume. 13. fol. 211. & ſeq.
Bonorum poſſeſſio, ius petendi vel agnoſcendi, conceſſio, & agnitio differunt. nu. 14. fo. 212
Bonorũ poſſeſſio an ſit ſucceſſio, vel ius ſuccedendi. nu. 15. ibidem.
Bonorũ confiſcatio, vide Cõfiſcatio.

De litera C

Calvmnia vide, cauillari.
Caminum ædificari in domo quãdo non liceat. nu. 4. fol. 133

Capere,

Capere, verbum quid ſignificet. nume.2.4.6. fol.53
Captio quid ſit, & in omni materia vitanda eſt.nu.1. fol.273
Captura perſonæ an poſſit committi parti.nu.5. fol.227
Captus ab hoſtibus ſi inuitus pecunia redimatur, tenetur reſtituere pecuniam.poſt nu.7. fol.151
Captiuus.vide, Obſes.
Carceratus, vide Familia poteſtatis. & verb.Contractus.
Caſtrum ob merita per principem cõceſſum quando intelligatur perſonale.nu.5. fol.149
Caſus fortuiti qui dicant.nu.86.f.82
Et vide Conuentio.
Caueri alteri nemo poteſt paciſcẽdo vel ſtipulando.nu.1. fol.
Cauillari variis modis accipitur. nume.1.2. an differat à calũnia. nu.4. Et quãdo licitum ſit in parte, aduocato, iudice, & principe.numero.11. & ſeq. fol.145.& ſeq.
Cauſa principalis cõſideranda eſt, nõ remota.nu.4. fol.61
Ex cauſa receditur à regulis iuris cõmunis.nu.1. fol.175
Cauſa lucratiua, & oneroſa. vide, Titulus.
Cauſa fauorabilis.vide Fauorab.
Cautela abũdans non nocet.numero.2.fo.170.& nu.1.2. fol.194
Cautionis, verbum quid veniat. numero.11. fol.89
Cauere, ſatiſdare, fideiuſſorem præſtare, & pignora dare differunt, poſt nume.9. ibidem.
Cedere diem, & venire quid ſit: & quando.nu.11. fol.55
Cedere actionem & nõ ſoluere quando quis teneatur.nu.2. fol.223
Cedere bonis an poſſit cõuictus, qui debitum negauit.nu.7. fol.113
Citatio illius, quo inuito actus expediri poteſt, non eſt neceſſaria. numero.1. fol.89
Citatus coram iudice notoriè incompetenti non tenetur comparere.numero.3. fol.225
Citatio vniuerſitatis.vide vniuerſitas
Citatio contra pupillum vt legitima ſit, quæ requirantur.nu.3. fol.204
Circunuentio vnius alij non præbet actionem. fol.127
Ciuilitatem acceptans, cenſetur cum oneribus ciuium illius loci acceptare nu.8. fol.64
Clam fieri qñ dicatur.nu.4. fol.158
Clauſula poſita in proceſſibus eccleſiaſticorum contra rebelles, quomodò intelligatur.nu.2. fol.270
Clauſula generalis nõ refertur ad ſpecificata.nu.12. fol.4
Clauſula non obſtantibus, gratiam firmat.nu.35. fol.16
Clauſula motu proprio, operatur effectum ſuum, licet conceſſio fuerit ad petitionem partis. nu.22. fol.46
Clauſula conſtituti eſt vtilior quàm precarij.nu.26. fol.74
Clauſula ſi qua mihi iuſta cauſa &c. competit contra præſcrip. centum annorum.nu.4. fol.109
Clauſula ſaluo ſaniori vł meliori, qñ poni debet in conſiliis.nu.3.fo.160
Clauſulæ conſuetæ in inſtrumentis apponi, ſi non apponantur, cenſent appoſitæ.nu.48. fol.187
Clauſula ex certa ſcientia, quid operet late.nu.2.& ſeq. Et ibi de clauſula de plenitudine poteſtatis.fol.161
Clauſula ſi & inquãtũ.nu.26.fol.165
Clerici quando competant beneficia

legum.nu.5. fol.43
Clericus mulierem amplexans quomodò contra eum præſumatur.numero.4. fol.133
Clericus an poſſit petere pœnam conuentionalem.nu.4. fol.43
Colonvs qui ſecundum conſuetudinem prædia nõ coluit, tenetur ad intereſſe.nu.6. fol.99
Colonus ſiue laborator delinquens mãdato dñi.vide Homo liber.
Commoda qui ſentit, debet etiã ſentire incommoda nu.1. fol.42
Commodatarius an & qñ teneatur de culpa lata, leui & leuiſſima. nu. 31.33.35.40.41. fol.75.& ſeq.
Commodatarius quãdo teneatur de caſu fortuito.nu.32. fol.76
Commodatũ in quibus differt à precario.nu.34. ibidem.
Commune an dicatur propriè meũ. nume.20. fol.49
Cõmune pro ĩdiuiſo põt alienari,vẽdicari,pro indiuiſo poſſidere. ibid.
Communio.vide Socius.
Comparatiuum præſupponit poſitiuum.numero.5.fol.70. Et in l.clxv. in fine. fol.250
Compenſationis exceptio an poſſit opponi emptori per venditorem.numero.1. fol.226
Compẽſationis exceptio cohæret rei, non perſonæ.nu.2. ibidem.
Communitatis iura communicanda ſunt incolis onera ſubeuntibus.numero.4. fol.43
Communitatis bona an diuidantur per capita vel per modum æſtimi. numero.10. fol.44
Concedo verbum,quid ſignificet. numero.1. fol.218
Conceſſio an realis vel pſonalis cenſeatur,& quid in dubio nu.7.fo.149
In conceſſione generali non veniũt illicita.nu.4. fol.127
Concubina.vide,Maritus.
Condemnatio & abſolutio,an à pari procedant. nu.4. fol.101. & latè in l.xxxvij. fol.102
Condemnatus in amputatione manus niſi 100. perſoluerit, an liberet datis fideiuſſoribus.nu.3. fol.194
Condemnatus ad mortẽ.vide Damnatus.
Conditio executioni appoſita non facit actum conditionalem. Et quando dicatur appoſita executioni. numero.21.22. fol.56.& 57
Conditio ſuſpendit. Et quid de modo.nu.23.24. ibidem.
Cõditio habet pro cauſa.n.29.fol.57
Cõditio in dubio fauori grauati cenſetur appoſita.nu.2. fol.61
Conditio iniqua alteri per alterum qñ inferri poſſit.nu.1. fol.159
Conditio an dicatur de præterito vel præſenti.nu.31. fol.166
Conditio impoſsibilis vitiat ꝯtractũ: ſecùs in modo.nu.6. fol.233
Conditio liberorũ ante natiuitatem non dicit impleta.nu.3. fol.234
Cõditio habetur pro impleta quãdo ſtat per eum ad quẽ pertinet quominùs impleatur.& qñ.nu.1. fol.217
Conductor equi vel muli ad portandũ mortui in itinere,vel deteriorati, quomodò teneatur.nu.47. fol.78
Conductor recedens à domo conducta propter peſtem.vel timorem ſpirituum,an teneatur ad reſiduũ penſionis.nu.54.55. fol.79
Conductor reſpectu proprietatis, vel poſſeſsionis quid dicat.nu.7.fol.117
Conductor.vide Locator.

Conferre & transferre quid ſignificēt. numero.3. fol.132
Confeſsio qualificata debet in totum acceptari.nu.7. fol.43
Confeſsio facta in iudicio habet executionem paratã.numero.9.fol.52. & nu.91. fol.192
Confeſſor ignorans malè facit confiteri.nu.2. fol.101
Confeſsio facta calore iracundiæ poteſt reuocari & qũõ.l.xlviij.fol.145
Confeſsio delicti facta ſub ſpe gratiæ à magiſtratu promiſſæ, an noceat. numero.17. fol.146
Confidentes. vide Conſultor.
Confiſcatio bonorũ hodie nõ procedit, niſi in crimine lęſę maieſtatis. nu.7.Et aliis caſibus.nu.8. fol.196
Confiſcatio bonoꝝ vbi fit, non ipſo iure, ſed per ſententiã fit.nu.5.ibid.
In confiſcatione an veniāt bona futura.nu.6. ibidem.
Cõfiſcatis bonis quomodò filijs prouideatur.nu.9. ibidem.
Confiſcato feudo cui applicetur. numero.10. ibidem.
Coniunctiua.vide Oratio.
Coniunctus ante litem conteſtatam procuratorem ſubſtituere non poteſt,fallit in patre.nu.1. fol.250
Coniunctus.vide Agere.
Connexa quæ dicantur.nu.2. fol.43
Conſanguinitas prouenięs à natura tolli nequit: ſecus in iure & effectu ipſius.nu.1. fol.36
Conſenſus tacitus eſt propriè conſenſus.nu.7. fol.139
Cõſenſus vbi requiritur, actus debet fieri ex certa ſciẽtia.l.lxxvij.fol.161
Conſenſus requiſitus in actu, pariter requirit in diſtractu.nu.1. fol.100
Conſenſui nihil eſt tàm contrarium, quàm error.vide Error.
Conſentiens venditioni an teneatur de euictione.nu.1. fol.214
Conſentire cõtrahenti an poſsit prohibitus contrahere.nu.3. ibidem.
Conſilium repręſentat telum populum.nu.18.cum ſeq. fol.216
Cõſiliũ differt à mãdato.nu.10.fo.121
Ex conſilio nemo obligatur. nu.1. Etiam quòd recipiens illud non fuerit aliàs facturus.nu.2. Fallit numero.3.4.6. fol.120
Ex conſilio dato aliàs delictum cõmiſſuro an & quomodò obligetur. nu.6.7.8.9. fol.121
Conſilium populi. vide Vniuerſitas.
Conſultor an debet eſſe de confidentibus partium.nu.14. Et ſi ſint plures & diſcordent quid faciendum? nu.12.an teneatur in conſilio adducere iura & rationes.nu.22. fol.122
Conſultor.vide Doctor.
Conſtituti & precarij materia ornat. numero.27. fol.74
Conſuetudo quando extendatur de vno caſu ad alium.num.43. fol.20. & nu.7. fol.156
Conſuetudo notoria quãdo probanda.nu.9. fol.84
Conſuetudo de extrahendo capitale de primis fructibus eſt illicita. numero.3. fol.43
A conſuetudine recipit interpretationem quælibet diſpoſitio.poſt numero.6. fol.99
Conſuetudo cõtrahentis,inde regionis in contractibus an attendatur, vel econtrà.nu.7. ibidem.
Conſuetudo ad vitium & peccatum tendens,non valet.nu.8. ibidem.
Conſuetudo in ſocidis animalium attenditur.nu.9. ibidem

Cõſuetudo diuerſa probať per inſtrā diuerſi tenoris.nu.11. fol.100
Conſuetudo tantùm habet de poten tia,quantùm de actu.nu.6. fol.156
Conſuetudo exigẽdi prima cũnagia reprobatur,poſt nu.2. fol.247
Conſuetudo completa quomodò tol latur.nu.1. fol.250
Conſuetudo,vide colonus. notarius.
Continuatio rubricæ ad rubricã eſt neceſſaria.nu.1. fol.1
Continuare eſt idem ꝙ ſubordinare. nu.2.4.& 5. fol.2
Continuus dictio, quid ſignificet.nu mero.2. ibidem.
Continuatio fieri debet ad præceden tia immediatè.nu.6. fol.3
Cõtinuatio librorum eſt neceſſaria, niſi in principio operis.nu.7. ibidẽ.
Continuatio rubric.ff. ſi cert.pet.ponitur.nu.8. ibidem.
Continuatio vnius tituli quomodo fit.nu.13. fol.4
Compilatores cõtinuarunt materias congruo ordine, & quãdoq; dignio ra.nu.10. fol.3
Compilatores quare poſuerit iſtum titulum in fine operis.nu.14. fol.4
Cõtractus ab initio volũtatis ex poſt facto neceſſitatis ſunt.nu.4. fol.25
In contractibus ſtrictè proceditur. nu.12.Limi.nu.13.14.15.16.fo.40. cum ſeq.
Contractus debet in totũ acceptari. nu.6. fol.43
Ius quæſitum in contractu alicui ſine ſuo facto,etiã ex cauſa dotis non poteſt alienari.Et vide nouem quęſtiones. nu.3.4.5.6.7.8.9.10.11.12. fol.43.cum ſeq.
In contractu vini,vaſa modici valoris veniunt.nu.11. fol.52
In contractu an hoſtium res deduci poſſint.nu.14. ibidem.
Contractus corã iudice factus an parată habeat executionẽ.nu.10. ibi.
Contractum ſimulatum arguens tenetur probare, & quomodò probetur.nu.8. fol.60
Contractum ſimulatũ quando liceat allegare nu.9. ibidem.
In contractibus quãdo inſpiciatur tempus contractus.nu.4. fol.62
Contractus conditionalis ſpes quando tranſmittatur.nu.6. fol.63
Contractus, vide Conſuetudo contrahentis.
Contrahens cũ alio certus debet eſſe conditionis & qualitatis eius.nu.2. Limita.nume.11.12.13.14.& 17. Et in dubio præſumitur ſcire qualitatem eius.nu.5. fol.63.65.& ſeq.
In contractibus per ſeruum vel filiũ factis inſpicitur tempus contractus, & quæ ſit ratio.nu.3. fol.62
In contrahente dubitans & ignorãs non æquiparatur.nu.4. fol.63
Contractus naturalia & ſubſtãtialia, quæ ſint.nu.71. fol.81
Contractus ex conuentione legẽ accipiunt,& pacta rũpunt leges.nu.72. Fallit.nu.73. ibidem.
In contractibus attendiť quod actũ eſt expreſſè vel tacitè. nume.2.& 4. Et poſt conſuetudinem regionis minimum.nu.11. fol.98.& 100
Contractus cognoſciť potiùs ex ſubſtantia,ꝙ̃ ex verbis.nu.2. fol.147
Contractus factus cũ extracto de carcere appoſitis cuſtodibus nõ valet. numero.4. fol.201
In contractibus dolus, culpa, & caſus fortuitus quãdo veniant.l.xxiij. fol.71.& ſeq.

Contrahen-

Contrahentibus an liceat inuicẽ decipere.nu.7. fol.247
Contractus ſuſcipiens caſum fortuitum valet.nu.5. fol.233
Contra naturam contractus conuentio quando valeat.nu.70. fol.81
Contractus. vide argu. à contractu.
Contrafacere dicitur, qui non facit quod debet.nu.1. fol.249
Contrariorum eſt eadem diſciplina. nu.3.fol.25. Et quando. nu.11.12. 13.14.15.18. fol.44.cum ſeq.
Cõtraria ꝯtrariis curanť. nu.1.fo.100
Contrarietas.vide,Repugnantia.
Creditor, & debitor qui dicantur. numero.1. fol.147
Creditor an & qñ cogatur ante tẽpus debitum recipere.nu.1. fol.60
Creditor ad diem certã an poſſit agere vt adueniente die ſibi ſoluatur. nu.16. fol.56
Creditor agens contra emptorem hę reditatis non idoneum, non poteſt de rigore iuris ad venditorem redire.nu.6. fol.64
Creditor proprietarius, cui vſusfructus pignori datus eſt, non cõputat fructus in ſortem.nu.2. fol.154
Creditor vendere pignus nõ poterit, etiam poſt terminum, debitore offerente precium.nu.4. fol.eod.
Creditor an teneatur offerre vel conſignare quando debitum non eſt liquidum.nu.1.2.3. fol.197
Creditor cõſentiendo alienationi pignoris cenſetur ius ſuum remittere. nu.1.Limit.nu.2.4.6.fo.213.&214
Creditor ſciens debitorẽ pignus vendidiſſe & non contradicens, ſibi nõ præiudicat.nu.2. ibidem.
Creditor an poſſit ſibi ſatisfacere authoritate propria de bonis debitoris ſui.nu.2. fol.227
Creditor an poſſit vigore pacti capere ſuum debitorem.nu.3. ibidem.
Creditorem in fraudem videtur feciſſe, qui patrimonium intricat. numero.3. fol.267
Creditor vide Debitor.
Crimine lęſę maieſtatis punitur ſciẽs qui non reuelauit.nu.12. fol.129
In crimine lęſę maieſtatis deficientibus probationibus an quis cogať ſubire duellum.nu.13. fol.130
In crimine lęſę maieſtatis bona hodie confiſcantur.nu.7. fol.196
Culpa lata eſt dolus non verè.nu me.3.ſed pręſumptus.nu.5.Limita. numero.7. fol.72
Culpæ appellatione venit leuis: niſi ſubiecta materia repugnet. 12.28. 29. fol.73.& ſeq.
Culpa leuis quid ſit, quid leuiſſima. numero.13. fol.eod.
Culpa lata an per pactum remitti poſſit.nu.83.84. fol.82
Culpã caſum pręceſſiſſe, cui incũbat onus probandi.nu.89. fol.83
In culpa cenſeťquis eſſe, ꝗ rei ad ſe nõ pertinenti immiſcet.n.1.fol.101
Culpabilis non excuſatur dicendo ſe iocoſe feciſſe. Niſi adſit cõſuetudo. nume.3. fol.101
Culpam obiicere non poſſum alicui, ex quo lucrum ſenſi.nu.2. fol.267
Culpa defuncti an præſtetur ab hęrede.nu.3. fol.269
Culpam non poteſt obiicere in aliquem, qui eiuſdem culpæ defectu laborat.nu.3. fol.270
Cumulatio quando admittatur. numero.1. vſque ad 15. fol.113.cum ſequen.

De litera D.

DAMNATVS ad furcas ſi de innocentia proteſtet, & frangatur laqueus, an liberandus ſit. & qd debeat facere iudex.nu.11.f.252
Dãnatus & decapitatus, ſi reuiuiſcat an iterũ ſit decapitãdus.n.13. ibid.
Dãnatorum bona. vide Confiſcatio.
Damni & lucri an diſpar ſit ratio. vide Lucri.
Damnũ alicui culpa ſua contingens ei imputandum eſt.l.cciiij. fol.289
Damnum dat,qui damnum dare iubet.l.cxxx. fol.220
Dare quem non poſſe,quod non habet,quomodò intelligat.nu.4. f.132
Dare,& remittere,paria ſũt.n.1.f.209
Dare eſt dñium trãsferre.nu.1. f.219
Datoris iure reſoluto,reſoluitius acceptoris.nu.1. fol.216
Datio in ſolutum ſi aliqua parte ſit plus debito vitiat,& qñ.nu.1. f.172
DEBITOR ſpeciei non tenetur de caſibus fortuitis. nume.85. Fallit. nume.87.88.89. fol.82.
Debitorem nemo cogitur mutare. num.7. fol.88
Debitor citatus confitens debitum abſq; interpellatione iudiciali, abſoluitur ab expenſis: ſecus ſi negauerit.num.27. fol.111
Debitor in x. à quo xx. petuntur, an poſſit negare.nu.4. Et quid de poſitionibus.5.vel reſpectu morę & expenſarum.nu.6. fol.197.& ſeq.
Debitor ſoluens non domino ex iudicis mandato, liberatur à creditore.num.2. fol.219
Debitum quando ante diem ſolui poſſit.num.1. fol.60
Debitum mihi,non eſt propriè meũ. num.6. fol.58
Deberi non dicitur, ꝙ perpetua exceptione defendi poteſt nu.5. fol.53.
Debitor. vide Creditor.Statutum.
Deceptis, & non decipientibus iura ſubueniunt.num.1. fol.205
Decipere in contractibus non licèt bono viro.num.7. fol.247
Deciſiones Rotæ non habent vim legis, licèt ſint magnæ authoritatis.num.26. fol.7
Decretum an poſſit delegari. vide Delegatio.
Defendere quis dicatur, & quis non, nume.1.fol.130.& num.1. fol.131.
Defendere promittens caſtrum,intelligit vbi iniuſtè vis infert.n.6. f.131
Defenſio an tollatur ſtatuto, vide in verbo Statuto an.
Defenſio cum moderamine, & factum ad defenſionem quando dicatur.nu.7. fol.131
Defendere me promittens, curare debet ne offendat. nu.8. ibid.
Defectum aliquem patiens an alteri ſimilem delictum objicere poſſit. num.3. fol.270
Defenſor idoneus, etiam in criminalibus quis dicatur. nu.1. fol.203
Delegati habilitas attenditur tempore datæ. num.6. fol.23
Delegari non poteſt gladij poteſtas. nu.1.2. Et quid de pœna digiti vel auriculæ. num.4. fol.153.& ſeq.
Delegari poteſt modica cohercio. nume.6. fol.154
Delegari poſſunt ex conſuetudine cãæ meri & mixti imperij.n.7.ibid.
Delegari an poſſint quę cauſæ cognitionẽ requirunt,& decreti interpoſitionem. nume.1.& ſequen.fol.155
Delictum pœnam,non impunitatem meretur.nu.1. fol.265

Delictum

Delictum eiuſdē hominis ſæpiùs puniri non poteſt.num.7. fol. 134.
In delictis q̄ minimū eſt ſequimur. nu.18. Limit.nu.19.20.21.22.f.42
Delictum plura territoria tangens, eius iuriſdictio præuentioni locus eſt.num.23. fol.42
Delictum grauius eſt in faciēdo quā in omittendo.nu.51. fol.78
Delinquens mādato alterius,vt ſunt laborantes.vide Homo liber.
Delinquentes quomodò & quando ſunt puniēdi, quādo occiſus habet ſolum vnum vulnus. nu.10.f.252
Delicto obuiare.vide Obuiare.
Delicta leuia quæ dicuntur, & quæ atrocia.nu.7. fol.27
Delictorum in cauſa quod minimū eſt ſequendum. nu.18.Fallit vt nu. ſequen. fol.41.
Dependens, appendix, appendiciæ quid ſint.num.8. fol.230
Deportare quid ſit.nu.1. fol.195
Deportationis ſnīa. vide Cōfiſcatio.
Depoſitarius de dolo tantum tenetur. nume.1. Et quæ ſit ratio. nume.10. fol.72.& ſeq.
Depoſitarius quādo teneatur de culpa leui, leuiſſima, & caſu. num.11 15.17. fol.73
Depoſitarius non tenetur de depoſito furto ſublato num.18. ibid.
Depoſiti actione liberatus nō poteſt penes ſe rem tenere. nu.78. fol.82
Depoſitum in re propria non fit. nume.3. fol.116
Depoſitū an ſit de iure naturali, vel iuregētium primæuo.nu 6. fol.173
Depoſitum proprium habet executionem paratam,improprium non. nume.16. fol.73
Depoſiti agenti dominij quæſtio refricari non poteſt.nu.8. fol.117
Deus quæ produxit, ingenita facere non poteſt.n.2.fol.36. ſecus p viam fictionis.nu.2. fol.95
Deus an poſſit peccare.nu.4. ibid.
Deus quandoq; ſentētiam in meliùs mutat.nu.7. fol.160
Dictiones in iure an abundēt. nume.5. fol.199
Dictio de, denotat cauſam proximā & materialem.nu.24. fol.
Dictio generaliter, ſe habet in plus quàm regulariter.nu.26. fol.13
Dictio vel, quomodò accipiatur. nume.2. fol.20
Dictio ſemper,quomodò accipiatur. nume.1. fol.38.
Dictio obſcurum, an differat ab ambiguo, & vnde dicatur. nu.2.3.ibid.
Dictio dubium, quomodò accipiatur.num.4. ibid.
Dictio intra,qd ſignificet.nu.4. f.67
Dictio plerunque,quomodò accipiatur.num.2. fol.176
Dictio perinde,quando fictionem denotet. nu.1. fol.243
Diei præfixi lapſus quando conſtituat in mora.nu.8. fol.55
Diem cedere,& venire quid ſit,& quādo dicatur.num.11. fol.54
Dies tacita quæ tacitè ſubintelligit̄, qn̄ impediat obligationē,vel actionē naſci.nu.12 13.14.15.ibid & ſeq.
Ante diem agens, quando dicatur. male agere. nu.17.18.19. fol.56
Dies ante conditionem neque ceſſit neque venit.nu.20. ibid.
Dies & conditio in dubio fauore grauati cenſetur appoſita. nu.2.fol.61
Dies adiectus quando vitiet actum. l.lxxviij. fol.162
Dies termini. vide Terminus.

Diffe-

Differētia aliter à legiſtis,aliter à dia lecticis accipitur.nu.74. fol.288
Differentia per plus & minùs, quando conſtituant diuerſas ſpecies. nu me.75.ibid.& num.6. fol.96
Diffinitio ſeu deſcriptio debet præcedere tractatum.num.3.fol.8. & nu. 11.61. fol.276.182.
Diffinitio vnde dicta. nume.4. Et eſt duplex.nume.7. fol.275
Diffinitio quid rei quid ſit. nume.6. cum multis ſequentibus.ibid.& nu me.46. fol.279
Diffinitio quid nominis,quæ deſcriptio dicitur,quid ſit. ibid.Eſt multiplex.nu.47.quomodò detur.52. cū ſequen. fol.280
Diffinitio omnis in iure eſt periculoſa,& cur.nu.54.cum ſeq. fol.eod. Plura de diffinitione ibi tractantur per totam illam l. omnis diffinitio, vt ex ſummarijs eſt legere, quę breuitatis cauſa omitto.
Diſiunctiua quando operetur naturam ſuam.nu.5. fol.205
Diſpoſitio generalis. vide Generalis.
Diuus vnde dicatur.nu.1. fol.92.
DOCTOR, an, quomodò, & quando opinionem mutare poſſit, nume.2.45.7. fol.160
Doctoris opinio quam in conſilio poſuit præualet illi quam poſuit in lectu.nu.9.Limit.nu.10.11.fo.eod.
Doctoris ſingularis opinio an præualeat cōmuni opinioni in cauſis fauorabilibus.nu.2. fol.250
Doctrina (ſecundum philoſo.) tradenda eſt ab vniuerſalibus.nu. 15. Fallit nu.16. fol.4.&5
Dolus quid ſit.nu.14.fol.73. & nu.1. vbi an mortalis, vel venialis ſit traditur. fol 261
Dolus re ipſa præſumitur ex læſione quæ apparet.nu.6. fol.167
Dolus verus & præſumptus quando differant nu.6. fol.72
Diſpoſitio loquens de dolo cōprehēdit latā culpā.n 8.9. Fallit in pœna corporali,& diſtinguitur. fol.73
Dolus per pactum remitti nō poteſt. nume.73. Fallit in dolo præſumpto. nume. 75. 81. fol.81.cū ſeq. In dolo præterito.nume. 76. ibid. In dolo tacito. nu. 79. ibid.
Dolus in generali conceſſione vel remiſſione non venit.nu.74. fol.eod.
Dolus vel virtus quis in hoſte requirat.nume.21. fol.147
Dolo deſinens poſſidere habetur pro poſſeſſore.nu. 1.2.3. fol.262
Dolus in quibus caſibus præſumatur.nu.9. fol.266
Dolus in cōtractibus quomodò purgetur.nu.2. fol.269
Doli exceptio. vide,Exceptio.
Doli diffinitio Sulpitij & Labeonis quę ſit melior.nu.68.cū ſeq.fol.285
Doli replicatio non datur contra exceptionem doli.nume. 1. fol.269
Dolo caret,qui iudicis præcepto obtemperat.nu.1. fol.219
Dominus quando teneatur de geſtis per ſeruos, famulos, & filios. nu.8. fol.128.Et de incēdio famuli in domo conducta.num.53. fol.79
Domum ſuā reficere non licet,q̄n aliquid innouatur.nu 3. fol.141
Domus ſua debet eſſe vnicuique tutiſſimū refugiū.nu.1.fol.200.Idem in domo aliena prohibente domino domus, niſi iuſtitia impediretur.nume.2. ibid.
Domum alienam ingredi an & quādo liceat.nu.3. ibid.

Domus

Domus. vide Conductor recedens, Locator.
Donare, verbum, quomodò accipiatur.nume. 3. fol 218
Donare & perdere an æquiparentur. & oĩs alia coniectura. capi debet, q̃ donationis.num.4.5. fol.219
Donatio à ſponſo ſponſæ qñ valeat. Et quid de annulo.nu.35.37. fol.76
Donata ſponſæ per conſanguineos vel affines ſponſi an efficiãtur vxoris. nume. 38. Et quid de veſtibus factis per maritum nu.39. ibid.
Donatio facta rectori vrbis, quando confirmetur.num.3. fol.92
Donatio facta abſenti qñ poſſit ratificari per hæredem.nu.18. fol.137
Donatarij præſentia cum taciturnitate an inducat donationem cauſa mortis validam.nu.3. fol.138
Donatio abſenti facta ſtipulante notario, an reuocari poſſit antequàm acceptetur.nu.2. fol.159
Donatio quæ fit cauſa remunerationis propriè donatio non dicitur.nu mer.3. fol.172
In donationis remiſſione excedentis duca.500. inſinuationem requiri.num.4. fol.209
Donatio licèt non inſinuata valet cũ iuramento.nu.5. fol.209
Donatio omnium bonorum ſi contingat eum maleficium committere, non valet.nu.2. fol.267
Donator tenetur ſolùm inquantum facere poteſt.nu.1. fol.224
Donatarius an & qñ teneatur præſtare alimenta donanti.num.2. ibid.
Dormiens delinquis punitur de culpa tantum.nu.7. fol.32
Dotis finis quis ſit.nume.72. Et eius diffinitio an ſit bona. fo.287
Dos lucrum amplectitur, & onus nõ patitur.nu.21. fol.46.
Dos ſtipulata per notarium genero vnius fratris traſigentis cum altero fratre, non poteſt reuocari per aliam tranſactionem ſine facto generi.nu.14. fol.48
Dos an ſit cauſa lucratiua. n.4.fo.97
Pro dote in dubio iudicandum. nume.1. fol.173
Dos propter inopiam viri in tuto collocata, ſuperuenientibus diuitijs retractatur.nu.4. fol.175
Dotalia bona non dicuntur in bonis mariti eſſe.nu.2. fol.242
Dos. vide Inſtrm dotis. Statutum.
DVBITANS & ignorans an æquiparentur.nume.4. fol.64
Dubitationis tollendæ cauſæ ius nõ lędunt.vide, Superfluitas.
Dubium quotuplex ſit. nu.1. Et an ſequendo benigniora in dubijs ſit pars iuſtitiæ.nu 2. Et quando procedat.num.3.5.fol.38.& nu 1.fo.133
Duellum quid ſit. nume.16.Et an ſit licitum vel permiſſum, maximè de conſuetudine.nume.17. fol.253
Duello quando ſit locus. nu. 18. Et plura requiruntur.nu.19. fol.254
In duello quis actor vel reus dicatur.nu.20. ibid.
Et reus hẽt plures ꝓrogatiuas. ibid.
In duello chartellus quomodò concipiatur, & ibi de pluribus cautelis. num.21. fol.255

De litera. E.

ECCLESIA licèt ſit exempta, remanet tamen de territorio. nu.69. fol 190
EDICTVM perpetuum quid ſit,& quis compoſuit.nume.5. fol.2
Edicto prætoris. vide Prætor.

EFFECTVS attenditur: & valet argu. vide Arg.& nu.1. fol.267
ELECTIO & collatio an recipiāt conditionem.nu.29. fol.165
Electio pſonę incapacis ē nulla, licèt capacitas ſuperueniat.l.xxix.fol.92
Eligi debet minus malū, de duobus. nu.3. fol.273
Elemoſinæ liberant animas perſonarum.nu.5. fol.61
EMANCIPATIO diem vel conditionem non recipit,& quæ ſit ratio.numero.5. fol.163
Plura de emancipatione. ibidem.
Emancipari inuitus an quis poſſit. numero.1. fol.150
Emphyteuta tenetur de lata, & leui culpa.nu.49. nō de leuiſſima faciendo.nu.50. fol.78
Emphyteuta inuito an quis canonē dño ſoluere poteſt.nn.10. fol.151
Emphyteuta nō poſſidens non tenet ad ſolutionem canonis.nu.8.fo.58
Emptio rei propriæ non valet. nu.9. Intellige vt.nu.11.12. fol.118
EPISCOPVS an poſſit diſpenſare ad beneficia curata minorem xxv. annorum nu.15. fol.23
Epiſcopus qui ſub pœna ludum prohibuit, ſi ludit, non incidit in pœnam.nu.6. fol.68
Epiſcopus ſi conceſſit vicario vt poſſit omnia quę poteſt ipſe Epiſcopus excepta collatione beneficiorū, an poſſit facere alia Epiſcopo reſeruata.nu.37. fol.17
Epiſcopus ſi faciat compoſitionē de aliqua parte vſurarum remittendo reliquum,nihil agit.nu.4. fol.223
Epiſcopus negligens in petendo abſolutionem à ſuſpēſione dicitur nō velle,ſeu negligere.nu.2. fol.225
EQVALITAS inter reum & actorem eſt ſeruanda.nu.1. fol.107
Equiparatorum.vide Argu.
Equitas.vide,Æquitas.
Equum in paſcuis dimittens quomodo teneatur.nu.67. fol.80
Equus locatus,vide Locatio.
ERROR cōſenſū nō hēt.n.1.fo.210
Error expreſſus vitiat non tacitus.numero.16. fol.164
Errore datum repeti poteſt, conſulto non.nu.1. fol.131
Error in ſententia,vel iudiciis quando noceat.nu.5. . fol.182
Error.vide,Conſenſus. notarij error.
ESSE, vel eſſe debere,an paria ſint.nume.19.fol.66. Et vide,Argu.
Eſtimatio,vide Æſtimatio.
EVICTVM, exponitur, ideſt euictum eſt.nu.1. fol.242
EXACTVM iterum exigi æquitas nō patitur. nu.1.7.8. intellige. nu.10. fol.134.cum ſeq.
Exigi prohibitum an poſſit à ſponte dantibus accipere.nu.9. fol.135
Exceptio an ſit de genere regulæ. nu. 29.30. An firmet regulam in caſib⁹ non exceptuatis.nu.31.34.36.Et eā declaret.nu.32. fol.14.15.& 17.
Exceptio facta in aliquo caſu quādo ad ſimiles per alia iura porrigatur. nu.40.vel per viam extenſionis.numero.41. fol.19
Exceptione oppoſita an actio intentata perimatur.nu.8. fol.54
Exceptione doli repellitur ille cui voluntas teſtatoris reſtagat.n.1.fo.67
Exceptiones doli ſunt quinque ſpecies.nu.2. ibidem.
Exceptio doli generalis opponi debet quando dubitatur de cōpetenti exceptione.nu.3. ibidem.

In exceptionibus cumulatio admittitur. nu.2.3.4.8. Limita nu. 9.12. 13.14.15. fol.113.cum ſeq.
Exceptiones contrarias vt quis.poſſit proponere,cautela.num.10.ſo.114
Exceptio proprietatis nõ admittitur in poſſeſ.reſtituendæ, etiam ꝙ excipiens vellet incontinenti eam probare.nu.5. fol.116
Exceptio euidentis calumniæ æquipollet exceptioni ineptitudinis. numero.10. fol.146
Exceptio faciliùs datur,quã actio. §. cui damus. fol.172
Exceptio compenſationis. vide Compenſatio.
Exceptio innocentiæ nunquàm reijcitur.nu.5. fol.232
Excommunicatus niſi ſatisfecerit, interim non eſt excommunicatus. numero.6. fol.222
Excommunicatio prolata contra moleſtantes Titium,quomodò intelligatur.nu.1. fol.270
Executio ſine nouo proceſſu ſit cõtra fideiuſſorem de iudicato ſoluendo. numero.2. fol.203
Executionem paratam habẽt relicta in teſtamentis.nu.8. fol.52
Executionem paratam habet conceſſio iudicialis.nu.9. Et quid de conuentione,& ſtatuto ita diſponente. numero.10. ibidẽ.
Executio iuris non habet iniuriam. numero.1. fol.132
Executio ſententiæ ſemper per exceptionem ſolutionis impeditur. numero.3. fol.134
Executio perſonæ an & quando poſſit parti committi.nu.4.5. fol.227
Executio.vide,iudex.
Expenſa pro infirmo,captiuo,eódem nato facta an poteſt repeti. numerõ.7.8. fol.151
Expenſæ litis. vide in verbo. Reus. Actor. debitor citatus.
Expreſſum quid dicatur,& quid tacitum.nu.5. fol.246
Expreſſio inepta vbi nõ requirebatur an & quando vitiet.nu.6. fol.171
Expreſſa plus nocẽt quàm ſuppreſſa quantum ad annullandum actum. numero.1. fol.246
Expreſſa magis proſunt in nouatione,quàm ſuppreſſio.nu.3. ibidem.
Extenſio non debet fieri in his quæ contra rationem ſunt, fallit tamen, vt vbi,& quando ſit in odioſis. numero.1.& 2. fol.264.& ſeq.
Extenſio.vide, Argumentum.

De Litera F

FACINORI futuro quando quis teneatur obuiare. n.2.3 10. Et quid de iure Canonico.nume.11. fol.128.cum ſeq.
Fama & vita æquiparantur, & quando.nu.2.3. fol.201
Facta infecta per pactum vel ſtipulationẽ fieri non poſſunt.nu.1.fol.94
Facta quomodò per fictionẽ poſſunt fieri infecta.nu.5. Et an procedat in his quæ ſunt facti.nu.6. fol.95
Factum non tollit, quod impedit faciendũ.nu.1. etiã ꝙ nõ ſit legitimũ. nu.6.Fallit.nu.2. fol.174.cũ ſeq.
Factum quandoque faciliùs deſtruitur,quàm impediatur de nouo fieri. numero.7. Et quid de effectu. numero.8. fol.175
Facta probari debẽt:& quid ſi fuerint notoria.nu.7. fol.84
Facti quęſtio,quę dicat.nu.11.fo 85
Facere prohibetur, quando reficere poſſit.nu.1.& ſeq. fol.141

Faciens

Faciēs per alium an cenſeatur per ſe ,ipſum facere.l.cxxx. fol.220
Facti appellatione,quando veniat nō factum.nu.3. fol.249
Famulus.vide Culpa,Dominus.
Familia poteſtatis ſi dubitet eripi captiuum, an poſſit illum occidere. nume.8. fol.228
Fauorabiles dicūtur cauſæ dotis, piæ cauſæ, teſtamenti,matrimonij, pupillorum,& viduarum.nu.1.fol.250
FEVDATARIVS hęres alienās feudū non cadit à iure ſuo.nu.8. fol.109
In feudi alienatione an cōſenſus domini mediati vel immediati requiratur.nu.6. fol.124
In feudo pro ſe,hęredibus,& ſucceſſoribus quomodò ſuccedatur. numero.11. fol.295
Feudum promittens diſtinctè recognoſcere,tenet id facere, licèt damnum incurrat.nu.4. fol.289
Feudum confiſcatū vide Cōfiſcatio.
FICTIO in his quæ ſunt merè facti, quando locum habeat.nu.6. fol.95
Fides, vide Promiſſio.
Fides an hoſti ſit ſeruāda.n.19.f.147
Fideicommiſſarius & hęres an ęquiparentur.nu.11. fol.212
Fideiuſſorem non idoneū admittens ſibi pręiudicat.nu.1.7.fol.63.& ſeq.
Fideiuſſorem dare obligatus,an liberetur damno pignora.nu 1.4.fol.88
Fideiuſſor pro maiori ſumma obligatus, non tenetur in minori, in qua obligatus erat prīcipalis.nu.2.f.203
Contra fideiuſſorē de iudicato ſoluendo fit executio ſine nouo proceſſu.nu.2.§.nemo. ibidem.
Fideiuſſor vſuras à principali quādo repetere poſſit.nu.3. fol.289
Filia nubens indigno an dote fiat indigna.nu.9. fol.94
Filia renūtians bonis patris an excludatur à bonis fratris.nu.4. fol.142 & nu.5. fol.180
Filius delinquens mandato patris an excuſetur.nu.5.6.8. fol.26.& 27.
Filius qui patre inuito agnoſcere poteſt bonorum poſſeſſionem, an eo ignorante poſſit nu 2. fol.89
Filius & monachus illicitè acquirens patri & monaſterio non acquirit. numero.2. fol.127
Filius quomodò patri inuito acquirat.nu.13.fol.152.& nu.2.6.fo.193
Filius à ſeruo in acquiſitione differt. numero.3. ibidem.
Filius quicquid acquirit an domino acquirat hodie.nu.2. ibid.
Filius an poſſit vendi propter famem vide,Pater.
Filius delinqnens patre ſciente, & nō acclamante facit patrem teneri.numero.8. fol.129
Filium licèt vnicum reliquerit, non dicitur tamen ſine liberis deceſſiſſe. numero.2. fol.233
Filiorum conditio vide Conditio.
FLVMEN, vide Aqua fluminis.
FOEMINA vnde dicatur.nu.1.fo.20
Fœmina eſt remota ab omnibus officiis ciuilibus,quæ ſunt virilia.nu.3. Fallit.nu.4. fol.21
Fœmina non poteſt magiſtratum gerere.nu.5. Nec eſſe procuratrix, poſtulare, vel pro alio fideiubere. numero.6. fol.eod.
Fœmina Iudęa tutelam Iudęi adminiſtrare poteſt.nu.7. ibidem.
Fœmina tripliciter exceditur à viro. numero.8. ibidem.
Fœmina eſt regulariter bona,& triſtatur in morte maritorum,ſiue ſenem ſiue

ſiue iuuenem habeat.nu.9. ibid.
Fœmina citiùs ſit viripotens quã vir. Et quæ ſit ratio.nu.10. fol.22
Fœnerator q. res à tineis corrodi permiſit,tenetur damnum reſarcire.nu mero.44. fol.79
Forenſibus quando beneficia legum competant.nu.5. fol.43
Fornicatio.vide Adulterium.
Forma in minimis ſeruari debet. numero.2. fol.232
Fortuiti caſus q. dicant̃.nu.86.fol.82
Fratres minores poſſunt eſſe teſtes,nõ tamẽ notarij.nu.19. fol.24
Fraus propriè quæ dicatur. nu.1. Et quomodò probetur.nu.2. fol.166
Fraude quid factum quando dicatur. numero.1. fol.167
Fraus ineſt dolo, vt ſpecies generi. numero.2. ibidem.
Fraudis ſpecies quæ ſint.nu.3. ibidẽ.
Fraus de permiſſo ad permiſſum, nec de prohibito ad prohibitum nõ fit. numero.4. ibidem.
Fraus,fallacia,calliditas,machinatio, impoſtura quid ſint.nu.5. ibidem.
Fructus in verbo poſſeſſor.
Furioſus quis dicatur, quomodò probetur, qñ præſumatur,& quãdo de delicto puniatur.nu.2. fol.31
Furioſus nullum negotium contrahere poteſt.nu.1. Neque matrimonium.nu.6. ibidem.
Furioſus non punitur de homicidio commiſſo ante furorem.nu.3.fo.32
Furioſus moriens in peccato mortali, quod ante furorem incurrerat, eſt damnatus.nu.4. ibidem.
Furor quotuplex ſit.nu.5. ibidem.
Furioſus, vide prodigus. per totum.
Furtum à famulo cõmiſſum, dicitur caſus fortuitus.nu.20. fol.74
Furtum propter neceſſitatem permittitur.nu.3.intellige. nume.4.5.7.8. fol.217.& ſeq.

De litera G

Gabellas duas quis non tenetur ſoluere.nu.4. fol.134
Gabellę ſolutio an euitet̃ cancellato inſtrumento cõtractus.nu.6. fol.47
Genus à ſpecie aliter indicatur à legiſtis, quàm à dialecticis. nume.2. fol.168.& nu.74. fol.288
Generi derogatur p ſpeciẽ.nu. 3.4.5. In legibus & ſtatutis. nu.8. Limita. nu.9.10.In contractibus.nume.12. In vltimis voluntatibus. nume.31. In legatis.nu.15.In reſcriptis & mãdatis.nu.16.Secus in priuilegiis. nu mero.17. ibidem cum ſeq.
Generalis confirmatio non trahitur ad ſpecialiter reprobata.nu.6. ibid.
Genus, ſpecies, & indiuiduum quid ſint.nu.6. fol.208
Genus ineſt ſpeciei poſitiuè. numero.10. ibidem.
Generalis clauſula.vide,Clauſula.
Generales doctrinæ an in fine ſint ponendæ.nu.14. fol.9
Generalis diſpoſitio quando comprehendat cauſam priuilegiatam. numero.1. fol.158
Ad generis poſitionem non ſequitur poſitio ſpeciei.nu.1. fol.200
Generalis confirmatio priuilegiorũ non cõprehendit ſpecialiter reprobata.nu.38.fol.18.& nu.6. fol.168
Generali in diſpoſitione non includuntur ea,quæ fieri nõ poſſunt.numero.3. fol.233
Gloss. l.j.§.j.ff. de ſuperfi. ornatur ſub nu.4. fol.98
Gloſſ. l.ij.C. de curat. furio. ornatur ſub nu.5. fol.105

Gloſſ.l. ſi patronus.§. patronum.ff.ſi quid in frau.ornatur.nu.9. fol.210
Gloſſ l.ſi rem.§.tignum.ff. de rei ven di.ornatur poſt nu.11. fol.28
Glo.ſi.c.fraternitatis.xij.q.ij.ornatur & declaratur poſt.nu.3. fol.119
Gladij poteſtas quando delegetur. vide Delegatio.
GRATIAE pontificum quando ligent.nu.28. fol.7

De litera H

HABILITAS perſonę quo tẽ pore requiratur nu.6. fol.22
Habilitas ſuperueniens quando con firmet actũ inualidum.l.xxix.fo.92
Habilitas delegati attenditur tempo re datæ.nu.6. fol.23
HAEREDITAS quid ſit.nu.1.quãdo propriè dicátur.nu.3.5. Et an ſit de iuregentium.nu.8. fol.141.& ſeq.
Hæreditaria bona quæ dicantur.numero.7. fol.142
Hęreditas quomodo locum concernat.nu.9. ibid.
Hęreditas & tutela à pari procedunt. nu.1.Fallit quátuor modis vt ibi,& numero.3. fol.156
In acquirenda hęreditate præcipuè animus requiritur.nu.1. fol.161
Hæreditatis aditio conditionem nõ recipit,& ponit ratio.nu.11.fol.164
Hęreditatis aditio retrotrahitur ad tẽ pus mortis.nu 2. fol.243
Hęredis inſtitutio facta in fundo tra hitur ad totum.nu.3. fol.50
Hęredis inſtitutio an conditionem vel diem recipiat.nu.23. fol.165
Hæredis appellatione veniũt omnes in infinitum. nu.1.2.3.4.5.6.Fallit nu.8.10.11.12.13.14.fo.244.cũ ſeq.
Hæres grauatus poſt mortem,an poſ ſit in vita ſoluere.nu.3. fol.61
Hæres iuſtam ignorantiam habet in rebus defuncti.nu.2. Fallit nu 9.12. 13.14. fol.110.cum ſeq.
Hæres qui propter canonem non ſolutum cecidit à iure ſuo, reſtituitur in integrum.nu.3.5. fol.eod.
Hæres negligendo ſoluere legatum pęnale factum vxori teſtatoris,incidit in pęnam.nu.2. fol.249
Hæres ex dolo defuncti quomodo te neatur.nu.1. fol.269
Hæres denegans reſtitutionẽ rei con ductæ non patitur pœnam.l. pen. C.vnde vi.nu.6. ibidem.
Hæres vendens fundum emphyteuti cum nõ cadit à iure ſuo.nu.7.ibidẽ.
Hæres ſuus immiſcendo ſe in bonis patris, quando cenſeatur habere notitiam contentorum in teſtamento. numero.10.11. fol.eod.& ſeq.
Hæres qui ex proprio delicto conuenitur,tenetur inſolidũ.nu.1. fol.115. & nu.1. fol.268
Hæres quando teneatur ex dolo defuncti de eo quod ad eum non peruenit.nu.2. fol.115
Hæres repręſentat perſonam defun cti.nu 1. Et quomodò num.11.12. 15.21. fol.136.cum ſeq.
Hæres agens tenetur probare ſe hęre dem.nu.6. fol.136
Hæredi competit remedium cap. redintegranda.iij.q.j.nu.17. fol.137
Hæres quandoq; habet plus iuris q̃ defunctus.nu.20. fol.137
Hæres pro parte pro qua eſt hęres nõ poteſt contrauenire facto defuncti. nu.1.Fallit nu.3.4.6. fol.267
Hæres proxim⁹ ſi mulier ſit pręgnãs hęreditatem adire non poteſt. numero.1. fol.233
Hæredis appellatio cõprehendit oẽs

hæredes ex mente & vtilitate, ſecus de propria vocabuli ſignificatione. nu.1.cum ſeq. fol.244
Heredis factum cenſetur factum defuncti.nu.1. fol.136
HOMO liber delinquẽs mandato alterius, an & quomodò puniatur. nume.11. fol.28
Homo ad imaginem & ſimilitudinem Dei factus eſt.nu.4. fol.59
Homines baronis alicuius Regis,nõ dicuntur hoĩes Regis.nu.8.fol.124
Homo liber æſtimationem non recipit. nu. 5. Et quid ſi ad pretium participandum vendere ſe permiſerit.nume.6. fol.201
Homo ratione carens, non eſt propriè homo.nume.65. fol.284
Homicidium negans, ſi fuerit conuictus, poteſt excipere ad ſui defenſionem feciſſe.nume.5. fol.113
Homicidium confitens ad ſui defenſionem, tenetur probare defenſionem,aliàs punitur.nu.6. ibid.
Honeſtum præfertur licito.nume.1. vbi latè traditur. fol.247
Horæ appoſitio attenditur in inſtrumentis.nu.4. fol.173
Hort⁹ an veniat acceſſoriè ad domũ venditã vel legatam. nu.12.fol.230

De litera I.

IDONEVS qui à ſatiſdatione liberatur,ſi tenetur dare pignora, non liberatur.num.8. fol.89
Idoneus infrà, Pignus.
IMAGINARIVM verbum quid ſit,& imaginaria venditio.n.1.f.59
Ad imaginem & ſimilitudinem Dei factus eſt homo.nu.4. ibid.
Imagines ſanctorum ad memoriam primitiuorum adoramus.n.5.ibid.
Imago relinqui non debet origine rei ſublata.nume.6. ibid.
Immunitas patri cõceſſa propter numerum liberorum, durat etiam eis mortuis nume.15. fol.150
Immunitas loco conceſſa ad ſucceſſorem loci tranſit.nu.2. fol.228
Impedimentum, quando eſt notoriũ, nõ tenetur proteſtare.n.1.f.104
Impedimentum.vide, Negligentia.
Imperitia culpæ adnumeratur. nume.1. fol.262
Impoſſibilium nulla eſt obligatio. nume.1. fol.232
Impoſſibilia quę dicantur. n.2.ibid.
Impoſſibilis. vide Cõditio, principis.
Imperator Antoninus quare dictus ſit Pius.nu.2. fol.92
Imprudenter delinquenti mitigatur pœna,vide Pœna.
Imprudenter dictum ſeuerè per Romanos fuit punitum.nu.5.fol.202
Impubes quis, & vnde dicatur. nume.1. fol.22
Impuberes quando remoueãtur ab officicijs ciuilibus. nume.2.8.9.18. fol.eod.& 23.cum ſequen.
Impubes quando admittatur ad officia eccleſiaſtica.nu.3.4.9.11.ibid.
Impubes poteſt fieri notarius,creari miles,& feudo condemnari. nume. 5.8. fol.22.& 23
Impubes quando poſſit habilitari à principe maximè ad teſtandum.nume.7. fol.23
Impubes nõ poteſt teſtificari.nu.20. Fallit.nume.21. fol.24
INDICTIONIS omiſſio in ĩſtrumento an vitiet.nu.19.20. fol.183
Indefinita quando æquipolleat vniuerſali.nume.7.8.9.10.13.14.15.16.17. fol.9.cum ſeq.
Indulgẽtia principis pœnã remittit, ſed

ſed bona nõ reſtituit.nu.12. f.197
Indulgentia principis an habeat locum in præiudicium tertij, & cautela.num.13. ibid.
Indulgentia principis non valet in crimine læſæ maieſtatis, niſi dicatur motu proprio.nu.14. fol.197
Ineptitudo alicuius rei in actu non requiſitæ qñ vitiet.nu.7.8. fol.171
Infans. vide Pupillus.
Ingratitudo futura per pactum remitti non poteſt: præterita ſic. nume.77. fol.81
Inimicus. vide, Amicus.
Iniuriarum actionem quando quis euitet.nume.10.11.12.13. fol.126
Iniuriarum actio quomodò aboleatur nume.14. fol.126
Iniuriam in foro fori remittere quis non cogitur.nu.10. fol.47
Iniuria an fiat volenti, latè in l.188. folio 266.
Iniuriam nemini facit, qui iure ſuo vtitur.num.2. fol.268
Iniuria. vide Libellus.
Innocentiæ exceptio nunquam reijcitur.nume.5.& ibi plura de innocentia. fol.232
Innocens an præſumatur ſuſpenſus, cui laqueus fractus eſt, vel decapitatus & reuiuiſcẽs.n.11.12.13. f.252
Inſtantia non perit quando cauſa protelatur cauillationibus aduerſarij.nume.9. fol.146
Inſtitutio facta ſpreto patrono conualidatur ex nunc per lapſum temporis præſentandi.nu 4. fol 93
Inſtitutio vitioſa quando reconualeſcat.nume.1. fol.292
Inſtrumenta regulariter non habent executionem paratam.nu.8. fol.52
Inſtrumenti leuati expenſa ad debitorẽ ſpectat poſt morã.nu.51.f.188
Inſtrumentorũ coniunctio facit probationem liquidam.nu.24. fol.13
Inſtrumenta diuerſi tenoris probãt conſuetudinem.nu.12. fol.100
Inſtrumenta ad conſtituendum aduerſarium in mala fide quando debeant exhibi.nu 22. fol.111
Inſtrumenta in forma cameræ an habeant exequutionem paratam. nume.92. fol.192
Inſtrumentum dotis quãdo priùs factum quàm alterum præſumatur. nume.3. fol.173
Scripta in inſtrumentis præſumuntur de commiſſione partium. nume.7.8. fol.182
Si indictio in inſtrumento deſit, an vitietur.nu.19.20. fol.183
Inſtrumentum de longinquo non probat ſine literis teſtimonialibus. nume 57. fol.189
Inſtrumentum dicitur probatio probata,& veritas apparẽs.nu.80. fol 191
Pluta de inſtrumentis, vide Sũmarium l.ſi librarius.fol.181. quæ hic breuitatis cauſa omitto.
Inſtrumentum, vide Prothocollum.
Intellectiones diuerſæ in nobis propter diuerſa phantaſmata generantur, poſt nu.4. fol.160
Intellectus plurium legum, vide in verbo Lex.
Intereſſe quotuplex ſit,& eius ſubdiuiſio nume.2. fol.83
Intereſſe cõuentum, cõmune, ſingulare, vnde denomiuẽtur.n.4.& ſunt vocabula magiſtralia.nu.5. fol.84
Intereſſe in facto conſiſtit, ideò probari debet nume.6. fol.eod.
Intereſſe libellus quomodò concipi debet.nume.12. & an incertus admittatur.

mittatur.nu.13. fol.85
Intereſſe ſingularis affectionis non debetur, ſed bene ſingularis lucri. nume.6. fol.166
Intereſſe eſt difficilis ꝓbatiõis.n.14. & quomodò probetur nu.15. ibid.
Intereſſe probari debet in materia propinqua, & ſufficiunt probationes coniecturales. nu.19. fol.86
Intereſſe in ſentẽtia quomodò concipi debet, etiam qñ quãtitas nõ fuit deducta nec probata.n.21.22. ibid. & quid ſi fuerit deducta, ſed nõ probata.nu.23.24.25. fol.87
Intereſſe in ſpiritualibus an poſſit peti.nume.26. fol.eod.
Intereſſe, vide infrà Pactũ, Pœna.ij. nume.6. fol.166
Interpretatio verborum fit contra fundantem ſe in verbis. nume. 16. fol.40.& nume.1. fol.223
Interpretatio tàm in dictis quàm in factis debet fieri in meliorem partem poſt num.1. fol.133
Interpretatio ſumẽda pro validitate actus.nu.4.fol.148.& nu.2. fo.223
Interpretatio, vide, Argu.
Interrogatorijs per iudicem factis recuſans reſpondere, poteſt puniri. nume.2. fol.131
Inueſtitura non prodeſt rebus iniuſtè poſſeſſis. nume 7. fol.168
Inuitis aliquibus qui poteſt aliquid facere, multò magis eis abſentibus & ignorantibus, quomodo procedat.nu.4.5.7. fol. 89.cum ſeq.
Inuito me quod fieri poteſt cauſa cognita: me ignorante fieri nequit. nume.6. ibid.
Inuitis quando conferantur beneficia.nu. 1.& ſeq. fol.150.cum ſeq.
IRA & iracundia, vnde dicantur.nume.1. fol.115
Iracundiæ calore dicta vel facta non valent nume.2.Fallit num.4.6.10. 15.17. fol eod.cum ſeq.
Ira Dei quid ſit.nume.3. ibid.
Iracundia debet probari & eſt difficilis probationis nume.5. ibid.
Iracundiæ calore facti pœna minuitur.num.7.Limit.nu.9. ibid.
Iracundię calore iniuriã faciẽs, reuocare eam poteſt.nu.11.& intra quot tempus.nu.12.13. fol.126
IVDAEA tutelam iudæi adminiſtrare poteſt.nu.7. fol.21
Iudæi redacti ſunt in ſeruitutem per nouum teſtamentum poſt num. 3. fol.109.habent tamen filios in poteſtate.nume.3. fol.148
Iudex obedire principem quando debeat.nume.10. fol.28
Iudex ſub conditione datus non habet iuriſdictionem, niſi purificata conditione.nu.27. fol.57
Iudex defenſionẽ pro innocentia ab ſentis ſuſcipere tenet̃.poſt n.1.f.103
Iudex peritus vel impitus an & quomodò facere debeat in iudicando, etiam quòd cogatur per ſtatutum. in l.47.nu.11.& ſeq. fol.122
Iudex an poſſit vti cauillationibus contra teſtes & delinquentes. nume.16. fol.146
Iudex habere debet æquitatem ante oculos.n.5.quomodò procedat, nume.7.& clemẽtior lege eſſe non debet.nu.6. fol.178
Iudex incompetens, vide Citatus.
Iudex an poſſit parti committere capturam perſonæ, vide Capturæ.
Iudex prohibitus accipere, an poſſit à ſponte dantibus capere. nume.1. cum ſequen. fol.272

Iudex in ſententia diffinitiua debet ſeparare ius competens ab incompetenti.nu.7. fol.198
Iudex comperta innocentia debet de ſiſtere ab executione. nu. 4.fol.232
Iudici quando non ſit parendum. nume.1. fol.223
Iudicium quando cœptum dicatur. nume.1. fol 219
Iudicis mandatum excuſat à dolo. nume.1.2. fol.219
Iuramentum calumnię tacitè poteſt remitti.nu.82. fol.82
Iuramentum ſuplet defectum inſinuationis.num.5. fol.209
Iurãs ſeruare ſtatutũ intelligitur niſi iuſta cauſa ſupuenerit. n.1. fol.175
Iuriſdictio cẽſet͂ potiùs data accumulatiuè quã priuatiuè.nu.18. fo.170
Ius accreſcendi quare fuit introductum.nu.5. fol 34
Ius accreſcendi an habeat locum in fiſco hærede.num.4. fol.196
Ius quæſitum in contractibus ſine facto noſtro etiam ex cauſa dotis nõ poteſt alienari nume. 3.4.5.6.7.8. 9.10.11.12. fol.46.cum ſeq.
Ius quæſitum reuocabiliter tantùm ſine facto noſtro poteſt auferri nu. 13.& ponuntur alię quinque limit. nu.15.16.17.18.19.fol.47.cum ſeq.
Ius publicum quid ſit. nu. 2. fol. 91. & quòd pactis priuatorum derogari non poteſt.ibid.nu.1. fol.118
Ius ex perſona actoris metitur, non poſſeſſoris.nu.1. fol.259
Ius ſolemne quid ſit. nume.3. ibid. & num.1.fol.232.& nu 3. fol.91
Ius ciuile qũo intelligat͂.nu.2. fo.96.
Ius naturale duplex eſt.nu.5.ibid. & eius effectus qui ſint.n.1. fol.311
Ius naturale eſt,alteri ne feceris, qd tibi non vis fieri.nu.3. fol.290
Ius gentium duplex eſt.nu.5.fo.173
Ius adeũdi ſoli filio & ſeruo acquiritur,& monacho & nõ monaſterio. nu.14.& 15. fol.153
Ius de futuro repudiari non põt, ſed pacto ſic:& quæ ſit ratio. n.1.f.226
Iure ſuo nõ poteſt quis priuari, etiã propter turpitudinem vitæ.num.8. in fin. fol.47
Ius perſonale mutatur mutatione perſonæ.nu.3. fol.228
Ius ſibi dicere, vel authoritate propria ſibi ſatisfacere an & quando liceat.l.137. fol.227
Hyppocrates cur de podagra nõ ſcripſit.nume.4. fol.143

De litera L.

LABORATORES domini mandato aliquid faciẽs an excuſentur.nu.11. fol.28
Laicus hodie clericum non iudicat. nume.6. fol.102
Laqueus. vide Dãnatus.Innocentia.
Læuia delicta, & atrocia quæ ſint. nume.7. fol.27
LEGATO in gñali qñ venalia ĩcludant͂.nu.27.& poſt nu.35.f.13.&18
Legatum ad pias cauſas largè accipitur.nu.10. fol.39
Legatum dotis,cum hoc quòd vxori ſuæ reſtituatur, non patitur falcidiam.nu.7. fol.53
Legata an pleniùs interpretentur.nume.1.2.6. fol.50 cum ſeq.
Legato vino, vaſa modici valoris veniunt.num.11. fol.52
Legari an poſsĩt res hoſtiũ.n.14.f.eo.
Legatarius an teneatur ſoluere tributum præteritum.nu.13. fol.eod.

Legatum quãdo ante diem ſolui poſſit.nu.1. fol.60
Legata trãſmiſſibilia quæ ſint, & cui acquirantur.nu.1. fol.62
In legatis factis filio vel ſeruo inſpicitur tempus exiſtentis cõditionis, & quæ ſit ratio.nu.3. ibidem.
Legata & fideicommiſſa quomodò ſint acceſſoria ad teſtã.nu.7.fo.229
Legitima an ſit cauſa lucratiua. numero.3. fol.97
Legitima an pacto tolli poſſit.numero.6. fol.37
Legitima an ſtatuto tolli vel minui poſſit.nu.5. ibidem
Legitimæ ſupplementum tranſit ad hęredem filij.nu.8. fol.136
Legitima matri per ſtatutum debita in bonis filij ſui ſine liberis decedenti,non tranſmittitur ad fratrẽ,quando vxor filij prægnans præſumitur. numero.12. fol.235
Legitimari an quis poſſit inuitus. numero.1. fol.150
Legitimatio fieri poteſt ſub conditione.numero.22. fol.165
Legitimatio pſonarũ an ſit ſummaria ĩ cauſa ſummaria.nu.10.fo.230
Legitimi actus q dicanẽ.nu.2.fo.162
Legum coniunctio facit probationẽ liquidam.nu.24. fol.13
Leges tollunt occaſionem delinquendi quò ad poſſunt.nu.2. fol.205
Leges deceptis, & non decipientibus ſubueniunt.nu.1. ibidem.
Lege permittẽte factum, pœnã non meretur.nu.1. fol.268
Lex quid ſit.nu.1. fol.210
Lex eſt regula quædam ducta à ratione recta.nu.19. fol.6
Lex debet ordinare actus virtutum & prohibere vitia.nu.20. ibidem
Lex pœnam continens dicitur eſſe æqua.nu.16.fol.179.& quando extendatur.nu.4. fol.239
Lex generalis reſtrictionem de habilitate quando recipiat.nume.3.7.9.& ſeq. fol.eod.& ſeq.
Lex habet poteſtatem etiã ſuper naturali obligatione.nu.3. fol.69
Lex quando ex rarò accidentibus cõſtituatur.nu.6.8. fol.144
Lex an & quando ſit certa de futuro. numero.2. fol.222
Lex abhorret cauillationes: & eã caluniare nõ debem'.nu.7.8. fol.145

## De intellectibus, declarationibus, & limitationibus legum.

L.j.ff.de vſufru.quemadmo.caue.declaratur.nu.3. fol.92
L.j.§.ſi pendeat.ff. ad Macedo. declaratur.nu.9. fol.222
L.j.§.dolum.ff. de dolo.intellect. ſub numero.68. fol.285
L.continuus.ff.de verb. obliga.intellect.ſub.nu.3. fol.2
§.nos verò, in procem.ff. quomodò intelligatur ſub nu.8. fol.3
L.ſi Seruitus ff.de ſeruitu.vrban. prędio.intellect.ſub nu.7. fol.9
L.pater Seuerinam.ff. de condit.& de monſtr.intellect.nu.1. fol.25
L.ſi ſolus.ff.de acqui.hęred.intellect. poſt nu.5. fol.34
L.hæreditas ex die.ff. de hęredib.inſtit.ornatur poſt nu.6. ibidem
L.Titia.§.fi.ff. de aur.& arg.leg.quomodò procedat.ſub nu.10. fol.39
L.veteribus.ff. de pactis.ornatur.ſub numero.16. fol.40
L. ſi plures. §. item. Mela. ff. ad leg. Aquil.ornatur.ſub nu.20. fol.41

L.cùm dotem.ff.ad leg.Falcid. ornatur.ſub nu.7. fol.53
L.minor annis 25.cui fideicom.ff.de mino.ſub nu.8. fol.52
L.liber homo.§. decem hodie. ff. de verb.obli.quãdo habeat locũ.nu.7. & poſt nu.8. fol.55
L.cedere diem.ff.de verb.ſigni.ornatur.poſt.nu.10. ibidem.
L.ſed & ſi pupillus. §. proſcribere.ff. de inſtit.ornatur.poſt.nu.3. fol.64
L.ſi duo.ff.de acquir.hęred. ornatur. ſub.nu.8. fol.eod.
L.ſolemus.§.latrũculator.ff. de iudi. ornatur.poſt nu.7. fol.68
L.non vult hęres eſſe.ff.iſto tit intellect. fol.33
L.domum ſuam iſto tit. fol.141
L.cum precario.ff. de prę̨ca. quando procedat ſub nu.25. fol.74
L.argentum.l.fi.ff. cõmod. ornatur. ſub nu.32. fol.76
L.ſi merces.§. qui columnam.ff. loca. quomodò procedat. ſub nume. 45.46. fol.77
L.ſi vnus.§.illud.ff.de pact.intellect. nume.80. fol.82
L.fi.ff.de præto.ſtipul. quomodò intelligatur.ſub nu.16. fol.85
L.filio.ff.vt lega.no.caue.declaratur. nume.3. fol.92
L.vel vniuerſorũ.ff. de pignor. actio. ornatur.ſub nu.7. fol.99
L.ſi negotia.ff.de nego.geſt. quando procedat.nu.2. fol.103
L.milites.§.veteranus.ff. de teſta.militari,ornatur & declaratur.ſub nume.2. fol.100
L.ſi quis inficiatus.ff.depoſi.ornatur & declaratur.ſub nu.15. fol.110
L. quidam hyberus. ff. de ſeruitut. vrb. prædio. ornatur & declaratur. nume.24. fol.112
L.planè.ff.commo. quomodò intelligatur.ſub nu.7. fol.117
L.ſi.tibi.§.hi quorũ.ff.mandat. quomodò intelligatur.ſub nu.9.fo.118
L.ſi pater. cum ſimil ff. quæ in fraudem cred.ornatur.ſub nu.4. fo.127
L.Proculus.ff.de dam.infect.ſub nume.3. fol.131
L.bonorum.ff.rem ratam haber. ſub nume.17. fol.140
L.ſeruitutes.§. ſi ſublatũ.ff. de ſerui. vrba. præd. declaratur & ornatur. nume.2 fol.141
L.antiqui.ff.ſi pars hęredi. peta.ornatur.ſub nu.6. 144
L.in fundo.ff.de rei vendi.declaratur & ornatur.ſub nu.11. fol.146
L.nam & Seruius.ff.de neg. geſt.quomodò intelligatur.nu.120.fol.147
L.ſi inſulam.ff.de præſcript. verb.ornatur.nu.2. fol.148
L.plenum.§.equitij.ff.de vſu & habi. ornatur.nu.3. fol.eod.
L.quoties.cum ſimil.ff.de reb.du.ornatur.nu.4. ibidem
L.iſti quidem. ff. quod met. cauſ.ornatur.ſub nu.3. fol.158
L.furioſus.ff.de tutel.quomodò procedat.nu.17. fol.164
L.ſi alij.ff. de vſufruct. leg. declarat. ſub.nu.12.& ornatur.in fi. fol.169
L.inter.§.cùm inter.ff. de pact. dotal. nume.9. fol.171
L.non puto.ff. de iure fiſc. ornatur. ſub nu.4. fol.173
L.non diſtinguemus.§.ſacerdotio.ff. de arbit. declaratur & ornatur. ſub nume.7. fol.175
L.proſpexit.ff.qui & à quibus ornat. ſub nu.9. fol.178
L.hæc autẽ.§.j.ff qui. ex cau. in poſſ. eat.

tat.ornatur.ſub nu.3. fol.204
L.iiij.§.ſi in vẽditione. & l.ſicut.§. nõ videtur.ff.quib. mod. pig.ſol.na. ornantur.nu.1. fol.213
L.ſi pater.ff.de manu. vind. ornatur. ſub nu.1. fol.214
L.quod maior.ff. ad municip. ornatur & limitatur.nu.10.12. fol.216
L.qui commeatus.ff. de re milita.ornatur.nu.4. fol.225
L.abſentem.ff.de pœn.ornatur. nume.10. fol.252
L.qui autem.ff.de his qui in frau.credi.declaratur.nu.2. fol.263
L.cùm hęres.ff.de diuer.& temp. pręſcri.ornatur.nu.1. fol.265
L.ſi tamen.§.e qui.ff.de ædi. edi. ornatur.nu.2. fol.266
L.liber homo.ff.ad leg.Aquil.ornať. nume.6. ibidem.
L.ſuus.§.puto.ff.de hęred.inſtit.intellectus.nu.64. fol.284
L.ij.ff.de ſtatu hominis.intellect.ſub nume.5. fol.2
L.iiij.§.j.ff.de fideicommiſ.libert.ornatur.ſub nu.5. fol.144
L.ij.C.de vete.iur.enuclean.quomodò intelligatur.nu.8. fol.3
L.Sabinus.C.cõm.diuid. declaratur. nume.20. fol.241
L.ij.C.de pat.qui fil. diſtr. quomodò intelligatur.ſub nu.4. fol.68
§.quibus.in prima conſt.C.quomodò procedat.nu.1.2.3.4. fol.198
L.altius.C.de ſeruitu.& aqua.ſub nume.3. fol.132
L. ſi quis argentum.§. ſi verò. C. de donatio.quomodò intelligatur.nume.5. fol.138
L.Gracchus. C. de adulter. ornatur. nume.1. fol.268
L.ſi vendicari.C. de pœn. declaratur & ornatur.ſub.nu.12. fol.126
L.ſi quis conductionis.C.loca. ornať & declaratur.ſub nu.5. fo.116
L.ſi quando.§. & generaliter.C. de inoffi.teſta.ornatur.poſt.nu.6. fol.37
L.penul. C.ſi minor maior.ſe dix. ornatur.nu.1. fol.205
L.pen C.depoſi.quomodò intelligať ſub nu.7.fol.116.& nu.16. fol.73
L.fi.C.de nouat.ornať.nu.3. fol.246
L.fi.C.de edict.diui Adr.tol.declarať. nume.89. fol.192
L.fi.C.ſi maior.fact.rat. hábu. ornať. ſub nu.2. fol.92
Libellvm dictio, quomodò exponatur.nu.3. fol.155
Libellus in quo quis dicit ſe hęredẽ inſolidùm, cum habuerit fratrẽ qui poſt immixtionem deceſſit, valet. nume.7. fol.744
Libellus in quo actio inepta eſt expreſſa non valet:ſecus de iure canico.nume.2. fol.246
Libellus in actione iniuriaꝝ quomodò debeat concipi.nu.8. fol.266
Libellus in intereſſe quomodò concipi debeat.nu.12.& 13. fol.85
Libellus.vide Actor.
Liberalis cõuenitur tantùm in id qđ facere poteſt.vide,Donator.
Liberis carere non dicitur, qui vnicũ filium vel vxorem prægnantem reliquit.nu.2. fol.234
Libertatis cauſa ſemper & vbiq; præcipua fuit,& largo modo dicitur pia cauſa.nu.1.2. fol.67
In libertate eadẽ determinatio duo determinabilia diuerſimodè determinat.nu.3. ibid.
Libertas eſt inęſtimabilis. nume.2. quid ſit.nu.3. fol.201
Litigans ſine dolo non dicitur eſſe

in mora.nu.1.2.3. fol.143
Litigans quomodò, & qualiter excuſetur ab expenſis. vide Expenſæ.
Litis conteſtatio regulariter facit cõditionem meliorẽ. nu.1.& qui ſint eius effectus.nu.3. fol.176
Locator & conductor adinuicem tenentur de dolo, lata, & leui culpa. numero.45. fol.77
Locator equi, vel muli, vide ſuprà Conductor.
Locator conductore non comparente, & domo clauſa, qd facere debet. numero.4. fol.200
Locupletior factus quando quis dicatur.nu.4. Et cautela ad probandum. numero.5. fol.135
Locupletior iure naturę quis fieri nõ debet cum alterius iactura. numero.1. fol.103
Lucrum aduentitium quid ſit. numero.1. fol.108
Lucri & dãni diſpar eſt ratio, & quando.nu.2.3.ibi.& nu.1. fol.263
Lucrũ ſentiens ex pſona alicuius illi⁹ factũ præſtare debet.l.cxcij. fol.267
Ludo. Ro. quando affirmare volebat aliquod ſomnium, ſe fundabat ex deciſio.Rot.ſecundum Alexan. ſub numero.26. fol.7

De litera M

MALÆ fidei poſſeſſor, vide Poſſeſſor.
Malitia qñq; ſupplet ętatẽ, & an præſumatur.nu.3.& 5, fol.205
Maior pars. vide Vniuerſi.
Malitiis qñ vti poſſit. vide, Cauillari.
Malum minus de duobus malis eſt eligendum. nu.3. non tamen malũ laudatur.nu.6. fol.273
Mandatũ ſpatio mille annorum non pſumit.nu.12 quæ ſit ratio. nu.13. declara.nu.14.15.16.17.18. fol.28 cum ſequen.
Mandatum enunciatũ in inſtrumento cum temporis diuturnitate præſumitur.nu.19. fol.31
Mandati reuocatio debet intimari & notificari: aliàs contrahentes excuſantur.nu.3. fol.64
Mandatarius de dolo, lata & leui culpa tenetur.& quãdoq; de leuiſſima, vel lata tantùm.nu.30. fol.75
Mandato patris, vel domini quando parendum eſt.nu.5. fol.26
Mandatum. vide, Ratihabitio.
Maritus in dote tenetur de dolo, lata, & leui culpa, & quandoq; de leuiſſima.nu.56.57. fol.79
Maritus lucratur dotem iuxta ſtatutum decedente vxore ſine liberis, licèt vxor ignoret ſtatutũ.n.10.fo.65 Et vide Statutum.
Maritus ſi ex forma ſtatuti lucretur partem dotis, an partem bonorum paraphernalium etiam lucretur. numero.5. fol.229
Maritus poteſt cogi ad dimittendum concubinam.nu.4. fol.247
Matrimonium ſolo cõſenſu contrahitur.nu.1. Et inſtitutum fuit in ſtatu innocentiæ.nu.3. fol.93
Matrimonium quoad ſui eſſentiam copulam non requirit.nu.4. fol.94
In contractu matrimonij verba nõ requiruntur.nu.7. ibidem.
Matrimoniũ eſt magis indiuiduũ qñ eſt conſummatũ, q̃ vbi eſt ſolo conſenſu contractum.nu.6. ibid.
Matrimonium & alia ſpiritualia faciliùs conſtruuntur q̃ deſtruuntur. nu.8. fol.101

Matrimoniũ

Matrimonium contractum in articu lo mortis valet.nu.3. fol.130
Matrimoniũ carnale poteſt contrahi ſub conditione, modò perſona ſit certa: ſecus ĩ ſpirituali.nu.20.fo.165
Matrimonium.infrà Papa.
Medicus infirmum inuitum curat. nu.6. fol.151
Menſis appellatione ſimpliciter quot dies cõprehendantur. Et quid in cõ tractu,teſtamento, & in lege vel ſtatuto pęnali;nu.1.2.3.4. fol.199
Mercaturam per alium exercens nobilitatem non perdit.nu.3. fol.211
Meretrices poſſunt cogi ſignum deferre.nu.2. fol.247
Meretrices non poſſunt venientes repellere.nu.1. fol.271
Metus quid ſit.nu.1. fol.103
Metus debet in cõſtantem virum cadere.nu.2. ibidem.
Metus quõ probetur.nu.5. & an proteſtatio ſit neceſſaria.nu.6. ibidem.
Metus quomodò purgeť.n.14.fo.104
Metum iuſtum an cauſet comminatio principis.nu.4. fol.103
Meum quod eſt, ampliùs meum effici non poteſt.nu.3. fol.116
Meum vide,Debitum.
Miles poteſt decedere pro parte teſtatus,& pro parte non, & quomodò procedat.nu.7. fol.35
Generalis diſpoſitio cõprehendit militem.nu.22. fol.12
Minimum quando ſequendum in legatis, vltimis voluntatibus, contractibus delictis, ſpeciebus & ſententiis.nu.18.cum ſeq. fol.41
Minor in delictis quomodò puniať. numero.1.3. fol.202
Minoris res alienata ſine decreto qñ confirmetur.nu.2. fol.92
Minor qñ reſtituitur, debet probare ſe minorem, & ſui facilitate lęſum. nu.2.ſecus ĩ criminali.nu.3.fol.210
Minor qñ reſtituať abſq; aliqua ꝓbatione erroris & lęſionis.nu.3.fo.210
Molendina in aquis caſtri exiſtẽtia quando veniant in conceſſione caſtri cũ iuribus ad ſe ſpectantibus. numero.1. fol.132
Momentanea in cõſideratione legis non ſunt.nu.2. fol.130
Monachus etiã naturaliter non obligatur.nu.5. fol.69
Monaſterij familiares qui tpe interdicti admitti poſſunt ad celebrãdũ ex priuilegio,an cõprehendanť recepti poſt priuilegium.nu.8. fol.44
Monachus ad tempus fieri nõ poteſt niſi de licentia Papę.nu.7. fol.163
Monachus vxorẽ ad tẽpus ex licentia Papæ accipere poteſt.nu.8. ibidem.
Monachus officium notariatus exercere non poteſt.nu.1. fol.226
Monachus nõdum profeſſus inſtitutus à patre in tota hęreditate, ſi non profiteatur,etſi profiteatur in 25.lib. non valet conditio.nu.6. fol.247
Mora eſt delictum negligentiæ poſt numerũ.5. fol.55
Moram non incurrit litigans ſine dolo malo.nu.1.2.3. fol.143
Mora maior in Deum, facit pœnam peccati maiorem.nu.4. ibid.
In mora nõ dr̃, qui legitimè ſe tueri põt.nu.1.Limita.nu.3.4. fol.176
Mora ſua vnicuique nocet. nume.1. Fallit nu.2.3.4. fol.224
Mortuus an & quando ex delicto accuſari,ſuſpendi,de furca deponi poſſit.nu.2.3.4.5.6. fol.206.& ſeq.
Mortuo an competat beneficium da tum tanquã viuenti.nu.1. fol.242

Mortuus

Mortuus qñ poſſit ſepeliri in loco ei viuo prohibiro.nu 4. fol.243
Mortuus laudari poteſt.nu.5.fo.eod.
MVLIER Vercellen. ſepties percuſſa viſa eſt mori, inde reuixit, & liberata fuit.nu.12. fol.252
Mulieri dans medicinã imprudenter quomodò puniatur.nu.4. fol.202
Mulier nondum viri potens non dicitur nolle nubere.nu.1. fol.25
Mulier infrà annum luctus debet alimẽtari ab hęredib⁹ mariti.n.9. f.44
Mulier ſoluto matrimonio cõſequit̃ in ſubſidiũ bona viri fideicõmiſſo ſubiecta,dato ꝙ ignorauerit fideicõmiſſum.nu.18. fol.66
Mulier bãnita licèt poſſit occidi,non tamen adulterari.nu.5. fol.68
Mulier ſubdita nõ poteſt cogi à dñis ad corizãdũ ĩ eoꝝ caſtro.n.2.f.247
Mulierem tangere an bonum vel malum ſit.nu.16. fol.45
Mulier prohibita contrahere ſine cõſenſu propinquorũ, poteſt cõtrahere illis inuitis & nolentibus, ſed nõ eis ignorãtibus nu.3. fol.89
Mulier licèt virago, nec poſtulare nec tutorem conſtituere poteſt.nume.10. fol.144
Mulier an habeat regreſſum ad bona alienata,quorum hypothecæ renunciauit.nu.2. fol.173
Mulier habẽs expreſſam vel tacitam hypothecam præfertur habenti tacitam anteriorẽ, ſecus ſi expreſſam. nume.2. fol.197
Mulier conſentiens marito alienanti res hypothecatas, ſibi non præiudicat niſi ĩ eo cui cõſenſit.n.5.fol.214
Mulier tam agendo quàm excipiendo poteſt facere, vt dos in tuto collocetur.nu.2. fol.272
Mulier an infallibiliter poſſit iudicari prægnans.nu.4. fol.234
Mulier ex ventre tumefacto præſumitur grauida.nu.5.&aliis ſignis. nume.6.7.8.9. & quando ſit certum. nume.10. fol.eod.& ſeq.
Mulieri dicenti ſe prægnantẽ an credatur.nu.11. ibid.
Mulio dicens amiſiſſe ſacculum deſignatum ad aliquem locum deferendum tenetur.nu.52. fol.79
Munera reſpuens dicitur optimus ad miniſtrator rerum publicarum.nume.5. fol.272
Murum ſuper muro cõi extructũ,cõmunẽ fieri,qũo intelligatur.nu.16. & ſeq. fol.239.& ſeq.
Mutare ſententiam in melius licet. vide,Doctor.
Mutata perſona res conditionẽ qualitatemq; mutat.nu.3. fo.149
Mutus non obſtans,non manifeſtãs, qui poteſt & tenetur,quod teneatur ad reſtitutionem malè ablatorum. nume.6. fol.128
Mutus & ſurdus,vbi verba nõ requiruntur,obligantur nu.1. fol.251
Mutus ponẽdo ſe in manibus abbatis,vel habitũ geſtando,facit profeſſionem.nu.2. ibi.

De Litera N

NATVRALIA ſunt immutabilia.l.viij. fol.36
Naturali iure cõuenit neminẽ cũ alterius iactura locupletari.nu.1.f.103
Naturæ ius.vide Ius.
Naturalis iuris effectus qui ſint. nume.1. fol.290
NECESSARII fornix exiſtẽs ĩ area vicini,debet refici ꝑ vicinũ,n.5.f.133
Neceſſitas nõ hẽt legẽ.nu.1. fol.217
Neceſſitas. vide Furtum.

Negatio dicitᷣ defenſio.nu.16.fol.114
Neceſſitate cogente ſuccurritur: ſecus ſi quis ponat ſe in neceſſitate. nume.15. fol.65
Negans debitum & poſteà conuictus an poſſit cedere bonis.nu.7.fol.113
Negatiua præpoſita verbo poteſt, ne ceſſitatē pciſam īducit.nu.2.fol.102
Negligenti remouere impedimentū quādo poterat, currit tempus abſq; ſpe reſtitutionis.nu.3. fol.225
Negotiorum geſtor an & quando teneatur de dolo, lata, leui, & leniſſima culpa.nu.66. fol.80
Nobilitas quando perdatur per mercaturā & qn̄ non.nu.3.fol.221
Noſtrum ſine facto noſtro à nobis tolli non poteſt.l.xj. fol.46
Notarius quomodò poſſit extendere inſtrumentum notarij defuncti iuxta conſuetudinē.nu.32,33. fol.185
Notarij authoritas q̄ ſit.n.45.fo.187
Notariorū in materia pulchra & notanda atq; inſtrumenti, protocolli inuenies in l.ſi librarius. fol.181. vide ibi ſummarium quia breuitatis cauſa omitto.
Notarij ſuperflua in inſtrumentis ponunt.nu.4.fo.170.& eorum imperitia deſtruitur mundus.nu.2.fo.181
Notarij error non nocet.num.3.4.in dubio non præſumitur.nu.6.34.& cuius.nu.25. quomodò probetur. nu.26.& an ab eo & quando poſſit corrigi.nu.16.17.18.22.24.fol.181 cum ſequen.
Notarius, qui ſtipulatus fuit pro tertio cui ius acquiſitum fuit, an poſſit ſine eius facto tolli.nu.14. fol.48
Notarius recuſatur ſolo iuramento. nume.47. fol.187
Notarius, vide plura in ſummario.l. librarius. fol.181
Nuptiae verbum, quid ſignificet. nume.8. fol.94
Nuptiæ replent terram.nu.10. ibid.

De litera O

Oblatio verbalis non ſufficit.nu.22.& ſeq. fol.241
Obligatio quando dicatur pura. nume.10. fol.55
Obligatio quando dicatur naſci.nume.12.& ſeq. ibidem.
Obligatio ad antidora operatᷣ quindecim effectus.nu.4. fol.171
Obligatus ad antidora ſoluens ſimplr̄ non p̄ſumitᷣ donare.nu.2.fo.172
Obligatio naturalis eſt de re iure gentium.nu.1.Et conſideratur dupliciter.nume.2.3.quæ ſubdiuiduntur. nume.4. ibi.& 173
Obligatus quando poſſit ante diem ſoluere.vide, Debitor.
Obſcurum an differat ab ambiguo, & vnde dicatur.nu.2. fol.38
Obſcura quæ intelligi non poſſunt, non releuant. ibid.
Obſidem mortuo hoſti dato pro pecunia ei promiſſa, quem ſub pœna intra menſem redimere promiſerat, promiſſor tenetur de mora. nu.59. Et qd ſi nō fuit ī mora.nu.60. fo.79
Obuiare futuro malo vel facinori qṻ quis teneatᷣ.nu.2.3.10.Et quid de iure canonico.nu.11. fol.128.& ſeq.
Occasio quid ſignificet: quid ſit: & quotuplex ſit.nu.1.2.3. fol.220
Occaſio ſeditionis remoueri debet. nume.6. fol.228
Occidenti aliquem iuſſu tyranni, an mitigetur pœna.nu.9. fol.27
Occidens bannitū banno exiſtente nullo, qn̄ puniatur.nu.9. fol.64
Occidere qui poteſt, ergo vulnerare & con-

& contumeliis afficere.nu.1.fol.67
Occidens fugiẽtem, qui eũ percuſſit, mitigatur pœna.nu.8. fol.126
Occidere eum licitè poteſt familia po teſtatis,quem ſibi eripi dubitet. numero.8. fol.228
Occidere ſi liceat mulier bannita,nõ tamen adulterari.nu.5. fol.68
Occiſo aliquo vnico vulnere à pluribus,ſi ignoratur percuſſor,oẽs pęna pecuniaria puniũtur.nu.10.fol.252
Occidens ſe gladio non imputatur fa cienti gladium.nu.1. fol.288
OFFICIALI in officio ſibi commiſſo quando credatur.nu.23. fol.184
Officialis.vide Poteſtas.
Officia publica authoritate & vtilita te,non põt qs recuſare.nu.2.fo.272
Officium publicum quis inuitus ſuſcipere cogitur.numero.3.fol.150. & nu.2. fol.271
Officiũ per Papã alicui cõceſſum an trãſeat ad hęredes.nu.6. fol.149
OPPOSITORVM natura quæ ſit,vide, Contrariorum.
Optio ſerui diem & conditionem nõ recipit.nu.14. fol.164
ORATIONVM tres ſunt ſpecies,& ea rum natura.nu.1. fol.204
Oratio ſoluta quomodò accipiat̃, ſi de mẽte appareat,vel nõ.nu.2.3.ibi.
In oratione ſoluta punctus tenet lo cum copulæ.nu.4. ibidem.
Ordo in iure ẽ laudabilis.nu.4. fol.2
Ordo ſcripturæ probat prioritatẽ & quando.nu.11. fol.4
Ordinem ſeruare vbi prætermitti po teſt, nunquam nocet.nu.3.fol.170
Ornamenta ſponſæ vel vxori tradita per virum an remaneãt in dominio viri.nu 34.36. fol 76
Et ibi de donatione.nu.35. & ſeq.
Ortus contiguus domo an veniat in vẽditione domus.nu.12.13.fo.230

De litera P

PACTVM in fauorem eccleſiæ factũ remitti non poteſt in ꝑiudiciũ ipſius eccleſiæ.poſt nu.5. fol.47
Pactum ſuſceptiuum caſus fortuiti valet.nu.5. fol.233
Pacto an alimenta tolli poſſint.nu.3. Et quid de legitima.nu.6. fol.37
Pactum vel ſtatutum,quod ſuper intereſſe ſtet̃ depoſitioni vel iuramẽto alicuius,an valeat.nu.18. fol.86
Pacto priuatorum iuri publico derogari nõ poteſt:ſecus ꝑ ſtatutũ.nu.1. 4.5. Et quæ ſit ratio.nu.11. fol.91. & ſeq.
Pacto priuatorũ obligationum cauſæ derogari poteſt.nu.9. fol.eod.
Pactũ ſuper obligationibus delictorum an valeat.nu 10. fol.92
Pactum tacitum eſt propriè pactum. numero.6. fol.139
Pactum ꝙ pignus vendi non poteſt, non valet.nu.3. fol.154
Pactum de non petendo habet incluſam donationem.nu.6. fol.210
Pactum liberatorium cauſam nõ requirit.nu.7. ibidem.
Pactum ſuper principale trahitur ad acceſſorium.nu.11. fol.236
Pactum an valeat ꝙ ſolutio non poſſit niſi ꝑ inſtrm̃ ꝓbari.n.76.fol.190
Pactum. vide Cõtractus, Conuentio.
Paganus vnde,& qs dicat̃.nu.2.fo.33
Papa matrimoniũ conſummatũ non poteſt diſpenſare.nu.2. fol.94
Papa dicit̃ ſucceſſor Petri, licèt plures fuerint intermedij.nu.1. fol.244
Papa ſicut Petro & Chriſto in honore ſucceſſit: ita ſuccedere debet in vitæ, morumq; auſteritate & ſanctitate.

tate.l.x.col.j.. fol.43
Pars continetᷣ appellatione rei,& multa de parte.nu.1.cum ſeq. fol.207
Pars & totum. vide Argumentum. & l.cxiiij. fol.207
Parum & nihil æquiparantur.poſt. numerũ.12. fol.60
Pater ꝓpter famẽ poteſt vẽdere filiũ, ergo & pignorare.nu.4. fol.68
Pater ex ſola pſentia obligatᷣ pro filio decurione fiente.nu.3. fol.251
Pater in bonis aduentitiis filij ante litis conteſt. procuratorem conſtituere poteſt.nu.3. fol.250
Patria poteſtas eſt inęſtimabilis. numero.2. fol.201
Paulus Iuriſcon. quo tẽpore floruit. numero.1. fol.8
Pauperibus bona reſtituere rogatus poſt mortem,an poſſit id in vita facere.nu.3. fol.61
Pecvnia an iudicetur mobilis vel immobilis.nu.3. fol.58
Pendentia à futuro euentu non habentur vt pura.nu.1. Et ibi infinita de pendentia. fol.222
Perdere dicitur quis largè quod nunquã habuit.nu.3. fol.272
Perfectum quid dicatur.nu.1.fol.264
Perinde, dictio. vide,Dictio.
Periuriũ ex inobſeruãtia fidei quãdo incurratur.nu.17.& ſeq. fol.146
Perſeuerantia quomodò probetur. numero.16. fol.127
Perſonæ habilitas.vide Habilitas.
Perſonæ legitimatio an ſit ſummaria,ſi cauſa ſummaria.nu.10. fo.230
Peſtis. vide Bellum.
Petitoris cauſa.vide,Actoris cauſa.
Pignvs ſuſcipiens tenetur de dolo, lata & leui culpa.nu.43. fol.77
Pignus vnum dare obligatus, an liberetur dando aliud ęquẽ idoneum. nu.2.6. Et an liberetur ſi ſit valdè idoneus.nu.10. fol.88.& 89
Pignorari res propria nõ poteſt.nu.1. Limita.nu.2. fol.116
Pignorare ẽ fruct⁹ & vtilitas rei nu.1. Et ibi ꝑ totũ de pignore. fol.154
Pignorare rẽ poſſe, eſt fructus,nu.1. Et ibid.an valeat pactum ne pignus alienetur.nu.3. ibidem.
Pignus.vide,Fœnerator,creditor.
Poena corporalis imponitᷣ quando dolus adeſt.nu.8.& nu.39. fol.18
Pœna loco intereſſe adiecta qñ ſit exigibilis,vel nõ.nu.16.17.fol.85.& 86
Pœna põt exigi & retineri.nu.1.f.119
Pœna in foro conſcientiæ non poteſt retineri.nu.3.Intellige. nu.4.5.6.7. 8.9. fol.eod.& ſeq.
Pœna ſtatuta in foro cõſciẽtiæ quando exigatur ante ſententiam. numero.10.11. fol.120
Pœna non committitur vbi nulla eſt petitio.nu.2. fol.176
Pœnam non meretur,quod lege permittente fit.nu.1. fol.268
In pœnam incidẽs iuxta pacẽ initã, non poteſt illam ab alio poſtea contraueniente exigere.nu.1. fol.270
In pœnalibus non extẽditur. nu.1. §.in pęnul. fol.eod.
Pœna mitigatur delinquenti imprudenter.nu.3. fol.202
Pœna mortis nõ punitur ille,qui imprudenter medicinam ad impediendum conceptum dedit.nu.4. ibid.
Pœna parti quæſita, non poteſt per principem remitti.nu.11. fol.47
Pœna mutilationis membri nõ erat cognita de iure digeſtoꝝ.n.3. f.154
Pœna.vide,Hæres.
Põtificũ gr̃ę qñ ligẽt.in verb.Gratię.

Poſſidens

Poſſidens rem, tenetur illam cathraſtare: nõ autẽ actionẽ.nu.7. fol.58
In poſſeſſionẽ miſſio, & reuocatio eſt mixti imperij.nu.3. fol.100
Poſſeſſionis acquiſitio & amiſſio an procedatur à pari.nu.5. fol.101
Poſſeſſor cęteris paribus vincit, etiã in cauſa dotis.nu.6. fol.176
Poſſeſſio non tranſit niſi apprehendatur.nu.3. fol.243
Poſſeſſio & tenuta longè differunt. numero.5. fol.193
Poſſeſſionis cõmoda,quę.nu.2.f.259
Et incommoda.nu.10. fol.261
Poſſeſſorium eſt triplex. Et quæ illa ſint.nu.6.7. fol.193
Poſſeſſio,vide Alienatio,Prædo.
Poſſeſſor bonæ fidei ſuccumbens, in quibus fructibus debeat condemnari.nu.25. fol.112
Poſſeſſor fraudulentus tenetur de fructibus percipiendis.nu.4. Etiam ꝙ induſtria ſua ſingulari percepiſſet. numero.5. fol.166
Poſſeſſor bonæ fidei quos fructus faciat ſuos:& quomodò petantur, vel probetur quis locupletior.nu 7 ibi. & nu.4.5. fol.eod.
Poſitioni iuris quando reſpondendũ ſit.nu.10. fol.85
Poſitio partim vera, partim falſa an poſſit in totũ negari.nu.5. fol.198
Poteſtas videns rixantes & non mittens familiam quando priuetur. numero.4. fol.128
PRECARIVM & precaria quomodò ſtant & differant.nu.22. fol.74
In pcatio de dolo tñ tenet̃.n.21.ibi.
Precariam accipiens quando cadat à iure ſuo.nu.23. ibid.
Precariũ quomodò differat à cõmodato.nu.24. ibidem.
Precarium in re propria non fit.nu.3. Limita.nu.4.6. fol.116.& ſeq.
Prędo multis modis dicit̃.n.1.fo.258
Prædo in poſſeſſione ſua quando nõ reſtituatur.nu.2. ibidem.
Prælatus quis dicatur.nu.2.Et an prę lati ſucceſſor ligetur contractu prædeceſſoris.nu.3. fol.261
Prælatus xenia & munuſcula quærere non debet, nec oblata reſpuere. numero.4. fol.272
Præſcriptio an extendatur de vno caſu ad alium.nu.43. fol.20
Præſcriptio quare fuit introducta.nume.12.fol.179.Et qñ.nu.2. fol.290
Præſcriptio an ſit contra ius naturæ. numero.4. ibidem.
Præſens & tacens quando conſentire videatur.nu.1.& ſeq. fol.138
Præſumptiones iuris & de iure an faciant ius.nu.29. fol.7
Prætor quis dicatur.nu.1. fol.201
Contra prætorem vel edictum aliquid fieri paria ſunt.nu.1. fol.200
Prætor an poſſit facere quem deſinere eſſe hęredem.nu.16. fol.213
Prior in tempore quãdo præferatur. nu.1.3. fol.197
Princeps an & quãdo poſſit ius meũ auferre.nu.15.& cogere me ad compromittendum.nu.16. fol.49
Principis authoritas an circa impoſſibilia extendatur.nu.1. fol.232
Principis comminatio an iuſtum metum cauſet.nu.4. fol.103
Princeps non poteſt mãdare officiali ſui vaſalli, vt procedat de conſilio talis.nu.24. fol.123
Dependentia à principe cenſentur impoſſibilia.nu.5. fol.144
Princeps an poſſit vti cauillationibꝰ. nu.17.& ſeq. fol.146

In

In principe variatio & inconſtantia reprobatur.nu.12. fol.160
Principi mandanti aliquem ſuſpẽdi an ſit parendum.nu.10. fol.28
Princeps.vide Beneficium,Indulgentia,Iudex.
Principale an reguleť ab acceſſorio. vide,Acceſſorium.
Priuatio præſupponit habitum. numero.1. fol.172
Priuatus.vide, Iuri publico. Pactum.
Priuilegia generaliter confirmata an priuilegia contra ius comprehendant.nu.38. fol.18
Priuilegia quando cenſeantur perſonalia vel realia.nu.7. quando extinguantur.nu.2.4.5.6.quando extendantur.nu.8.9.10.11.12. Et quando tranſeant ad hęredes cum actione.nu.13.14.15. fol.149.cum ſeq.
Priuilegium ab numerum.12. Liberorum durat etiam ipſis mortuis. nume.15. fol.159
Priuilegiatæ cauſæ ſi concurrant inter ſe quæ præualeant.numero.3. fol.250
Probatio ſummaria qñ in cauſa ſummaria requiratur nu.3. fol.259
Probandi onus ꝙ culpa caſum pręceſſit,cui incumbat.nu.89. fol.83
Prodigus quis dicatur.nu.2.& nõ petenti curator datur, & ſubſtituitur exemplariter.nu.4. fol.105
Prodigo conceduntur omnia priuilegia pupillo conceſſa.nu.5. ibidem.
Prodigus & furioſos teſtari prohibentur,etiam ad pias cauſas.numero.6. Limita tamen. ibidem.
Prodigo & furioſo curator datiuus non poteſt conſtitui, qñ adeſt legitimus & habilis.nu.7. fol.106
Prodigo curator à lege conſtituitur non ipſo iure.nu.8. ibidem.
Prodigo ad ſanos mores redeunte ceſſat cura,ſed non ipſo iure.nu.9. ibi.
Prodigus quando æquipararetur pupillo, vel adulto curatori habenti. nu.11.12. fol.106
Prodigus in delictis non excuſatur:ſecus in furioſo.nu.13. ibidem.
Prodigi eſt maius vitium, quàm furioſi.nu.14. ibidem.
Prodigus matrimonium contrahere poteſt.nu.15. & obligať in dote ſi locupletior factus ſit.nu.16. fol.107
Prodigus in datione curatoris citari debet:ſecus in furioſo.nu.17. ibid.
Prodigi alienationes quando teneãt. nu.10.19. fol.106.& ſeq.
Promiſſum ſimpliciter, præſenti die debetur,& cũ aliquo temperamẽto. nu.1. Limita nu.3.4. fol.54
Promiſſio quælibet pura habet tempus ad ſoluendum in executione. numero.2. ibidem.
In promiſſionibus tota dies cedit. numero.6. fol.55
Promittens de rato pro pupillo qũo intelligatur.nu.25. fol.140
Promittens pro ſe etiam pro hęrede videtur promiſiſſe.numero.2. & 11. fol. 136
Promittens de rato pro alio cum pęna quomodo itelligať.nu.26. f.140
Et vide nu.4. fol.233
Promittens partem vini naſcituri in tali vinea,quando obligetur. numero.25.26. fol.57
Proprietas,verborum. vide Interpretatio.
Proſcribere quid ſit. nume.2. fol.196
Et vide,Deportatio, Confiſcatio.
Proteſtatio ſi clandeſtinè ſit facta prodeſt.nu.7. fol.104

Proteſtatio

Proteſtatio effectum appellationis ſecum trahit nu.8. ibid.
Proteſtatio neceſſaria non eſt, ſed vtilis. nu.9.10. ibid.
Proteſtatio in notoriis non requirit.
Et quid ſi impedimentum prouenit ex facto iudicis. nu.11. ibidem.
Proteſtationi incitatoriæ quando parendum ſit, & quãdo cautè agatur. nu.15.16.17.18. fol.110.& 111
Proteſtatio cautius fit de mandato iudicis, nu.17. ibidem.
Protocollum. vide latè in l. ſi librarius. fol.181
Punctus. vide, Oratio.
Pupillus qui fari poteſt tutore authore oĩa negotia agere poteſt. n.8. f.32
Et quid ſi fuerit infans, vel infantiæ proximus. nu.9.10. fol.eod.
Pupillus vide, Impubes. Teſtimoniũ. Citatio.
Pupillaris tacita. vide, Subſtitutio.
Pupillus an dicatur inteſtatus. numero.2. fol.17
Pupilli volũtas nulla eſt. nu.1. fo.242
Pupillus an pati dicat. nu.1. fol.203
Pupillus an pati dicatur propter primum decretum. nu.1. fol.eod.
Pupillus capax doli, & nõ capax quomodo puniatur. nu.1. fol.202
Pupillus pro iniuriis ſibi illatis iniuriarũ actione põt agere. n.4. fol.204
Pubertati proximus quis dicatur. numero.1. fol.205
Pubertati proximus quomodò obligetur in delictis, iuramento, & teſtamento. ibi latè.
Pubertati proximus in matrimonialibus. qñ dicatur. nu.6. fol. ibi.

De litera Q

QVÆSTIO iuris, & facti quæ dicatur. nu.11. fol.85

De litera R

RARO contingentia. vide, Lex.
Ratihabitio retrotrahit & mãdato comparatur. nume.8.9.15.16.
Fallit n.19.20.21. fol.139. cũ ſeq.
Ratihabitio inducitur etiam facto. numero.17. ibid.
De rato promittens, cum pœna vel iuramento, an liberetur ſi ille non vult ratificare. numero.26. fol.140. & nu.4. fol.223
Ratificans quando contrauenire, poteſt. nu.24. fol.140
Ratio naturalis ceſſante lege allegari ſufficit, nu.1. fo.108. & nu.3. fol.175
Ratione quærere vbi ſentimus, nõ eſt niſi infirmitas intellect. nu.4. ibid.
Recognitio hæc, quicqd habeo Mutinæ, excepta tali domo, nõ comprehendit iuriſdictionem Mutinæ. numero.33. fol.15
Reficere, verbum quomodo intelligatur. nu.1.2.3. fol.141
Regula accipitur multis modis. numero.18. fol.6
Regula ſtrictè accipiendo quid ſit. numero.21. ibidem.
Regula quandoq; eſt lex, ſed non cõtra, nu.22. ibidem.
Regula differt à diffõne. nu.23. fol.7
Regula iuris eſt idẽ, ꝙ regula iuridica, & dupl. capit. nu.25. fol.eod.
Regulæ Cãcellariæ extra curiã quando ligant. nu.27. ibidem.
Regula quid ſit. nu.4. debet eſſe generalis. nu.5. Et quibus verbis conſtitui debet. nu.6. fol.9
Regula non facit ius, ſed ex iure colligitur. num.18. Et quibus caſibus. numero.19. fol.12
Regula ſumi potuit ex legibus reſecatis. nu.20. ibidem.

Regulã habentes in caſibus non deciſis à iure, quòd habent intentionem fundatam. nume. 21. ibid.
Regula generalis comprehendit etiã cauſam dotis & militis. Fallit vt ibi. nume. 22. ibid.
Regulę officiũ eſt clauo rationis plures caſus ſimiles coniungere. nume. 23. ibid.
Regula quãdo perdat officiũ ſuum. nume. 25. 28. fol. 13
Regulæ iſtius tituli procedũt ſecundum communiter accidentia. nume. 11. fol. 101
A regulis iuris ex cauſa receditur. nume. 1. fol. 175
Regulæ inhærere debemus, vt Bononienſes catotio. nu. 57. fol. 182
Regulariter, & generaliter an ſint, idem. vide, Dictio.
Repugnantia ſe inuicẽ elidunt nu. 1. Fallit. nu. 4. 6. 7. 8 9. 10. 11. fol. 236.
Repugnantia quæ dicantur, & quotuplex ſint. nu. 2. vbi plura ponuntur. ibid.
Replicatio doli non datur contra excipientem de dolo. nu. 1. fol. 269
Replicatio. vide, Defectũ. Statutum.
Repræſaliæ ſi reuideri debent, interim an ſuſpendantur. nu. 4. fol. 224
Res eadẽ an & qñ poſſit eſſe noſtra ex pluribus cauſis. nu. 1. fol. 214
Res quęlibet iudicanda eſt ſecũdum præſentem ſtatum. nu. 4. fol. 227
Reſcripta & conceſſiones principum quam interpretationem patiantur. nume. 15. fol. 53
Reſolutio actus eius eſt naturæ, cuius eſt conceſſio. nu. 1. fol. 100
Reſtitutionis, verbũ in gratia quid ſignificet. vide, Indulgentia.
Reſtitutio in integrum quot neceſſaria requirat. nume. 2. fol. 210
Reſtitutio in integrum quando fiat abſq; alia probatione erroris & læſionis. num. 3. ibid.
Retẽtio faciliùs conceditur quã petitio. nu. 2. fol. 135. & nume. 1. fol. 272
Reus fauorabilior eſt, quã actor. n. 1. 3. 4 5. 6. Fallit. n. 7. 8. 9 f. 251. cũ ſeq.
Reus actore non probante qũo veniat abſoluendus. nu. 14. fol. 253
Reus volens ſupflua probatione onerari, admitti debet. nu. 2. fol. 107
Reus habens iuſtam cauſam litigandi ſuccũbendo excuſat' ab expenſis, & quę ſit iuſta cauſa. nu. 19. f. 111
Reus poſtquam cognouit ſe iniuſtã cauſam fouere ſuccumbens, an condemnet' etiam in expẽſis factis ante cognitionem. n. 20. 23. f. eod. & ſeq.
Reus quando in expenſis ob malitiam & dilationem veniat condemnandus. nu. 22. fol. eod.
Reus contrarias exceptiones proponere poteſt. num. 11. fol. 238
Relatiuum adiectum verbo futuri temporis inducit conditionem. nume. 26. fol. 57
Remittere. vide, Dare.
Repetere ſolutũ qñ liceat. n. 4. f. 150
Repetitioni magis fauetur, quàm ad uentitio lucro. num. 2. fol. 108
Remedium cap. reintegranda. vide, Hæredi.
Renunciatio ſtrictè intelligitur. nume. 3. fol. 179
Renunciatio. vide, Filia.
Repudiato vno iure non tollitur alterum. nu. 1. Limita. nu. 2. 4. fol. 179
Repudiare ius de futuro nõ licet, ſed pacto ſic. Et quę ſit ratio. n. 1. f. 226
Repudiare qui non poteſt, nec adire. nume. 2. ibid.

Repudiatio retrotrahitur ad tempus mortis.nu.4. fol.144
Repudiatio legati dicitur alienatio? & quo intelligitur.nu 2. fol. 163
RIGOR æquitati præfertur, quãdo æquitas non eſt ſcripta.nu. 9. Fallit nume. 10. fol. 178
Rigor in ſpecie ſcriptus præfert æquitati in genere ſcriptæ.nume. 11. Fallit nu. 13. 14. fol. 179
Rigor ſcriptus poſt æquitatem præfertur æquitati.nu.15. ibid.
Rigor iuris ſæpe ponit pro eo, quod ordinatum eſt à iure.nu. 17. ibid.
RVBRICARVM continuatio.vide Continuatio.

Delitera S.

SANGVINIS iura tolli nõ poſſe. vide, Conſanguinitas.
Satiſdare obligatus, liberatur dando fideiuſſorem aut pignora.n.3.f.88
Satiſdare obligatus ex hominis diſpoſitione, nõ liberatur dato quod ſit idoneus, ſecus ex ſtatuto vel lege.nu.9. fol. 89
Satiſdatio. vide Idoneus, Cautio.
SCIENTIA inflat ruſticos nõ nobiles.num. 2. fol. 214
Sciens aliquem furaturũ, & non obuians damno, reus eſt furti. nume. 9. fol. 148
Sciens tractatum contra principem, & nõ reuelans punitur.nu. 11. f. 129
Scienti & conſentienti non fit dolus, fraus, vel iniuria. nume. 1. 3. Fallit nu. 4. 5. 7. fol. 106
Scire, vel ſcire debere paria ſunt. nume. 2. ibid.
SEDITIO quid ſit.nu.7. fol. 128
Seditionis occaſio remoueri debet. nume.6. ibid.
Semper, dictio, vide, Verbum Dictio.
Senes delinquentes quomodo puniantur. nume. 2. fol. 162
Sententia lata ſecundum conſilium ſapientis non tranſit in rem iudicatam. nume. 25. fol. 123
Sententia conditionalis an & quando valeat. nume. 21. fol. 165
Sententia rite lata immutari non poteſt, niſi euidens iniquitas appareat. nume. 3. Et quid in criminali. nume. 4. fol. 252
Sententia in intereſſe quomodo debeat concipi. num. 21. & ſeq. fol. 86
Sententia ius facit & pro veritate accipitur. nume. 1. & naturalia ſanguinis mutat. nume. 2. fol. 291
Sententia lata contra vnum quando noceat alijs. nume 4. ibid.
Sententia & res iudicata differunt. num. 5. & quid ſit. nu. 6. & rei iudicatę renuntiari poteſt.nu.8. & quid operetur in reſcripto.nu.6. fol. 192
Sententię diuerſarum ſummarum ſi fuerint, minimam ſummam ſpectamus.nume.25. fol. 42
Sequeſtratio quare fuit introducta. nume. 8. fol. 190
Seruitus an ſit realis vel perſonalis. nume. 7. fol. 149
Seruitores & famuli nobiliũ ſi ſunt malę conditionis & delinquant, an obligent dominos.nu. 8. fol. 128
Seruus delinquens mandato domini an excuſetur.nu. 7. fol. 46
Seruus de iure naturali obligat. nu. 1. Fallit nume. 3. 4. fol. 69
Seruus obligatur in maleficijs, vel quaſi.nu. 7. fol. eod. In delictis publicis. nume. 7. fol. 134
Seruus delinquens domino ſciente & vidente, quãdo faciat dominum teneri.nu. 8. fol. 128

Serui quò ad ius ciuile, habentur pro nullis, etiam teſtando ad pias cauſas.nu.3. fol.92
Seruus & filius in acquiſitione quomodo differant.nu.3. fol.193
Seruus an officium notariatus exercere poſſit.nu.1.2. fol.216
Seruitus per quem, & quo iure fuerit introducta.nu.3. fol.96
Seruit' horribilis eſt, & peſſima, mortiq; cõparatur nu.1. fol.192
Seruus pœnæ, & ſeruus priuatus valde differunt.nu.1. ibidem.
Serui pœnæ, etiam hodie dicuntur damnati ad mortem, qui ſtatim debent mori.nu 3. ibidem.
Seruorum ſtatus quo iure fuit annihilatus.nu.4. fol.96
Serui ſtipulatio licet conferatur in ſeipſis ſui iuris, tamen quæritur domino.nu.1. fol.127
Ex ſerui maleficio non quæritur actio domino.nu.1. fol.127
Serui quadrupedib' & pecudibus æquantur.nu.1. fol.193
Seruus an cauſa reipub. poſſit habeſſe nume.2. ibidem.
SIGNA vniuerſalia q̃ ſint.nu.6. fo.2
Simile nullum eſt idem.nu.4. fol.72
Simulatio cõtractus probatur ex eo, q̃ quis emit actionẽ pro eodem precio.poſt nu.9. fol.60
Simulatio cõtractus debet probari, & quomodò probetur.nu.8. ibidem.
Simulationem allegare, quãdo liceat contrahenti.nu.9. ibidem.
Sociis appellando tenetur de furto nume.4. fol.80
In ſocietate an & qñ veniat dolus, lata vel leuis culpa.nu.6.8. fo. ibid.
Socius acquirens illicitè, non acquirit aliis ſociis.nu.3. fol.17
Socij mei ſocius, nõ eſt meus ſocius, nume.1. fol.124
Solemnitas eadem an requiratur in reuocatione actus, quæ in confectione requiritur.l.xxxv.nu.43. fol.149
Solennitas quæ non requiritur, ſi exprimatur, ſed ineptè, q̃ non viciat. nume.1. fol.194
Solonnoius quid ſit, vide Ius.
Soluens ſcienter indebitum, q̃ videt donare.nu.1. fol.131
Soluere pro iuſto, & repetere qñ quis poſſit.nu.4.& 10. fol.110.cum ſeq.
Soluere, & ſolutionis verbũ, vide Verbum.
Soluendo intelligitur, qui idonea pignora paratus eſt dare.nu.6. & qui nota debitorũ habet.nu.7. fol.194
Soluendo non præſumitur, cuius bona venduntur.nu.8. Et quid in dubio.nu.9. fol.195
Solutio in dubio facta videt in cauſa, q̃ remouet infamiã.nu.14. fol.201
Solutio debiti vel legati qñ ante diẽ ſolui poſſit.nu.1. fol.61
Soluere nõ tenet quis pro alio, et poſt ſolutionẽ ſuperſatin.nu.1. fol.213
Sortiri eſt ne dirimenda dubia quæſtio.nu.2. fol.134
SPECTACULA non extenduntur.nu.1. 8.& ſeq.l.quod. fol.264
Species apud legiſtas de facili conſtituitur.nu.3. fol.84
Species, vide Accidentia. Genus.
Spes in cõtractu cõditionali trãſmittitur, nõ in legato nu.5. fol.62
Sponſa fa&ũ qñ dicatur.nu.10.fo.64
Spoliatus ante omnia reſtituendus nume.1 fol.258
Spurius poteſt inſtitui ſub cõditione, ſi legitimabitur.nu.4. fol.127
Statuis de præſenti cõſ dem ſinc amen

L.cùm dotem.ff.ad leg.Falcid. ornatur.ſub nu.7. fol.53
L.minor annis 25.cui fideicom.ff.de mino.ſub nu.8. fol.52
L.liber homo.§. decem hodie. ff. de verb.obli.quãdo habeat locũ.nu.7. & poſt nu.8. fol.55
L.cedere diem.ff.de verb.ſigni.ornatur.poſt.nu.10. ibidem.
L.ſed & ſi pupillus. §. proſcribere.ff. de inſtit.ornatur.poſt.nu.3. fol.64
L.ſi duo.ff.de acquir.hęred. ornatur. ſub.nu.8. fol.eod.
L.ſolemus.§.latrũculator.ff. de iudi. ornatur.poſt nu.7. fol.68
L.non vult hęres eſſe.ff.iſto tit intellect. fol.33
L.domum ſuam iſto tit. fol.141
L.cum precario.ff. de pręca. quando procedat ſub nu.25. fol.74
L.argentum.l.fi.ff. cõmod. ornatur. ſub nu.32. fol.76
L.ſi merces.§. qui columnam.ff. loca. quomodò procedat. ſub nume. 45.46. fol.77
L.ſi vnus.§.illud.ff.de pact.intellect. nume.80. fol.82
L.fi.ff.de præto.ſtipul. quomodò intelligatur.ſub nu.16. fol.85
L.filio.ff.vt lega.no.caue.declaratur. nume.3. fol.92
L.vel vniuerſorũ.ff. de pignor. actio. ornatur.ſub nu.7. fol.99
L.ſi negotia.ff.de nego.geſt. quando procedat.nu.2. fol.103
L.milites.§.veteranus.ff. de teſta.militari,ornatur & declaratur.ſub nume.2. fol.100
L.ſi quis inficiatus.ff.depoſi.ornatur & declaratur.ſub nu.15. fol.110
L.quidam hyberus. ff. de ſeruitut. vrb. prædio. ornatur & declaratur. nume.24. fol.112
L.planè.ff.commo. quomodò intelligatur.ſub nu.7. fol.117
L.ſi.tibi.§.hi quorũ.ff.mandat. quomodò intelligatur.ſub nu.9.fo.118
L.ſi pater. cum ſimil ff. quæ in frau. cred.ornatur.ſub nu.4. ſo.127
L.Proculus.ff.de dam.infect.ſub nume.3. fol.131
L.bonorum.ff.rem ratam haber. ſub nume.17. fol.140
L.ſeruitutes.§. ſi ſublatũ.ff. de ſerui. vrba. præd. declaratur & ornatur. nume.2 fol.141
L.antiqui.ff.ſi pars hęredi. peta.ornatur.ſub nu.6. 144
L.in fundo.ff.de rei vendi.declaratur & ornatur.ſub nu.11. fol.146
L.nam & Seruius.ff.de neg. geſt.quo modò intelligatur.nu.120.fol.147
L.ſi inſulam.ff.de præſcript. verb.ornatur.nu.2. fol.148
L.plenum.§.equitij.ff.de vſu & habi. ornatur.nu.3. fol.eod.
L.quoties.cum ſimil.ff.de reb.du.ornatur.nu.4. ibidem
L.iſti quidem. ff. quod met. cauſ.ornatur.ſub nu.3. fol.158
L.furioſus.ff.de tutel.quomodò procedat.nu.17. fol.164
L.ſi alij.ff. de vſufruct. leg. declarat ſub.nu.12.& ornatur.in fi. fol.169
L.inter.§.cùm inter.ff. de pact. dotal. nume.9. fol.171
L.non puto.ff. de iure fiſc. ornatur. ſub nu.4. fol.173
L.non diſtinguemus.§.ſacerdotio.ff. de arbit. declaratur & ornatur. ſub nume.7. fol.175
L.proſpexit.ff.qui & à quibus ornat. ſub nu.9. fol.178
L.hæc autẽ.§.j.ff qui. ex cau. in poſſ eat.

eat.ornatur.ſub nu.3. fol.204
L.iiij.§.ſi in vēditione. & l.ſicut.§. nō videtur.ff.quib. mod. pig.ſolua. ornantur.nu.1. fol.213
L.ſi pater.ff.de manu. vind. ornatur. ſub nu.1. fol.214
L.quod maior.ff. ad municip. ornatur & limitatur.nu.10.12. fol.216
L.qui commeatus.ff. de re milita.ornatur.nu.4. fol.225
L.abſentem.ff.de pœn.ornatur. nume.10. fol.252
L.qui autem.ff.de his qui in frau.credi.declaratur.nu.2. fol.263
L.cùm hęres.ff.de diuer.& temp. pręſcri.ornatur.nu.1. fol.265
L.ſi tamen.§.eꝗqui.ff.de ædi. edi. ornatur.nu.2. fol.266
L.liber homo.ff.ad leg.Aquil.ornatͣ. nume.6. ibidem.
L.ſuus.§.puto.ff.de hęred.inſtit.intellectus.nu.64. fol.284
L.ij.ff.de ſta tu hominis.intellect.ſub nume.5. fol.2
L.iiij.§.j.ff.de fideicommiſ.libert.ornatur.ſub nu.5. fol.144
L.ij.C.de vete.iur.enuclean.quomodò intelligatur.nu.8. fol.3
L.Sabinus.C.cōm.diuid. declaratur. nume.20. fol.241
L.ij.C.de pat.qui fil. diſtr. quomodò intelligatur.ſub nu.4. fol.68
§.quibus.in prima conſt.C.quomodò procedat.nu.1.2.3.4. fol.198
L.altius.C.de ſeruitu.&aqua.ſub nume.3. fol.132
L. ſi quis argentum.§. ſi verò. C. de donatio.quomodò intelligatur.nume.5. fol.138
L.Gracchus. C. de adulter. ornatur. nume.1. fol.268
L.ſi vendicari.C. de pœn. declaratur & ornatur.ſub.nu.12. fol.126
L.ſi quis conductionis.C.loca. ornatͣ & declaratur.ſub nu.5. fo.116
L.ſi quando.§. & generaliter.C. de in offi.teſta.ornatur.poſt.nu.6. fol.37
L.penul.C.ſi minor maior.ſe dix. ornatur.nu.1. fol.205
L.pen C.depoſi.quomodò intelligatͣ ſub nu.7.fol.116.& nu.16. fol.73
L.fi.C.de nouat.ornatͣ.nu.3. fol.246
L.fi.C.de edict.diui Adr.tol.declaratͣ. nume.89. fol.192
L.fi.C.ſi maior.fact.rat. habu. ornatͣ. ſub nu.2. fol.92
LIBELLVM dictio, quomodò exponatur.nu.3. fol.155
Libellus in quo quis dicit ſe hęredē inſolidùm, cum habuerit fratrē qui poſt immixtionem deceſſit, valet. nume.7. fol.744
Libellus in quo actio inepta eſt expreſſa non valet:ſecus de iure canico.nume.2. fol.246
Libellus in actione iniuriaꝝ quomodò debeat concipi.nu.8. fol.266
Libellus in intereſſe quomodò concipi debeat.nu.12.& 13. fol.85
Libellus.vide Actor.
Liberalis cōuenitur tantùm in id qđ facere poteſt.vide,Donator.
Liberis carere non dicitur, qui vnicū filium vel vxorem prægnantem reliquit.nu.2. fol.234
Libertatis cauſa ſemper & vbiq; præcipua fuit,& largo modo dicitur pia cauſa.nu.1.2. fol.67
In libertate eadē determinatio duo determinabilia diuerſimodè determinat.nu.3. ibid.
Libertas eſt inęſtimabilis. nume.2. quid ſit.nu.3. fol.201
Litigans ſine dolo non dicitur eſſe

in mora.nu.1.2.3. fol.145

Litigans quomodò, & qualiter excuſetur ab expenſis.vide Expenſæ.

Litis conteſtatio regulariter facit cõditionem meliorẽ. nu.1.& qui ſint eius effectus.nu.3. fol.176

Locator & conductor adinuicem tenentur de dolo,lata, & leui culpa. numero.45. fol.77

Locator equi, vel muli, vide ſuprà Conductor.

Locator conductore non comparente,& domo clauſa, q̃d facere debet. numero.4. fol.200

Locupletior factus quando quis dicatur.nu.4.Et cautela ad probandum. numero.5. fol.135

Locupletior iure naturę quis fieri nõ debet cum alterius iactura. numero.1. fol.103

Lucrum aduentitium quid ſit. numero.1. fol.108

Lucri & dãni diſpar eſt ratio,& quando.nu.2.3.ibi.& nu.1. fol.263

Lucrũ ſentiens ex p̃ſona alicuius illi⁹ factũ præſtare debet.l.cxcij. fol.267

Ludo. Ro.quando affirmare volebat aliquod ſomnium, ſe fundabat ex deciſio.Rot.ſecundum Alexan. ſub numero.26. fol.7

De litera M

MALÆ fidei poſſeſſor, vide Poſſeſſor.

Malitia qñq; ſupplet ętatẽ,& an præſumatur.nu.3.& 5, fol.205

Maior pars. vide Vniuerſi.

Malitiis qñ vti poſſit. vide,Cauillari.

Malum minus de duobus malis eſt eligendum. nu.3. non tamen malũ laudatur.nu.6. fol.273

Mandatũ ſpatio mille annorum non p̃ſumit.nu.12 quæ ſit ratio. nu.13. declara.nu.14.15.16.17.18. fol.28 cum ſequen.

Mandatum enunciatũ in inſtrumento cum temporis diuturnitate præſumitur.nu.19. fol.31

Mandati reuocatio debet intimari & notificari: aliàs contrahentes excuſantur.nu.3. fol.64

Mandatarius de dolo,lata & leui culpa tenetur.& quãdoq; de leuiſſima, vel lata tantùm nu.30. fol.75

Mandato patris, vel domini quando parendum eſt.nu.5. fol.26

Mandatum.vide,Ratihabitio.

Maritus in dote tenetur de dolo,lata, & leui culpa,& quandoq; de leuiſsima.nu.56.57. fol.79

Maritus lucratur dotem iuxta ſtatutum decedente vxore ſine liberis, licèt vxor ignoret ſtatutũ.n.10.fo.65 Et vide Statutum.

Maritus ſi ex forma ſtatuti lucretur partem dotis, an partem bonorum paraphernalium etiam lucretur.numero.5. fol.229

Maritus poteſt cogi ad dimittendum concubinam.nu.4. fol.247

Matrimonium ſolo cõſenſu contrahitur.nu.1.Et inſtitutum fuit in ſtatu innocentiæ.nu.3. fol.93

Matrimonium quoad ſui eſſentiam copulam non requirit.nu.4. fol.94

In contractu matrimonij verba nõ requiruntur.nu.7. ibidem.

Matrimoniũ eſt magis indiuiduũ qñ eſt conſummatũ, q̃ vbi eſt ſolo conſenſu contractum.nu.6. ibid.

Matrimonium & alia ſpiritualia facilius conſtruuntur q̃ deſtruuntur. nu.8. fol.101

Matrimoniũ

Matrimonium contractum in articu lo mortis valet.nu.3. fol.130
Matrimoniũ carnale poteſt contrahi ſub conditione, modò perſona ſit certa: ſecus ĩ ſpirituali.nu.20.fo.165
Matrimonium.infrà Papa.
Medicvs infirmum inuitum curat. nu.6. fol.151
Menſis appellatione ſimpliciter quot dies cõprehendantur. Et quid in cõ tractu, teſtamento, & in lege vel ſtatuto pęnali; nu.1.2.3.4. fol.199
Mercaturam per alium exercens nobilitatem non perdit.nu.3. fol.211
Meretrices poſſunt cogi ſignum deferre.nu.2. fol.147
Meretrices non poſſunt venientes repellere.nu.1. fol.271
Metus quid ſit.nu.1. fol.103
Metus debet in cõſtantem virum cadere.nu.2. ibidem.
Metus quõ probetur.nu.5. & an proteſtatio ſit neceſſaria.nu.6. ibidem.
Metus quomodò purget.n.14.fo.104
Metum iuſtum an cauſet comminatio principis.nu.4. fol.103
Meum quod eſt, ampliùs meum effici non poteſt.nu.3. fol.116
Meum vide, Debitum.
Miles poteſt decedere pro parte teſtatus, & pro parte non, & quomodò procedat.nu.7. fol.35
Generalis diſpoſitio cõprehendit militem.nu.22. fol.12
Minimum quando ſequendum in legatis, vltimis voluntatibus, contractibus delictis, ſpeciebus & ſententiis.nu.18.cum ſeq. fol.41
*Minor in delictis quomodò puniat.* *numero.1.3.* fol.202
*Minoris res alienata ſine decreto qñ confirmetur.nu.2.* fol.92
Minor qñ reſtituitur, debet probare ſe minorem, & ſui facilitate lęſum. nu.2. ſecus ĩ criminali.nu.3.fol.210
Minor qñ reſtituat abſq; aliqua ꝓbatione erroris & lęſionis.nu.3.fo.210
Molendina in aquis caſtri exiſtẽtia quando veniant in conceſſionẽ caſtri cũ iuribus ad ſe ſpectantibus. numero.1. fol.132
Momentanea in cõſideratione legis non ſunt.nu.2. fol.130
Monachus etiã naturaliter non obligatur.nu.5. fol.69
Monaſterij familiares qui tpe interdicti admitti poſſunt ad celebrãdũ ex priuilegio, an cõprehendant recepti poſt priuilegium.nu.8. fol.44
Monachus ad tempus fieri nõ poteſt niſi de licentia Papę.nu.7. fol.163
Monachus vxorẽ ad tẽpus ex licentia Papæ accipere poteſt.nu.8. ibidem.
Monachus officium notariatus exercere non poteſt.nu.1. fol.226
Monachus nõdum profeſſus inſtitutus à patre in tota hęreditate, ſi non profiteatur, etſi profiteatur in 25.lib. non valet conditio.nu.6. fol.247
Mora eſt delictum negligentiæ poſt numerũ.5. fol.55
Moram non incurrit litigans ſine dolo malo.nu.1.2.3. fol.143
Mora maior in Deum, facit pœnam peccati maiorem.nu.4. ibid.
In mora nõ dr̃, qui legitimè ſe tueri põt.nu.1. Limita.nu.3.4. fol.176
Mora ſua vnicuique nocet. nume.1. Fallit nu.2.3.4. fol.224
Mortuus an & quando ex delicto accuſari, ſuſpendi, de furca deponi poſ ſit.nu.2.3.4.5.6. fol.206.& ſeq.
Mortuo an competat beneficium datum tanquã viuenti.nu.1. fol.242


Mortuus

Mortuus qñ poſſit ſepeliri in loco ei viuo prohibito.nu 4. fol.243
Mortuus laudari poteſt.nu.5.fo.eod.
MVLIER Vercellen. ſepties percuſſa viſa eſt mori, inde reuixit, & liberata fuit.nu.12. fol.252
Mulieri dans medicinā imprudenter quomodò puniatur.nu.4. fol.202
Mulier nondum viri potens non dicitur nolle nubere.nu.1. fol.25
Mulier infrà annum luctus debet alimētari ab hęredib⁹ mariti.n.9. f.44
Mulier ſoluto matrimonio cōſequit̄ in ſubſidiū bona viri fideicōmiſſo ſubiecta,dato ꝙ ignorauerit fideicōmiſſum.nu.18. fol.66
Mulier bānita licèt poſſit occidi,non tamen adulterari.nu.5. fol.68
Mulier ſubdita nō poteſt cogi à dñis ad corizādū ī eoꝝ caſtro.n.2.f.247
Mulierem tangere an bonum vel malum ſit.nu.16. fol.45
Mulier prohibita contrahere ſine cōſenſu propinquorū, poteſt cōtrahere illis inuitis & nolentibus, ſed nō eis ignorātibus nu.3. fol.89
Mulier licèt virago, nec poſtulare nec tutorem conſtituere poteſt.nume.10. fol.144
Mulier an habeat regreſſum ad bona alienata,quorum hypothecæ renunciauit.nu.2. fol.173
Mulier habēs expreſſam vel tacitam hypothecam præfertur habenti tacitam anteriorē, ſecus ſi expreſſam. nume.2. fol.197
Mulier conſentiens marito alienanti res hypothecatas, ſibi non præiudicat niſi ī eo cui cōſenſit.n.5.fol.214
Mulier tam agendo quàm excipiendo poteſt facere, vt dos in tuto collocetur.nu.2. fol.272
Mulier an infallibiliter poſſit iudicari prægnans.nu.4. fol.234
Mulier ex ventre tumefacto præſumitur grauida.nu.5.& aliis ſignis. nume.6.7.8.9. & quando ſit certum. nume.10. fol.eod.& ſeq.
Mulieri dicenti ſe prægnantē an credatur.nu.11. ibid.
Mulio dicens amiſiſſe ſacculum deſignatum ad aliquem locum deferendum tenetur.nu.52. fol.79
Munera reſpuens dicitur optimus ad miniſtrator rerum publicarum.nume.5. fol.272
Murum ſuper muro cōi extructū,cōmunē fieri,qūo intelligatur.nu.16. & ſeq. fol.239.& ſeq.
Mutare ſententiam in melius licet. vide,Doctor.
Mutata perſona res conditionē qualitatemq; mutat.nu.3. fo.149
Mutus non obſtans,non manifeſtās, qui poteſt & tenetur,quod teneatur ad reſtitutionem malè ablatorum. nume.6. fol.128
Mutus & ſurdus, vbi verba nō requiruntur,obligantur nu.1. fol.251
Mutus ponēdo ſe in manibus abbatis,vel habitū geſtando,facit profeſſionem.nu.2. ibi.

De Litera N

NATVRALIA ſunt immutabilia.l.viij. fol.36
Naturali iure cōuenit neminē cū alterius iactura locupletari.nu.1.f.103
Naturæ ius.vide Ius.
Naturalis iuris effectus qui ſint. nume.1. fol.290
NECESSARII fornix exiſtēs ī area vicini,debet refici p vicinū,n.5.f.133
Neceſſitas nō hēt legē.nu.1. fol.217
Neceſſitas. vide Furtum.

Negatio dicič defenſio.nu.16.fol.114
Neceſſitate cogente ſuccurritur: ſecus ſi quis ponat ſe in neceſſitate. nume.15. fol.65
Negans debitum & poſteà conuictus an poſſit cedere bonis.nu.7. fol.113
Negatiua præpoſita verbo poteſt, ne ceſſitatē pciſam īducit.nu.2.fol.102
Negligenti remouere impedimentū quādo poterat, currit tempus abſq; ſpe reſtitutionis.nu.3. fol.225
Negotiorum geſtor an & quando teneatur de dolo, lata, leui, & leuiſſima culpa.nu.66. fol.80
Nobilitas quando perdatur per mercaturā & qñ non.nu.3.fol.221
Noſtrum ſine facto noſtro à nobis tolli non poteſt.l.xj. fol.46
Notarius quomodò poſſit extendere inſtrumentum notarij defuncti iuxta conſuetudinē.nu.32,33. fol.185
Notarij authoritas q̄ ſit.n.45. fo.187
Notariorū in materia pulchra & notanda atq; inſtrumenti, protocolli inuenies in l.ſi librarius. fol.181. vide ibi ſummarium quia breuitatis cauſa omitto.
Notarij ſuperflua in inſtrumentis ponunt.nu.4.fo.170. & eorum imperitia deſtruitur mundus.nu.2.fo.181
Notarij error non nocet.num.3.4.in dubio non præſumitur.nu.6.34. & cuius. nu.25. quomodò probetur. nu.26. & an ab eo & quando poſſit corrigi.nu.16.17.18.22.24. fol.181 cum ſequen.
Notarius, qui ſtipulatus fuit pro tertio cui ius acquiſitum fuit, an poſſit ſine eius facto tolli.nu.14. fol.48
Notarius recuſatur ſolo iuramento. nume.47. fol.187
Notarius, vide plura in ſummario.l. librarius. fol.181
Nuptiae verbum, quid ſignificet. nume.8. fol.94
Nuptiæ replent terram.nu.10. ibid.

De litera O

Oblatio verbalis non ſufficit.nu.22.& ſeq. fol.241
Obligatio quando dicatur pura. nume.10. fol.55
Obligatio quando dicatur naſci.nume.12.& ſeq. ibidem.
Obligatio ad antidora operat̄ quindecim effectus.nu.4. fol.171
Obligatus ad antidora ſoluens ſimplr̄ non p̄ſumit̄ donare.nu.2.fo.172
Obligatio naturalis eſt de re iure gentium.nu.1.Et conſideratur dupliciter.nume.2.3. quæ ſubdiuiduntur. nume.4. ibi.& 173
Obligatus quando poſſit ante diem ſoluere. vide, Debitor.
Obſcurum an differat ab ambiguo, & vnde dicatur.nu.2. fol.38
Obſcura quæ intelligi non poſſunt, non releuant. ibid.
Obſidem mortuo hoſti dato pro pecunia ei promiſſa, quem ſub pœna intra menſem redimere promiſerat, promiſſor tenetur de mora. nu.59. Et q̄d ſi nō fuit ī mora.nu.60. fo.79
Obuiare futuro malo vel facinori q̄s quis teneat̄.nu.2.3.10. Et quid de iure canonico.nu.11. fol.128.& ſeq.
Occasio quid ſignificet: quid ſit: & quotuplex ſit.nu.1.2.3. fol.220
Occaſio ſeditionis remoueri debet. nume.6. fol.218
Occidenti aliquem iuſſu tyranni, an mitigetur pœna.nu.9. fol.27
Occidens bannitū banno exiſtente nullo, qñ puniatur.nu.9. fol.64
Occidere qui poteſt, ergo vulnerare & con-

& contumeliis afficere.nu.1. fol.67
Occidens fugiētem, qui eū percuſſit, mitigatur pœna.nu.8. fol.126
Occidere eum licitè poteſt familia po teſtatis,quem ſibi eripi dubitet. numero.8. fol.228
Occidere ſi liceat mulier bannita,nō tamen adulterari.nu.5. fol.68
Occiſo aliquo vnico vulnere à pluribus,ſi ignoratur percuſſor,oēs pęna pecuniaria puniūtur.nu.10.fol.252
Occidens ſe gladio non imputatur fa cienti gladium.nu.1. fol.288
Officiali in officio ſibi commiſſo quando credatur.nu.23. fol.184
Officialis.vide Poteſtas.
Officia publica authoritate & vtilita te,non pōt qs recuſare.nu.2.fo.272
Officium publicum quis inuitus ſuſcipere cogitur.numero.3.fol.150. & nu.2. fol.271
Officiū per Papā alicui cōceſſum an trāſeat ad hęredes.nu.6. fol.149
Oppoſitorum natura quæ ſit,vide, Contrariorum.
Optio ſerui diem & conditionem nō recipit.nu.14. fol.164
Orationum tres ſunt ſpecies,& ea rum natura.nu.1. fol.204
Oratio ſoluta quomodò accipiatᷣ, ſi de mēte appareat,vel nō.nu.2.3.ibi.
In oratione ſoluta punctus tenet lo cum copulæ.nu.4. ibidem.
Ordo in iure ē laudabilis.nu.4. fol.2
Ordo ſcripturæ probat prioritatē & quando.nu.11. fol.4
Ordinem ſeruare vbi prætermitti po teſt, nunquam nocet.nu.3.fol.170
Ornamenta ſponſæ vel vxori tradita per virum an remaneāt in dominio viri.nu 34.36. fol 76
Et ibi de donatione.nu.35.& ſeq.
Ortus contiguus domo an veniat in vēditione domus,nu.12.13.fo.230


De litera P


Pactum in fauorem eccleſiæ factū remitti non poteſt in ꝑiudiciū ipſius eccleſiæ.poſt nu.5. fol.47
Pactum ſuſceptiuum caſus fortuiti valet.nu.5. fol.233
Pacto an alimenta tolli poſſint.nu.3. Et quid de legitima.nu.6. fol.37
Pactum vel ſtatutum,quod ſuper intereſſe ſtetᷣ depoſitioni vel iuramen to alicuius,an valeat.nu.18. fol.86
Pacto priuatorum iuri publico derogari nō poteſt:ſecus ꝑ ſtatutū.nu.1. 4.5.Et quæ ſit ratio.nu.11. fol.91. & ſeq.
Pacto priuatorū obligationum cauſæ derogari poteſt.nu.9. fol.eod.
Pactū ſuper obligationibus delictorum an valeat.nu 10. fol.92
Pactum tacitum eſt propriè pactum. numero.6. fol.139
Pactum ꝙ pignus vendi non poteſt, non valet.nu.3. fol.154
Pactum de non petendo habet incluſam donationem.nu.6. fol.210
Pactum liberatorium cauſam nō requirit.nu.7. ibidem.
Pactum ſuper principale trahitur ad acceſſorium.nu.11. fol.230
Pactum an valeat ꝙ ſolutio non poſſit niſi ꝑ inſtrm̄ ꝓbari.n.76.fol.190
Pactum. vide Cōtractus, Conuentio.
Paganus vnde,& qs dicatᷣ.nu.2.fo.33
Papa matrimoniū conſummatū non poteſt diſpenſare.nu.2. fol.94
Papa diciᷣ ſucceſſor Petri, licèt plures fuerint intermedij.nu.1. fol.244
Papa ſicut Petro & Chriſto in honore ſucceſſit: ita ſuccedere debet in vitæ, morumq; auſteritate & ſanctitate.

tate.l.x.col.i.. fol.43
Pars continet appellatione rei,& multa de parte.nu.1.cum ſeq. fol.207
Pars & totum. vide Argumentum. & l.cxiiij. fol.207
Parum & nihil æquiparantur. poſt. numerũ.12. fol.60
Pater ꝓpter famẽ poteſt vẽdere filiũ, ergo & pignorare.nu.4. fol.68
Pater ex ſola pſentia obligatur pro filio decurione fiente.nu.3. fol.251
Pater in bonis aduentitiis filij ante litis conteſt. procuratorem conſtituere poteſt.nu.3. fol.250
Patria poteſtas eſt inęſtimabilis. numero.2. fol.201
Paulus Iuriſcon. quo tẽpore floruit. numero.1. fol.8
Pauperibus bona reſtituere rogatus poſt mortem,an poſſit id in vita facere.nu.3. fol.61
Pecunia an iudicetur mobilis vel immobilis.nu.3. fol.58
Pendentia à futuro euentu non habentur vt pura.nu.1. Et ibi infinita de pendentia. fol.222
Perdere dicitur quis largè quod nunquã habuit.nu.3. fol.272
Perfectum quid dicatur.nu.1.fol.264
Perinde, dictio. vide,Dictio.
Periuriũ ex inobſeruãtia fidei quãdo incurratur.nu.17.& ſeq. fol.146
Perſeuerantia quomodò probetur. numero.16. fol.127
Perſonæ habilitas.vide Habilitas.
Perſonæ legitimatio an ſit ſummaria,ĩ cauſa ſummaria.nu.10. ſo.230
Peſtis. vide Bellum.
Petitoris cauſa.vide,Actoris cauſa.
Pignus ſuſcipiens tenetur de dolo, lata & leui culpa.nu.43. fol.77
Pignus vnum dare obligatus, an liberetur dando aliud ęquè idoneum. nu.2.6. Et an liberetur ſi ſit valdè idoneus.nu.10. fol.88.& 89
Pignorari res propria nõ poteſt.nu.1. Limita.nu.2. fol.116
Pignorare ẽ fruct⁹ & vtilitas rei nu.1. Et ibi p totũ de pignore. fol.154
Pignorare rẽ poſſe, eſt fructus,nu.1. Et ibid.an valeat pactum ne pignus alienetur.nu.3. ibidem.
Pignus. vide,Fœnerator,creditor.
Poena corporalis imponitur quando dolus adeſt.nu.8.& nu.39. fol.18
Pœna loco intereſſe adiecta qñ ſit exigibilis,vel nõ.nu.16.17.fol.85.& 86
Pœna pôt exigi & retineri.nu.1.f.119
Pœna in foro conſcientiæ non poteſt retineri.nu.3.Intellige. nu.4.5.6.7.8.9. fol.eod.& ſeq.
Pœna ſtatuta in foro cõſciẽtiæ quando exigatur ante ſententiam. numero.10.11. fol.120
Pœna non committitur vbi nulla eſt petitio.nu.2. fol.176
Pœnam non meretur,quod lege permittente fit.nu.1. fol.268
In pœnam incidẽs iuxta pacẽ initã, non poteſt illam ab alio poſtea contrauenìente exigere.nu.1. fol.270
In pœnalibus non extẽditur. nu.1. §.in pęnul. fol.eod.
Pœna mitigatur delinquenti imprudenter.nu.3. fol.202
Pœna mortis nõ punitur ille,qui imprudenter medicinam ad impediendum conceptum dedit.nu.4. ibid.
Pœna parti quæſita, non poteſt per principem remitti.nu.11. fol.47
Pœna mutilationis membri nõ erat cognita de iure digeſtoꝝ.n.3. f.154
Pœna.vide,Hæres.
Põtificũ grę qñ ligẽt.in verb.Gratię.

Poſſidens

Poſſidens rem, tenetur illam cathraſtare: nō autē actionē.nu.7. fol.58
In poſſeſſionē miſſio, & reuocatio eſt mixti imperij.nu.3. fol.100
Poſſeſſionis acquiſitio & amiſſio an procedatur à pari.nu.5. fol.101
Poſſeſſor cęteris paribus vincit, etiā in cauſa dotis.nu.6. fol.176
Poſſeſſio non tranſit niſi apprehendatur.nu.3. fol.243
Poſſeſſio & tenuta longè differunt. numero.5. fol.193
Poſſeſſionis cōmoda, quę.nu.2.f.259
Et incommoda.nu.10. fol.261
Poſſeſſorium eſt triplex. Et quæ illa ſint.nu.6.7. fol.193
Poſſeſſio, vide Alienatio, Prædo.
Poſſeſſor bonæ fidei ſuccumbens, in quibus fructibus debeat condemnari.nu.25. fol.112
Poſſeſſor fraudulentus tenetur de fructibus percipiendis.nu.4. Etiam ꝙ induſtria ſua ſingulari percepiſſet. numero.5. fol.166
Poſſeſſor bonæ fidei quos fructus faciat ſuos: & quomodò petantur, vel probetur quis locupletior.nu 7 ibi. & nu.4.5. fol.eod.
Poſitioni iuris quando reſpondendū ſit.nu.10. fol.85
Poſitio partim vera, partim falſa an poſſit in totū negari.nu.5. fol.198
Poteſtas videns rixantes & non mittens familiam quando priuetur. numero.4. fol.128
Precarium & precaria quomodò ſint & differant.nu.22. fol.74
In p̄cario de dolo tm̄ teneť.n.21.ibi.
Precariam accipiens quando cadat à iure ſuo.nu.23. ibid.
Precariū quomodò differat à cōmodato.nu.24. ibidem.
Precarium in re propria non fit.nu.3.
Limita.nu.4.6. fol.116.& ſeq.
Prędo multis modis diciť.n.1.fo.258
Prædo in poſſeſſione ſua quando nō reſtituatur.nu.2. ibidem.
Prælatus quis dicatur.nu.2.Et an prę lati ſucceſſor ligetur contractu prædeceſſoris.nu.3. fol.261
Prælatus xenia & munuſcula quærere non debet, nec oblata reſpuere. numero.4. fol.272
Præſcriptio an extendatur de vno caſu ad alium.nu.43. fol.20
Præſcriptio quare fuit introducta.nume.12.fol.179.Et qn̄.nu.2. fol.290
Præſcriptio an ſit contra ius naturæ. numero.4. ibidem.
Præſens & tacens quando conſentire videatur.nū.1.& ſeq. fol.138
Præſumptiones iuris & de iure an faciant ius.nu.29. fol.7
Prætor quis dicatur.nu.1. fol.201
Contra prætorem vel edictum aliquid fieri paria ſunt.nu.1. fol.200
Prætor an poſſit facere quem deſinere eſſe hęredem.nu.16. fol.213
Prior in tempore quādo præferatur. nu.1.3. fol.197
Princeps an & quādo poſſit ius meū auferre.nu.15.& cogere me ad compromittendum.nu.16. fol.49
Principis authoritas an circa impoſſibilia extendatur.nu.1. fol.232
Principis comminatio an iuſtum metum cauſet.nu.4. fol.103
Princeps non poteſt mādare officiali ſui vaſalli, vt procedat de conſilio talis.nu.24. fol.123
Dependentia à principe cenſentur impoſſibilia.nu.5. fol.144
Princeps an poſſit vti cauillationib⁹. nu.17.& ſeq. fol.146

In principe variatio & inconſtantia reprobatur.nu.12. fol.160
Principi mandanti aliquem ſuſpēdi an ſit parendum.nu.10. fol.28
Princeps.vide Beneficium,Indulgentia,Iudex.
Principale an reguleſ ab acceſſorio. vide,Acceſſorium.
Priuatio præſupponit habitum. numero.1. fol.172
Priuatus.vide, Iuri publico. Pactum.
Priuilegia generaliter confirmata an priuilegia contra ius comprehendant.nu.38. fol.18
Priuilegia quando cenſeantur perſonalia vel realia.nu.7. quando extinguantur.nu.2.4.5.6.quando extendantur.nu.8.9.10.11.12. Et quando tranſeant ad hęredes cum actione.nu.13.14.15. fol.149.cum ſeq.
Priuilegium ab numerum.12. Liberorum durat etiam ipſis mortuis. nume.15. fol.150
Priuilegiatæ cauſæ ſi concurrant inter ſe quæ præualeant.numero.3. fol.250
Probatio ſummaria qñ in cauſa ſummaria requiratur nu.3. fol.259
Probandi onus ꝙ culpa caſum pręceſſit,cui incumbat.nu.89. fol.83
Prodigus quis dicatur.nu.1.& nō petenti curator datur, & ſubſtituitur exemplariter.nu.4. fol.105
Prodigo conceduntur omnia priuilegia pupillo conceſſa.nu.5. ibidem.
Prodigus & furioſos teſtari prohibentur,etiam ad pias cauſas.numero.6. Limita tamen. ibidem.
Prodigo & furioſo curator datiuus non poteſt conſtitui, qñ adeſt legitimus & habilis.nu.7. fol.106
Prodigo curator à lege conſtituitur non ipſo iure.nu.8. ibidem.
Prodigo ad ſanos mores redeunte ceſſat cura,ſed non ipſo iure.nu.9. ibi.
Prodigus quando æquiparetur pupillo, vel adulto curatori habenti. nu.11.12. fol.106
Prodigus in delictis non excuſatur:ſecus in furioſo.nu.13. ibidem.
Prodigi eſt maius vitium, quàm furioſi.nu.14. ibidem.
Prodigus matrimonium contrahere poteſt.nu.15. & obligatſ in dote ſi locupletior factus ſit.nu.16. fol.107
Prodigus in datione curatoris citari debet:ſecus in furioſo.nu.17. ibid.
Prodigi alienationes quando teneāt. nu.10.19. fol.106.& ſeq.
Promiſſum ſimpliciter, præſenti die debetur,& cū aliquo temperamēto. nu.1. Limita nu.3.4. fol.54
Promiſſio quælibet pura habet tempus ad ſoluendum in executione. numero.2. ibidem.
In promiſſionibus tota dies cedit. numero.6. fol.55
Promittens de rato pro pupillo qũo intelligatur.nu.25. fol.140
Promittens pro ſe etiam pro hęrede videtur promiſiſſe.numero.2. & 11. fol. 136
Promittens de rato pro alio cum pęna quomodo Itelligatſ.nu.26. f.140
Et vide nu.4. fol.233
Promittens partem vini naſcituri in tali vinea,quando obligetur. numero.25.26. fol.57
Proprietas,verborum. vide Interpretatio.
Proſcribere quid ſit. nume.2. fol.196
Et vide,Deportatio, Confiſcatio.
Proteſtatio ſi clandeſtinè ſit facta prodeſt.nu.7. fol.104

Proteſtatio effectum appellationis ſecum trahit nu.8. ibid.
Proteſtatio neceſſaria non eſt, ſed vtilis.nu.9.10. ibid.
Proteſtatio in notoriis non requirit. Et quid ſi impedimentum prouenit ex facto iudicis.nu.11. ibidem.
Proteſtationi incitatoriæ quando parendum ſit, & quãdo cautè agatur. nu.15.16.17.18. fol.110.& 111
Proteſtatio cautius fit de mandato iudicis.nu.17. ibidem.
Protocollum. vide latè in l. ſi librarius. fol.181
Punctus. vide, Oratio.
Pupillus qui fari poteſt tutore authore oĩa negotia agere poteſt.n.8.f.32
Et quid ſi fuerit infans, vel infantiæ proximus.nu.9.10. fol.eod.
Pupillus vide, Impubes. Teſtimoniũ. Citatio.
Pupillaris tacita. vide, Subſtitutio.
Pupillus an dicatur inteſtatus.numero.2. fol.17
Pupilli volũtas nulla eſt.nu.1.fo.242
Pupillus an pati dicatur.nu.1. fol.203
Pupillus an pati dicatur propter primum decretum.nu.1. fol.eod.
Pupillus capax doli,& nõ capax quomodo puniatur.nu.1. fol.202
Pupillus pro iniuriis ſibi illatis iniuriarũ actione põt agere.n.4.fol.204
Pubertati proximus quis dicatur.numero.1. fol.205
Pubertati proximus quomodò obligetur in delictis, iuramento,& teſtamento.ibi latè.
Pubertati proximus in matrimonialibus.qñ dicatur.nu.6. fol.ibi.

De litera Q

QVÆSTIO iuris, & facti quæ dicatur.nu.11. fol.85

De litera R

RARO contingentia. vide, Lex.
Ratihabitio retrotrahit & mãdato comparatur. nume.8.9.15.16. Fallit.n.19.20.21. fol.139.cũ ſeq.
Ratihabitio inducitur etiam facto. numero.17. ibid.
De rato promittens cum pœna vel iuramento, an liberetur ſi ille non vult ratificare.numero.26. fol.140. & nu.4. fol.223
Ratificans quando contrauenire, poteſt.nu.24. fol.140
Ratio naturalis ceſſante lege allegari ſufficit.nu.1.fo.108.& nu.3.fol.175
Rationẽ quærere vbi ſentimus,nõ eſt niſi infirmitas intellect.nu.4. ibid.
Recognitio hæc, quicqd habeo Mutinæ, excepta tali domo,nõ comprehendit iuriſdictionem Mutinæ. numero.33. fol.15
Refitere, verbum quomodò intelligatur.nu.1.2.3. fol.141
Regula accipitur multis modis, numero.18. fol.6
Regula ſtrictè accipiendo quid ſit. numero.21. ibidem.
Regula quandoq; eſt lex, ſed non cõtra.nu.22. ibidem.
Regula differt à diffõne.nu.23.fol.7
Regula iuris eſt idẽ, ꝙ regula iuridica,& duplr capit.nu.25. fol.eod.
Regulæ Cãcellariæ extra curiã quando ligant.nu.27. ibidem.
Regula quid ſit.nu.4. debet eſſe generalis.nu.5. Et quibus verbis conſtitui debet.nu.6. fol.9
Regula non facit ius, ſed ex iure colligitur.num.18. Et quibus caſibus. numero.19. fol.12
Regula ſummi potuit ex legibus reſecaris.nu.20. ibidem.

Regulam

Regulá habentes in caſibus non deciſis à iure, quòd habent intentionem fundatam.nume.21. ibid.
Regula generalis comprehendit etiã cauſam dotis & militis.Fallit vt ibi. nume.22. ibid.
Regulę officiũ eſt clauo rationis plures caſus ſimiles coniungere. nume.23. ibid.
Regula quãdo perdat officiũ ſuum. nume.25.28. fol.13
Regulæ iſtius tituli procedũt ſecundum communiter accidentia. nume.11. fol.101
A regulis iuris ex cauſa receditur. nume.1. fol.175
Regulæ inhærere debemus, vt Bononienſes carotio.nu.57. fol.182
Regulariter, & generaliter an ſint, idem. vide, Dictio.
Repugnantia ſe inuicẽ elidunt nu.1. Fallit.nu.4.6.7.8 9.10.11. fol.236.
Repugnantia quæ dicantur, & quotuplex ſint. nu.2.vbi plura ponuntur. ibid.
Replicatio doli non datur contra excipientem de dolo.nu.1. fol.269
Replicatio. vide, Defectũ. Statutum.
Repræſaliæ ſi reuideri debent, interim an ſuſpendantur.nu.4. fol.222
Res eadẽ an & qñ poſſit eſſe noſtra ex pluribus cauſis.nu.1. fol.214
Res quęlibet iudicanda eſt ſecũdum præſentem ſtatum.nu.4. fol.227
Reſcripta & conceſſiones principum quam interpretationem patiantur. nume.15. fol.53
Reſolutio actus eius eſt naturæ, cuius eſt conceſſio.nu.1. fol.100
Reſtitutionis, verbũ in gratia quid ſignificet. vide, Indulgentia.
Reſtitutio in integrum quoq; neceſſaria requirat.nume.2. fol.210
Reſtitutio in integrum quando fiat abſq; alia probatione erroris & læſionis.num.3. ibid.
Retẽtio faciliùs conceditur quã petitio.nu.2.fol.135.& nume.1. fol.272
Reus fauorabilior eſt, quã actor.n.1. 3.4 5.6.Fallit.n.7.8.9 f.251.cũ ſeq.
Reus actore non probante qũo veniat abſoluendus.nu.14. fol.253
Reus volens ſupflua probatione onerari,admitti debet.nu.2. fol.107
Reus habens iuſtam cauſam litigandi ſuccũbendo excuſat̃ ab expenſis, & quę ſit iuſta cauſa.nu.19. f.111
Reus poſtquam cognouit ſe iniuſtã cauſam fouere ſuccumbens,an condemnet̃ etiam in expẽſis factis ante cognitionem. n.20.23. f.eod.& ſeq.
Reus quando in expenſis ob malitiam & dilationem veniat condemnandus.nu.22. fol.eod.
Reus contrarias exceptiones proponere poteſt.num.11. fol.238
Relatiuum adiectum verbo futuri temporis inducit conditionem.nume.26. fol.57.
Remittere. vide, Dare.
Repetere ſolutũ qñ liceat.n.4. f.150
Repetitioni magis fauetur,quàm aduentitio lucro.num.2. fol.108
Remedium cap. reintegranda. vide, Hæredi.
Renunciatio ſtrictè intelligitur.nume.3. fol.179
Renunciatio. vide, Filia.
Repudiato vno iure non tollitur alterum.nu.1.Limita.nu.2.4. fol.179
Repudiare ius de futuro nõ licet,ſed pacto ſic.Et quę ſit ratio.n.1. f.226
Repudiare qui non poteſt, nec adire.nume.2. ibid.

Repudiatio retrotrahitur ad tempus mortis.nu.4. fol.144
Repudiatio legati dicitur alienatio? & quo intelligitur.nu 2. fol.183
RIGOR æquitati præfertur, quãdo æquitas non eſt ſcripta.nu.9. Fallit nume.10. fol.178
Rigor in ſpecie ſcriptus præfert æquitati in genere ſcriptæ.nume.11.Fallit nu.13.14. fol.179
Rigor ſcriptus poſt æquitatem præfertur æquitati.nu.15. ibid.
Rigor iuris ſæpè ponit pro eo, quod ordinatum eſt à iure.nu.17. ibid.
RVBRICARVM continuatio.vide Continuatio.

De litera S.

SANGVINIS iura tolli nõ poſſe.vide, Conſanguinitas.
Satiſdare obligatus, liberatur dando fideiuſſorem aut pignora.n.3.f.88
Satiſdare obligatus ex hominis diſpoſitione, nõ liberatur dato quod ſit idoneus, ſecus ex ſtatuto vel lege.nu.9. fol.89
Satiſdatio vide Idoneus, Cautio.
SCIENTIA inflat ruſticos nõ nobiles.num 1. fol.114
Sciens aliquem furaturũ, & non obuians damno, reus eſt furti.nume.9. fol.148
Sciens tractatum contra principem, & nõ reuelans punitur.nu. f.109
Scienti & conſentienti non fit dolus, fraus, vel iniuria. nume. 1.3. Fallit nu.4.5.7. fol.166
Scire, vel ſcire debere paria ſunt. nume.1. ibid.
SEDITIO quid ſit.nu.7. fol.118
Seditionis occaſio remoueri debet. nume.6. ibid.
Semper, dictio, vide, Verbum Dictio.
Senes delinquentes quomodo puniatur.nume.2. fol.202
Sententia lata ſecundum conſilium ſapientis non tranſit in rem iudicatam.nume.25. fol.123
Sententia conditionalis an & quando valeat.nume.21. fol.163
Sententia rite lata infirmari non poteſt, niſi euidens iniquitas appareat.nume.3. Et quid in criminali.nume.4. fol.252
Sententia in intereſſe quomodo debeat concipi.num.21.&ſeq. fol.86
Sententia ius facit & pro veritate accipitur.nume.1.& naturalia ſanguinis mutat.nume.2. fol.291
Sententia lata contra vnum quando noceat alijs.nume 4. ibid.
Sententia & res iudicata differunt. num.5.& quid ſit.nu.6.& rei iudicatæ renuntiari poteſt.nu.8.& quid operetur in reſcripto.nu.6. fol.192
Sententiæ diuerſarum ſummarum ſi fuerint, minimam ſummam ſpectamus.nume.25. fol.42
Sequeſtratio quare fuit introducta. nume.8. fol.196
Seruitus an ſit realis vel perſonalis. nume.7. fol.149
Seruitores & famuli nobiliũ ſi ſunt malæ conditionis & delinquant, an obligent dominos.nu.8. fol.128
Seruus delinquens mandato domini an excuſetur.nu.5. fol.46
Seruus de iure naturali obligat.nu.1.Fallit nume.3.4. fol.69
Seruus obligatur in maleficijs, vel quaſi.nu.7.fol.eod. In delictis publicis.nume.7. fol.134
Seruus delinquens domino ſciente & vidente, quãdo faciat dominum teneri.nu.8. fol.128

Serui

Serui quoad ius ciuile habentur pro nullis, etiam teſtando ad pias cauſas.nu.3. fol.92
Seruus & filius in acquiſitione quomodo differant.nu.3. fol.193
Seruus an officium notariatus exercere poſſit.nu.14. fol.216
Seruitus per quem, & quo iure fuerit introducta.nu.3. fol.96
Seruit' horribilis eſt, & peſſima, mortiq; cōparatur nu.1. fol.92
Seruus pœnæ, & ſeruus priuatus valde differunt.nu.2. ibidem.
Serui pœnæ, etiam hodie dicuntur damnati ad mortem qui ſtatim debent mori.nu.3. ibidem.
Seruorum ſtatus quo iure fuit annihilatus.nu.4. fol.96
Serui ſtipulatio licèt conferatur in ſēpus ſui iuris, tamen quæritur domino.nu.1. fol.127
Ex ſerui maleficio non quæritur actio domino.nu.1. fol.127
Serui quadrupedib' & pecudibus æquantur.nu.1. fol.193
Seruus an cauſa reipub. poſſit abeſſe nume.2. ibidem.
Signa vniuerſalia q ſint.nu.6. fol.2
Simile nullum eſt idem.nu.4. fol.72
Simulatio cōtractus probatur ex eo, quod quis emit actionē pro eodem precio.poſt nu.9. fol.60
Simulatio cōtractus debet probari, & quomodò probetur.nu.8. ibidem.
Simulationem allegare quādo liceat contrahenti.nu.9. ibidem.
Socius quando teneatur de furto nume.6. fol.80
In ſocietate an & qn̄ veniat dolus, lata, vel leuis culpa.nu.48. fol.ibid.
Socius acquirens ſibi, non acquirit alijs ſociis.nu.3. fol.107
Socij mei ſocius, nō eſt meus ſocius nume.1. fol.144
Solemnitas eadem an requiratur in reuocatione actus, quæ in confectione requiritur.l.xxxv.nu.43. fol.149
Solennitas quæ non requiritur, ſi exprimatur, ſed ineptè, q non viciat. nume.3. fol.194
Solenne ius quid ſit, vide Ius.
Soluens ſcienter indebitum, q videt donare.nu.1. fol.131
Soluere pro iniuſto, & repetere qn̄ quis poſſit.nu.4.8.10. fol.110.cum ſeq.
Soluere, & ſolutionis verbū, vide Verbum.
Soluendo intelligitur, qui idonea pignora paratus eſt dare,nu.6. & qui nomina debitorū habet.nu.7. fol.194
Soluendo non præſumitur, cuius bona venduntur,nu.8. Et quid in dubio.nu.9. fol.195
Solutio in dubio facta videt in cauſam remouēt infamiā.nu.14. fol.201
Solutio debiti vel legati qn̄ ante diē ſolui poſſit.nu.1. fol.61
Soluere nō tenet quis pro alio nō poſt ſolutionē factā.nu.11. fol.223
Sorte ſi eſt ne dirimenda dubia quæſtio.nu.2. fol.134
Specialia non extenduntur.nu.18.& ſeq.l.quod. fol.264
Species apud legiſtas de facili conſtituitur.nu.3. fol.84
Species, vide Accidentia. Genus.
Spes in cōtractu cōditionali trāſmittitur, nō in legato.nu.5. fol.62
Sponſe ſacta qn̄ dicatur.nu.10.fo.64
Spoliatus ante omnia reſtituendus nume.15. fol.238
Spurius poteſt inſtitui ſub cōditione, ſi legitimabitur.nu.4. fol.137
Statuto de præſcriptione, tōſi de ea ſinē extenditur.

ditur ꝙ reſolui poſſit.nu.1. fol.289
Statutum, ſi illuſorium redderetur, tunc à propria ſignificatione rece ditur.nu.11. fol.10
Statutum, ꝙ occidens occidatur, niſi habuerit pacẽ ab hęredibus occiſi, an ſufficiat pax vnius vel omnium hęredum.nu.12. fol.eod.
Statutum, ꝙ gabella ſoluatur de omni inſtrumento cõtinente 100. lib. excepto inſtrumento procuræ, non comprehendit inſtrumentum legitimationis de quo non fuit ſoluta gabella.nu.34. fol.16
Statutum, ꝙ occidens occidatur niſi defendendo ſe fecerit, non occidet qui culpa lata leui, caſualiter occiderit.nu.42. fol.20
Statutum pœnã imponens declinãti iuriſdictionem, non comprehendit clericum.nu.2. fol.25
Statuto an alimẽta, legitima, & defẽſio tolli poſſint.n.3.5.9.fo.36.& ſeq.
Statutum quòd fratri non ſuccedat ſoror, non habeat locum ecõtra. nume.20. fol.48
Statutum, ꝙ inſtrumentum habeat paratam executionem, quando ſuſpenditur.nu.10. fol.92
Statutum, ꝙ vxore decedente ſine liberis lucretur dotem maritus, habet locum ea ignorante.nu.10. fol.65
Et an tale lucrũ ſit lucratiuum vel onerosum, aduentitium, vel profectitium.nu.5.fol.97. Et an lucretur bona paraphernalia.nu.5. fol.229
Statutum, ꝙ cauſa committatur conſilio ſapientis. vide in l.xlvij.fol.120
Statutum, quòd ſacris initiatus nõ admittatur in conſilio, an valeat. nume.11. fol.276
Statutum loquens de faciente, an habeat locũ in mandante.nu.2.fo.221
Statutum confirmatum per ſuperiorem, an reuocari poſſit ſine cõſenſu ſuperioris.poſt nu.6. fol.101
Statutum, loquens de poſſeſſore, an habeat locum in eo qui dolo deſiit poſſidere.nu.4. fol.262
Statutum, ꝙ duo notarij requirantur ad actum, quomodò & quando procedat.n.40 41.42.43.fo.187.cũ ſeq.
Statutum, ꝙ non valeat inſtrumentũ ſine rogatione notarij matriculati qñ procedat.nu.67.68. fol.189
Statutum, ꝙ ſolutio vel cõtractus per inſtrm tantum probari poſsit an & quando valeat.nu.77. fol.190
Statutum dans pręmium facienti tale quid, quod concernit vtilitatem publicam, an comprehendat inhabilẽ. nu.8.& ſeq. fol.294
Statutum repellens vſurariũ ab agendo, non comprehendit eius hęredẽ. nu.13.fol.136.& nu.3. fo.267
Statutum, ꝙ banniti non audiantur, ſi reus excipit de bãno, nõ admittitur replicatio ſiſis delicti, nu.2. fol.270
Statutum. vide Pactum. Argumentũ.
Stipulatio an ſit cõtract⁹.nu.1.fol.98
SVBDITVS capitulo eſt ſubditus in vniuerſo, non ſingulis de capitulo. nume.15 fol.216
Subditus D.Venetorum eſt ſubditus omnibus in vniuerſo, non ſingulis ipſorum.nu.16. fol eod.
Succeſsio teſtati pręfertur ſucceſsioni inteſtati.nu.1. Fallit nu.3.5.fol.177
Succedẽs in locum alterius, iure eius vti debet.l.cxxxviij. fo.228
Succeſſor particularis etiam iure dñi vti debet.nu.1 ibidem.
Succeſſoribus an & quando noceant vitia prædeceſſorum. num.1.& ſeq.

l.quod.

quod [illegible] fol.265
Subſtitutio pupillaris tacita an matre in medio exiſtente cõprehendat ſub expreſſa vulgari.nu.5. fol.93
Subſtitutus non admittit donec inſtitutus ſuccedere poteſt.nu.2.fo.177
Superfluitas quando toleretur. nu.1. & ſequen. fol.170
Superfluitas in iure nõ dat,quomodo intelligatur.nu.1.2.3.4. fol.198
Superabundans cautela non nocet. vide Cautela.
Suſpenſus. vide, Damnatus.
SYNDICATVS legitimus quando dicatur.nu.5.6. fol.215

De litera T

TACITE actum quomodo intelligatur.nu.4.5. fol.98
Tacere eſt medium inter conſentire & diſſentire,& quãdo.ſub nu.6.f.25 & nu.1.& 2. fol.265
Tacitè remittitur dolus præſumptus. nu.81. & iuramentum calumniæ. nume.82. fol.81
Tacitus. vide Error.
TEMPVS antiquum quod dicatur. nume.10. fol.31
Temporis breuitas operatur ne quis in mora conſtituatur.nu.5.& poſt nume.8. fol.55
Tempus licèt breue interpellat pro homine.nu.8. ibid.
Tempus certæ ætatis requirit interpellationẽ ad morã.nu.9. ibid.
Tempus ſæpè ponitur pro tempore.nu.3.fol.166.& nu.1. fol.242
Tempus moram & delictum aggrauat.l.lxiij. fol.143
Tempus, vide Dies: Conditio.
Termini dies quando computetur in termino.nu.5. fol.199
Teſtamentum eſt actus indiuiduus. nume.1. fol.33
Teſtamentũ quid ſit.nu.4. fol.51
In teſtamẽtis fit plenior interpretatio q̃ in contractibus.nu. 7. fol.52
In teſtamẽtis relicta ꝙ paratam habeant executionem.nu.9. ibidem.
In teſtamentis anguſtiæ temporis quando reiiciantur.nu.12. ibidem.
Quæ in teſtamento non intelliguntur, habentur ac ſi ſcripta nõ eſſent. nume.1. fol.158
Teſtamentum ſolenniter factum cũ quot teſtibus reuocet.nu.2.fol.100
Teſtati cauſa & inteſtati ſunt cõtraria.nume.3. fol.33
Inteſtatus pro parte quis decedere non poteſt.nu.4.6.7.8. Limita nu. 9.10.11.12.13.14. fol.34.& 35
Teſtandi facultas poteſt tolli per ſtatutum, poſt nu.6. fol.91
Teſtati cauſa facit ceſſare cauſam inteſtati.nu.1.2. Fallit nu.3.5. fol.177
Teſtimoniũ pupilli an admittatur, & factus maior an poſſit de his quę vidit in pupillari ætate teſtificari. nume.20. fol.24
Teſtis ſuſpectus debet diligenter examinari & inuolui per iudicem ſi poteſt.nume.16. fol.146
Teſtiũ reprobatio admittitur in cauſa poſſeſſoria.nu.4. fol.260
Teſtium reprobatione prohibita, nõ videt prohibita reprobatio, quæ ex cõtrarietate reſurgit.nu.3. fol.236
TIMOR & metus grauaminis operatur quòd metus & grauamẽ ipſum. nume.3. fol.105
Timor belli & peſtis idem ꝙ de bello & peſte iudicatur.nu.1. fol.233
Titulus lucratiuus & onerofus qui dicantur.in l.xxiij. fol.97
Titulus habitus pro parte tẽporis an excuſet

excuſet à fructibus percipiendis, nu nu. 8. fol. 167
Titus Liuius quo tempore floruit, & eius oſſa ubi reperiuntur, nu. 2. fo. 9
TORTVRAE an poſsit quis ſe obligare, quòd non, nu. 6. fol. 166
Totum, vide Argumentum, pars.
Tributa in legatis & contractu quis debeat ſoluere, nu. 13. fol. 57
TRANSFERRE verbũ, vide Verbum.
TVMVLTVS, vide ſeditio.
Tutor regis vel principis qualem fide iuſsionem præſtat, ſub nu. 18. fo. 37
Tutor bonorum poſſeſsionẽ pro pupillo agnoſcit, non tamen repudiat, nume. 5. fol. 37
Tutor de dolo, lata, & leui culpa tenetur, nu. 61. Et quando de lata tantũ, nume. 63. 65. fol. 80
Tutor ratione leuiſsimæ culpæ non remouetur à tutela, nu. 63. ibid.
Tutoris heres tenetur de lata culpa tantum, nu. 64. fol. eod.
Tutela quando reguletur ab hereditate, nu. 1. 3. 5. fol. 156
Tutor an defuncto pupillo abſq; agnatis & cognatis ſuccedat, nu. 4. ibidẽ
Tutor rem pupilli quando emere poſſit, nu. 5. fol. 168
Tutor dari nõ poteſt in diem vel ſub conditione per iudicem, ſed bene p teſtatorem, nu. 15. Et ponitur ratio, nume. 18. fol. 164
Tutoris authoritas conditionem nõ recipit, nu. 19. fol. 165
Tutor & curator quibus, & à quibus dari poſſunt, l. lxxiiij. §. i. n. 1. fo. 158
TYRANNI iuſſu aliquem occidens quomodò puniatur, nu. 17. fol. 117

De litera V

VASA, vide legatum.
Vaſallus mei vaſalli, meus vaſallus non eſt, nu. 1. 3. Et quomodò procedat, nu. 7. fol. 124
Vaſallus feudum alienare nõ poteſt & an ſubinfeudare vel in emphyteuſim concedere poſsit, nu. 2. ibidem.
Vaſallus vaſalli mei fidelitatẽ iurare & ſeruire mihi nõ tenetur, nu. 4. 5. ibid.
Vaſallus ſeu emphyteuta nõ poſsidẽs nõ tenetur ad ſeruitia, nu. 8. fol. 58
Vaſallus, vide Feudum, Mulier.
VERBA ambigua in inſtrũ poſita declarant p notarios, nu. 1. fol. 195
Verba dubia interpretantur contra fundantem ſe in verbis. nu. 1. fo. 223
Verba in omni materia ſecundum ſubiectam materiam accipiuntur. nume. 17. fol. 41
Verba ſecundum naturã contractus accipiuntur, nu. 1. & ſecundum qualitatem perſonæ, nu. 3. fol. 148
Verba ſine cõtradictione talis, quomodo accipiantur, ſub nu. 16. fo. 41
Verba, vide, Interpretatio.
Verbum, nolle & velle, quando dicatur, nume. 1. 6. fol. 26. & 27
Verbum voluit, & voluerit, quomodò intelligatur, nu. 2. 4. fol. 13
Verbum ſine facto noſtro, accipitur etiam pro non facto, nu. 1. fol. 46
Verbum noſtrũ, quomodo accipiatur, nume. 2. 39. fol. eod. & 49
Verbum commune, an impropriè & ficte meum dicatur, nu. 10. ibidem.
Verbum videtur, an denotet fictionẽ & quando veritatem, nu. 1. 3. fol. 13 & nu. 4. fo. 58. & nu 7. fol. 191
Verbũ capere, quid ſignificet, nu. 2. 4. 6. fol. 53. & nu. 6. fol. 119
Verbũ deberi, qñ dicatur, nu. 1. fol. 55
Verbũ imaginariũ, qd ſit, nu. 2. fo. 59
Verbum quatenus quomodo intelligatur, nu. 1. fol. 81

Verbū ſolutionis, quomodo accipiatur.nu.5.fol.100.& num.2.fol.194.
& ibi de verb.ſoluere,& nu.2.fo.231
Verbum cautionis, quid comprehendat.nu.11. fol.89
Verbū potiri,qd ſignificet.n.1.fol.97
Verbum ſcientia,quomodo accipiat.
nume.1. fol.118
Verbum defenſio, in contractibus & principe quomodo accipiatur. nume.1.4.8. fol.131
Verba conferre,transferre,quid ſignificent.nu.3.fo.33.& nu.3. fol.132
& nume.2. fol.118
Verbum ſoluere, quid ſignificet. nume.1. fol.194
Verb.ſolutionis,ſimplr prolatū intelligit de ſatisfactiōe.ibi.& n.5.fol.88
Verbum reſtituere, quomodo intelligatur.num.4.&.5.fol.110.& Reſtituo.nu.1. fol.224
Verbum temere, quid ſignificet. nume.1. fol.143
Et verbum,negotiis.nu.2. ibidem.
Verbum cauillari, variis modis accipitur,nu.1. fol.145
Verba legi,& intelligi, quomodo accipiantur.nu.2. fol.158
Verba conſilium, iniuria, quomodo accipiantur.nu.1. fol.160
Verba nullo cogente iure, quomodo proprie accipiantur.nu.1. fol.171
Verbū cōcedo,qd importet.n.1.f.213
Verbum donare,ſe habet in plus quā vendere vel concedere in emphyteuſim.nu.3. ibidem.
Venditionis ſubſtantia eſt res & pretium.nu.1. fol.59
Venditio imaginaria quæ ſit.nu.2.3.
Et vera.nu.10. fol.60
Venditio imaginaria quando nulla ipſo iure ſit.nu.11. ibidem.
Venditio magni precij pro vno nummo dicitur imaginaria, & eſt nulla.
nume.12. ibidem.
Venditor de dolo, lata, & leui culpa tenetur.nu.42. fol.77
Venditor promittens ſoluere tributa rei venditæ,quomodo teneatur, nume.2. fol.118
Venditioni conſentiens an teneatur de eunctione.nu.1. fol.214
Venditione prohibita, an cenſeatur prohibita donatio.nu.6. fol.214
Vēdere aliud eſt,& promiſsio de vendendo.nu.2. fo.214
Veneti ſunt ſapientes.nu.7. fol.60
Veneti.vide,Subditus.
Venter prægnantis. vide,Mulier.
Veriſimilitudo mētis hominū quando inſpici debeat.nume.6. fol.39
& in l.xxxiiij. fol.98
Veſtes,Vide Ornamenta.
VIDVA relicta vſufructuaria ſi vitā vidualē ſeruauerit, viuēdo inhoneſte tenet reſtituere fruct⁹.n 11.f.119
Vincens vincentem te, à fortiori vincit te.nu.5.14. fol.63.& ſeq.
Virginitas replet Paradisū.n.10. f.94
Virginitas an, & quomodo poſsit à Deo reſtitui.nu.3. fol.95
Vis quid ſit.nu.1. pluribus modis cōmittitur.nu.2.6. fol.158
Vis quotuplex ſit: & quomodo differt à violentia.nu.1.2. fol.268
Violentiarum quod genera. ibidem.
Violentiæ,quæ per iudicem infertur, non licet reſiſtere.nu.3. ibid.
Vita & fama an æquiparentur. vide, Fama.
Vitiare quid ſit, & quomodo capiat. nume.25. fol.13
Vitioſum in initio nō conualeſcit ex poſt facto,& quomodo procedat,plene in

nè in l xxix.fol.92 & l ccxj. fol.292
An vitiet res deueniens ad caſum à quo incipere nō poteſt.nu.5.fo.175
Virtus & vitiū ſi cōcurrāt, vno exiſtēte bono, an aliud malū ſit.n.17. f.45
VLPIANVS Iuriſcon. quo tempore floruit.nu.1. fol.8
VNIVERSALIA ſigna quæ ſint, quæ diſtributiua, q̄ collectiua nu.6.fol 9
Vniuerſalia an ſint præmittenda. vide, Doctrina.
Vniuerſitas quomodò citanda, & in cōtumacia cōſtituēda.nu.1. fo.247
Et quando poſsit delinquere. nume.21. fol.216
Vniuerſi cenſentur facere, quod fit à maiori parte, & quomodò procedat. nume.1.2. fol.215
Et an requirantur duæ partes. & abſentes ſint vocandi, & plura de materia ibi traduntur. fol eod.cū ſeq.
VOLVNTAS quid, vnde, & quod modis dicatur.nu.1.2.3.4. fol.26
Voluntas hominū in primis inſpici debet: & quomodò cognoſcatur. nu.5.6.7.8.9. fol.38.cum ſeq.
Voluntas nulla quomodò intelligit. numē.1. fol.105
Voluntatem hominū lex ſequitur, ſicut venator leporem. nu.5. fol.51
Voluntatem & intentionem principalem, non ea quæ ſequuntur attendere debemus, fallit tn̄.nu.14. f.238
Votum an ſtrictè interpretetur. nume.11. fol.40
VSVRAE promiſſæ marito, debentur hæredi.nu.4. fol.136
Vſurarij hęres non repellitur ab agēdo, licèt vſurarius repelleretur. nume.5. fol.268
Vſurarij compoſitio cum Epiſcopo quando teneat.nu.4. fol.223
Vſurarius, vide Fœnerator.
Vſusfructus an poſsit ſtare in pendenti.nu.13. fol.164
VVAS comedere in agro alieno licet in neceſsitate, non tamen aſportare. nume.6. fol.218
VXOR. vide, Mulier.

FINIS.

# D. HIERONYMI CAGNOLI PATRICII VERCELLENSIS,

## IVRISCONSVLTI LONGE præſtantiſsimi, & illuſtriſsimi Sabaudiæ Ducis Senatoris,

## *Commentaria in tit. Digeſtis de Regulis Iuris.*

MVLTIS ADDITIONIBVS AB EODEM Auctore in hac poſtrema editione in gratiam ſtudioſæ poſteritatis illuſtrata, & aucta, & à mendis quamplurimis reſtituta.

SVMMARIVM.

1 Continuatio Rubricæ ad Rubricam eſt neceſſaria.

2 *Continuare eſt idem, quòd ſubordinare. & poſt nu. 4. & 5.*

3 *Continuus, dictio, ſecundum ſubiectam materiam accipitur.*

*Intellectus l. continuus. ff. de verbo. obliga.*

4 *Ordo in iure eſt laudabilis.*

5 *Edictum perpetuum quid ſit: & qui eum compoſuit.*

*Intellectus l. y. ff. de ſtatu homi.*

6 Continuatio fieri debet ad immediatè præcedentia: niſi materia media ſit impertinēs, quia tunc toleratur ad aliquantulum remota.

7 Cōtinuatio librorum partialium eſt neceſſaria, ſed de libro ad librum: ſecus in princip. totius libri. & nume. 9.

8 Continuatio Paul. de Caſtr. Dec. & Moder. in rubr. ff. ſi certum peta. inepta eſt, & vera hic ponitur.

*Intellectus. §. nos verò, in proœ. ff. et l. ſecundæ. C. de vete. iur. enu clean.*

10 *In continuatione cōpilatores quādoquè digniora præpoſuerunt, ſed communiter ad materias congruo ordine coniungendas reſpexere.*

11 *Ordo ſcripturæ probat prioritatē. Et quomodò procedat. remiſſiuè.*

12 *Clauſula generalis non refertur ad ſpecificata.*

13 *Continuatio ad præcedentia rectè hic fit: vt generalia hæc particularibus adiungantur.*

14 *Cur compilatores poſuerunt hunc titulum in fine operis, cum in prima parte.ff.factum ſit contrarium? ponitur ratio nume.17.*

15 *Doctrina (ſecundum Philoſophum) tradenda eſt ab vniuerſalibus.*

*Niſi reſpiciat faciliorem modum tradendi, & vnde quis facillimè adiſcat.num.16.& ſeq.*

18 *Regula accipitur multis modis.*

19 *Lex eſt regula quædam ducta à ratione recta.*

20 *Lex debet ordinare actus virtutum, & prohibere vitia.*

21 *Regula ſtrictè accipiendo, eſt plurium rerum ſub compendio facta traditio.*

22 *Regula quæcunque iuris eſt lex, ſed omnis regula, non eſt lex.*

23 *Regula differt à diffinitione.*

24 *De, dictio, denotat cauſam proximam & materialem.*

25 *Regula iuris eſt idem, quòd regula iuridica. Et accipitur tranſitiuè, & intranſitiuè.*

26. *Deciſiones dominorum de Rota nō habent vim legis, licet ſint magnæ authoritatis.*

*Ludouic. Roman. quando affirmare volebat aliquod ſomnium, mouebatur authoritate deciſionis DD. de Rota.*

27 *Regulæ Cancellariæ extra curiā non ligant, niſi reſpiciant materias origines trahentes ex curia, vel decidant idem quod ius commune.*

28 *Gratiæ Pontificum quando ligent.*

29 *Præſumptiones iuris & de iure an faciant ius. remiſſiuè.*

Vt à continuatione tituli, more maiorum, initium faciam, &
1 iam † crebrior,
receptiorque ſit ſcribentium ſententia, Rubricę ad rubricam, & Tituli ad titulū proximè pręcedentem continuationem neceſſariam eſſe, prout concludunt doctores in rubri. ſuprà ſolu.matri. & ſi certum peta. & in rubric.inſtitu. de actio. & in rubr.extra de iudi.ubi poſt Barb. & alios latè Deci.& alii, ac etiam in rubri.C.de contratab. Fundamentum communis opinionis eſt ſuper l.ij.ſuprà de ſtatu hom.ibi, proximos atque coniunctos, &c. & in l. cum delanionis. in §. aſinam, ibi, proxima copulata procedunt. ſuprà de fundo inſt. * & in
* l.ii.§.Quartus. C.de uet.iur enuclean.& in l.j. col.ii. illo eod.tit.] Nihilominùs in contrariam ſententiam ſubtiliter ſpeculantes iēre Rapha. Comen.in rubri. ſuprà de no.oper.nuncia.& Aret.in rubri.proœ.inſt.quia non probatur prędicta opinio lege: ergo &c. l.illam.C.de colla. & allegata ſuprà non loquuntur de continuatione, ſed de ſubordinatione, iuxta §.fina.inſtit. per quas perſonas nob.acqui.ibi, oportunius in inferiori loco inſeremus.facit tex.§. quartus.ibi, in cōfinio ponere.C. de uete.iur.enucle. Confirmatur: Nam continuatio dicitur actus ad perfectionem eiuſdem materię tendens: l.continuus.in princ. ſupra de uerbo.obligat.l.cum antiquitas.

tiquitas.C.de teſtament facitque continuatio de duobus unũ. cap. Apoſt.de conuer.coniu.cum alijs adductis per Geminia.in capitul. primo ad fin. de conſecratio. eccleſi.uel altar.in vj. ſed in diuerſis titulis diuerſæ(ut patet) tractātur materiæ:ideo continuatio uidetur impoſsibilis,ſed ſubordinationem,ut ſtatim dicam,conuenire.Quam concluſionem iam diu tentaui in rubr. ſuprà de origine iu.eò quòd in proceſſu ſcientiarũ opus ſit ratione, cuius proprium eſt ordinare : cùm in omni opere rationis,ordo aliquis inueniatur, ſecundum quem proceditur ab uno in aliud : ut ſcribit ſanctus Thomas de cælo,& mund. Dicebam ergo rubric.non deberi, neque poſſe continuari, ſed ſubordinari, ut materiæ coniunctim ordineque tradantur. Et hanc opinionem ſecutus eſt poſteà Ripa in rubr.ſuprà ſoluto matrimo.colum.iij.& in rubr.extra de iudic.
2 colum.ij.Nunc aliud ſentio,†nec inter continuationem,& ſubordinationem ullam in propoſito differentiam eſſe arbitror, hallucinarique credimus allegātes ad iſtud propoſitum dictam.l.continuus.
3 Quod † uocabulum multifariam ſecundum ſubiectam materiā accipitur.nam in ſtipulatione, quæ unica eſt, & unicus actus dici poteſt,ſecundum Imolam ibi, actus continuus dicitur, ſiue incontinēti factus,ubi extranea non interueniunt,licèt aliquale ſit interuallum:ut ibi, & in.§.j.l.j.eodem titul.& ſic ad perfectionem ſtipulationis, quæ unico contextu fieri debet, & abſque medio extraneo exigitur,ut actus cōtinui ſint.hoc eſt,quod intendit Iuriſconſultus in dict.l.continuus. Philoſophus Ethic.v.aquam ait in cacabo exiſtentem in ſe continuam dici: cacabo autem contiguam ad identitatem rei continuum referens. ſequitur Ioannes Andreas, & inde
* Imola in dict.l.continuus. *idem Philoſ.Phyſic.5. cap.3. & Phyſic. 6.cap.1. continua dici uult quorum ultima unum, & idem ſunt, ut partes, lineæ continuæ ſunt. quoniam uno eodemque termino iungantur puncto uidelicet. ] In materia poſſeſſoria cōtinuum aliter ſumitur, ut per Aretinum in dicta lege continuus, ad finem principij. Apud Liuium per ſeuerantiam ſignificat, dum ait, Continuum imperium uſque ad uos habetis. Et ſimiliter ſecūdum Ciceronem in ij. Officiorum. cōtinuare eſt,ſimul ſe tenere. Et ſecundum Geminianum prææalleg. continuatio eſt duorum inter ſe corporum tactus.Actuſque continuus dicitur quando partes ad extranea non diuerterunt.§.quinimò.l.iuriſgentium. ſuprà de pactis, cum accumulatis per Felinũ in proœ. Rex pacificus. Eſt ergo
* continuatio* in propoſito noſtro non id quod Ariſt. ſuprà relatus dicebat, ſed quòd Cicero & alij, ſcilicet coniunctio, connexio, &
4 concatenatio.] Et quia † in iure præſertim laudabilis eſt ordo .l. ij.in principio,ubi Bald.notat ſuprà de origine iuris,quando qui-

dem(Ambroſius teſte relato per Baldum,ſuprà in principio Pandectarũ.) ſcire quid facias,ſed neſcire quo ordine, non ſit perfectæ cognitionis: tradanturq; ſcientiæ ordine compoſitiuo, ut Dialectici dicunt, cõueniens fuit & neceſſaria continuatio rubric. & titulorum, id eſt, colligantia unius capitis ad aliud.facit textus notabi.in.l.ij. colum.ij. in.§. quartus.ibi,ea quæ de eodem plenè loquuntur in confinio ponere. & in.viij. colum. in uerſic.ſi quid autem. ibi, hoc diuidere & ſeparare penitus erat inciuile. De huiuſcemodi continuatione, quæ, à ſubordinatione non differt,neque diſtat, loquitur dict.l. ij.ibi,proximos atque coniunctos applicantes titulos. cum alijs ſuprà allegatis. Cõnexionem enim ac colligantiam rubricarum & titulorum ſiue ſubordinationem reſpiciunt. Ad quæ alium pulcherrimum textum ego ſoleo allegare in.l.penulti.C.de condict. indebit.ibi,& huius ſentẽtiæ ſub-
5 limisſimum teſtem adducit † Saluium Iulianum ſummæ authoritatis hominem & prætoriani edicti ordinatorem.hic Iulianus edicta prætorũ, iam facta perpetua, lege a Cornelio lata, ſed deuia & deuagantia,in unum compoſuit temporibus Adriani principis: hocque appellatum fuit edictum perpetuum .d.l.pen. &.l.ij. col. antep.C.de uet.iur.enucl.tradũt que Euſebius Cæſarienſis,Eutropius & alij hiſtorici.hodie tamen nec edicta prætorum, nec edictũ perpetuum habemus, ſed tantùm Vlpiani, & non nullas Pauli ad edictum interpretationes, aliorumque Iuriſconſultorum, ut in .l.ſuo.ſuprà de ope.libe.] de quo edicto perpetuo ſæpè meminêre leges noſtræ. Iulian.ergo qui edicta prætorum in unum compoſuit, congruenti & conſentaneo quodammodò illa coniungẽdo, continuando & connectendo edicti prætoriani ordinator nuncupatur,in dict.l. penulti. Ex quo clariſsimo euincitur argumento, idem in propoſito noſtro eſſe cõtinuare quod rectè componere, coniungere, & ordinare ſeu ſubordinare.*ad idem tex.in.§.ſunt præterea,ibi,ſuo ordine proponemus.Inſt. de actio.ubi continuationem tituli ordinem appellat. & in præalle.§.Quartus.] Et hoc modo ſanè rem intelligendo, neceſſaria( ut diximus) eſt Rubricæ continuatio ſeu ſubordinatio titulorum. Hæc ſi adamuſsim ſcribentes cõſideraſſent ad ſcopulos dict.l.continuus.rationes ſuas nõ appuliſſent, neque impegiſſent in eam,pernitioſè quidem errantes.Cum igitur titulorum diuerſitas materiarum arguat diuerſitatem, ut de ſe patet, probatũrque in.l.ſi idem.C.de codicillis. & in §.quibus.in prima conſtitutione C.manifeſtè conſtat tituli ad titulum non poſſe continuationẽ fieri(intelligendo prout communiter intelligebant doctores continuationem pro actu ad perfectionem eiuſdem materiæ tendente) ſed poſſe imò debere fie-

ri continuationem, ordinationẽ,
& colligantiam tituli. hoc eſt
quod intendit Imperator in.§.fi-
na. inſtitu. per quas perſonas. in
dict.l. ij. in locis ſuprà ſignatis:
C. de ueteri iure enuclean. &
text. in dicta l.ij. ſuprà de ſtatu
hominum. ibi, prout res patitur
dicemus, id eſt, prout meliùs &
congruentiùs materiæ patientur,
& applicari, coniungique pote-
* runt, *ut etiam probatur in.d.l.
j.colum.ij.de uet.iur.enucle.] ita
ut ratione aliqua præcedens ti-
tulus ſequentem poſtulet, & ſe-
quens loco illi quadret, & conue-
niat: ut quia materia præparata
ſit dependens, annexa uel con-
nexa, ut probatur inſtitu. de le-
gatis. in principio. Et ſicuti ex
dict.l.ij. & alijs præallegatis ap-
6 paret, † continuatio fieri debet
ad immediatè præcedentia: nam
medium impertinens impedit ex-
trema coniungi.l.duos.in fin.ſu-
prà de duobus reis.l.j.ſi tabulæ te
ſtamenti nullæ extabũt.&.l.cùm
antiquitas.C. de teſtamẽtis.Hinc
eſt quòd licèt ad præſcriptionẽ cõ
plendam fiat coniunctio & acceſ-
ſio temporis & poſſeſsionis.§.
cum quis.l. Pomponius.ſuprà de
acquirenda poſſeſ. tamen iniu-
ſta poſſeſsio media prædictam cõ
iunctionem impedit, ac præſcri-
ptionẽ ut per Balbũ inter moder-
nos inſignẽ doctorem in tractatu
præſcriptio.folio. xxiij.col.ij.ſed
ſi materia media non ſit imperti-
nens, toleratur continuatio ad ali
quantulum remota, licèt non ſi-
mus in principijs librorũ.d.l.j.ſi
tabulæ teſta.nullæ extab. ex quo
enim medium non eſt imperti-
nens, non impeditur coniunctio
7 extremorum. † Ex quibus patet
perperàm ſentire cõmuniter ſcri-
bentes, qui dicunt in principijs li
brorum partialium non eſſe ne-
ceſſariam continuationem iuxta
gloſſam rub.ſuprà de condictio.
furtiua. cum accumulatis per A-
lex. & alios in rub. ſolut. matri.
Aquen. in rubrica ſuprà ad Tre-
bel. Deci.in rubric. de indicijs.
col.iij.in.ij.lectio.& in rub.ſi cer
tum pet.& Iaſ.in rub. inſtitu. de
actio. col.iij. cum ſimilibus. ſanè
enim intelligendo continuationẽ
pro colligantia titulorum & ma-
teriarum, iuxta prædicta, etiam
in principijs librorum partialiũ
neceſſaria eſt continuatio. Sed
quia diuiſio librorum partialium
maiorem diuerſitatem arguit,
quàm diuiſio tituli: ubi titulus
ad titulum immediatè præceden
tem fieri debet continuatio in
principijs dictorum librorum ſit,
non ad titulum remotum, ut ſine
lege dixit præallegata glo.de con-
dictione furti. ſed ſit ad librum
proximè præcedentem hæc nobis
demõſtrat legiſlator inſti. de rerũ
diuiſio.& de oblig.quæ ex delict.
naſc. & i l.j.§.ad Treb. ubi Iuri-
ſcõ.laxioribus habenis facit conti
nuationẽ ad materiã pcedẽtis tra
* ctatus plures libros cõplectẽtis: *
& ſic de tractatu ad tractatũ, ut ibi
patet. Et quòd fieri debeat conti-
nuatio in princip.librorum ultra
præalleg.probatur per rationem
S.Thomæ ſuprà relatam de ordi

 ne

ne procedendi ab uno in aliud in omni operè rationis : & de colligantia unius capitis ad aliud . Et quando res patitur etiam in principio libri fit continuatio ad immediatè præcedētia, probatur. ſ. de rei vēd. cū præcedētib. & alijs pluribus.] Quādoque uidetur fieri ex partibus operis diuiſiuis. §. nos uerò. in proœ. digeſtorum. & l. ij. C. de uet. iur. enuc. qua continuatione uſus eſt Pau. de Caſt. in rub. ſi certum peta. damnata communi continuatione glo. & doct.
8 ad nimis remota ibi facta : † quæ quidem continuatio inepta herclè fuit, & omnium ſcribentium ingenia iniquè torſit. Verū quod per Imperatorem in locis prægallegat. ſcribitur, non continuationē & connexionem, ſed diuiſionem potius, & ſeparationem dicit, ut illa iura, & gloſ. ibi uolunt. quamuis Dec. & alij mod. in d. rubr. nō uidentes meliorem, ſecuti ſint illam . Ego nouam , & planam ibi poſui, quæ ſi antea uiſa fuiſſet, multarum herclè difficultatum , quæ per gloſſ. & doct. ibi exagitatæ fuerunt, occaſionem ſuſtuliſſet. & poſtquàm nuſquam eā uobis me inſinuaturum alibi arbitror, hîc quatuor uerbis docebo. Nam cùm præparatoria præmittenda ſint. l. ordinarij, cum uulg. C. de rei vend. dicto de interrog. act. in lib. ibi proximè præcedenti, quæ ſecundum gloſſ. rubr. ipſius titul. præparatoriæ ſunt perſonalium actionum, conſonum, & conueniens erat de ipſis perſonalibus actionibus dicere : ideò ſubiunxit lib. xij. de reb. cred. &c. in qua parte de ipſis perſonalibus actionibus tractatur. Et ſic eleganter ad librum proximè præcedentem fit continuatio. Illud indubi-
9 tati iuris eſt, † in principijs librorum continuationem fieri non poſſe: quia quod primū eſt, aliud. cui continuetur uel coniungatur ante ſe nō poteſt habere. d. §. nos uerò. & capitu. Ioſeph. cum gloſſ. de uerborum ſignificatione. Nec eſt ſine fructu, materia hæc rubricaria, & inquiſitio ordinis, & cō-
10 poſitionis rubricæ: digniora † . n. cenſentur, quæ in ordine rubricæ præpoſita conſpiciuntur. gloſſ. & doctores in rubrica. C. de teſtamento militis. Alexand. in rubr. ſuprà de offic. eius, colum. j. Dec. & alij in rubr. de officio delegat. & in dicta rubrica ſi certum petatur. per l. j. ſuprà de albo ſcribendo. & l. ij. ut dignita. ordo ſeruetur, lib. duodecimo. Cōtra quam concluſionem obſtat. Nam perſonæ digniores ſunt rebus. dict. l. ij. de ſtatu hominum, qui tamen titulus poſtponitur quibuſdā alijs. Item ſenatores, & iudices, titulo de procuratoribus poſtponūtur: & rubrica de ſeruis fugitiuis, libertis, & eorum liber. in ordine titulorum præpoſita legitur . Similiter in decretalibus tituli ſacramentorum eccleſiæ poſtpoſiti ſunt titulo de reſcriptis ad lites, & alia, quę omitto . Potiùs igitur ad materias congruenti ordine connectendas, quàm ad dignitatem materiarum Iuriſconſulti, & compilatores reſpexêre . id quod.

 probatur

probatur etiam in dict.§.quibus. & in.§.tertij.in procemio digeſtorum, in l.j.ſuprà de acquirendo rerum dominio. & inſtit.de lega. in princip. Iſtud eſt, quod intendit Vlpianus in dicta l.ij. prout res patitur.ideſt, prout melius, & congrue magis materiæ coniungi, & applicari poterunt. Vnde quandoque digniorem præmiſerunt, ut in dicta rubrica de militar. teſtamen.& de officio delega. Nonnunquàm ad antiquitatem reſpicientes, & exordium ab ea ſumpsêre.dicta.l.j.de acquirendo rerum dominio.& §.ſingulorum. inſtitut. de rerum diuiſione. ibi, commodiùs eſt à uetuſtiori iure incipere. Communiter & ut plurimum ad materias congruo ordine coniungendas, & ſubordinãdas reſpexêre, ut in prælleg. non habita conſideratione dignitatis, de qua non erat quæſtio. Ex
11 † nominatione tamen in eadem ſcriptura facta ad præferentiam & præcedentiam primò nominati arguimus, per regulam.l.quoties.ſuprà de uſufructu.ut per Feli.pulchrê in cap.cum dilecta. colum.ij.de reſcriptis. & in rubrica de maiorita. & obedien. colum.j. & Dec.in conſi.dcix.col.ß.

Redeundo ad continuationem *rubricæ noſtræ*, gloſſ.in rubr. de *regulis iuris* in vj. pleniùs continuauit, & ab illa mutuatus eſt. De *cuius plura*, quæ hic circa hunc articulum *ſcripſit*. Gloſſ. uerò §.inquit lex.l.ſi *ſeruus*. ſuprà ad legẽ
12 *Aquiliam*, oppoſuit priùs † de l. *doli clauſula*. in oppoſit. allegat. hic per Decium, & ſoluit in dict. l.doli.ubi approbatur per Bartolum & Iaſonem, inferentes ad notabilem quæſtionem, de quibus etiam ibi per Angelum, Imol, & Aretin.& Iaſonem in conſ.lxxix. lib.iiij.Facit quod de generali cõfirmatione, uel derogatione, quæ ad ſpecialiter dicta, reprobata, uel confirmata (ſingula ſingulis referendo) non porrigitur, ſcribunt Aquenſ.in l.ſi quis priore. in fin. ſuprà ad trebellian. & Ioan.Franciſ.Ripa.in l.j.col.xj. num.66.ſuprà ſi certum petat. Et dixit inaduertenter hic Dec. contra textum dict.§.inquit lex, & glo. approbatam in dicta l.doli. Et ſequendo gloſſ. uel Dyn.Bartol. & Abb. ſu-
13 per iſtis rubr. & faciendo † continuationem ad proxima, dicendũ eſt, quia non eſt nouum, ut quæ in ſpecie poſita ſunt, generaliter compendioſè per regulas tradantur.dicto §. inquit lex.& l.j. infrà eod. Vnde poſt præcedentes tractatus, & caſus ſpecialiter deciſos, ſublataſque uarias dubitationes tam circa res, quam circa uerba, per leges tituli præcedentis, pro complemento legalis doctrinæ ſubijcitur hic tractatus de regulis iuris. quibus breuiter narrantur, quæ in alijs partibus iuris pluribus uerbis ſæpè diſſeruntur: & ſecundum præallegatam gloſſam ponitur, ut pateat, non ex regulis ius ſumi: ſed ex iure quod eſt, regulas conſtitui. dicta l. j. Si enim in principio poſitæ fuiſſent, putaſſet fortè aliquis, ius ſequens ex regulis ſumi, & etiam in fine poſi-

tus fuit,quia ea quæ in fine ponũ tur,melius memoriæ commendã tur.cano.liquidò. ſecunda diſtinctione.ſecundum prædictam gloſ
14 ſam.Sed † uideretur non in fine, ſed in principio has regulas,& ge nerales traditiones poni debuiſſe,cùm oporteat docentem à prin cipiorum doctrina incipere: ad cognitionem enim ſpecierũ præcedere debet cognitio generis:ſecundum Bartholum, & Bal.in l. j.per illum textum ſuprà ſi certũ petatur. non enim poſſum ſcire utrum Titius ſit homo,niſi priùs ſciam in genere,quid eſt homo. ſecundum Bart.ibi in iij. colum. ad idem eſt gloſſ.not. in canon. humanum.j.diſtinct. ideò communiter in cõpilatione utriuſque iuris præpoſiti fuêre tituli generales,inde ſpeciales: patet ex accu mulatis per gloſſ. prælleg. rubr. de regulis iuris. in ſexto, & per Decium tàm hîc quàm in rubri. de probat.col.j. & ex titul. ſuprà de legi.cum ſequent. ſpecialibus conſtat,ut in rubr. & l.j.prælle. titu.Moder.not.

Solutio Decij hîc cõfunditur, ex ordine ſeruato in prima parte digeſtorum. ubi Iuriſcõſulti proceſſere tradendo doctrinas, incipiendo tamen a particularibus,
* patet in toto * lib. primo pandectarum. poſtmodum in principio ſecundi titulum generalem de iuriſd.om.iud. conſtituerunt. Iccirco idem Deci.in rub. de pro ba.col.j.& alibi difficultatem mo uens reſoluit hæc eſſe iuris poſitiui,ideò ꝑ ratione uolũtatẽ eẽ. Quæ ſolutio leuis eſt,quia ſi præ cedere debet cognitio generalis, & ab uniuerſalibus inchoandum ſit, & ita oporteat procedere ſecundum Philoſ. ſequitur quòd iſta non ſunt iuris poſitiui. Curt. in dicta rub. de iu. om.iud. ſequi tur ſolu.glo.ibi & in rub.C.communia de legã.quòd ille titu. ibi ponatur non ut generalis,ſed tan quàm communis ad præcedentia, quæ ſol.non placet, quia commu niter & generaliter pro eodem accipiuntur ut ibi per Bartholum Alex. & Moder. idque probat uerbum omnium in rubri. poſitum, & nigrum ſequens,ubi non tractat de iuriſdictione eorum de quibus in præcedentibus rubric. promiſcuè,ſed in genere de iuriſdictione omnium iudicum,etiam qui in præcedentibus non fuerũt nominati. & ſic prædicta ſol.non eſt bona, licèt illam ſequatur etiã Galiau.in rub.de uerb. obligã. colum.iij.] Aduertendum igitur prædictam ſententiam fuiſſe etiã Philoſophi in primo phyſic. tex. commen.iiij.ibi,unde ex uniuer ſalibus ad ſingularia procedere oportet. id eſt, ad ultimas ſpecies. ordo enim doctrinæ, ut ibi habetur, nihil aliud eſt, niſi habitudo ſcibilium, magis commu nium, & minùs communium.
15 Dixit † ergo Philoſophus quòd in tractando de principijs naturæ, de motu, & de alijs ad phyſicum pertinentibus oportet incipere ab uniuerſalioribus,& com munioribus ad minùs uniuerſalia, & minùs communia.Ratio autem

autem huius proceſſus, (ut dicit Auer.i prologo phyſic.& in prologo primo, poſterior. magni cõmenti) triplex eſt: potiſsima, ut de alijs duabus mg remittã: quia magis uniuerſalia ſunt nobis magis & prius nota, naturaliterque noſtro intellectu offerũtur: quia noſtra cognitio naturaliter procedit a potentia ad actum, & ab imperfecto ad perfectum. ſed uniuerſalia ſunt magis imperfecta & confuſa, quam minus uniuerſalia: ideò prius naturaliter cognoſcuntur. Sic in cognitione ſenſitiua citiùs, cùm à remotis ſeſe aliquid offert, uidetur totum corpus, quàm ſingulæ partes: & aliquid citiùs iudicatur ſub nomine animalis, quàm ſub ratione hominis uel alterius ſpeciei. cùm enim hominem à longè ſpeculamur, prius cognoſcimus quod uniuerſalius eſt, ſubſtantiã ſcilicet, demùm cùm propius accedit, quod ſit homo: cum uero nobis adhæret proximus, cognoſcimus indiuiduum quod ſit Socrates. Ita etiam in cognitione intellectiua, quia intellectus tantum apprehendit illa quæ ſenſui offeruntur: ſed magis communia ei cuius offeruntur. Hoc etiam modo ſe habet imaginatio. nam prius apprehendit confuſa magis, ut patet in pueris, qui primò omnes homines patres & fœminas matres appellant. inde paulatim diſcernunt parentes à cæteris, ſecundum philoſophum. Fuit hoc ſimiliter obſeruatum ab eodem philoſopho, qui priùs egit de ſyllogiſmo in cõmuni, poſteà de ſyllogiſmo demõſtratiuo & de ſingulis eius ſpeciebus. Eũdem ordinem obſeruauit in naturali phyloſophia: quia priùs egit de motu, poſteà de ſpeciebus motus in alijs libris. Propoſitum igitur problema, ex uniuerſalibus ad particularia, & ſingularia procedere oportet, uerificatur in uniuerſalibus uniuocis, prout eſt animal, homo, bos: ita procedit quod Bart. loco præallega. dixit, ut in pluribus etiam in analogis: ut ens ad ſubſtantiam, & accidens: quæ analogata dicuntur ſub ente. Fallit tamen quandoquè in communibus analogis in quibus incipimus a priori analogato. Philoſophus ſeptimo metaphyſices textu primo. ubi facta diuiſione entis in ſubſtantiam & accidens, dicit ſe uelle incipere à ſubſtantia, quæ eſt primũ analogatũ, & poſteà de accidente. Idẽ fecit in. xij. metaphyſices, in princ. ubi prius tractat de ſubſtantia, quam de ente. Et i primo cæli determinat primò, quòd cælum non eſt generabile, neque corruptibile: poſteà uerò generaliter inquirit utrum omne ingenerabile ſit incorruptibile: ut in text. centeſimo nono. ibi, naturaliter de cælo dictũ eſt, uniuerſaliter ac de omnibus ſpeculabimur. Et ratio eſt iſta: quia ordo doctrinæ in ſcientijs, præſertim, quę non procedunt ex notionibus naturæ, & nobis, quales ſunt mathematicę, quandoquè attendimus naturas ſcibilium, ali-

quando

quando habiliorem tradendi modum: ut talis ſcientia à nobis haberi petcit. Et ideò ordo ſcientiæ ex natura ſcibilium à prioribus, communioribus, & uniuerſalioribus procedere debet. Sed non
16 † ſemper ſic procedit, quando artifex illam tradens faciliorem, expeditioremque tradendi modum reſpicit, & hoc ex mente, & intentione Philoſophi, & Auer. in v. metaphyſices. in text. commenti dum ait, Principium doctrinę nó eſt ſemper principium rei: ſed unde quis facillimè adiſcens erit aliquando. ubi Auer. in v. commenti ait, Principiũ doctrinæ in ſcientijs eſt, aliud ab eo, quod eſt in rei ueritate principium. Sic fecit Ariſtoteles in multis libris, præſertim in ſecundo de anima, ubi de ſenſibus priùs incipit à uiſu, qui eſt poſterior tactu, ſecundum naturam: tactus enim communis eſt omnibus animalibus, ſed uiſus non eſt, niſi in perfectis tantùm. ſicque per ordinem doctrinæ non eſſe ſemper à communioribus ad particularia, imò aliquãdo eſt a minùs uniuerſalibus, reſpiciendo capacitatẽ addiſcentis, & unde quis facillimè addiſcit, prout eſt etiam de intẽtione Ariſtotelis ad finem libri de cauſis lõgitu. & breui. uitæ. ubi propterea ſe præpoſuiſſe dicit librum de animalibus libro de plantis ratione doctrinæ facilius conſequendæ. uera eſt ergo propoſitio, ut in pluribus non ſemper. Ad propoſitum dicendum eſt, ordinem eſſe à generalibus, & uniuerſalibus, & a doctrina principiorum incipere, maximè in naturalibus, ut communiter, & in pluribus fecit Philoſophus. Et etiã in iſtis actionibus humanis communiter, & ut plurimũm Iuriſconſulti, & cõpilatores, ut ſuprà probatum eſt.
17 Aliquando † tamen à particularibus, & minùs uniuerſalibus aliqua ſpeciali ratione, ut etiam in præallegatis fecit Philoſophus, reſpiciens faciliorem modum tradẽdi, & unde quis facillimè addiſcit. Et in propoſito noſtro fecêre hîc Iuriſconſulti, & compilatores ponendo iſtum generalem tractatũ regularum in fine, & per rationes gloſſæ in dicta rubrica de regulis iuris in ſexto, in ſuperioribus relatas. Sed in prima parte Pandectarum ſpeciali alia ratione, tractatum enim primò fuit ſpecialiter de officio, & iuriſdictione ſingulorum magiſtratuum ibi nominatorum: poſtea in genere de iuriſdictione omnium iudicũ. quia legiſlator non intendebat tractare de ſcientia iuris, & legum à primis principiis: fuiſſet enim tunc melius ab uniuerſalioribus, & cõmunioribus incipere: ſed propoſitum fuit tractare de iure ciuili Romanorum, & de magiſtratibus ordine in urbe conſtitutis: ideò neceſſarium dixit in primis ipſius iuris originem, & proceſſum demonſtrare. Poſtea de magiſtratuum nominibus, & origine dicere: quia illud dicitur perfectum, quod ex omnibus ſuis partibus conſtat. & principiũ eſt potiſsima pars rei. uerba ſunt ipſius Iuriſcon-

iuriſconſult. in l.j.& ij. ſuprà de origin.iuris. Nimirùm ergo ſi à particularibus, & ſingularibus officijs, ac iuriſdictione magiſtratuum in urbe conſtitutorum, initium ibi factum fuit:quia non eſt nouum nec ab re enumeratis ſpeciebus generaliter de oībus dicere.d.§.inquit lex. & tradit etiam Philo.in locis præallega.ideo poſuit poſteà generalem titulum de iuriſdictione omnium iudicum.
* *Ex quo poſſet inferri ad no.quæſtiones, ut per Rimi.in d.rub.de iur.om.iud.col.j.ubi ēt dicemus.
¶ Vt igitur ex præcedentibus patet, neceſſaria eſt in iure noſtro continuatio, coniunctio, & copulatio rubri. colligantiaq; unius capitis ad aliud, prout res patitur d.l.ij.& §.quartus,præall.& in l.j.col.ij.ibi,prout hoc nobis commodius apparuerit.C.de uet.iur.enucl. Et ſic prout melius, aptius, & commodius ſecundum materias ſubiectas fieri poterit. Et in hoc non poteſt dari certa doctrina:ideo legiſlatores prout eis melius conuenire uiſum fuit proceſsêre, etiam diuerſimodè Iuriſconſul.ab Imperatore, & Papa à prædictis,ut de ſe patet uarijs cōſiderationibus,& reſpectibus: & omnes bene: Imperator, & ſummus Pontifex tanquàm boni chriſtiani à ſumma Trin. quæ eſt fundamētum omnium rerū ſecundum nos: Iuriſconſ. qui de ea non habuerunt ueram notitiam, aliter & alia ratione inchoarunt, prout poſtea ſecuti ſunt compilatores Pandectarum. Et aliquando præmiſerunt generaliora, & uniuerſalia, quia ab uniuerſalibus ad minus uniuerſalia, & minus cōmunia procedendum eſt. aliquando à ſpecialibus aliqua præcipua ratione, ut dixi.ſ.declarando, cur titulus generalis de iur.omn.iud. poſitus ſit poſt ſpeciales. nonnunquam à dignioribus,quæ præmittenda ſunt:aliquādo ab antiquioribus, quæ prius fuerūt in rerum natura,ut.ſ.dixi.ſæpe à faciliori bus ratione doctrinæ faciliùs percipiendæ,ut etiam.ſ.dixi,& probatur etiam inſtit. de iuſti. & iure.& in §.hactenus,inſti.de grad. plerunque reſpexêre legiſlatores ad ſubordinandū, & coniungendum ſimilia præparata, dependētia,acceſſoria, annexa, connexa, cōtraria, uel oppoſita, de quibus idem eſt iudicium, & diſciplina, cum infinitis ſimilibus, quæ patent in utroque iuris corpore, ne ſingula proſequar.Et quemadmodum ſæpe dicunt doct. hæc quaſi iuris poſitiui ſunt, quum ex qualibet minima ratione coniunctionis, & colligantiæ factæ defendi poſsit continuatio: ideo huiuſcemodi quæſtiones tanquàm pauci momēti à multis ſolent parui fieri & contemni.

18 ¶ Præmitto † ad declarationem & intelligentiam dicendorum, quòd regula dicitur multis modis, ut tradunt ſcribentes per illa iura in c.regula,& in ca. Canon. diſt.3. & dicetur in l.j.ſ.eo. communiter & generaliter accipitur pro ordine, eò quòd regat, ordinem modūmque præbeat.d.c.regula.

gula.Et ideò omnis lex quia regit & ordinem uiuendi dat, regula dici poteſt:ſecundum Bart.] probaturque per finem l.ij.ff.de legibus,quicquid dicat gloſſ. in l.iura non in ſingulas. illo eod.titu. hoc enim cuiuſque legis propriũ eſt,quòd ſit regula à menſura humanorum actuum . Et eſt ratio, quæ principium primum eſt humanarum actuum.rationis enim eſt ordinare ad finem: qui in agẽdis,ſecundum Philoſ.primũ principium eſt.In unoquoque autem genere id quòd eſt principium, menſura eſt, & regula illius generis,ſicut unitas in genere numeri,& motus in genere motuum .

19 Ex quo concluditur † legem eſſe regulam quandam deriuatam & ductam à ratione recta, ſecundum beatum Thom.in.j.ij.quæſtion.xc.artic.j. Vt tamen Ethicorum.v.Philo.ait:licèt lex regula, propter duritiem plumbea eſſe debet, cùm interdum lapides ſic dolari non poſſint ut æquentur alijs in ædificio exiſtentibus,in quibus ideò plumbea regula recuruabitur,& denuò ad rectitudinem redibit,ita accidit in lege.occurrunt enim particulares aliqui caſus,in quibus legis rectitudo, quæ communiter locum habet, ſeruari nequit, regulam in illis flectere,& per diſpenſationem incuruare opus eſt.Vnde quemadmodum uolens parietis muriue rectitudinem comprehendere, regulam ſuper imponit,ex quo deprehenditur ſi quid diſtortum & obliquum in muro fuerit: ita qui actus humanos,an boni uel mali ſint cognoſcere cupit, regulã eorum ſuperimponit, id eſt legem ex qua cognoſcere poterit an recta uel obliqua ſint opera.

Ex quibus apparet ſecundum Cardin.Alex. in dicto ca.regula.
20 quòd † lex duo principaliter facere debet:dirigere ſcilicet, & ordinare actus virtutum, prohiberéque uitia,& actus à rectitudine diſtortos. Vnde qui ſuos actus dirigere deſiderat, ad legis rectitudinem oculos dirigat: hinc dicebat Propheta: Tunc non confundar,cum in omnibus mandatis
21 tuis proſpexero . Propriè † uerò ſtrictéque loquendo, Regula eſt plurium rerum ſub compendio facta traditio.l.j. cum not. infrà
22 eodem titu. Et tunc † omnis iuris regula erit lex, ſed non econtrario,omnis lex erit regula.Et ſecundum Zaſium Germanum in l.iura.ſuprà de legib. ex facto oritur lex:& hæc hypotheſis dicitur: quę cùm ſuper facto ponatur,omnes perſonas in quibus factum ſimile exiſtit,comprehendit: ſed regula ad factum ſe non reſtringit, non oritur ex facto,ſed doctrinas dat generales ex legibus extractas.& iſta in propoſito dicitur, theſis id eſt generalis, & reſtrictior poſitio nullo facto ſuppoſito.Lex itaque ex facto fundatur: regula ex lege: lex ad facta ſe arctat:regula factum non reſpicit. ſic Zaſius intellexit dict.l.primã, infra eodem.Veruntamen nõ eſt legem ſemper ex facto fundari, cum plures leges ſint nullæ præcedente

cedente interrogatione ædite, & quarum fundamentum ex facto occurrēti ſumptum minimè fuit: ſed procedit in eis legis lator declarando, uel doctrinas generales tradendo, aut futuris negotijs formam imponendo: iuxta l. leges. C. de legibus. quamuis, ut in pluribus à uerò non aborreat, ex facto oriri legem, & factum determinare. Dici tamen etiam poteſt legem ſemper facti determinationem reſpicere, uel occurrentis, uel quod occurrere poteſt: uidelicet, ut dictum eſt. Aduerte etiā
23 † quòd regula à diſtinctione differt: ut per gloſſ. & Deci. in l. omnis diffinitio. infrà eodem, & ex finitione ipſorum terminorum patet. aliter enim diffinitur regula, aliter ipſa diffinitio, ut conſtat ex l. j. infra eo. & ex l. j. ff. de teſt. & l. j. ff. de acquiren. poſſeſſ. cum ibi no. per Bar. & alios, & dicetur (Deo dante) in d. l. omnis diffi-
24 nitio. In tex. rubr. ibi, † de, iſta præpoſitio denotat cauſam proximam & materialem: ut poſt Deci. & Moder. latè ſcripſi in rubri. ſuprà ſi certum petatur. inferendo ad plures quæſtiones. Sciendum eſt etiam pro intelligentia, & declaratione rubr. & materiæ,
25 quòd † idem eſt dicere regula iuris, quod regula iuridica: quemadmodum capa Socratis, dicitur capa ſocratita, ſecundum Ioannem And. poſt Ioan. Monac. in procœ. mercur. col. ij. Et ſicut declarat Bar. in l. j. ꝟ. eo. & in l. j. ſ. de reg. cato. Regula iuris tranſitiuè & intrāſitiuè capi pót. Primo modo capitur ī hoc tit. & ibi de iure prius conſtituto regula fit: conſequenter de iure ad regulam fit tranſitus. Secundo modo quando regula ius facit: ut in regula catoniana, ubi non fit tranſitus: ſed regula ipſa eſt ius, & facit ius ſecundum Bartol. & Decium in dicta l. prima. Quid autem ſit regula iuris, quomodò & qualiter conſtituatur, cuius effectus potentiæque ſit: an & quomodò exceptio ſit de regula, illamque declaret, & firmet in caſibus non exceptuatis, & ad caſus exceptos ſimiles extendi poſſit, pleraquè alia ad materiam hanc pertinentia dicam in lege prima tituli no-
26 ſtri. Deciſiones † uerò quàs domini Rotæ interpretando fecêre, non habent uim legis, nec ligant: cū legis condendæ poteſtatē ipſi non habeant: ſed inſtar aliarum deciſionum doctorum ſunt, licet magnæ ſint authoritatis. Felin. in cap. ij. colum. penul. de reſcrip. & in cap. paſtoralis. colum. fina. de fide inſtrumen. & de authoritate Rotæ latiùs tradit Lud. Gomes. in procœmio regularum Cancellariæ. char. vj. Unde in locis præallega. inferebat Fel. quòd ualida eſt ſententia contra deciſiones Rotæ: præcipuè uerò ab illis recedendum eſt, quādo ad oppoſitum ualidiores rationes militant: ut per Geminia. in cap. duobus. de reſcript. in vj. Dec. in cap. j. in ſecunda lectu. de conſtitu. & ff. ſi certum pet. in l. j. colum. iiij. ſecunda lectu. De quibus quidem deciſionibus Rotæ dicebat contra

tra Roma. Alex. in l. ſi cùm dotē. in §. eo autem tempore. colum. ii. ff. ſolut. matrimon. quòd quando ipſe Roman. aliquod ſomnium affirmare uolebat, authoritate an tiquarum deciſionum Rotæ mouebatur, quas inuenire difficile erat: cũ tot eſſent, ut uix uno curru ueherentur, ideò Alex. parum ſibi credebat, ut ipſe ſcribit. De re
27 gulis Cancellariæ † maius dubiũ uidetur, ut tradit Ioã. Milis in repertorio in uerbo Lex. columna. j, & latiùs Ludoui. Gomes. in loco præallega. & Guil. Caſſadorus in deciſ. ad regulas Cancell. deciſio. xxxj. ubi latè uagantur. Concluſiuè procedendo dicimus, quòd extra curiam non ligant. Feli. & Deci. in locis præallega. niſi in reſpicientibus materias origines trahentes ex curia. Felin. pulchrè in dict. c. ij. col. penul. Vel niſi extracta fuerit de corpore iuris communis: ut ibi per Ripam col. fina.
* *& in l. j. col. ij. ſuprà ſi cert. pet.]
28 Gratiæ † uerò ſucceſſorum Ponti ficis, niſi per ipſum confirmatæ fuerint, non ligant. Felin. in locis præalleg. ubi etiam de extrauagã-
29 tibus agit. De † præſumptionibus uerò iuris, ac iuris, & de iure, uide Felin. no. in cap. quanto. col. ij. de præſumptio.

## SVMMARIVM.

1 *Paulus & Vlpianus Iuriſconſulti quo tempore floruerint.*

2 *Titus Liuius Patauinus quo tempore floruit. Et ipſius oſſa ubi reperiantur.*

3 *Diffinitio ſeu deſcriptio debet præcedere tractatum.*

4 *Regula eſt, quæ ius in uarijs partibus conſtitutum breuiter recitat.*

5 *Regula & generalis eſſe, & omnia comprehendere debet. & quibus uerbis conſtitui debet. nu. 6.*

7 *Indefinita æquipollet uniuerſali ex interpretatione, niſi negatiuè ſit prolata. nu. 8.*

*Intellectus l. ſi ſeruitus. ff. de ſerui tu. urb. prædio.*

9 *Indefinita in obligatiōe bonorum generaliter facta æquipollet uniuerſali quando eſt eadem ratio.*

10 *Idem in ſtatutis.*

11 *Statutum, ſi eluſorium redderetur, tunc à propria ſignificatione receditur.*

12 *Stante ſtatuto quòd occidens occidatur, niſi habuerit pacem ab hæredibus occiſi, an ſufficiat quòd habuerit pacem cum uno, an uerò requiratur ab omnibus.*

13 *Indefinita in lege æquipollet uniuerſali. Et quid ſi prolata ſit ab homine circa res. nu. 14. Et quid circa perſonas. nu. 15.*

16 *Indefinita in materia probatoria quæ de neceſsitate debet concludere, non æquipollet uniuerſali. Et ponuntur declarationes.*

17 *Indefinita quando æquipolleat uniuerſali collectiuè, uel diſtributiuè. remiſsiuè.*

18 *Regula non facit ius, ſed ex iure colligitur. Et quibus caſibus. numero. 19.*

20 *Regula ſumi potuit ex legibus reſcatis, quas hodie non habemus.*

21 *Regulam habentes in caſibus non deciſis à iure, quòd habent intentionem*

*tionem fundatam.*

22 *Regula ſeu diſpoſitio generalis cō prehēdit etiam cauſam dotis uel militem. Fallit quando loquitur in materia in qua cauſa uel perſona ſit priuilegiata.*

23 *Regulæ officium eſt clauo rationis plures caſus ſimiles coniungere.*

24 *Coniunctio plurium inſtrumentorum faciunt probationem liquidam. Item & duarum legum.*

25 *Regula quando perdat officium ſuum. & nu. 28.*

26 *Dictio generaliter, ſe habet in plus quàm regulariter.*

27 *In generali legato quando includantur uenalia remiſsiuè. Et poſt. nume. 35.*

29 *Exceptio licèt ſit contra regulam: eſt tamen de genere regulæ. Et ſufficit quòd ſit ſecundum quid. nume. 30.*

31 *Exceptio firmat regulam in caſibus non exceptuatis, limita nu. 34. & 36.*

32 *Exceptio regulam declarat, in quibus terminis loquatur: & quando inepta reputatur.*

33 *Recognitio facta Epiſcopo Mutinenſi per hæc uerba, quicquid habeo in ciuitate Mutinæ excepta tali domo: non comprehendit iuriſdictionem quam habet in homine Mutinæ.*

34 *Stante ſtatuto, quòd debeat ſolui gabella de omni inſtrumento continente 100. lib. excepto inſtrumento procuræ: non comprehendit inſtrumentum legitimationis de quo gabella non fuit ſoluta.*

35 *Clauſula non obſtatibus, gratiā firmat.*

37 *Epiſcopus ſi conceſsit uicario, ut poſsit facere omnia, quæ poteſt ipſe Epiſcopus excepta collatione beneficiorum: an poſsit facere alia reſeruata ipſi Epiſcopo.*

38 *In generali confirmatione priuilegiorum an & quando intelligantur confirmata priuilegia contra ius.*

39 *In delictis ubi imponitur pœna corporalis dolus requiritur.*

40 *Exceptio facta in aliquo caſu quādo ad ſimiles porrigatur per alia iura: uel per uiam extenſionis & nu. 41. & uſque in finem.*

42 *Stāte ſtatuto quòd occidens occidatur, niſi ſe defendendo fecerit: non occidetur qui culpa leui, aut lata, caſualiter occiderit.*

43 *Præſcriptio & conſuetudo an extendātur de uno caſu ad alium, remiſsiuè.*

## REGVLA I. PAVLVS.

REGVLA eſt, quę rem, quę eſt, breuiter enarrat: nō ut ex regula ius ſumatur: ſed ex iure, quod eſt, regula fiat. Per regulam igitur breuis rerum narratio traditur. Et (ut ait Sabinus,) quaſi cauſę coniunctio eſt: quę ſimul cùm in aliquo uitiata eſt, perdit officium ſuum.

PAVLVM Patauinū Iuriſconſultum peritiſsimum huiuſce primę legis, quemadmodum ex pręſcri-

præſcripto cognoſcimus, authoré fuiſſe conſtatque quem & Vlpianum amicos gratiſsimosque fuiſſe Alexand. Seuerò aliàs Mamææ quarto & uigeſimo Romanorum Imperatori, apud Hiſtoricos inuenies: collapſamque imperij dignitatem (ut in uita eiuſdem Alexandri Aelius Lampridius ſcribit) ipſius Pauli, & Vlpiani legú uerticum conſilijs Imperatorem optimum reſtituiſſe, Romanorúque rempublicam fœliciſsimè rexiſſe.

1 † Floruerunt hi ſapientiſsimi Iuriſconſulti ſub eodem Alexandro temporibus Chriſtianæ ſalutis circiter annos xxiiij. ſupra ducentos, ut ſcribunt Hiſtorici. Chriſtianos tamen fuiſſe non legimus: ſed duros aſperosque Chriſtianis minimè fuiſſe crediderim: cum Imperator ipſe conſilijs eorum uiuens, Chriſtum ut prophetam ſanctiſsimum inter Deos referri uoluerit, imaginique ſuæ maximam reuerentiam, teſte Lampridio, impenderit.

2 Sed † Titus Liuius etiam Patauinus hiſtoricus eloquentiſs. longo temporis interuallo præceſsit ſub Auguſto & Tiberio paucis aliquot annis ante Chriſti aduentum natus, tertio, quartóue anno Imperij ipſius Tiberij, ut Euſebius Cæſarienſis, & alij hiſtorici ſcribunt. Cuius oſſa in Palatio Patauinorum iacét lapide marmoreo erecto, muroque affixo, his literis inciſis.

Oſſa Titi Liuij Patauini unius omnium mortalium iudicio digniſsima, cuius propè inuicto calamo inuicti populi Rom. res geſtæ conſcriberentur.

* Extat etiam in aula dicti palatij unum aliud Liuij epythaphium cum ornamento non uulgari nuper poſitum ſeu relatum, de quo meminit etiam Blond. de Italia illuſtr. ] Quia lex iſta obſcura difficiliſque uidetur, gloſſator ſumma ope eam declarare nixus fuit diuidēdo in quatuor partes, materiamque ſuper ipſis not. expediendo: quem ordinē ſequutus eſt etiam hic Decius. Ego clarius enucleando diuido in quinque partes, In prima Iuriſconſultus regulam deſcribit. In ſecunda, quæ eſt ibi, non ut, tangit quæ ſit poteſtas & natura regulæ. In tertia, quæ eſt ibi, per regulam, ex prædictis infert primum dictum dilucidius declarans. In quarta ibi, & ut ait, quod eſſe debeat officium regulæ, ponit. In quinta & ultima, quæ ibi eſt, quæ ſimul, docet officium perdere, ubi exceptionem patitur. Nota in primis

3 † Iuriſcōſultū eius regularum iuris tractatum à deſcriptione regulæ rectè icœpiſſe: oīs enim, quæ à ratione ſuſcipitur de aliqua re inſtitutio, deberet à diffinitione proficiſci: ut intelligatur quid ſit id, de quo diſputatur: ſecundum Ciceronem in principio librorum ſuorum de officijs, & Iuriſconſultum in l. j. ff. ſi certum petatur. & latiùs dicetur in l. omnis diffinitio. ff. eodem. Sed quemadmodú uoluit gloſſ. in rubrica ſexti libri, hoc eodem titulo. Iuriſconſultus hîc magis deſcribendo, quàm diffiniendo procedit, & prudenter quidem,

quidem, cum periculoſa minus ſit deſcriptio, quàm diffinitio: prout ibidem uidebimus. Eſt igitur, in-
4 quit, regula † quæ rem, de qua eſt ſermo, breuiter enarrat: id eſt ius in uarijs partibus conſtitutum breuiter recitat. ſicque ſecúdum gloſſam hic, & in dicta l. omnis diffinitio. Regula dicitur plurium rerum ſub compendio facta traditio, id quod clare hic uoluit Iuriſconſultus dum deſcriptionem declarando ſubiungit, per regulam igitur breuis rerũ enarratio traditur. Laudabilis igitur eſt breuitas, de quo in procemio
5 digeſtorum late ſcripſimus. Et † quia regula generalis eſſe debet: cunctaque comprehendere conſtituitur, ſecundum gloſſ. & Barto. hic, gloſ. & Dynum in rubrica extra eodem in ſexto, per uerba, quæ de ſui natura omnia comprehendunt: id eſt, per ſigna uniuerſalia affirmatiua, quæ omnia comprehendunt. Item per negatiua, quæ uniuerſaliter negando omnia excludunt: ac per indefinita, quæ uniuerſaliter æquipollent, exempla ipſi tradunt. conſtituitur etiam per uerbum, plerumque: ut in tertio notab. poſt Dec. uidebimus.
6 † Dicũtur autem uniuerſalia ſigna ſecundum gloſſ. & Bartol. hic, & in l. ſi pluribus. ff. de legat. ij. & Geminianum in cap. ut circa. in principio ſecunda columna de electione, in libro ſexto, ea quę ſequũtur. omnia, nemo, nullus, nihil, nunquam, ſemper, & ſimilia Bartol. tamen in l. ſi ita. colum. ij. ff. de auro, & argento legato, & Socin. in §. utrum. colum. penult. uolunt illam uocem omnia, generale ſignum eſſe, cunctaque cõprehendere. Indefinita eſt quando terminus pluribus ſecundum eandem ſignificationem naturaliter cõueniens ponitur: prout, homo, fœmina, ſeruus, & ſimilia. dicuntur. n. indefinita: id eſt, non diſtincta & generaliter dicta: quia non magis de uno quam de alio intelliguntur. Quædam appellantur ſingularia, ut Petrus, fundus, Sempronius, & ſimilia, quemadmodum ex infra dicẽdis apparebit. Particularia uerò quibus particulare ſignum pręponitur: ut cùm dicitur, unus, aliquis, &c. Item uniuerſalium orationum quędam ſunt diſtributiuæ, ut quilibet: quædam collectiuæ, ut omnis. Inter quas eſt differentia: ut per glo. dict. l. ſi pluribus. oratio enim diſtributiua actum inſolidum cuilibet attribuit, cui adiungitur: ut ſi dicatur, ꝙ pro qualibet hora intereſſentes diebus indulgentiarum, quadraginta condonentur, & tunc cuilibet intereſſenti die. xl. pro una hora conceduntur. clemen. unic. in fi. de reliq. & uener. ſanctor. Sed oratio collectiua omnibus ſimul attribuit actũ. cui adijcitur: ut cùm dicimus, omnes Canonici ius habent eligendi. collectiuè enim & non ſingulariter intelligit. c. in geneſi. de elec. lib. vj.
7 An † autem indefinita uniuerſali ęquipolleat. Barto. ad dicta in d. l. ſi pluribus. ſe remittit. Dyn. tractat in præallc. loco. Videndum eſt primũ, ſecundum Barto. hic. & in d. l. ſi pluribus. utrũ æquipolleat ex propria ſignificatione uocabuli, an ex interpretatiua, ſeu ex benignitate? Barto. præalleg. loco. & in l. omnes populi. in. iij. q. vj. q. principalis. uerſi. ut

igitur. de inſti. & iur. poſt Petr. de Bellapert. hoc eſſe dicit ex humanitate & benignitate, non ex propria * ſignificatione uocabuli. non enim paria ſunt hæc, homo currit, & omnis homo currit. Secundo enim caſu falſus redditur ſermo uno minimè currente: ſed non in primo. §. utrum. cũ not. per Bar. in l. ſi is qui duceta. ff. de reb. du. Pro qua opin. addiixit ſemper Bar. tex. l. ſi ſeruitus inpoſita. ff. de ſer. urb. præd. ibi, humaniùs eſt uerbo gñali omne lumẽ ſignificari. Vbi ſi cautũ fuerit ne luminibus officiat: hæc indefinita oratio ambiguitatẽ generat, an de præſentibus, uel etiã de futuris luminibus intelligat: & ex humanitate rñdet ibi iuriſconſultus, interpretationẽ fieri, ut omnia comprehendat, & ad futura quoque referatur. Et ſequuntur cõiter ſcriben. ut ꝑ Gemi. in cap. ut circa. de elect. in. vi. Corne. in conſi. cccxiiii. col. pen. lib. iiii, & Iaſon in l. ii. col. fin. ff. de liber. & poſthu. Imol. & alios in. d. l. ſi pluribus. & contra Socin. ſcribit hic Deci. in. ii. col. aſſerens ita communiter tenere doctor. adde Soci. in tract. fallen. (ſi ipſius ſunt) in regula ccxlvii. Curt. in l. i. col. ii. & iii. ff. ſi cer. pet. Dec. in cõſi. iii. col. iii. ubi poſt Fulg.
8 ponit† quòd licet indefinita affirmatiuè prolata non æquipolleat uniuerſali de proprietate ſermonis, dicta l. ſi ſeruitus. ſecùs tamen eſt ſi ſit negatiuè prolata, cùm potentior ſit negatiua diſpoſitio, quã affirmatiua ut ibi per eum. Itẽ adde Aret. in rubric. ff. ſo. mat. col. iii. ubi aliud eſſe dicit, in uerbo gñali, quod propriè competit oĩbus ſub ſe contentis. de quo pulchrè Socin. in l. i. col. ii. ff. de uulg. & Mod. Peruſ. in prçallc. rub. * Solu. mat. col. xix. cũ ſeq. Dec. in rubri. ſ. de iuriſd. omn. iudi. dum ponit, quòd oratio uniuerſalis potentior eſt indefinita.] In† obligatione 9 tamen generaliter facta indefinita non çquipollet uniuerſali, ut per Deci. in conſi. xxx. ſequitur ſimpliciter Pariſius in conſi. lxxxviii. col. penul. uolu. primo. ſed Dec. expreſſè loquitur, quando non eſt eadem ratio. aliud eſſe ſubiungens in diſpoſitione uniuerſali, in qua omnia includuntur: quia qui omne dicit, nihil excludit. ca. ſi Romanorum. xix. diſtinct. & hanc differentiam colligi dicit, ex Bart. in d. l. ſi pluribus. & ſi diceres d. l. ſi ſeruitus. non probare id ad quod allegatur, cùm non eſſet ibi dubitatio de indefinita an çquipolleret uniuerſali, ſed an futura comprehenderet, propter regulã l. ſi ita. ff. de auro & argen. lega. & reſpon. quòd ſic, ex benignitate. rationem aſsignat Barto. in d. l. fin. col. 2. Reſpõdeo quòd probat utrunque: ut ibi uolunt Bald. Ange. & Pau. de Caſt. quòd comprehendat futura ex benignitate, tex. clarè dicit. quòd çquipolleat uniuerſali probatur ibi uerbo generali omne lumen ſignificari. per quam quidem legem plures notabiles deciduntur quçſtiones per doctor. in locis allegat. per Alexand. in apoſtil. ad Barto. in d. l. ſi ſeruitus. Dicendum eſt igitur indefinitam çquipollere uniuerſali ex ſignificatione interpretatiua. per illum tex. & per rationem Petr. ſuprà relatam. Et propterea ſecũdũ ſubiectam materiam, ut infra dicam, iudicabi-

dicabimus utrum particulariter an
uniuerſaliter accipienda ſit oratio.
Ex quibus inferri poſſe uidebatur,
10 †prędictam concluſionem non pro
cedere in ſtatutis, in quibus à pro-
pria ſignificatione uocabuli non eſt
recedendum.l.conſtitutionibus. &
bi not.ff.ad municip. c. in noſtra.
de iniur.& poſt alios in term nis po
nit Ioan. Crot. in repet.d.l. omnes
populi.col um.xxxvi.in ſecunda cō-
cluſ.Dyn.tamen in rubr.de reg.iur.
in ſexto,& Bart.in locis prędallegat.
Imol.& alii in d.l.ſi pluribus.Gemi
nia.in d.c.ut circa.Baldus in tracta-
tu ſtatutorum ſuper uerbo indefini
ta.Bald.Angelus, & alii in dict.l.ſi
ſeruitus. communiter oppoſitū con
cludunt, indefinitam ęquioollere
uniuerſali etiam in ſtatutis,in his ui
delicet,in quibus eadem eſt ratio.
Et dicit not.Bald. in d.l.ſi ſeruitus.
quod ęquipollet uniuerſali ex ſigni
ficatione interpretatiua attenta mē
te,ſeu ratione,non ex neceſsitate ſer
monis, hocque uelle legem illam.
unde,credo,ſubiicit, quod etiam in
ſtatutis indefinita accipiatur pro
uniuerſali,quando eſt eadem ratio,
& conditio particularis,quia etiam
ratio & mens ſtatuti ponderāda eſt,
ſicuti ratio cōſuetudinis.l.i.C.quę
ſit lōga conſuetudo.prędictam opi
nionem quoq in ſtatutis indefinita
ęquipolleat uniuerſali, tenet etiam
Nellus in tracta.bannit. in ſecunda
parte ſecundi tempor. quęſtio.lv.
ſtante ſtatuto. & Deci.in l. in pri
ma lectur.Floren. colum.iii.ff.ſi cer
tum petatur. eò quia, quicquid ſit
de diſpoſitione hominis, in diſpoſi
tiōe legis indefinita ęquipollet uni-
uerſali.allegat Barto.in dict.l.ſi plu
ribus.colum.i.& illud dictum Bart.
ſequuntur communiter doctor. ut
per Curt.in l.i.colum.ii.& iii.ſi cer-
tum peta. Pariſius in dict.c.auditis.
colum.v.Archid.& Cardina. Alex.
in c.ſi romanorum.ad fi.xix. diſtin.
ubi dicūt,quòd indefinita canonis,
uel legis generalem regulam trade-
re intendentis ęquipollet uniuerſa-
li,ſecus in indefinita communis lo-
cutionis.uel clariùs dicunt,quando
non eſt eadem ratio, uel cōditio om
nium particularium comprehenſo-
rum ſub indefinita, tunc non ęqui-
pollet uniuerſali.l. quęſitū.§.illud.
ff.de lega.iii.aliâs ſecus.dict.l.ſi plu
ribus. & hoc uolunt Bald.Angel.&
alii ſuperius relati.Nellus in tracta.
bannit.in ſecunda parte,ſecundi tē-
poris,quęſtio.lv.incip.ſtante ſtatu-
to.& Dec. in conſi.cccxliii. ccclxxx-
viii.& ccccxc. Nō ergo dicamus.cū
Deci.in dict.l.i.col.iii.quòd in ſtatu
to indefinita ęquipolleat uniuerſa-
li:quia in diſpoſitione legis iſtud
ſtatuitur.loquuntur enim Barto. &
alii ſuprà alleg.hoc dicentes,de uni-
uerſali lege,nō de particulari: pro-
ut eſt ſtatutum.l.i.ff. ad municip.&
ſic quę non eſt lex ſimpliciter, ſed
ſecundum quid,uerum id eſſe ex ſi-
gnificatione iterpretatiua,& ex mē-
te ſtatuentiū,per prędicta, aliâs ſta-
tutum eſſet eluſorium: ideò ex iden
titate rationis omnia comprehēdit.
argu.cap.i.de filiis preſbyterorum.
& l.à Titio.ff.de uerborum obliga
tionibus. Licèt enim ſtatutum ſtri-
ctè interpretandum ſit: non tamen
eo modo,ut nullū eluſoriumúe red
datur. arg.l. ſi quando.ff. de lega.i.

& not.in cap.ad audientiam.de de-
11 cim.Nec refregatur,† quòd in ſtatu
tis non ſit a propria ſignificatione
uerborum recedendum . hoc enim
procedit ubi ſic intelligendo ſtatu-
tum nõ eſſet eluſorium: alias ſecus,
per prædicta. &.l.ſi ſtipulatus fuero
per te non fieri. cum ibi notatis.ff.
de uerborum obligationib. ubi au-
tem eſſet caſus in quo non eſſet ea-
dem ratio,cum indefinita non com
prehendat ex propria ſignificatio-
ne, tunc non comprehenderet nec
æquipolleret uniuerſali, ut probari
uidetur in dict.c.ad audientiam. &
in cap.cum dilectus. de clericis non
reſident.ubi ſtatuta uerbis indefini-
tis concipiuntur,dum dicitur,cano-
nici,non autem omnes Cano.& ta-
men fit,ibi interpretatio, ut omnes
comprehendat, præter illos in qui-
bus contraria militat ratio, ut quan
do ſunt in ſeruitijs Papæ aut eccle-
ſiæ. Dicitque Bald. in.l.fin.in.§. in
computatione. col.fi.C. de iure de-
liberand.eſſe ibi gl.quæ ad hoc ſem
per allegatur, quod ſtatutum indefi
nitè loquens per ius commune di-
ſtinguitur. nam indefinita etiam in
ſtatutis non æquipollet(ait) uniuer-
ſali,ubi contraria eſt ratio, & condi
tio terminorum includendorum &
excludendorum . Cùm enim ſtatu-
tũ loquitur indefinite, intelligitur
loqui ſecundum naturam indefini-
tę. & indefinita locutio recipit re-
ſtrictionem etiã propriè & abſque
abuſione loquendo : quia non ſigni
ficat uniuerſaliter ſignificatione ne-
ceſſaria,ſed ſignificatione contingẽ
ti. Ex prædictis infertur ad deciſio-
nem quæſtionis formatæ per Bart.
in.l.iiij.in.§.Cato.colum. penul.ff.
de uerborum obligatio.quòd diſpo
12 nente† ſtatuto,homicidam ultimo-
ſupplicio affici,niſi ab hærede occi-
ſi pacem impetrauerit : non ſuffice-
re ab uno uel altero , ubi ſunt plu-
res, habere pacem, uerum ab om-
nibus habendã eſſe: quia illa indefi
nita ab hærede æquipollet uniuerſa
li,perindeque eſſe, ac ſi diceret, ab
omni hærede: & ita tenent Alexan.
Iaſo.& omnes moder. contra Bart.
in dict.§. Cato . in ultimis colum.
Cùm autem indefinita æquipolleat
uniuerſali in ſtatutis:proculdubio ,
ut diximus ſecundum Bart.& doct.
13 in locis præallegatis,†dicendum eſt
æquipollere in lege quæ generalis
eſſe debet , & omnia comprehen-
dere.l.iij. &.l.leges ſacratiſsimæ.C.
de legibus.&.ſ. de legibus.l.j.&.ij.
Si igit̃ loquat̃ lex de uenditore locũ
hab et in omni uẽditore: de homici
da, in omni homicida:de uſufructu
i omni uſufructu: de eccleſia,in om
nibus eccleſijs,& ſic de alijs.Si uerò
14 †ab homine indefinita proferatur
in materia neceſſaria, exempli gra-
tia,in diffinitionibus, ut cum dici-
mus,homo eſt animal,obligatio eſt
iuris uinculum &c.tùnc æquipollet
uniuerſali, quia cùm diffinito con-
uerti diffinitio debet: ut per Barto.
& Pau.de Caſt.in .d.l. ſi pluribus .
Idem eſt in materia impoſsibili ne-
gatiue ſumpta: eſt enim in effectu
neceſſaria: ut cùm dico, homo non
eſt lapis. idem enim eſt ac ſi dica-
tur nullus homo eſt lapis, ſecun-
dum Ioannem Monachum & Ge-
minian. in dict.cap. ut circa.eò ma
ximè, quia magis negat negatiua,
quam

. quàm affirmet affirmatiua.l.hoc genus.cum ibi notatis.ff. de conditionibus & demonſtrationibus. ſecundum Paulum de Caſt.in.d.l. ſi plúribus.

Si autem proferatur in materia contingenti: tunc, aut profertur negatiuè, & æquipollet uniuerſali.d.§. utrū. &.§. fin.l.ij.ff. de uerborum obligationibus. ubi promiſsio per hæredem meum non fieri, intelligitur, id eſt per nullum hæredem. Aut ponitur affirmatiuè: & tunc aut communi termino aliquid adijcitur, quod contingenter ex aliquo euentu ei ineſſe poteſt præter uoluntatem diſponentis, & tunc æquipollet, uel non æquipollet uniuerſali ſecundum contingentiam caſus: ut cùm dicimus, homo currit: utrum currat uel non ex uoluntate mea non dependet. ſi ergo cōtingat omnem hominem currere, æquipollet tunc uniuerſali: ſinautem aliquem tantum currere contingat, tunc non æquipollet uniuerſali. Si uerò contingentis dependet ex uolūtate proferentis, ut in legato lanæ uel marmoris, indefinita non uidetur uniuerſali æquipollere. ſi enim alicui lego omne marmor, & ſtatuas marmoreas & cæteras ſpecies ex marmore factas legaſſe uideor.l. hæres.§.j. ff.de leg.iij. &.ff. de auro & argen. leg.l.j. Et tamen ſi marmor indefinitè lego, ſola rudis materia comprehenditur, non autem ſpecies ex marmore factæ.l. quæſitum.§. illud.ff. de leg.iij. Pariter ſi lana indefinitè legetur, tincta in legato non continetur. pulcher tex.in.l.ſi cui.ff.de leg.iij. ſecus ſi legetur omnis lana.l. pediculis.§.lana.cum gloſſ.ff.de aurò & arg.leg. Dic quòd quando nō eſt eadem ratio, & omnium particularium in uniuerſo comprehenſorū conditio propter aliquod accidens, indefinita non æquipollet uniuerſali. nam tinctura lanæ & ſpecies marmoris non cedunt ex ipſa origine, ſed ex accidenti hominis operatione, & maioris æſtimationis eſſe poſſet ipſum additum tincturæ uel ſpeciei quàm principale ipſum. Sed quando omnium particularium eadem eſt ratio & conditio, quia non uariatur per accidens, licet fortè ſit ibi imparitas ex origine: quia alia lana, exempli gratia, melior & nobilior eſt ex origine, & ſimiliter in marmore, tunc indefinita negatiuè aut affirmatiuè prolata æquipollet uniuerſali.§.utrum.& l.ſi pluribus. præallegatis, ſecundum gloſſam in dicto capit. ut circa. in uerbo, aliorum. Verba igitur iſta, piſcis, aurū, argentum, lana, ex ſui natura generalitem quandam ſignificāt. Et prædicta procedunt in indefinita circa
15 res prolata. Verùm † ſi proferatur circa perſonas: tunc aut profertur in caſu odioſo, & non æquipollet: unde nō ſunt paria exhæredare filios, & omnes filios.l.j.&.ij. cum notatis.ff.de liberis & poſthumis.aut in caſu fauorabili: & tunc æquipollet l. ſi quis ita.ff. de teſtamentaria tutela. ubi plures habens filios, ſi tutorem filio det, omnibus filijs dediſſe cenſetur. Illud autem ſcias,
16 † quòd in materia probatoria, quæ de neceſsitate debet concludere, indefinita non æquipollet uniuerſali, ſiue prolata ſit a teſtibus, ſiue in in-

ſtrumento: ut latè per Abbatem Felinum & Moderniores in cap.auditis.de præſcriptionibus. Curtiū Iuniorē in conſi.17.colum.pen.Deci. in.c.cùm omnes.in.ij.lectu. de conſtitu.Iaſ.in l.ij.col.fin.ſuprà de libe. & poſth.& Aquen. in l.Celſus. col. pen.& fin.ubi etiam per Balbum in repetit.ff.de uſucap. Vnde concludunt, quòd ſi teſtes deponant aliquem exercuiſſe iura epiſcopalia, non probant de omnibus: cum illorum dictum in aliquibus uerificari poſsit. Quodque ſi teſtes dicant canonicos feciſſe talem actum, nō concludunt, quod omnes fecerint cùm duo feciſſe potuerint. Et ſi deponāt Titium poſſediſſe ab annis decem citra, non probant continuationem poſſeſsionis: cùm in una die depoſitio uerificari poſsit.etiā ſi deponant Titium talem fundum poſſediſſe, nec dicant de toto: concludenter de toto non probant. Pariter ſi dicant tale, quid factum uidentibus dominis molendini, non probant de omnibus dominis: ut per ſcribē. præallega. * De quibus uide quæ dicam in l.j.col fin.ſupra ſi cer. pet. ubi ſequor opinio. Abb. & Fel. tanquàm communem, quòd teſtes deponentes de poſſeſsione feudi nō intelligātur probare de toto feudo.quicquid dixerint. ] Aret.conſ. 103. in cauſa. col.ij.Alex.conſi.54.uiſo. colum.ij. lib.v.Soci. in l.ij.in §.fin. col.ij.ff.ſi cert.pet.& in l.ſi quis cum totum.ff. de excep.rei iudi. ubi poſt Bart.ait, quòd depoſitio ad fundū puta Cornelianū ſe referēs, indefinita nō eſt, ſed particularis.* ut etiam per Cur. in dicta.l.prima, columna fin.ſi certum petatur, & Decius in conſilio. 146. colum.fin.] Limita ĩt prædicta quando teſtes ad articulū ſeu capitulum ſe referunt: ut per Felin.& alios in dict.cap.auditis.& Aquen.addentem aliā limitationem loco proximè allega.ad id quod diximus de teſte deponente quempiam fundum poſſediſſe à decem annis citra. De quibus uideri etiā poſſunt quæ ſcribit quidā Gramma.Neapolit.in uo

17 to.xxvj. Et tandem ſi uis ſcire, † quā do indefinita æquipolleat uniuerſali collectiuè, aut diſtributiuè, uide Bar.& alios inferentes ad not. quæſtio.ad fin.d.l.ſi pluribus. & Ruinū in prima lect.repet.§.Cato.folio.xj. columna ſecunda * de uerborū obligation. & etiam Aquen. ac Moder. in rubri. C. de eden. ubi extendunt ad indefinitā uerbi & gerundij quæ dicuntur indefinita nominis.]

18 Secundò not. † regulam non facere ius: ſed ex iure, quod prius erat, regulā ipſam ſumi. Ideò dicit Raph. Comen.in l.ij.ff.de legat.j.quòd regula nō pōt extendere ſtatutū, quia ſic cōſtitueret ius nouum. ſed Aret. ibi ad fin. cōmenti damnans Raph. in illo articulo reſpōdet, quòd licèt regula nō inducat ius nouū, ſed inductum narret, ut hic: per hoc tamē non ſequitur, quòd extēſio, quæ fit ad æquiparata, per regulam fiat uirtute regulę.fit enim uirtute legis, de qua mentio eſt in regula, per quam legem facta fuit adæquatio: ut ibi per cū. Et niſi regula ex iure, quod prius eſt, ſumeretur: non benè diceretur regula iuris: quemadmodum in regula ligni, uel ferri, neceſſe eſt materias illas præcedere lignum, aut fer-

ferrum, ad hoc ut ex eis diſponatur regula. ſic in regula iuris neceſſe eſt ius, quod eſt materia, præueniſſe ad hoc ut regula inde diſponi poſsit. ſecundum glo. in rub. extra de regul. iur. in. vj. Et hoc procedit capiendo
19 regulam iuris tranſitiuè, † ſed capiẽdo intranſitiuè, quicquid ibi dicat gloſſ. ut in regula Catoniana, & in caſibus anteà non determinatis, regula facit ius: eſtque unum & idẽ: ſecundum Bar. & communiter doctor. ut hic per Decium. facit quod dixi ſupra ad finem rubricæ, quòd ſit idem dicere regula iuris, & regula iuridica: ſicuti capa Socratis, & capa ſocratica. Vel ſaltem ſecundum gloſſ. ibi diſpoſitione condentis regulam præceſsit ius. uidẽs enim formator regulæ ſic de iure eſſe debere, quod ſaltem in eius mente ſedebat, regulam formauit. Et hoc reſpectu, ius dicitur ars boni & æqui. ſi enim iuris ſcientiam in homine ponimus, dicemus, quòd ars ſiue conceptus, qui eſt in tali homine, eſt ars in mente hominis iuſti & æqui, diuinarum humanarũmque rerũ notitiam habentis, æquumque ab iniquo, iuſtum ab iniuſto, licitum ab illicito, ſcientis diſcernere. Habet ergo talis homo artem & ius in mente, ueluti artifex quiſque, qui opus ineſſe producere vult, in mente conceptum habet, quæ mentis ratio uel conceptus dicitur ars, etiam ante operis in actum productionem. A tali igitur iure & arte licèt nondum ſcripta (ſecũdum Ioannem Andreã in procemio mercur.) regula produci poſſet. Nec eſt conſequentia bona: non apparent leges diſponentes, quod in regula dicitur: ergo non facit ius, ſeu fieri non debet deciſio ſecundum regulam, cùm
20. † etiam ſumi potuerit ex legibus, quas hodie nõ habemus, cùm innumeræ ſint reſecatæ: ita ſcribit in terminis Corne. in l. nutritoribus. in fin. C. communia de ſucceſsion. Et
21. adeò regula ius facit, † quòd habẽs pro ſe regulam, dicitur rem certam & intentionem fundatam habere: ideò alleganti ſpecialitatem, onus probandi incumbit: ut hìc plenè per Deci. Philip. Francum in rubr. extra eod. colum. ij. Felin. in cap. quoniam frequenter. in princip. in. iij. colum. ut lite non conteſtat. Iaſon pulchrè in l. cætera. in. iii. notab. ff. de lega. i. Deci. in conſil. 103. colum. ii. Curt. in rubri. C. qui admit. colum. iii. dum ponit, quòd excipiens contra regulam de tempore, illud probare debet. & dicit eleganter Aretinus in l. i. colum. fi. ff. de teſtamentis. quòd ſecundum ius noſtrum eſſentia & forma ſubſtantialis rei conſideratur, ſecundum id quod ipſi rei ineſt regulariter: ut in pluribus. caſus eſt, dicit, cum gloſſ. in l. ſuus quoque. in. §. puto. ff. de hæredib. inſtituen. ideò reprehendit glo. in rub. ff. de uſufr. quæ dixit, quòd id quod aliquo caſu deeſt rei, non eſt de eſſentia rei.
22 Nunquid autẽ † regula uel diſpoſitio generaliter loquens comprehendat etiam cauſam priuilegiatam, puta dotẽ, uel perſonam priuilegiatam: puta militem? Decius concludit quòd ſic: niſi ſit priuilegiata in materia, de qua eſt ſermo, per textum in l. in fraudem. in. §.

in §.penultim. & final.ff. de teſtamen.mili.quicquid dixerit Iaſ.in l. j.in iij.notab.ff.ſolut.matrimo.hallucinatus ex dicto Salice.in l.fin.C. de iure dotiũ,per illum textum.ibi enim cauſa ſpecialiter erat priuilegiata:ut per eum.idem uult ipſe Deci.in capit.ſedes.colum.ſexta,de reſcrip.in l.ij.C.unde libe.in conſi.v. & in conſi.cccj.in quibus locis atteſtatur iudicatum fuiſſe pro hac ſententia iuxta conſultationes eius.Inuenio quòd Moder.de Fano. in tracta.de pignor.in viij. parte, fol.11. & ſequen.cum Iaſo.ſentiunt, idem tenuiſſe dicentes Baldum Salic.Soc. Bald.Nouel.in tractat. de iure dot. & quoſdam Moder. Florentinos.atteſtanturque opinionem iſtam communem eſſe,nec eſſe ab eadem,quã aliquibus comprobant, recedendũ. Sed non reſpondent ad rationes,deciſiones & iura Dec.cum quo tenet Crot.de Monteſerrato in repeti.l.ſi conſtante.colum.iiij.ad fin.ff.ſolu. matri.Franc.Ripa in repet.l.fin.q. 51.C.de reuoc.dona.& in dicta.l.j. colum.iiij.ff.ſolu.matrimo. & Moder.Papin.in l.hæres abſens. ad finem princip.ff.de iudi.erroneam reputantes regulam Iaſo. quòd lex generaliter loquens, locum non habeat in cauſa dotis. per dict.l.fina. cum dicto Salic.C.de iure dotium. Si enim uera eſſet,confunderentur, dicunt, infinitę deciſiones.habet.n. dos multa priuilegia, ut notorium eſt, ſuper quibus priuilegijs plurimum laborant doctor. ſi uerum eſſet cauſam dotis exemptam eſſe ab omnibus legibus generaliter loquẽtibus,ſuperuacaneum eſſet tantùm ſuper ſpecialibus priuilegijs laborare.*faciunt quæ ſcripſi in l.in ambiguis pro dote ad fi.infrà eod. & ſequitur hanc opinionem Gozad.in conſi.xcvij.col.ij.& Soc.Iuni. in cõſi.xij.lib.ij.] Nec obſtat dicta l.finalis, cum doctrina Saliceti,quia non ꝓbat.dicebatur enim ibi,quòd dos non requirebat inſinuationem.Salicetus infert ad ſtatuta requirentia, quòd inſtrumenta regiſtrentur, ut locum non habeant in cauſa dotis. Ratio mouens Salicet.eſt, quia erat ibi ſpecialiter deciſum in cauſa dotis,quòd inſinuatio neceſſaria non eſſet:& ideò non erit etiam neceſſaria regiſtratio,quę inſinuationi ſimilis eſt: ſed quod uelit Salicet.omnes leges generaliter loquentes, nõ habere locum in cauſa dotis,nec eſt uerum, nec tenendum,dicunt ipſi, quia infinita reſultarent abſurda. * pro qua opinione eſt tex.in l.j.C. de eden.ubi licèt depoſitum ſit priuilegiatum .l.penult. C. depoſ. tamen quia non eſt priuilegiũ in materia editionis includitur in generali diſpoſitione, ne reus edat actori ad fundandum illius intentionem. tex.tamen in d.l.promittendo, ſuprà dę iure dot.alleg. per Salicet.& Moder.de Fano uidetur confundere prædictam concluſionem. ] Tertiò not. ibi, quaſi cauſæ coniunctio

23 eſt. † Officium regulæ eſſe clauo rationis plures caſus ſimiles coniungere:ut hic declarat gloſſa, & melius Dynus poſt gloſſam ibi in rubrica extra eodem,libro ſexto.in iiij.& v. colum.dum quorundam expoſitionibus reprobatis,regulam inquit,eſſe coniunctionem rationis: quia de ratione

ratione plurium caſuum eãdem rationem habentium unam numero generalem traditionem facit, ita ut rationes, quæ primum plures erant numero, ad unum omnibus per regulam coniunctis reducantur. exemplificando ut per Dinum ibi, & glo.
24 hîc. Et notat † quod talis coniunctio etiam plurium inſtrumentorum fieri debet ad eliciendam ueritatem: ita Bal. in l. refert. per illum text. C. de falſa cauſa adie. lega. quemadmodum alibi dicitur ualere argum. ex coniunctione duarum legum. ff. de liber. & poſthu. in l. Gallus. in §. ille caſus. & ponit Curt. Iuni. in conſi. 141. colum. j. ad fin. ſimiliter eademque ratione in pluribus inſtrumentis, ſeu ſcripturis. & quemadmodum tradit Bald. in conſi. 338. incipient. ea quæ ueniunt. libr. ij. illud quod intelligitur per relationem ad aliud, uerè & propriè intelligitur: quia ex continuatione, & cõiunctione duarum ſcripturarũ reſultat uerè certum, & natura relatiõis, dicit, eſt natura ueritatis patentis ex coniunctione ſcripturarum. ſequitur Decius in conſil. 407. colum. ij. & conſi. 538. colum. ij. Et ex contractu præambolo ſequens dubius recipit interpretationem, & declarationẽ, etiam quòd ex interuallo ſequatur: ut per Alexand. plenè in conſi. 52. incip. Circa, colum. v. lib. iiij. & conſi. 38. column. j. in v. uolum. Roman. conſil. 470. & 478. & pulchrè per collegium Papien. in conſilio impreſſo poſt tractat. Bruni Aſten. de augmento. column. iiij. Curt. Iuni. in conſi. vj. col. iij. & Deci. in conſi. 23. ad fi. ij. col. faciunt, quę dicam. ſ. in iiij. notab. in uerſ. quemadmodũ igitur. Quinimò licèt publicatis atteſtationibus ꝓhibita ſit probatio, tamen iſtud non procedit, ubi mixta ſit probatio ex ſcriptura, & teſtibus. cap. ſeries. ubi latè Canon. de te-
* ſtibus. * Fel. in cap. fratrem. col. vj. eod. tit.] Dec. notabiliter poſt alios declarans in l. certi condictio. in §. quoniam. col. fi. ff. ſi cert. pet.

Quartò notatur ex textu ſecun-
25 dum Decium. † uitiari aliquando regulam, & tunc officium ſuum perdere. Sed hic ſermo mihi nõ placet, nec ex textu benè ſumitur. dicendo enim quandoquè, uel aliquãdo, innuitur ſecus communiter eſſe: quod tamen uerum non eſt. quia dicitur regula, quaſi regulariter uera. Proprium igitur regulæ eſt, quòd habeat fallentias: ſecundum gloſ. rub. de regulis iuris in ſexto. circa princ. & Card. Alexand. in cap. ſynodum. per illum tex. xvij. diſtinctio. non ut ait Dec. quandoquè. Eſt autem uitiare, corrumpere: ſed hic per traſlationem accipitur, ut uitiata dicatur regula in caſibus in quibus exceptionem patitur. Melius itaque nòtari poteſt, quòd ubi regula uitiatur, id eſt corrumpitur, & fallit, officium perdit ſuum, quia deficit in ipſis caſibus exceptis, ut ſtatim dicetur. Eſt autem iniquum regulam non fallere, & non uitiari ubi æquitas ſuggerit. c. intelleximus. cũ not. per Abb. ibi in prima colum. de iudic. & per Lancel. Galiaul. in repeti. l. Centurio. col. xlj. uerſi. ſecundo pro iſta cõmuni. ff. de uulg. & pupil. An autem
26 uerba iſta, † regulariter, & generaliter, paria ſint potentiæ, uel in plus

ſe

ſe habeat, generalis diſpoſitio, quã regularis? doct. communiter tenent quòd in plus ſe habeat uerbum regulariter, quam uerbum generaliter. quaſi dicatur regulare quod in aliquibus caſibus fallit: generale uerò quod infallibiliter eſt uerũ, nec patitur exceptionem: ſecundum cõmuniter ſcribentes per Deci. hic in 4. not. relatos, & tradit etiam Card. Alexand. in dict. ca. ſynodum col. j. Ipſe tamen Dec. cõtrarium firmat. Primò quia regula conſtituitur, ut in ſuperioribus uidimus, ex oratione uniuerſali, uel indefinita. ideſt generali: & ſic idem importare uidetur regulariter, quod uniuerſaliter, aut generaliter. Secundò per deciſionem Bart. in l. generali. in §. uxori. ff. de uſufru. leg. uolentis in legato generali non includi uenalia: ſecus in uniuerſali. Non uidetur itaque uerum (inquit Deci.) quòd uerbum generaliter excludat exceptiones: quia idẽ importaret, quòd uerbum uniuerſaliter. Sed pro communi opinione uidetur tex. apertus in cap. uenerabilem. cum ibi not. per Abb. de electio. ibi, regulariter & generaliter. alterum enim ſuperflueret, nihilue operaretur, ſi eiuſdem ſignificationis eſſent. Rurſus uerbum regulariter, ut ex prędictis apparet, prœſupponit caſus aliquos ſpeciales eſſe, in quibus aliud ſtatuitur: ſed uerbum generaliter, omnia includit. l. generali lege. C. de ſacroſanct. eccleſiis, iuncta l. leges ſacratiſsimę. C. de legibus. ibi, ab omnibus obſeruentur, generalitas igitur omnes perſonas comprehendit. His rationibus non reſpondet Decius, & ad eius primum motiuum reſponde, regulam quidem conſtitui per uerba, quę de ſui natura omnia comprehendant: ſed quia exceptiones diuerſam rationem habentes nequeunt ſub regula includi ob repugnantiam rationis: ideò mirum nõ eſt, ſi regula non comprehendit omnia, quę tamẽ per diſpoſitionem uniuerſalem, uel generalem comprehenduntur.

27 Ad † deciſionem Bartol. in §. uxori. dicas, quòd malè per Deci. intelligitur: ut per Mod. de Fano in tractat. de pignor. folio ſexto, numero 34. & latius ſcripſi in repet. l. final. C. de pact. poſt Socin. in §. utrum. colum. penulti. probando hanc orationem, obligo omnia bona mea, eſſe generalem: indefinitam cum dico, obligo bona mea. Et quicquid dicat Deci. tex. l. obligatione generali. ff. de pignor. & hypothe. procedit etiam in obligante omnia bona ſua. oratio autem uniuerſalis eſt, ubi ponitur nomen de ſui natura collectiuum, ut grex, peculium, & ſimilia. Quemadmodum

28 igitur ex prędictis apparet, † cũm in aliquo uitiata eſt regula, ſtatim perdit officium ſuum: & conſequenter ſenſus illius noſtræ l. j. in fi. (ut poſt Angel. hic in ſecunda column. uult Deci.) eſt, quòd exceptiones ſunt cõtra regulam, ideſt cõtra illud quod dicitur in regula. in illis itaque non eſt mirum ſi perdit officium ſuum, quia tunc deficit: ſicuti qui retrocedit, non cenſetur, ut procedat pedẽ promouere, unaque, & eadem res non operatur contrarios effectus: ita uult hæc lex ad finem. Concordat text. in l. in his. ff. de leg. ubi tamen

men Iuriſconſultus alia dicendi forma & modo in hoc noſtro propoſito, & caſu utitur, dicens in his quę contra rationem iuris conſtituta ſunt, id eſt, in exceptionibus, non poſſumus iuris regulam ſequi, quia deficit in dictis caſibus, officiumque ſuum perdit, cum exceptio ſit contra regulam. Et pro clariori adhuc intelligẽtia, ſi uis exempla, uide gloſſ. quę duo exempla tradit. in d.l. in his. & ibi Bald. pulchrè dicit de natura exceptionis eſſe, ut procedat de corpore primę dispoſitionis, & probat contrarium eius quod eſt in præcedenti. quæ uerba pulchra & notanda reputat Curt. Senior inferens ad not. quæſtionem, in conſil. lxv. in iii. colum. & Franciſ. Ripa ad aliam quæſtionem etiam inferens, libr. I. reſpon. cap. vi. nume. 6. facit quod dixi ſupra in iii. not. & quod ſcribit Bald. nota. in tract. dotium, fol. 11. ad fin. i. part. Et Archiepiſcopus Florent. in prima parte ſuę ſummę ſub capitu. de regulis iur. titu. xx. quærit, utrum exceptiones contineantur ſub regula: & concludit, quòd quãtum ad poteſtatem uerborum, quæ in ea proferuntur uniuerſaliter uel indefinitè, affirmando uel negando, comprehendit exceptiones, aliâs non diceretur exceptio: ut ſi dicerem, omnis homo currit excepto equo Titii: hìc non eſt exceptio, quia equus Titii non comprehendebatur ſub propoſitione illa, omnis homo currit. ſed ſi dico omnis homo currit excepto Titio: illa eſt propria exceptio: quia propoſitio comprehendebat Titium, tollitur ergo Titius, dicit uirtute exceptionis quò ad materiam de qua eſt ſermo. Sed quantùm ad iuris determinationem, exceptio non comprehenditur ſub regula: quia contraria ratio & ius eſt, tam in exceptione quàm in regula. Hoc igitur ſubdit Archiepiſcopus operatur exceptio, ut illud quod aliâs ſub uerbis regulę comprehendebatur, à determinatione regulę exceptionis uirtute tollatur. Regula ergo in generalitate uerborum, ſeu quantùm ad uerba comprehendit exceptiones, quę tolluntur à regula uirtute exceptionis, quò ad materiam de qua in regula: quò autem ad iuris diſpoſitionem non comprehendun tur ſub regula. Quamuis tamen, ut
29 ex prędictis liquet, exceptio † non ſit de regula. de officio, uel diſpoſitione regulę, ſed contra regulam, contraque illud quod in regula dicitur, non enim regulatur à regula, eatenus tamẽ eſt de regula: quia debet eſſe de terminis regulæ, & poſſet pdicari de regula: aliâs ſequeretur abſurdum, ꝙ exceptio eſſet ſuperflua: quod eſſe non debet: ſecundum Aret. in conſil. xxx. colum. iiij. Item inepta ſimiliter eſſet ipſa exceptio: ſi enim regula eſſet de homine, exceptio de equo, incongrua foret ſecundum Bald. Paul. de Caſtr. & alios in d.l. in his, idque ad ſenſum patet: quia.n. ualde ieptit, qui dicit omnem hominem præter equum Sempronii currere. Socratẽ enim ſi nõ currat rectè excipiet. & probatur etiam in l. pen. ff. de uino leg. Hinc notabilem quæſtionem determinat
30 Dec. in conſ. dxc. ad fin. Sufficit † tamen

men exceptionem eſſe de regula ſecundum quid.ita limitat Iaſ. per illum tex.in l.nummis.ff.de in litem iur.in iij.column.exceptio enim ibi poſita eſt de regula reſpectu iuramenti in litem, non iuramenti affectionis. facit quod de argumento à ſimili dicimus, quòd in omnibus non requiritur ſimilitudo: ſed ſatis eſt ſimilitudinem eſſe eo reſpectu de quo agitur.ut poſt Abbatem ſcribit Deci.in cap.tranſlato, in prima lectio. columna tertia. de conſtit.
31 Firmatque † exceptio regulam in caſibus non exceptuatis. text. not. in l. nam quod liquidè. in §. final. ff. de pen. lega. ubi legatæ penu. præter uinum, omnis penus uino excepto debetur. quem text. pro ſingulari ad hoc allegauit Imo.in l. filio præterito.ff.de iniuſt-rupt. ſecundum Alexand.in conſ.lxiiij.colum.prima,libro quarto.Sed miror de Alexandro id dicente & ſequente, cum ad hoc propoſitum plures ſint cōcordantes allegati per Lanc. Dec.in l.generali.in §.uxo.de uſuf. leg. per Fel. in locis infrà allegādis. Dec.hîc, & in ca.cum dilecta.in v. nota.de confir.util.nel inutil. & in conſi.clj.col.ij.& conſi.dciiij. co.4. & prius per Barb.qui plura alia adduxit in conſil.ix.colu. pen. lib.iij.
* * Ruin.cōſi.41.& 190.lib.2.& 150. lib.3. Pariſ.in conſ.99. & 109.lib.1. & conſi.7.25.31.33.57. & 94. uol.3. & in conſil. 21.114. & 141. uol.4.] Et ſi omnia allegata per præfatos ſcribentes id nō probent:prout tex. legis noſtrę & d.l.in his. in quibus non dicitur, quòd exceptio firmet regulam in caſibus nō exceptuatis, ſed quod exceptio eſt contra regulam., contrariumque eius quod in regula dicitur, ponat.ultra tamē §. fin.dict.l.nam quod liquidè.id optimè probatur in l.quæſitum. col.ult. in uer.denique.ff.de fun.inſtru.ubi in legato domus inſtructæ continetur ueſtis:maximè inquit in propoſita ſpecie.proponebatur enim eum qui legauerat, argentum & rationes excepiſſe:& qui hęc excepit, nō poteſt, ait, uideri de cæteris rebus quæ in ea domo eſſent ſenſiſſe, excipere:intellige,ut ibi per gloſ.Probatur quoque in auth.de non alie.aut permut.in §.ut autem lex.ibi, neceſſarium exiſtimauimus quaſdam exceptiones dare legi cum multis uigilijs, ut eas habens in auxilio lex nequaquam moueatur.ergo firma remanet in alijs nō exceptis.Eſt etiam ad idem text.in præalleg.§.uxori.ut ibi not.Bartol.& Lancel. Deci.item & alius text. in ca.dominus. xxxij. quæſt.vij. ad confirmandū uxorem non eſſe dimittendam,Dominus ſolam fornicationis cauſam excepit: cæteras uerò uniuerſas & innumerabiles moleſtias,ſi quæ extiterint,iubet, inquit, pro fide cōiugali & pro caſtitate fortiter ſuſtineri: & ibi gl. not. Confirmantur prædicta ex eo quòd dicimus de negante alterū ex duobus illatis,ut reliquum affirmare præſumatur. ca. nonne. de præſumpt. item quòd uno reprobato, reliqua confirmantur.l.tribunus.§. fin.ff.de mil.teſt. & quòd unius excluſio alterius eſt incluſio, & econtrariò.l.cùm prætor.ff.de iudi.l.maritus.C.de procur. cum not.ibidem per ſcribentes, & Felin.in dict. cap. nonne.

nōne. Aquen. in l. fina. ff. quod quiſque iuris. Rimin. in l. j. colu. xviij. ſuper gloſ. in uerbo, fortiſsimum. ff. de offic. eius, & Lancel. Dec. in l. penul. colum. iij. C. de pact. in quibus locis limitationes alias, & declarationes ponunt: præſertim, quòd ubi includitur unus caſus ratione frequentioris uſus, non excluditur ca-
32 ſus minus frequens. Et pariter † exceptio regulam declarat, ſi forte poſita ſit generaliter & indefinitè, ut cum teſtator mihi relinquit omnia dulcia, uel omnem penum præter uina, quę Romę ſunt. nam exceptio reſtringit, limitat, declarat uniuerſalem propoſitionem: ut nō omnis penus ſimpliciter, ſed ea quæ Romę eſt legata intelligatur. dict. §. fin. l. nam quod liquide. ff. de pen. lega. ubi Bartol. nugas ſparſit ſuper relatiuo, & ſuper penu an ſit neutri uel maſculini generis. ſed ſecūdum Imo. in d. l. filiò præterito. ſenſus illius tex. eſt, quòd exceptio regulam declarat. præcedente enim oratione generali uel indefinita ſi ſequatur caſus exceptus cum certa qualitate talis qualitas illuminat generalitatem, eamque declerat & tempe rat. & iſtud eſt id quòd Imol. illum text. pro ſingulari adduxit in ſecundo reſponſo uidelicet, nō in primo. Ideò Corne. in conſil. cxcv. col. j. uolu. j. dicit Imol. in d. l. filio, ad hoc pro ſingulari illum text. allegare, quod exceptio declaret regulam, ut intelligatur ſecūdum terminos exceptionis: ex cuius qualitate datur intelligi de quo genere loquatur regula: ut etiam per Felin. in d. c. quoniam frequenter. in prin. in j. col. ut lit. non conteſt. & Dec. hic, col. ij. ad finem. & in conſi. cccccxx. col. ij. ubi poſt Alex. concludit conſtare principem, uoluiſſe tertio præiudicare, quando excipit aliquid particulariter, in quo noluit tertio præiudicare: in alijs enim non exceptuatis uidetur uoluiſſe iuri priuatorum derogare. Et licèt Felin. loco præallegato ad iſtud propoſitum alia quædā iura citet. labitur tamen & æquiuocat, cùm non probent exceptionem declarare regulam: ſed firmare & non ampliare. Cōfirmantur prædicta, quia ubi fit mentio de genere & ſpecie, ſimul genus per ſpeciem declaratur & reſtringitur. l. ſed & ſi adijciatur. ff. pro ſocio. cum ibi not. per Bartol. & dicam in l. in toto iure. infra eodē. & per d. §. final. l. nam quod liquidè. & prædicta, ſcribit not. Dec. in c. ſedes. col. final. de reſcript. quod quando genus præcedit, & ſequuntur ſpecies cum adiectione certi loci, reſtringitur genus ad locum expreſſum: ut uoluit Odra. in conſi. viij. Si enim legata fuerit omnis penus præter uina quod erat Romę, legatum reſtringitur ad penum quæ Romæ erat. confirmat per ſimilem text. in l. quæſitum. in §. j. ff. de legat. iij. iuncto ij. & ultimo reſponſo. dict. §. cum gloſſ. ubi teſtator legauit argentum omne, & ſuppellectilem, & quicquid habebat in prędio Semproniano. Id legatum ad ea quę in fundo Semproniano tantùm erant, reſtringitur: ideo ſubiungit ibi Decius cùm teſtator legaſſet uxori omnes res, pannos laneos, & lineos, & alias maſſarias domus: dicebam, inquit, in eo caſu qui

Senis

Senis occurrerat, quòd legatum intelligebatur de omnibus rebus domus.& non de alijs, quæ extrà domum fuiſſent:ut latiùs etiam apparet ex ſuo conſilio 92.faciunt, quæ ipſemet ſcripſit in conſil. 190. Probat igitur tex. in dicta l. quæſitum. in §.j.cum prædictis,quòd quemadmodum qualitas in exceptione poſita declarat regulam de quo genere,& in quibus terminis loquatur. §.fin.d.l.nam quod liquidè. ita etiá ſi appoſita fuerit in parte aliqua regulæ uel legati facti.Ex prædictis infertur ad aliam nota. quæſtionem.

33 † Quidam recognouit ſe tenere ab Epiſcopo Mutinenſi quicquid habet in ciuitate Mutinæ excepta tali domo:quæritur, an pro hoc uideatur recognouiſſe iuriſdictioné quá habet in homines dictæ ciuitatis? Et uidetur,quòd ſic:quia uerbú, quicquid,& uerbum,omne, ex uniuerſo ſumitur,& nihil excipitur.l.baliſta.& l.hęredes mei.in principio.ff. ad Trebel.& l.quicquid .ff. de uerborum obligatio.& l. qui omne dicit,nihil excludit.l.Iulianus.ff.de legat.iij.l.omnes.C. ſine cenſ. uel reliq.& l.ſi quis ſeruos omnes.ff.de legat.iij. Sed ad oppoſit. quòd dictis uerbis non comprehendatur iuriſdictio,& hoc ex ui exceptionis ſuadetur.Nam cùm excipiat unum corporale,domum ſcilicet,uidetur tacitè declarare ſe de ſolis corporalibus ſenſiſſe.pręalleg.§.fin.l. nam quod liquidè.uirtus enim exceptionis eſt duplex,eximire,extrahere, & uirtutem indefiniti,ſeu obſcuri ſermonis & pręcedentis diſpoſiti declarare.l. final.§.cui dulcia.ff.de uino,& oleo legat.quia pręcedentia declarantur per ſequentia, & econtrariò. Cum igitur iuriſdictio res incorporalis ſit,& id quod excipitur corporale, conſtare liquidò uidetur de iuriſdictione non fuiſſe intellectum. Item quia pręiudicium aliquod propter rei incertitudinem afferri non uidetur.l.certum.in prin.ff.de confeſ.ſecundum Oldra.Bal.autem in tit.de capit.qui cur.uend.col.v. & ſequé. dicit,non eſſe uerum uerba prędicta uniuerſalia eé ita incerta, quòd uitiare debeant.per d.§.fi.& l.rei appellatio.ſuprà tit proximo. ideò ſic diſtingui debere dicit:aut recognoui quicquid poſsideo,& non includitur iuriſdictio : quia eſſet trahere uerba ad ſignificatum improprium l.ſeruus.§.incorporales.ſ.de acqui. rerum domi. Aut recognoui quicquid habeo, & includitur iuriſdictio de proprio uerborum ſignificatu.ſequitur Iacob. de ſancto Georgio in tract.feu. in uerbo Dictique uaſalli promiſerunt recognoſcere. col.v.licèt Bald.corruptè & diminutè referat.Et ad declarationem.d.§. fin.l.nam quòd liquidè. dicit etiam Corne.licèt in ſono uerborum plura uerba effundat in authentica ex cauſa.col.7.& 8. C.de liberis pręte. quòd ibi ponitur regula, & exceptio, quę exceptio poſtea arctatur p adiectionem quandam, ſiue qualitatem,quę adaptari poteſt ad regulam, & ad exceptionem. Sed cur relatiuum,quod,ibi poſitum non magis referatur ad uinum neutri generis quá ad penú fœminini generis? Reſp.poſſe ad utrúque referri.& cú duo ſubſtantiua ad quę referí diuer

ſi

ſi generis ſint, ſe conformat cum ꝓximiori, ſecundum figuram generũ: de qua facit mentionẽ Bar. in l. Plautius. ff. de aur. & arg. lega. quæ in his terminis erit zeuma præcipuè, quia in d. §. fi. cum figura cõcurrit, quòd exceptio, & regula conformitatem inuicem habent, propterea conuenit, quòd ad utrunque referatur. Et ita ait, procedat illud uulgatũ, quòd exceptio declarat regulam. d. §. fin. non intelligas, ſubiungit ibi Corn. ſimpliciter, ſed, prout ex prædictis deprehenditur. Nam ſi relatiuum quod, ad penum referri non poſſet: non reſtringeretur regula illa per dictam exceptionem: ut ibi per glo. & Bar. facit etiam quod per §. fi. determinat Bald. not. in tractatu dot. fol. 2. col. j. Quantũ tamen† ad alios caſus, qui ſub regula non clauduntur, exceptio non dilatat, non extendit, nec ampliat regulam: ut omninò omnes prædicti caſus ſub illa ꝓ exceptione comprehendantur. nec facit ut regula extẽdatur ad ea, quę aliàs exceptione minimè facta ſub regula comprehenſa non fuiſſent. prꝫallega. §. ut autem lex. cum gloſſa l. Lucius. §. hęredibus. ubi Angelus, & Paulus de Caſtro nota. ff. ad Trebellianum. & eſt textus notabilis in l. generali. in §. uxori. ff. de uſu fructu legato, & ibi Bartolus tradit. nam in generali legato eorum, quę in domo ſunt, non ueniunt uenalia: quia iuris intellectu non cenſetur domi haberi, quę uenalia ſunt, licèt de facto in domo reperiant̃: ut ibi, & in l. ſi chorus. in §. j. & l. ſi ita legatum. ꝟ. de lega. iij. & l. Quintus. ff. de auro, & argento legato. Si igitur teſtator uſumfructum eorum quæ in domo ſunt, legauerit, nõ ueniunt lanæ uenales ibidem in domo repertæ. dicto §. uxori. Vnde exceptio ibi facta de argento, licèt, ut dictum eſt, regulam confirmet: non tamen ampliat, ut ſub generali illo legato res uenales includantur, quæ in tali legato aliâs non comprehendebantur. Cuius concluſionis ratio eſt. Quia exceptio fit ad reſtringendum regulam: ideò illam ampliare non debet, nec cõtrarium effectum operari. l. legata inutiliter. ff. de legatis primo. Et ultra ad hanc concluſionem accumulata per Felin. in dicto cap. quoniam frequẽter. in princi. & Deci. hic col. penul. & in dicto cap. cum dilecta. colum. ij. uide Bal. Ange. & Paul. de Caſt. in d. l. in his. ubi not. determinat quæſtionem. Statuto cauebatur, de omni inſtrumento continente ſummam centũ librarum ſolui debere gabellam, & regiſtrari, aliâs nullius ſit momenti excepto inſtrumento procuræ, id eſt procuratorij, ſiue mandati. Accidit de quodam legitimationis inſtrumento gabellam non fuiſſe ſolutam. dubitatum fuit utrum uigore prędicti ſtatuti dictum legitimationis inſtrumentum nullius eſſet roboris? Paul. de Caſt. dicit primã partem ſtatuti generalem eſſe, & regulam ponere de inſtrumentis continentibus certam quantitatem, uel rem ad quantitatem reducibilem: ſed legitimationis inſtrumentũ non eſt huiuſmodi: quia æſtimationem non recipit: ergo non comprehenditur ſub regula l. iiij. §. totiens. cum doctrina Barto. ff. de damn. infecto,

& tradit Deci.in conſil. 675. Sed re-
fragatur, quia exceptio de inſtrumẽ
to procuræ, quod æſtimationem nõ
recipit, loquitur: ergo ut bona ſit ex
ceptio, ſupplenda eſt regula, ut com
prehendat etiam inſtrumenta conti
nentia quid inæſtimabile, aliás non
eſſet de terminis regulæ. Oppoſitũ
determinat Pau. de Caſtr. pro uali-
ditate inſtrumenti legitimationis
prædictę: quia ſub regula ſtatuti hic
caſus nõ includitur. Nec obſtat, ꝙ
de exceptione dicebatur: quia & ſi
in caſibus nõ exceptuatis exceptio re
gulã firmet, eámque declaret, in qui
bus terminis loquatur: non tamen
ampliat, ut illa extendi faciat ultra
terminos eius: uerum potiùs dicen-
dum eſt exceptionem ineptam eſſe.
& ſequuntur cõmuniter doctor. in-
fra allega. Et ratio facilè aſsignari
poteſt: quia ſi èo caſu exceptio regu
lam ampliaret, & ultra terminos
eius extendi faceret, duo ſequeren-
tur abſurda: quod exceptio eſſet in-
epta, & pariter regula, quæ de re
æſtimabili loquitur, contra l. nam
abſurdum. ff. de bonis libe. & l. ra-
tas. C. de reſcindẽda uenditio. item
quod repugnantiã contrarietatem-
que in ſe contineret, contra l. ubi re
pugnantia. infrà eod. titul. Eſt au-
tem minùs inconueniens exceptio-
nem ineptam eſſe, quam quòd ſit
etiã inepta regula, repugnãtiamque
in ſe contineat, eligendum igitur
iſtud eſt. l. quotiens nihil. infrà eo-
dem. Aliam notabilem deciſionem
ponit Baldus in dict. l. in his. qui-
bus nonnullas addunt Seuerin. in
repetitio. l. omnes populi. columm.
lxxvij. & Felin. in dict. cap. quoniã
frequenter. in princ. in iij. colum. ſe-
quentes deciſiones Baldi & Pau-
li de Caſtro pręalleg. Et ſubiun-
35 gunt, quod † ſicuti exceptio regulã
nõ ampliat, ita clauſula non obſtan
tibus &c. gratiam firmat, nõ autem
ampliat. clemẽ. j. §. ad hæc. cum ibi
nota. de præbend. quodque ſicuti
exceptio regulam non extendit: ita
nec ſignificatum regulæ in non ex-
ceptuatis. exempli gratia, Statuto
ciuitatis Peruſinę cauebatur, quòd
exceptis nobilibus ciuitatis omnes
artifices poſſent de prioribus conſti
tui. nunquid artifices ciuitatis de
prioribus eſſe poterunt? Videbatur
quod non: quia exceptionis locus
regulę locũ arctat. §. fina. dict. l. nam
quod liquidè. Contrarium determi
nant Baldus, Seuerinus & Felin. prę
allega. argum. l. hęc oratio. ff. ſi liber
tus ingen. eſſe dica. ubi loquens Iu-
riſc. de oratione generali prohibi-
tiua eam dicit, nullam cauſam aut
perſonam excipere. quicquid enim
non excipitur, ſub iudicio regulæ
remanet. l. Titię textores. ff. de lega
tis j. & ad propoſitũ alias quaſdam
deciſiones per prædicta ponunt Ale
xand. in conſil. cvi. colum. ii. libr. v.
Aretin. conſil. viii. columm. final. &
conſil. xxx. colum. iiii. cuius tamen
dicta latius ſtatim examinabimus.
Corne. in conſil. 57. libr. i. & Decius
in conſil. xl. & xliiii. colum. ii.
* *Et quòd exceptio non faciat, ut in
regula cõprehendatur caſus qui ſub
illa non comprehenderetur, ſi exce
ptio facta non fuiſſit, ponit plene
Ruin. in conſil. 23. & 93. lib. 1. & 18.
lib. 2. & 119. in eod. & 71. & 171. lib.
3. & 127. lib. 4. & 60. uol. 5. & Pariſ.
conſ.

conſi.67.uolum.2.ubi ponit duas limitationes in quibus exceptio ampliat.] In legato igitur de omnibus rebus,quæ in tali d omo ſunt alicui facto, nõ comprehenduntur uenalia:quia iuris intellectu non cenſentur domi eſſe, ſed de facto, & caſu quodam dicto §.uxori. quem Lancelottus.Decius ibi dupliciter limitat. Primò quando præter uenalia nihil in domo fuiſſet. facit quod dicimus de regalibus, quæ licet in generali conceſsione non ueniant: ſecùs tamen eſt quando princeps in loco quem cõcedit non haberet niſi regalia.argumen.l.fundus qui locatus.ff.de fund.inſtr. ut poſt alios tradit Aquen.in titu.qni feud.dare poſſunt.col.ij. Limitat etiam ſecundo in legato facto per patrem filio, quando patrimonium eſſet ita amplum,quòd per hoc præiudicaretur hæredibus:ut ibi per eum.Item, & tertiò ex mente, & uerbis Bart. ibidem,quando teſtator legans dixiſſet ſe relinquere omnia bona, quæ ĩ tali domo ſunt, quoquomodò ibi ſint:tunc enim includerentur uenalia.Hinc etiam dicit Corn. in conſi.57.libr.j. quòd exceptio regulam firmat in caſibus non exceptuatis,& ampliat, ut comprehendat ex mente diſponentis ea, quæ aliàs non cõprehendiſſet,ne inepta ſit exceptio. & reſpondet ad §.uxori.illud procedere ubi eſt in iure determinatum, quòd ſub uerbis id non includitur: ſecùs eſſe dicit,ubi uerba ambigua, & generalia eſſent: ut ibi per eum. faciunt,quæ ſcribit Pariſius in conſilio 57. columna final.libro.ij. Vel meliùs intellige,ut ſtatim dicam in uerſiculo meliùs dici poteſt. Item ubi exceptio fuiſſet de re uenali, quæ aliàs in legato non comprehẽditur, uirtute exceptionis regula legati generalis,etiam ad res uenales extenderetur: ut congrua ſit exceptio,& aliquid operetur. argumento l.ſi quando .ff.de legatis primo, ut per Alexandrum in conſil. ccxv. incipiẽ. Nec arguendi.colum.viij. uerſi.decimò conſidero.libro.ij. & Decius hic colum. penultim.& in conſilio ccclxxxj.colum.ij. ubi ſcribit non procedere dict.§.uxori.quãdo conſtat de uoluntate teſtatoris, quòd ueniant etiam uenalia, præſertim per textum in l. ſeruos.in §. final.ff.de lega.iij.ubi ſerui uenales in legato non ueniunt,niſi ſic fuerit euidens uolũtas teſtatoris etiam de his ſentientis. Reprehendit etiam Lancelottus Decius in dic.§.uxori. Iacob de Are. qui dixerat in obligatione omnium bonorum non uenire uenalia. oppoſitum enim uerius eſt,ubi ſimpliciter legauit quis omnia bona:cum dictio,'omnia,nõ reſtringatur.l.Iulianus.ff. de lega.iij. ſecus ſi addatur locus,puta, quæ in tali domo ſunt: ita intelligitur, & procedit.§.uxori.conferunt ad propoſitum, quæ ſcribit Moderni de Fano in tractatu de pignor.folio.6. quæ omnia notab.ſunt ad intelligẽtiam, & ornamentum prædicti.§. uxori. Et † concluſio ſuperiùs firmata de exceptione, quæ non
36 ampliat neque extendit regulam ultra terminos eius,ſanè intelligenda eſt: ut procedat quando fit exceptio de eo,quod continetur in regula: cùm exceptio tunc ſatis operetur reſtringendo

gédo regulã dict.§. uxori.ſecùs ſi ex
ceptio fuerit de eo, quod in regula
non comprehendebatur:tunc.n.an
exceptio ſuperflua inutiliſque red-
datur, intelligitur ampliare regulã
ſecundum qualitatem ipſius excep-
tionis.Exempli gratia. Si conſtituo
ꝓcuratorem generaliter ad omnia,
non comprehenduntur, quæ ſpecia
le mandatum exigunt. cap. qui ad
agendum. de procurator. libro. vj.
ſed ſi conſtituerem procuratorẽ ad
omnia,excepto, quòd iuramentum
deferre non poſsit, ſicque unum ca
ſum excipio de requirentibus ſpe-
ciale mandatum:talis exceptio regu
lam declarat, & ampliat, ut etiam
includantur alia quæ mandatũ exi
gunt ſpeciale:ut poſt Lapum & Ge
minianum in dicto cap. qui ad agẽ
dum.concludunt Alexand.& alij in
l.ſi,ff.quod quiſque iur. Ex quo.n.
exceqtio aliâs inepta eſſet, niſi regu
la intelligeretur generaliter, ac in re
quirentibus ſpeciale mandatum,&
uerba regulæ non repugnent: quia
generalia ſunt,& de ſui natura apta
quò ad ſonum uerborum cũcta cõ-
prehendere, & requirentia ſpeciale
mandatum,puta,ampliatur tunc,&
extenditur regula, ut omnia inclu-
dat etiam,quæ ſpeciale exigunt mã
datur;ſecùs ſi uerba regulæ repugna
rent penitusque refragarentur:quia
tunc regula per exceptionem non
ampliatur, neque extenditur: ſed
potiùs inepta iudicatur & reiicitur:
ut declarat Paulus de Caſtro in di-
cta l.in his. quem in ſuperioribus
retuli. & hoc modo ſecundum De-
cium hîc colum.penultim.& in di-
cto cap. cùm dilecta. columñ.ij. &
iij. concordari poſſunt multa ſcri-
bentium dicta, quę inter ſe contra-
ria uidebantur. Meliùs dici poteſt
iſto caſu non ampliari, nec extendi
regulam:ut retulit Decius & pręal-
leg.dicere, ſed regulam, & genera-
lem concluſionem declarari per ex-
ceptionem, ut intelligatur iſto caſu
generaliter ꝓut uerba ſonant, etiã
in requirentibus ſpeciale mandatũ:
& in his quæ aliâs ſine expreſsione
exceptionis non fuiſſent in regula
comprehenſa ex ueriſimili diſponẽ
tis mente ac iuris cenſura.argumen
to dicti §.fina.l.nam quod liquidẽ.
& eorum quę ſcribit Corneus in cõ
ſilio.lvij.libr.j. Et poſtquàm hoc
ſcripſi,inueni quòd Decius infra in
principio ultim.colum. melius con
ſiderans,quàm in ſuperioribus fece
rat,iſtud uoluit,quando tamen ex-
ceptio nihil reperit quòd excipiat,
nihil operatur.l. in lege.ff.de cõtra-
henda emptione. Angelus in.l.cer-
to.ff.de ſeruitutibus ruſticorũ præ-
diorum,unde legatum prædij exce-
ptis uineis,ſi uineæ nullę erunt, ui-
neas non comprehendit, ut ibi, &
l.ſi quis legauerit.ff.de legatis.j. &
ratio manifeſtã uidetur,quia ſi non
ſunt,comprehendi non poſſunt: cũ
non entis nullę ſint qualitates.l.
eius qui in prouincia.ff. ſi certum
petatur. Et retenta cõcluſione præ
dicta ac reſolutione, dubia (ut in-
quit Decius in dict.cap. cùm dile-
cta.colum.iij.& latiùs hic colum.pe
nultim.& fina.) redditur deciſio Pe
tri de Anch.in.c.ij. de officio uica-
37 rii.lib.vj.uolentis,†quòd ſi Epiſco-
pus conceſſerit uicario,ut poſsit om
nia quę Epiſcopus ipſe poteſt, exce-
pta

pta collatione beneficiorum : quòd non poterit facere alia Epiſcopo reſeruata. ſequitur Felinus in dict. ca. quoniam frequenter, in princip. & Aretinus in conſil. viii. circa finem. inducendo ſubtiliter textum in l. ſi. ff. quod quiſque iuris, ſecundum unam ſolutionem gloſſ. j. per quam patet, quòd licèt lex uel ſtatutum puniat delictum, excipiendo unum caſum per quem à pęna eximitur, quia in dolo non eſt : per hoc non ſequitur, dicit Aretin. quòd in aliis caſibus ſtatutum comprehendat non doloſum. cùm enim (ut inquit hic Decius) exceptio facta ſit de collatione beneficiorum, quę de reſeruatis Epiſcopo exiſtit. cap. fina. de officio uicarii. in vi. talis exceptio regulam ampliare uidetur ad alia omnia quę Epiſcopo reſeruata ſunt. uel melius, ut dixi, declarare ut omnia comprehendat ex mente diſponentis : quia uerba regulę non repugnãt: imò cõueniunt dum dicitur omnia conceſſiſſe. Quando enim conueniunt uerba & reſtringuntur ob ueriſimilem mentem diſponentis: ut in dicto ca. qui ad agendum. & in dict. ca. final. de officio uicarii. excipiaturque caſus in quo ſpecialis exigatur prouiſio ex tali exceptione mens diſponẽtis cognoſcitur : ideò uerba generalia, generaliter intelliguntur, quemadmodum ſonant. neque iſto caſu ampliatur regula, ſed potius dicendum eſt uerba generalia non reſtringi: ſecundum Dec. hic, col. ſi. & in d. c. cum dilecta. col. iii. & Pariſium in conſil. ſ. allegato, & conſequenter Deci. hic melius ſentiens, quàm in ſuperioribus, poſuit cõcluſionẽ quã ſuprà dixi in uerſic. melius dici poteſt. Mod. Papien. in d. l. final. quod quiſque iur. poſt Felin. in d. c. quoniam frequenter. & alios ibi citatos contrarium tenent, quòd alii caſus uidelicet ſpeciale mandatum & cõmiſsionem in ſpecie exigentes, non includuntur ſub regula uel diſpoſitione generali, quamuis facta fuerit exceptio unius caſus ex requirentibus ſpeciale mandatum : quia exceptio regulam ad caſus qui ſub ea nõ comprehenduntur, non extendit: allegant quędam, ſed latiùs dictũ fuit in ſuperioribus. adde Phil. Franc. in c. qui ad agendum. in §. i. pręalleg. contra Lapum & Geminia. tenentẽ in commiſſione Epiſcopi uicario facta, ut poſſit omnia, quę poteſt Epiſcopus excepta collatione beneficiorum, quòd alia Epiſcopo reſeruata peragere, expedireque nequeat, per regulam prędictam: quòd & ſi exceptio firmet regulam in caſibus non exceptuatis, non tamen operatur incluſionem caſuum, qui de natura regulæ non includerentur, dicto §. uxori. Sed non eſt recedendum à prædicta diſtinctione, & ab opinione ſuperiùs firmata, quę communis eſt, in iudicandoque & conſulendo tenenda: ut per Alex. Iaſ. & Aquen. in dicta l. finali, quod quiſque iuris. & Iaſo. in l. nummis. colum. iii. ff. de in litem iur. ſequitur Chaſſanæus Vltramontanus in conſilio ſuo iii. per rationem Aretin. & Iaſon. ſuprà al-
38 leg. quòd licèt ſummus Pontifex in generali confirmatione priuilegiorum non intelligatur confirmare priuilegia contra ius : ſi tamen unum contra ius excipere, in-

telligeretur omnia alia priuilegia, quæ contra ius ſunt, confirmare: ad hoc ut exceptio ſit bona. per text. in l. tribunus. in §. j. ff. de militari teſtamento. Vt enim dicunt Alexa. Iaſo. & alij præallegati, niſi talis exceptio operaretur incluſionem omnium caſuum requirentium aliâs, ſpeciale mandatum ſub regula, ipſa exceptio non eſſet de regula, ut eſſe debet, inutiliſque & ſuperuacua redderetur: cùm tamen fieri debeat interpretatio, ut actus ualeat, & uerba aliquid operentur. l. quoties in ſtipulationibus. ff. de uerborũ obligationi. l. ſi quãdo. ff. de lega. j. cum ibi nota. idem uoluit in præallegato conſi. xxx. colum. iiij. quòd exceptio debeat eſſe de regula, & declaret illam in caſibus non exceptuatis, aliâs ſequeretur abſurdum, dicit, quòd exceptio ſuperflua eſſet. & eadem ratione poſt Anchara. uoluit quòd faciat includi caſus quos aliàs regula non comprehenderet, ne ſuperflua reddatur exceptio ipſa. Et hanc opinionem tenuit etiam ipſe Anchar. ſibi contrarius in rubr. extra de reg. iur. in vj. in iiij. quæſtio. ſecundum quod refert Alexand. in d. l. fin. Addas etiam pro hac parte, & ſic patebit reſponſum ad fundamentũ Moder. Pap. & aliorum oppoſitum tenentium, quòd hoc caſu, & ſimilibus per exceptionem nõ ampliatur nec extenditur regula, ſed declaratur: ut uerba generalia regulæ uel diſpoſitionis generaliter intelligantur, ut ſonant, talemque fuiſſe proferentis & diſponentis mentem. quod nota. Supereſt modò reſpondere argu. Aret. in dicto conſi. viij. circa fin. de l. fin. cum gloſſ. ff. quod quiſque iuris. ubi patet, quod licèt lex uel ſtatutũ delictum puniat, & unũ excipiat caſum per quem eximitur à pœna, qui non eſt in dolo, per hoc non ſequitur quòd in alijs caſibus ſtatutum comprehendat non doloſum. quam inductionem de textu illo pulchram dixit Felin. in d. c. quoniam frequenter. in ij. colum. Sed reſpondeo quòd in terminis prædictarum quæſtionum uerba non refragantur, nec repugnant, in ſuique generalitate apta ſunt omnes caſus comprehendere: ideò nimirum ſi per exceptionem mens & intentio diſponentis declaratur, ut regula & concluſio generaliter intelligatur, & comprehendat omnes alios caſus conſimilis rationis, & ita includit, ut latiùs in ſuperioribus dictũ fuit: ſed in terminis argumenti facti per Aretin. repugnaret lex & ratio.

39 † Quia in delictis maximè ubi imponitur corporalis pœna, dolus requiritur: ut per Alex. in conſil. cix. ponderatis. colum. iiij. lib. 1. & Modern. Papienſes in d. l. fin. ad finem, ideò nimirùm ſi dolus exigitur, & conſequenter termini diſpares ſunt: unde ex diuerſis malè infertur. l. Papinianus exuli. ff. de minori. & illud eſt in effectu quod poſt gloſſ. dixit Alexã. in d. l. fin. quòd uirtute exceptionis nunquàm ampliatur regula, ſi correctio iuris ſequeretur: prout neceſſario contingeret dato argumento Aret. pro bono & ualido. Et conſequenter ne ſequatur correctio iuris & abſurdum, exceptio non ampliat concluſionem: ut hic etiam per Decium colum. fin. ſeu melius non

operatur effectum declarationi de
qua dictum eſt ſuprà referendo La
pum, Gemini.& Anchar.

Concluſionē uerò & declaratiò-
nem prædictam dupliciter reſtrin-
git Aquen.in d.l.fin. ſed mihi parū
placet: quando uerò expreſſa no-
minatim eſſent aliqua exigentia ſpe
cialem expreſsionem, & inde ſubie-
cta generalis clauſula, omnia iura
&c.omnia comprehenderentur, per
ea quæ ſcribunt doct: quòd licèt in
generali conceſsione nō ueniunt re
galia: tamē ſi princeps aliqua ex eis
nominatim cōceſsiſſet, inde ſubiun
xiſſet generalem clauſulam, omnia
iura &c. tunc ueniunt etiā regalia:
ut per Felin. in c.quæ in eccleſiarū.
de conſtitut.& Aquen. in Specu.de
feud.in titu.qui feud. dare poſſ.co-
lum.ij. Ex prædictis nonnullæ con-
cluſiones colliguntur. Prima eſt, ꝙ
licèt exceptio non ſit de officio regu
læ, ſed contra regulam: tamen eſſe
debet de terminis regulæ, aliâs non
eſt bona, ſed inepta & ſuperflua. Se-
cunda, quòd exceptio regulam con-
firmat in caſibus non exceptuatis,
per rationes prædictas. Tertia, ꝙ
exceptio regulā declarat in quibus
terminis loquatur, facitque ut in-
telligatur ſecundum terminos exce-
ptionis, ex cuius qualitate de quo
genere loquatur, regula colligitur
§.fin.d.l.nam quod liquidè. Et hoc
quando uerba regulæ ſeu concluſio
nis non repugnant, nec refragātur,
ſed generalia ſunt & intelligentiam
talem patiuntur: aliâs ſecus. potiùs
enim tunc uitiatur exceptio, & ſu-
perflua ineptaque, ut dixi, reputa-
tur. Quarta concluſio. Exceptio
nunquàm ampliat nec extendit re-
gulam, ut ſub regula comprehendi
faciat ea, quæ aliàs non facta exce-
ptione ſaltem in generalitate & ſo-
no uerborum non fuiſſent compre-
henſa: quia inducta ad diminutio-
nem, non debent operari augmen-
tum. & una eademque res contra-
rios effectus operari non debet, ut
in ſuperioribus dictum fuit. Viden-
40 dum quoque eſt † pro complemen
to præſentis materiæ: utrum quem-
admodum limitatur nō procedere
regulam in caſibus exceptuatis, ut
dictum eſt, pariformiter dicendum
ſit non habere locum in caſibus ſi-
milibus exceptuatis: ſicque exceptio
facta in aliquo caſu ad ſimiles porri
gatur? Pro intelligentia & enuclea-
tione præſentis articuli nonnulli ca
ſus diſcutiendi ſunt. aliquādo enim
caſus exceptis ſimiles per alia iura
includuntur, & indubitati iuris eſt
tales caſus non exludi. ſecundū De-
cium hîc col.fin. per text.in §. quan
quam c. poſt tranſlationem. de re-
nunt.& in d.c.cum dilecta.ubi Ca-
non.not.& eſt etiam text.in d.l.fin.
ubi Alexand. Aquen. & alij not.ff.
quod quiſque iur. aliâs ſequeretur
iuris correctio, quod eſt abſonum,
ut per eos. facit text. cap. in noſtra.
de ſepultu.cum nota. per Abbatem
licèt .n. priuilegiū de quo ibi ſuper
electione liberę ſepulturę ſolū exci-
piat interdictos & excōmunicatos,
non per hoc firmatur regula cōceſ-
ſionis ut poſsint ibi ſepeliri impube
res: quia per alia iura prohibetur il-
lis electio ſepulturę: ut ibi per gloſ.
& Felin.in d.c.quoniam frequēter.
ad finē primæ col. faciunt quæ ſcri-

bit idem Felin.in cap. nõne de præſumptio.& glo.nota.in l.j.C.de cõdict.indebit.dicens,ꝙ poſitio unius exceptionis non remouet alias exceptiones in iure expreſſas. quã gloſſ. dicit nota.Bal. ibi in ultim.colum. colligens ex ea, ꝙ exceptio limitat regulam,ſed non limitat alias exceptiones.Et prędicta procedunt etiã, quòd per dictionem taxatiuam,tãtum, aut duntaxat, facta eſſet exceptio : quia propter hoc non tolluntur aliæ exceptiones comprehenſæ per alia iura, quia ſic corrigerentur dicta iura , quod dicendum non eſt l.ob æs.cum gloſſ.C.de pręd.minorum.cum alijs hic adductis per Decium & in dicto cap. cum dilecta.& Felin. loco præallegato , column.ij. Alexan. Aquen. & alios in d.l.fina. Alexan.conſil.cxxx.incipien. in cauſa.colum .iij.uerſicu.nec obſtar.uolum.iiij. ubi ampliat etiam , ꝙ uerba taxatiua geminata fuiſſent . faciunt quę ſcribit Aquen.in præallegat.titul. qui feudum dare poſſunt. colum.ij.in vj.limitat. Plura etiam ad prædictum propoſitum congerunt Decius in conſil.cli.colum.iiij. & cclxxxiiij.colum.ij.&.iij.& conſil. dcxcvij. & dcxcix. & Francisc. Ripa in repet.l.fin.C.de reuocan. donat. queſt.xlj.colum. penult. & final. & quemadmodum diximus hunc caſum pro indubitato doctor. habet.

41 † Maius dubium eſt,quando alii caſus per alia iura non includuntur, utrum exceptio facta in unũ caſum ad ſimilem porrigatur per uiam extenſionis ? Felin.in dict.cap.quoniã frequenter,colu.j. & ij. de hoc puncto nihil dicit. Si exceptio facta fuerit taxatiuè uidetur ꝙ ad alios caſus non extendatur : quia dictiones taxatiuæ excludunt omnes alios caſus de proprietate ſermonis.l. qui aliena.§.libertos.ff.de neg. geſtis. & C. de contratabu.l.j.cũ ibi nota.ita cõcludit Decius hic circa finem commenti alia quædam adducens.Confirmari poteſt ex notat.per Baldum & Modern. in authen. quas actiones.C.de ſacroſanct. eccleſi. ubi regulam dant,ꝙ taxatiua impedit extenſionem: & ꝙ ex identitate rationis extenſio licita nõ eſt, ubi lex taxatiuè loquitur. per textum in l.ij. cum gloſſ.C.de patrib.qui filios diſtraxer.Sed caue,quia lex illa ſecunda loquitur in odioſis,in quibus nõ fit extenſio . Bartolus & Iaſo. in l.ſi conſtante. in.v. & ult. quæſt.gloſſ. ff.ſoluto matri. Sed miror ꝙ Decius ita leuiter tranſeat,& oppoſitũ eius, quòd ipſe ſcribit, ueritate iuuatur quòd ad caſum expreſſo ſimilem ex paritate uel maioritate rationis per miſſa eſt extẽſio in lege uel ſtatuto, non obſtantibus dictionibus taxatiuis in eis appoſitis in materia pia, aut fauorabili:imò in odioſa pœnali limitatoria ac correctoria, quãdo ratio eſt ſcripta aut expreſſa in legẽ uel ſtatuto:ut per Iaſo.in d.l.ſi conſtante.colu. xiij.& ſequentibus,ubi Crotus chat.vij.& viij.ff.ſolu.matrim.Felin.in c.lator,extra de homicid.& Deci.in conſi.clj. colu. iiij.& in conſi.cclxxxiiij. colum.ij.& iij.& in conſil. dcxcvii. & dcxcix. Barba. in cap.fin.de donatio.Curt. Iunior in conſil.lix. colum.ii.

* *Ruin.conſil.74. lib.1.& conſil.24. libro. 4.] & Ripa in repeti. d.l.fin C.de.

C.de reuocand.donat. in xli. quęſt. ubi hanc opinionem cõmunem eſſe teſtantur,&ab eadem in iudicando & conſulendo nequaquàm recedendum. Quandoque ubi in lege uel ſtatuto ratio expreſſa eſt,non dicitur extenſio illa quæ ſit ex eadem ratione:ſed intẽtio,ſeu comprehenſio & propria diſpoſitio.l. cùm mulier.ff.ſolut. matrim. quando enim in pluribus caſibus eadem eſt ratio, omnes caſus illa decidit, dicunt, nõ per extenſionem, ſed cõprehenſiuè: quia ſicut genus comprehendit ſpecies, ſic generalis ratio diuerſas ſpecies emergentium caſuum includit. per doctrinã Baldi in l. de quibus. colum.vi.ſuprà de legib. Et ubi ſubeſt maior ratio uel cauſa, eadẽ ſubeſſe dicitur:quia comparatiuum relinquit poſitiuum in ſuo termino: ut per ſcribentes præallegatos: faciliusque ſit extenſio de caſu ad caſum, quàm de perſona ad perſonã: ut poſt Aretin.ſcribit Deci.in conſi. pręallega. preſertim permittitur dicta extenſio in pœnali etiam odioſaque materia,quãdo diſpoſitio redderetur eluſoria, ſi non extenderetur.argu.l.fin.ff. ne quid in loco publ. & ſi prætor.ff.de iudic. cũ ſimilib. ut per Mathæſil. in ſuo tractat.extenſionum. colum. penult.& Curt. Iuniorẽ in conſi.lix. colum.i. Sinautem exceptio ſimpliciter facta ſit,tunc ſecundum Dec.uidetur procedere prædicta concluſio, ꝙ ad ſimiles caſus porrigatur. ſed quia materia extenſionis profunda eſt, hoc altiorem poſtularet indaginem, inquit,Deci.eodem modo perſunctoriè tranſit Felin.in capitu.quoniam frequenter. in.ii. columm. nihil firmans.ſed latius tetigit in capitul.lator. de homicidio. dum refert Car-
42 din.dicentem ✝ſtatuto diſponente, quod omnis qui occidit,occidatur: niſi ſe defendendo fecerit, ſi tamen culpa leui, aut lata caſualiter quis occiderit, non occidetur. ſic conſuluiſſe ſe dicit in fauorem cuiuſdam, qui uolens ramos piſcationem impedientes incidere, focium ſine dolo occiderat,ſequuntur ibi Ioan. de Ana. & Feli. quia tale ſtatutum caſum unũ ſolummodò excipiens interpretari nihilominus debet ſecundum ius cõmune, per quod non punitur homicida pœna mortis, niſi dolo hoc fecerit, neque ſufficit lata culpa.l. in lege. ff. de ſicar. ut not. Bald. in l.data opera. colum.vi. C. qui accuſa. & in l. quid ergo. in.§. pœna grauior.ff.de infam. Nec obſtat,dicunt, quòd exceptio facta in uno caſu regulam firmet in aliis nõ exceptuatis, Quia reſpon.uerum eſſe in caſibus diſsimilibus: nõ autem in ſimilibus:quia etiam lex taxatiuè loquens per dictionem tantummodò, uel duntaxat, extenditur ad caſum paris uel maioris rationis: ut per eum & dixit in ſuperioribus.Dicit etiam Aquen. in d.l.fin.ff.quod quiſque iur. diſtinguendum eſſe,an materia ſit fauorabilis, uel odioſa, aut mixta,& an ſimus in diſpoſitione hominis uel legis,aut ſtatuti, loquitur tamen remiſsiuè.nec mirum quia materia extenſionis lata eſt & periculoſa: ideò Alexand. in dict.l. ſi conſtante. column. iiii. dixit uix in lectionibus decem expediri poſſe. de qua latè ſcribunt docto. in l.

ſi uerò.in §.de uiro.ff.ſolu.matr.& latius Matheſi.in ſuo tracta. de extenſione.Sed quemadmodum in ſuperioribus diximus, ex identitate, uel maioritate rationis extenſio fit ad caſum exceptuato ſimilem, etiã in odioſis,& pœnalibus. & ſi ratio expreſſa,& ſcripta ſit in lege, fit extenſio etiamin materia limitatoria, & correctoria, non obſtante taxatiuã in exceptione apposita. Fortius igitur quando ſimpliciter,& ſine taxatiua facta fuit exceptio. de qua tamen materia uide ſcribentes in dicta l.ſi conſtante. Alexand.* in l.certi conditio.in §.ſi nummos.colum.j.ſupra ſi cert.peta. eundem Alex. & Moder.in l.ij.ff.de leg.j.& Balb. in tractat.præſcrip.ſol.j. colum.iij.

43 Nunquid autem † præſcriptio extẽdi poſsit de uno caſu ad alium, ponunt Feli. & Mode.in cap. auditis. de præſcriptio. & Balb. in tractatu præſcrip.loco præallegato. Et pariter an conſuetudo de uno caſu ad alium extendi poſsit, latè Butri. & alij maximè Roch. de Curte in repetitione capituli final. de conſuetudine, in duodecima char. cum ſequen. ubi de materia extẽſionis plura ſcribit. Et iſta ſufficiant pro dote & ornamento iſtius primæ regulę.

## SVMMARIVM.

1 *Fœmina dicitur à fœtu, ideſt partu.*

2 *Dictio, uel, quomodò accipiatur.*

3 *Fœmina eſt remota ab omnibus officijs ciuilibus, quæ ſunt tamen uirilia. Et quæ ſint rationes. Fallit nu mero. 4.*

5 *Fœmina non poteſt magiſtratum gerere. Nec eſſe procuratrix, poſtulare, uel pro alio fideiubere. numero ſexto.*

7 *Fœmina Iudæa tutelam Iudæi adminiſtrare poteſt.*

8 *Fœmina tripliciter exceditur à uiro.*

9 *Fœmina omnis eſt bona regulariter. Et triſtatur in morte maritorum, ſiue ſenem, ſiue iuuenem habeat.*

10 *Fœmina citius fit uiripotens, quàm uir. Et quæ ſit ratio.*

## L. II. VLPIANVS.

FOEMINAE ab omnibus officijs ciuilibus, uel publicis remotæ ſunt: & ideò nec iudices eſſe poſſunt: nec magiſtratum gerere: nec poſtulare: nec pro alio interuenire: nec procuratrices exiſtere.

DIVIDITVR principiũ iſtius legis in duas partes. In prima ponit regulam: in ſecunda quæ eſt ibi, & ideò. illationem. Sumitur hæc regula ex legibus per gl. hîc allegatis. In tex.ibi, fœminæ ſecundum Grãmaticos

1 † fœmina à fœtu ideſt partu dicta eſt. In eodem tex.ibi, ciuilibus,

2 uel publicis. aliquit accipiunt, uel, pro ſeu: ut probari uidetur in §.fi. l.fin.ff.de munerib. & honor. quæ intelligentia non uidetur bona: cũ Iuriſconſultus ex dictis uerbis illationem faciat ad officia tàm priuata quàm publica: non ſumuntur ergo pro eodem. Deci. hic tenet diſiũctiuam uel, poni tanquàm inter genus

aus & ſpeciem: ut in rub.C. de ſerui.& aqua. Quæ declaratio uidetur probari per finem iſtius legis ibi, impuberes ab omnibus officiis ciuilibus abſtinere debent. de publicis non facit mentionem, ex quo inſinuatur, ſignificaturque appellatione ciuilium contineri. ad idem l.j. ff.ad Velleia. quæ ſimpliciter dicit, ciuilia officia fœminis eſſe adempta. & pondera quòd eſt creatura Vlpiani ſicuti,& noſtra.

3 Nota igitur, † fœminas debere eſſe remotas ab omnibus officiis ciuilibus, intellige de uirilibus nô de aliis: ut per Abba.in c.dilecti.de arbi.& ideò iudices, ſubiungit textus nequeunt eſſe. hocque contingit, non quia iudicium non habeant: ſed quia moribus, & conſuetudine ita receptum eſt.l.cùm prætor.§.fi. ff.de iudi. quæ quidem conſuetudo introducta eſt propter honeſtatem, ne uirilibus officiis implicentur: ſecũdum Abb.in dict.c.dilecti. Mihi autem uidetur optimè conuenire, & quadrare quatuor rationes aſsignatas per Bald.in l.quoties.col.penul.C.de ſuis & leg. cur regulariter in feudo fœmina non ſuccedat. Primò propter honeſtatem, quę nô patitur, ut fœminæ uirorum cœtui ſe immiſceant. Secundò, propter fragilitatem conſilij, & lubrica uota: cùm ter mutetur in hora. Quartò, ratione periculi: quia ſub ſecreto rẽ tenere non poſſunt: quibus rationibus prædictam conſuetudinem ueſtiri potuiſſe liquet.

4 Vnde † ſtante conſuetudine contraria, aliud eſſet: aut ſi ex priuilegio principis id facere permitteretur: aut iure hæreditario hoc ſibi cõpeteret: Dec.hîc: Abbas & alij.in dict.c.dilecti. & in.c. ſignificauit.de reſcri.& Fel. in.c.dilecta.de maio.& obe.& licèt mulier principaliter iuriſdictionẽ habere nô poſsit, illã habere poterit in cõſequentiã ſuperioritatis, uel dignitatis aut ſucceſſionis. uno enim conceſſo oĩa alia ad illud cõſecutiua, cõceſſa uidẽtur. Imò quod plus eſt, mulier regnum obtinere poteſt.c. cum deuotiſsimam.ubi Archi.not.xij.q.ij. ut ſcribit Cor.in cõſ.16.ad fi.uol.j. Cui ſententiæ adſtipulatur Alex.cõſi.24.col.iij.lib.j.latiùs tradit Curt. in tract.feu. fol.23. in viij.limita.de regno Siciliæ, in quo ex conſuetudine non exiſtentibus maſculis ſuccedit fœmina.& pondera ex conſuetudine dictum.nam de iure communi in iſtis dignitatibus feudalibus fœmina non ſuccedit, niſi aliud ſit in cõceſsione actum, & expreſſum. Abb.in d.c.ſignificauit.omnes in titu.qui feud. da.poſſ.in §.hoc autem notandũm.per illum tex. & Dec.ſæpè, maximè in conſil.269.390.468. 498.516.colum.vj.& conſ.ſeq.

5 Nec † etiam magiſtratũ gerere poſſunt, ſubdit hîc tex.quod de ordinario intellige, ut à præcedenti differat. ad hoc textus notab.cum gloſſ.in l.quidam conſulebat.ff.de re iudi. Capi etiam poteſt pro officio publico: cõcordat text.in §. corporalia.l.iij.ff. de mune. & hono. Corporalia, inquit, munera fœminis ipſe ſexus denegat, quò minus honores, uel munera iniungãtur. huic membro accommodabiles etiam ſunt rationes ſuprà adductæ.

6 † Nec etiam, ſubdit Iuriſconſultus, ꝓcuratoris officium aſſumere

aſſumere aut poſtulare:uel pro alio intercedere poſſunt.ad primum dictum ultra alleg.per Dec.facit text. not.in l.j.ff.ad Velleian.ſicut moribus,ait, ciuilia officia fœminis adépta ſunt: ita multò magis adimẽdū eis fuit officium, in quo non ſolùm opera nudumque miniſterium uerſatur,ſed etiam periculum rei familiaris:limitando, ut ibi per ſcriben. & hic per Deci.tractantem in quibus deterior ſit fœminarum, quàm maſculorum cōditio: in quibus melior:& in quibus equalis: et an maſculinum concipiat fœmininū. quę res magis laborioſa fuit,quàm ſubtilis, ut in ſimili dicit gl. in l.j.ff.de ſolut.infinita.n.addi, ſcribique poſſent ex repertoriis,& conſiliis,doct. in uerbo fœmina, & in uerbo mulier,collecta. quædam etiam ponit Barb.lib.j.in conſi.xxv.concludens
7 †mulierem Iudæā, Iudæi tutelā adminiſtrare poſſe. Item fœmina non procreat ſibi agnatos. Sicut.n.principia generationis magis attribuuntur patri tanquā formæ perfectiori, & nobiliori:ita iura genitorum efficaciùs patri attribuuntur, & iura familiæ,quæ agnatio uocatur: unde non mulier,ſed maſculus domū facit,& cognominat:quia ipſa nō eſt caput familiæ,ſed maſculus.l.pronūtiatio.in ſi.ff.de uerb.ſigni.& tradit Bal.ad not.q.inferēs in l.unica.col. ij.C.qñ non pet.Neque indignentur mulieres uidentes uiros maioris eſſe dignitatis,nel præeminētiæ, ut enim ſcribit Bonauentura in.iij.di
8 ſtin.xij.art.iij.q.j.†Virilis ſexus muliebrem tripliciter excedit. Primò quantum ad dignitatem in principiando:omnes enim tàm uiri quā mulieres ex uno uiro fuerūt,in quo expreſſa repreſentatio apparet egreſſus rerum ab illo unico, & ſummo principio. Secundò excedit quantū ad uirtutem in agēdo: uiri enim eſt agere, & mulieris pati. propterea Philoſo.in lib.de animalibus,fœminam uirum occaſionatum,ideſt,imperfectum eſſe dicit. Tertiò,uiri ſexus excedit quò ad authoritatem in præſidendo: ſecundum enim rectū ordinem non uiro mulier, ſed mulieri uir præficitur, ſicut caput corpori.unde Apoſt.ad Corinthios,caput autem mulieris eſt uir. Quibus ſtantibus ſimpliciter loquendo melioris conditionis eſt uir,quàm fœmina.non tamen propter hoc ab ipſis mulieribus in eē ſuo nobilitatis propriè conditio aufertur. eſt enim ſexus muliebris omni dignus honore.nonne enim ex fœmina natus eſt
9 Chriſtus? †Et ideò malè dicit Bart. in l.pater Seuerinam,in §.ſocrus.ff. de condi.& demonſtr. quòd regula eſt:oēs mulieres eſſe malas.§.quia uerò. in auth. ut ſine prohib.matr. debitr.&c. eſt enim ultra prædicta contra tex.in l.meritò.ff.pro ſocio. & in cap.eſtote miſericordes. de regu.iur.in antiquis.ca.dudum.ubi late traditur,de præſump.& per Ang. in l.ſciendum.ad ſi.ff.de uerb.obli. ubi dicunt iſtam eſſe præſumptionē naturę:quia quilibet præſumit bonus.Nec obſt.tex.in d.§.quia uerò. ubi mulieres nō obſtāte iuramento præſtito de nō tranſeundo ad ſecunda uota cōiter illud contemnebant & tranſibant, pp quod prohibet ibi Imperator de cætero tale iuramentum

mentum apponi.non propterea dicit ille text. quòd omnes mulieres malæ ſint, licet in illo caſu ſpernerent iuramentum : ſed illud eſt pp commune uotum mulierum pariendi, matreſque eſſendi. cap.j.& fin. de frig.& malefic. item quia multę continere non poſſunt:ideò, ut inquit Apoſto.melius eſt nubere,quã uri:imò magis damnari debeat legiſlator qui indiſcretè talem legem ædiderat.Et propterea(quicquid dicant gloſſ.Bart.Pau.de Caſt. & alij in pręalleg.§.ſocrus) fœminę communiter dolent, & triſtãtur in morte maritorum, ſiue ſenes ſint, ſiue iuuenes: licèt illę, quę malę ſunt, gaudeant:ſed hoc eſt per fallentiã. Paucę enim ſunt regulę, quę exce-
10 ptionem non patiantur.Eſt † etiam ĩ hoc maioris uirtutis fœmina quã uir:quia citiùs eſt uiri potens: gloſ. in l.qua ętate.ff.de teſtamen.

Ratio philoſophica eſt ſecundum Bald.in cap.iii. de deſpõſa. impub. quia fœmina citius cõſumitur:ideò citius perficitur, ut etiam uidemus in aliis animalibus. Hoſtien.ibi dictam rationem aſsignat, & aliam addit : quia facilius eſt pati, quàm agere:ideò mulier facilius, & ocius eſt parata.

SVMMARIVM.

1 *Impubes unde dicatur. & quando.*

2 *Impuberes ab omnibus officijs ciuilibus remoti ſunt. limita nu.8. & nume.18.*

3 *Impubes ad officia eccleſiaſtica non admittitur, etiam ſtante hominum penuria.nu.4.limita in ordinibus, & beneficijs ſimplicibus:num.9.& in canonicatu et præbenda. nu.11.*

5 *Impubes poteſt fieri notarius,et creari miles,& feudo condonari.nu.8.*

6 *Habilitas delegati attenditur tempore datæ.*

7 *Impubes non habilitatur ex diſpenſatione principis:niſi fuerit doli capax,& pubertati proximus : quia tunc habilitaretur ad teſtandum.*

10 *Quæ ætas requiratur in beneficijs tã ſæcularibus quã regularib.et ordinibus,et nu. 11.12.13.14.15.16.*

15 *Epiſcopus an poſsit diſpenſare ad beneficium curatum ante xxv.ann.*

1 *Annus cœptus an habeatur pro completo.*

19 *Fratres minores licèt poſsint eſſe teſtes,officium tamẽ notariatus exercere non poſſunt.*

20 *Pupilli teſtimonium quando admittatur,et factus maior an poſsit teſtificari de his quæ uidit in pupillari ætate.et nu.21.et 22.*

§. Item impuberes ab omnibus officijs ciuilibus debent abſtinere.

FINEM ſecundæ ætatis (ſecundũ Varoné) hoc eſt finem pueritiæ pubertatem uocant. pubes.n.ꝓpriè dr̃ lanugo q̃ maribus xiiij.anno,fœminis xij.circa pudẽda oriri incipit: quod quia maturitatis eſt ſignũ, factum eſt, ut mas pubes dicatur, ſiue puber cum primum ad generandum aptus factus eſt: & fœmina ſimiliter ad concipiẽdum.A quo im-
1 pubes † ſiue impuber, qui nondum eam, quam diximus, lanuginem emittere incœpit, ſiue qui nondum ad pubertatis annos peruenit.

Et

Et quando pubes ſignificat dictam
primam lanuginem, ſiue pro puden
da parte corporis ponitur, ſubſtan-
tiuum eſt: & facit in genitiuo pu-
bis. Virg. Pubetenus. & quando ue-
rò adiectiuum eſt puberis, inde pu-
beſco.i.lanuginē prędictam emitto.
Et pubereſco.i. creſco. Ephebus ue-
rò eſt, qui iam eſt in pube, & ad an
nos pubertatis peruenit.

¶Nota quòd ſicuti fœminæ ab
omnibus officijs ciuilibus, ut ī prin.
2 legis dicitur, remotæ ſunt: † ita etiā
impuberes: quinimò maior fuit ra-
tio remouēdi impuberes, quàm mu
lieres, quæ intellectum habent, &
iudicium, quamuis non maturum:
ut per Dec. in l.j.col.iij.C. unde uir
& uxo. quo iudicio carent impube-
res: quorum ætas quicquid uidet,
ignorat.l.j.C. de falſ.mo. Amplia-
tur hæc regula quatuor modis. In of
3 ficijs eccleſiaſticis. Item † ſtante ho-
minum penuria. Rurſus etiā quòd
exercitium conferretur poſt puber-
tatem. Et etiā quòd accederet princi
pis diſpenſatio: ut hîc per Dec. Quò
4 † ad officia eccleſiaſtica, cum tales
perſonæ indigeant regimine, alios
regere non dicunt, nec poſſunt, ne-
que in eccleſijs propter imbecillita-
tem ætatis deſeruire. c. indecorum.
& c. ſuper inordinata. de ætate &
qualita. & de præben. hîc allegat.
per Dec. probaturque magis in ra-
tione, quàm in dicto. Hinc etiam di
cit tex. inſtit. de excuſ. tut. in §. mino
res autem. quòd minores. xxv. annis
ad tutelam uel curam aliorum aſpi-
rare prohibentur: cùm inciuile ſit
eos qui alieno auxilio in rebus ſuis
egere noſcuntur, & ſub alijs regun-
tur, aliorū tutelam aut curam ſub-
ire. Et incidenter dico, quòd hoſpi-
talia ueniunt ſub nomine officij: li-
cèt non ueniant ſub nomine benefi-
cij. glo. in clemen. diſpendioſam. in
uerbo beneficijs. de iudic. Ioan. Mi-
lis ſuper uerbo beneficium. col. ij.
5 † Circa. iij. ampliat. Dec. hîc tenet
contra Barto. in l. impuberum. ff. de
fal. quòd licèt notariatus ſit officiū
publicum, tamen pupillus notarius
creari poteſt, dummodò exercitium
poſt pubertatem conferatur, ſicque
in tempus habile. facit quod ſtatim
dicetur de puero maiori ſeptennio,
qui reſpectu tituli, habilis eſt ad ca-
nonicatum: ſed non quò ad exerci-
tium & adminiſtrationem, quę poſt
pubertatem defertur. Et quia paria
ſunt aliquid fieri tempore habili,
uel tempore inhabili, & conferri in
tempus habile. l. in tempus. ff. de hę
redibus inſtituendis. latè ſcripſi in
repetitione. l. final. C. de pact. circa
principium. Item ubi perſonæ habi-
litas ad certum actum requiritur:
ſufficit, quòd adſit tēpore quo exer-
citium talis actus ad perſonam ap-
plicatur. c. ei cui. de præbend. in vj.
& ibi not. & c. poſt ceſſionem. cum
no. ibi per Dec. in vj. no. de probat.
& Feli. in c. eam te. col. penul. de re-
ſcript. & in c. dilectus. col. j. de accu-
ſat. Vnde ſufficere uidebatur adeſſe
habilitatem tempore quo officium
notariatus exercendū eſt, & ſic poſt
pubertatem. In practica non recede
retur à doctrina Barto. pro quo fa-
cit, quòd ad conſiderandum habili-
tatem inſpicitur & attenditur tem-
pus in quo diſpoſitio effectum ſu-
mit. cap. de uxori, cum ibi not. per
Abb.

Abb.de ſpõſal.c.accepimus.de pact. tradit Feli.in d.c.dilectus. colum.j. ſcribens etiam, quòd ſi aliquis fuerit excommunicationis ſentẽtia innodatus tempore acceptationis beneficij, & abſolutus tempore collationis, ſubſiſtit collatio: quia effectus ſumitur, iuſque ex acceptatione acquiritur, & non ex collatione: ut ibi per eum. Accedat etiam glo.not. in c.ſtatutum. in uerbo canonicis. ad finem de reſcript.in ſexto, quod
6 † in conſideranda habilitate delegati attenditur tempus datæ: quia in delegatione iuriſdictionis habitus imprimitur tempore dati reſcripti: ideo ſecundum illud tempus exigitur habilitas: ut late per Feli. in cap. eam te.col.penul. de reſcript. Cum igitur conſtitutio notariatus imprimatur & ſumat robur & effectum tempore creationis, licèt exercitium in aliud tempus differatur, conſtitutionis tempus attendendum eſt, ſi pupillus inhabilis ſit: ut ait Bartolus quicquid dicat Decius, & inuenio nuper cum Barto.tenere Baldum in tractatu de tabellione, quæſtione decimaſexta, & Firminianũ in ſuo repertorio, in uerbo Notarius quis eſſe.circa finem. facit etiam quod dici ſolet, rem quamlibet iudicari debere ſecundum ſtatum præſentem.l. non diſtinguemus.§. ſacerdotio.ff. de arbitris, cum his quæ accumulabimus infrà in l. in omnibus officijs.in §.non debeo. Circa ultimam ampliationem de diſpẽſatione prin-
7 cipis, † uide etiam poſt Alexand.& Modernio.Dec. in.l.final.C. de teſtamen.mili.ubi concludit, quòd in pupillo infante uel infantiæ proximo, qui nullum habet animi iudicium, non cadit neque ſubſiſtit principis diſpenſatio: cum defectus ſit ſuper iudicio naturali: ſecus in pupillo doli capace, pubertatique proximo: quia poſitiui iuris defectus eſt, ſuper quo cadit diſpenſatio. firmatque ibi poſt alios, proximum pubertati habilitari poſſe per principem uel ſtatutum ad teſtandum ratione prædicta, quod eſt no. & poſſet facere pro amico in actu practico.

¶Limitatur modò regula ſecundum Dec. ut procedat in officijs & dignitatibus cum adminiſtratione;
8 ſecus † in officio & ſimplici dignitate, quæ non haberet adminiſtrationẽ: quia etiam pupillus habilis tunc eſt: d.l.fi. cũ no. & ideò miles poteſt creari, & feudo condonari: ut per Dec.eandem concluſ. firmantem in d.l. fi. qui tamẽ loquitur in officio cum adminiſtratione: ſed intelligitur accedente diſpenſatione principis: ut ibi per eum.

Et pariformiter ſubiungit hic
9 Dec. pupillus † poteſt habere ordines, beneficia ſimplicia, præbendam & canonicatũ in eccleſia cathedrali,
10 Quæ ætas requiratur † in beneficijs tàm ſecularibus quàm regularibus, necnon in ordinibus, plenè ponit Abb.in d.c.ſuper inordinata.de præben.Philip.Fran.& alij in c.ſi eo tẽpore.de reſcrip. in vj. & in c.ex eo. de elect.eo.lib.Dec.in c.cum in cunctis.in prin.& in §.inferiora. de ele. & plenius Card. Alex. in c. de his.
11 xxviij.diſt.Et not. † ꝙ etiam pupillus modò maior ſeptennio canonicatũ & præbendam in eccleſia cathedrali tenere poteſt.tex.eſt in d. c. ex eo.

eo.gl.in c.ſtatutum.in.§.j. ſuper uer
bo canonicis.de reſcrip. in vi. & in
præalleg. c. ſi eo tempore in uerbo
ætatē.& quicquid dicat Card.Alex.
loco præalleg.hæc eſt cōmunis opi-
nio,ut teſtatur Gemi.& Phil.Franc.
in d.ca.ſi eo tempore.& in ca.ex eo.
ubi caſus.iſtud etiam uoluerūt Dec.
in locis præalleg. & Pariſ.in c. acce-
dentes.col.i. de præſcrip. Quamuis
ex regulis cancellariæ & deciſioni-
bus Rotæ requiratur decimuſquar-
tus annus completus ut canonicatū
& prebendam obtinere quis poſsit
in cathedrali eccleſia.Rota deciſion.
cccxxiiij.in nouis.niſi ſummus Pon
tifex(ut quotidie fit) cōceſſerit ut in
minori ætate quis recipiatur, qui-
buſcunque in contrarium facienti-
bus non obſtantibus &c. Reſpectu
12 uerò tituli † ſeptennio maior habi-
lis eſt etiam hodie,ſi Papa regulis &
conſtitutionibus prædictis deroga-
uerit,ſed non quantum ad exercitiū
& adminiſtrationem: quia ad ætatē
adultam uox illius ſuſpenditur.d.c.
ex eo.& tradit Card. Alex.in d.c.de
his.& Phil.Fran.in d.c.ſi eo. col.iij.
13 Ad † primam uerò tonſuram recipię
dam & ſimplicia beneficia obtinen-
dum, infantiam exceſsiſſe oportet:
ſicque ſeptennium completum eſſe
debet.dic.c.de his.& ibi not. Card.
Alex.& etiam glo.ulti.in clem.ſi. de
14 ætate & qualita. In † beneficio cura-
to uigeſimumquintum annum attin
15 gere neceſſarium eſt: nec † Epiſcopus
poteſt diſpenſare.c. cū in cunctis.§.
inferiora.& c.cū dilecti.de elect. cū
gl.ibi & in dicta clem.ſi. licèt ſecun-
dum gloſſas prędictas malè de facto
ſeruetur: quia Epiſcopi quandoque diſpē
ſant.Summus uero Pontifex,de quo
non eſt dubium, id ſæpè facit: non-
nulli etiam tenent propter neceſsita
tem, uel eccleſiæ utilitatem Epiſco-
pum poſſe cum maiore xiiij. annis
etiam in curatis beneficijs diſpenſa-
re: ut per Phil.Franc. in c.j. de ętate
& qualitate.ubi tamen contrarium
de iure eſſe debere ipſe firmat. Ex
prædictis etiam apparet Cardi. Ca-
ieta.non caluiſſe canones, lapſum-
que errore,dū in eius ſummula ſup
uerbo,beneficium,in h.ſcribit, pue-
ris non concedi canonicatū aut be-
neficia in eccleſiis, & ſi aliquibus in
locis ordinatę reperiantur præbēdæ
pro pueris,eccleſiaſtica beneficia nō
eſſe,ſed prouiſiones quaſdam ad ſu-
ſtinendos alendoſque pueros in ec-
cleſiaſtico ſeruitio.quę conſideratio
confunditur per tex.in d.c.ex eo: &
in c.ex inſinuatione: de ſimonia.
16 Ad † decurionatum autem ciuitatis
uel ad gubernandum rempublicam
ante uiceſimumquintum annū quis
admitti non debet.l.non tantum.ff.
de decurionibus.l. ad rempublicam
17 ff.de munerib:& honoribus.Et † an-
nus cœptus pro completo habetur,
ut ibidem dicitur. De qua materia,
uide Rotam in nouis deciſione ccc-
xxiiij.Fel.i c.cū uiceſimū. de officio
deleg.Item in aliquibus locis, & in
ciuitate noſtra Vercellen.ex diſpoſi
tione ſtatutaria admittuntur ad de-
curionatū exiſtentes in decimoocta-
uo ętatis anno.Et ex corruptela qua
dam etiam ante illud tempus in lo-
cum prædefunctorum parentū, qui
decuriones fuerant, ſufficiuntur de-
ſcendentes.
18 Secundò limitatur regula,† niſi im-
puberes

beres hæreditario iure dignitatē cū adminiſtratione conſequantur: ut hic per Decium in l.fi.C.de teſtam. milit. & in ſimili de fœmina diximus.s. in principio iſtius legis. Et iſto caſu impuberes quamuis Reges ſint, per tutores reguntur: ut per ſcribentes à Dec.citatos, & Corſet.in repet.c.grandi.de ſupplend.negligentia prælat.lib.vj.ponentem quid tales principes poſt pubertatem facere poſſint.ea.enim quę ſunt iuriſdictionis exercent: arg.l.quidā conſulebāt. ff.de re iudic.non ea quæ reſpiciunt regni adminiſtrationem, prętterquā cū authoritate curatoris, adde, uel p ſe cum iuramento, quod maiores repræſentat.auth.ſacramenta puberū. C.ſi aduer.uendit. Pro tutoribus uerò Regum, & principum de quibus proximè, ſufficiunt tales fideiuſſores quales reperiri poſſunt: ut per Iacobum de ſancto Georg. in principio ſui tract.feud. Per hanc regulam infertur, ꝙ impuberes non poſſunt eſſe notarii: ſecundum Decium, quod procedit etiam ſi exercitium actus conferretur poſt pubertatem: ut in
19 ſuperioribus dictum eſt. † Et idem in fratribus minoribus, qui officiū notariatus exercere non poſſunt, ideò licet poſsint teſtes eſſe in teſtamentis, ipſa tamen teſtamenta recipere nequeunt. Decius in c.decerni
20 mus.col.ix.de iudic. Pariter † impuberes non poſſunt teſtimonium dicere.§.teſtes autem.inſtitu. de teſtamen.ut hic per Decium. eſſet enim ac ſi cœcus de coloribus iudicaret: ſecundum Bald.quem hic refert Decius.facit l.i.C.de falſ. monet.quòd illorum ætas, quæ uidet, ignorat.

quibus rationibus ſuadetur, neque in aliorum defectum eos admittendos. Poſſet tamen pupillus pubes factus de his teſtificari, quæ in pupillari ætate uidit. ſecundum gl.l.iij.in §.lex Iulia.de teſtib.& communiter ſcribentes: ut per Decium hic ad fi. qui tamen cōtrarium firmat, ex quo dictum refertur ad tempus pupillaris ętatis, quo iudicium non habebat. Nō eſt à communi recedendū: quam conſulendo ſequitur Alexan. in conſi.lxxxviij.col.iiij.lib. v.Ioannes Crot.de Monteſerrato in tractatu de teſtib.ad fi.quartę part. num. 194. Felinus & Pariſius in c.cum nobis.ſol.i.de pręſcrip. ubi Pariſi. ſic communiter per doctor. teneri inquit, modo pupillus tunc temporis capax fuerit percipiendi ea quæ modò deponit. & niſi teſtimonium ad ſolennitatem requireretur, quo caſu habilis eſſe deberet tempore quo uocatur in teſtem: ut ibi per eum, & per Aretin.in l.ad teſtium.ff. de teſtament. Ex quibus ſatis pàtet reſponſum ad rationem Decii. & ſi enim dictum referatur ad tempus pupillaris ætatis, intelligitur tamen, quando tunc temporis capax erat percipiendi ea quæ modò deponit: ita ſanè intelligitur communis doctorum ſententia, hinc etiam Ioannes Andr.in additio.Specu.in titul. de teſtè.in §.i.tenet, quòd etiam de his quæ in infantia uidit, poſſit pubes factus teſtificari, ſi ſint talia quæ in eius intellectum tunc caderent: gratia exempli. Si examinaretur de ętate, ſocii ſui in ſcholis, cùm eſſet annorum ſex, & quæratur an ſit ille xxv.annis maior, cum deponens ſit

anno

annorũ xxx. uel de ætate fratris qui dicatur natus poſt ipſum teſtem: ſimilia enim cadunt etiam in ſenſum infantis.& iura dicentia ætatem talem ignorare quæ uidet: intelliguntur de intellectũ & ſciẽtia, quæ per cauſas habetur, nõ de ſimplici ſcientia, quæ per ſenſus corporeos tenetur. & ſequitur Rapha.Cõmenſ.in conſilio xcj. an productus. & Felin. in d.cap.cum nobis.colu.iij.Quando autem ſunt doli capaces, & proximi pubertati, poſſunt examinari ut faciant aliquale indiciũ,non plenam probationem. gloſ.d.l. inuiti. la.ij.ff.de teſti. in fin.& Decius hic

11 colum.ultim. Habilitantur † etiam impuberes in crimine læſæ maieſtatis: ſecundum Decium per l.de minore.ff.de quęſ.idem uult Hippol. de Marſ. in conſil.j. colum.iiij. ſed malè: quia text.ille loquitur de tortura in crimine læſæ maieſt. quod intelligas nõ de ea tortura, qua maiores cõquaſſantur,ſed de ferula uel habena ut dicit text. in l.j.in §.impubes.ff.ad Syllan.& per Bartol. & alios in d.l.de minore. Nec faciunt plenam aut ſemiplenam probationem, ſed indicium tantum: ſecundum Bartol.ibi. quod adhuc intelligo in pubere doli capace per prædicta.comprobatur, quia aliâs eſſet iudicij naturalis defectus, ſuper quo nec Imperator diſpenſare poſſet. Alexãder & alij in d.l. fin.C.de mi-

12 lita.teſta. In † cauſa uerò criminali minor xx. annis ad teſtimonium nõ admittitur.l. in teſtimonium.ff. de teſt.nec in cauſa accuſationis uel inquiſitionis. Alex.conſ.lxiiij.lib.1. & cxlviij.uolu.v. & Ioann.Crot.in tracta.de teſt.ib.fol.v.in.v.quæſtio. princip.ubi reſtringunt,quando ueriſimiliter ex natura negotij alij idonei teſtes haberi nequeunt. quod etiam intellige in maiore xiiij. annis, aliâs indicium tantummodo faceret, ut prædiximus.

## SVMMARIVM.

1 *Mulier quæ non eſt uiripotens, non dicitur nolle nubere.*
*Lex pater* Seuerinam *in prin.ff. de condit.& demonſt.ornatur. ibid.*

2 *Statutum imponens pœnã declinanti iuriſdictionem poteſtatis,non cõprehendit clericum*

3 *Contrariorum eſt eadem diſciplina.*

4 *Contractus ab initio ſunt uoluntatis, ex poſt facto neceſſitatis.*

5 *Tutor bonorum poſſeſsionem agnoſcit pro pupillo: & tamen eandem non repudiat.*

6 *Eſt dare medium inter nolle et uelle.*

### L. III. VLPIANVS.

Eivs eſt nolle, qui poteſt & uele.

Qvamvis Decius hic plura ſcribat,quæ ex locis infrà allegandis epiſcatus eſt: tamen hæc regula eſt clara, quòd ille propriè dicitur nolle,qui poteſt uelle. Sumitur hæc regula ex legibus ſtatim allegan. Et exemplificari poteſt meliùs, quam faciat gloſſ. pluribus modis, & primò,ut facit Dec. in caſu l. pater Seuerinám.in princip.ff. de conditio. & demonſt..ut ibi per gloſſ. & Bartolum. prædiũ enim legatũ ibi fuit

filiæ, ſi Elio Philippo nupſiſſet: ꝙ
ſi non nupſerit Philippo idem præ-
dium dari uoluit:ſi puella nondum
uiri potens diem obierit ſuum, fi-
deicommiſſum nõ debetur Philip-
po: quia non dicitur uoluiſſe nu-
1 bere,quæ non potuit. † De cuius le
gis intellectu uide Barb. in c. Ray-
nutius.fol.22. cũ ſeq.uerſic. tu uerò
conſidera.de teſta. Soci. conſ.cviij.
lib.2.& in rep.l.j.col.xiii.uerſ.hanc
tamẽ concluſionẽ, ſuprà de uulg.&
pup.Dec.in conſil. cclxxiij. & ccxc.
concludẽtes, ꝙ ibi ſubſtitutio facta
in pœnam filiæ, ſi non nupſerit,lo-
cum nõ habet ſi priuſquàm uiripo-
tens fieret è uita deceſſerit:ut ibi di-
citur.Rationem aſsignat Bart.quia
ubi nõ eſt delictũ, nec pœna eſſe de
bet.l.aliud eſt fraus. ſuprà tit.j.c.ij.
de conſtit.nec fuit ibi uulgaris ſub-
ſtitutio,ſed translatio legati in pœ-
nam facti:& caſus pœnales ſunt ſtri
cti iuris extenſiuam nõ recipientes
interpretationem. & ſecundum uo
luntatem teſtatoris, quæ in primis
conſideranda eſt, ita demùm fidei-
cõmiſſum factũ cenſetur, ſi filia nu-
bere noluiſſet:cùm ergo per eã non
ſtet,neque remaneat, non poteſt fi-
deicõmiſſum locum habere. Exem-
plificari etiam poteſt in l. iiij. ff. de
acqui.hæred. ubi caſus not. inquit,
.n.tex.adire hæreditatem non uide
tur,qui non poteſt adire.& gloſ.ibi
hanc regulam pro cõcordanti citat.
Ad idem text.in l.ab adminiſtratio
ne.C.de leg.ubi non imputatur nõ
facienti id quod etiã ſi uelit, de iu-
re facere nõ poſſet. Ex quo infertur
2 ad quæſtionem †.ſtatuti imponẽtis
pœnam declinanti iuriſdictionem
poteſtatis, ut in clerico declinantẽ
locum nõ habeat: quia etiam ſi uel-
let conſentire,nõ poſſet, nec coram
eo litigare. cap. ſi diligenti. de foro
competenti.tutiùs tamen eſt ſerua-
re alias cautelas,quæ dãtur per Bal.
Imol.& alios:ut ſcribit Aret.in d.l.
nolle.& Cor.in d.l.ab adminiſtra-
tione.Faciunt etiã quæ ſcribit Iaſo.
in l.is qui. & in l.is poteſt.ff. de ac-
quir. hęred. ubi regulam affirmati-
uam ponit, ꝙ ille poteſt repudiare,
qui poteſt adire. & arguendo à de-
ſtructione conſequentis ad deſtru-
ctionem antecedentis, ſequitur, di-
cit,non poſſe repudiare,qui nõ po-
teſt adire, ſicque tũc cognoſcimus,
qui poteſt repudiare,quãdo cogno-
3 ſcimus,qui poteſt adire: † quia con-
trariorum eadem eſt natura & diſci
plina.l.j.cũ uulg.ff. de his qui ſunt
ſui uel alie.iur. Rurſus natura con-
trariorũ eſt, ꝙ ubi nõ cadit unum,
non cadit reliquum: ſecundũ Iaſo.
ibi adducentem regulam præſentẽ,
& d.l.pater Seuerinam. Facit etiam
regula iuris,ꝙ nemo poteſt abſolue
re, qui nõ poteſt condemnare.l.ne-
mo qui condẽnare. infrà eodem.l.
ſolet.ff. de officio procõſul. pulchrè
Socin.in rubr.ff.de acquir. poſſeſs.
& in conſil.cxx.colu.iij.lib.j. Felin.
in cap.nemo poteſt. de re iudicata.
alia ſimilia adduxit Iaſo. in l.iij. ff.
de re iudicata. Deci. d.l.nemo qui
condemnare.& Alexã. in l.j.col.vj.
ff.de uulg. dum loquitur de mona-
cho, qui non habet uelle aut nolle,
ſed omnis eius uoluntas conſiſtit in
uoluntate ſuperioris. canon.non di
catis.canon.nolo.xij.quæſt.j.ſolum
que uelle & nolle abbatis conſide-

randum eſt nonnullas idcirco quæſtiones decidit: ut ibi per eum. Rectè itaque iuris intellectu ille dicitur nolle facere, qui poteſt uelle facere: quòd ſi etiam uolens facere nõ poſſet, talis non benè diceretur nolle. neque quò ad iuris diſpoſitionẽ in cõſideratione haberetur huiuſcemodi nolle, cum ſine effectu foret, ex quo uelle & poſſe nequit. d.l.ab adminiſtratione.

Limitatur hæc regula ſecundum gloſ. hic ut procedat ante contractũ initum, non poſt. per l. ſicut.C.de acti.& obli. ubi poſtquam quis uo-
4 luit, nolle non poteſt. †Sicque contractus ab initio ſunt uoluntatis, ex poſt neceſsitatis. Quæ limitatio nõ eſt bona: data enim paritate terminorum, ille qui poteſt contrahere, etiam nolle poteſt. d.l. ſicut. ſed poſt conſtitutam obligationem, ut in terminis leg. ſicut. nequit quis nolle, quia iam uoluit, & in eius poteſtate nolle & uelle amplius non eſt, ex quo iã uoluit. Hac ratione ſi a principio ſub pœna quis ſe obligaſſet ad contrahendum, non haberet locum d.l. ſicut. ut in l. pactum quod dotali. ad fin. Deci. ſcribit.

Secundò limitatur regula in caſu l. tutor. ff. de bon. poſſ. ſecundũ gloſ.
5 & Bart. † ubi tutor pro pupillo poteſt uelle, & petere, ac agnoſcere bono. poſſeſ. & tamen nolle, repudiareque nequit. Dictum in ſe uerum eſt, ꝙ tutor poteſt agnoſcere, & nõ repudiare bono. poſſ. d. l. tutor. rationẽ optimè aſsignant Iaſ. & Deci. in l. bonorum. la ij. in j. not. C. qui admit. ſed non quadrat nec conueuit regulæ noſtræ, ꝙ nolle facere ad eum pertineat qui facere poteſt: ut hic etiam per Deci. qui ad declarationem iſtius legis ſubiungit, ꝙ † inter uelle & nolle, quę cõtraria ſunt, 6
eſt dare medium, ſcilicet non nolle. l. j. §. ſcientiam. cum gloſ. ff. de tribu. inter cõſentire & diſſentire, eſt dare medium. & ſcientia ualet cũ patientia, quod Deci. & Pau. de Caſtr. ibi ad q. not. inducunt. ut tamen ſcribit Aret. in conſ. clxi. in præſenti. col. ij. licèt de ſui natura tacere mediũ teneat inter conſentire & diſſentire: quandoque tamẽ ex præſumpta uoluntate tacẽtis ad alterum extremorum applicatur, ut in caſibus in quibus taces pro cõſentiẽte hẽturiuxta tradita in l. quę dotis. ff. ſolut. matr.

SVMMARIVM.

1 *Voluntas propriè dicitur ex libero arbitrio: non coacta. Et an ueniat in ſtatuto faciente mentionem de uoluntate. nume. 3.*

2 *Voluntas unde dicatur, & quot modis, & de ui ipſius uerbi.*

4 *Voluntas coacta licet impropriè dicatur uoluntas: non tamen dicitur ſpontanea.*

5 *Filius uel ſeruus delinquentes cum mandato patris uel domini an excuſentur. Et quòd ſic in leuibus. nu. 6. in atrocibus non: & non mitigatur pœna. nume. 8.*

7 *Leuia delicta quæ dicantur: & quæ atrocia.*

9 *Occidenti aliquem iuſſu Tyranni an mitigatur pœna.*

10 *Iudex obedire debet principem ad capturam & cuſtodiam, ſed non ad occidẽdum: quia princeps ſine ſcientia*

tia

*tia publica hoc non poteſt.*
11 *Homo liber, prout ſunt laborantes, quid faciens alterius mandato an excuſetur, & quando.*
12 *Mandatum etiam cum curſu & ſpacio 1000. annorum non præſumitur. Et quæ ſit ratio. nu. 13. Declara ut num. 14. 15. 16. 17. & 18.*
19 *Mandatum enunciatum in inſtrumento, cum temporis diuturnitate præſumitur.*
20 *Tempus dicitur eſſe de antiquo per curſum 100. annorum tantum.*

### L. IIII. VLPIANVS.

VELLE non creditur, qui patris uel domini imperio obſequitur.

SVMITVR unde præcedés deſumpta fuit, ex alijsque hîc per Dec. allegat. Vltra declarationem gloſſ.
1 Dec. intelligit generalius, † q uolũtariè fieri propriè illud dicitur, quod ex libero mentis arbitrio proficiſcitur: non autem quod metu puta fit, uel ex alterius obedictia. Si, ut oportet, ſequentibus iungantur præcedẽtia, clarè liquebit hãc interpretationem menti Iuriſc. conuenire. Proximè enim dictum fuerat, q ille dicitur nolle, qui poteſt & uelle, & econtrariò. Ex dicta regula infert nunc Iuriſconſ. q nõ creditur uelle, filius uel ſeruus, qui patris dominique obſequuntur imperio: quia liberum non habent uelle propter obedientiam, cui aſtricti ſunt: ideò nec uelle creduntur propriè, ſcilicet cum mandato patris uel domini aliquid agunt. quod enim cogente imperio fit, non poteſt dici ſponte fieri. l. ſi quis maior. C. de tranſact. facit ad corroborationem præſentis regulæ text. not. in l. nouiſsimè. ff. quod fal. tut. auth. q actus non cenſetur uoluntarius, ſiue factus uolũtariè, ubi per eum, qui compelli potuit, fit. ad quam regulam ultra hic per Dec. allc. plura adduxi in repe. l. ſi quis maior. nu. 67. & 70. C. de tranſ. & in repet. l. ij. nu. 199. C. de reſcin. uẽd. Et cõſequenter in actu facto ab eo, qui cogi potuit, uoluntas illius propriè
2 adeſſe non creditur, maximè qñ iuſſus facit. Diciturque † uoluntas à uolo, uolas: quòd animus in quo uelle eſt talis ſit, ut puncto temporis quo uult peruolet. Quot uerò modis dicatur bona uoluntas, explicatur per Bonauentu. in ij. diſtin. xxxviij. q. j. artic. j. & ſumma Ang. in uerbo Voluntas uer. ij. uerbũ autem noluntatis ſimpliciter prolatũ, relatumque ad eum, qui iuſtitiam adminiſtrare tenetur, intelligitur de rationabili: aliàs tale uerbum refertur ad liberã uoluntatem, non ſubmiſſam fræno rationis iuris poſitiui, dolo tamen ceſſante. l. creditor. §. Lucius. ff. mandat. Felin. in c. ſignificauerunt. col. fin. de teſtib. & Cardi. Alex. in c. humanũ genus colu. iij. in j. diſt. Barb. conſ. xlij. col. j. lib. i. ubi pulchrè. Dicit tñ Cardi. loco proximè citato, & multifariã probare conatur: q libertas prædicta per uerbũ uoluntatis, importata, intelligitur cõſiderato iure poſitiuo, non aũt naturali, diuino uel gentium: aduerſus quæ iura libertas nõ competit neque datur.
3 Ex quibus infertur, † quod licèt uoluntas coacta, uoluntas dicatur glo.

hîc,& in cap. Matthæus. de ſimon. quæ dicit uoluntatem turbatam,uoluntatem eſſe.declarendo, & exemplificando, ut ibi per Ioan. de Ana. iſtud tamen non eſt propriè & ſimpliciter:ſed ſecundum quid uoluntas coacta:ut hic per Dec. Ex quo ſequitur quòd non ueniret in ſtatuto mentionem faciente de uoluntate: quandoquidem uerba ſtatuti propriè,& ſimpliciter intelligi debeāt, non impropriè,& ſecundum quid. l.iij.§.hæc uerba. cum ibi not.ff.de nego.geſt.niſi loquendi communis uſus aliud uellet. ſtatuta enim, & omnis quæuis diſpoſitio ſecundum communem loquendi uſum intelligi debent.latè Fel.in proœm.decre. char.j.Curt.Iunio.conſi.v.& ſecundum Bald.quem referunt Deci. hîc & Firmi.in uerb.uoluntas.ad fin. Procedunt prædicta quando agitur de proprio negotio, non de alieno: tunc enim uoluntas coacta, non dicitur uoluntas.per l.j.ad fi.ff.de autho tut.ideò dixit Bal.ad fi.rubr.de contr.inueſt.quòd inueſtitura facta à prælato per metum,non tenet ipſo iure: quia ad id mandatum non habuit.,decíſio Bal. uera eſt ſecūdū Dec.ſed negari nō poteſt, quòd uoluntas coacta non interuenerit in illo alieno negotio, ſicuti in proprio. Ego autem dico.§.fi.d,l,j. ad propoſitum minimè facere.loquitur enim quando tutor per uim præciſè authoritatem præſtare compulſus fuit: quo caſu adeſt uoluntas, & conſenſus, & taliter conſentiēs pati potiùs quàm agere dicitur:ut hic per Dec. & actus non ſubſiſtit:ut ibi per glo.
4 Aduertendum eſt etiam, quòd † licèt uoluntas coacta uoluntas dicat, non tamē dicitur ſpontanea, ut hîc per Dec.poſt Bal.& per Alex.in §.ſi metu.l.ſi mulier ff. quod met.cauſa.& in §.fin.l.j.ff.de quæſt. & Angel.Iaſ. & alios in l.qui in aliena.§. Celſus.fol.j.ij.ff.de acqu. hære.præſertim dū uoluit Iaſ. ibi in v.col. ꝙ quando confeſsio fieret in actu torturæ,& notarius ſcriberet confeſsionem ſponte factam fuiſſe,falſum eſſet inſtrumentum:ſecus quando uoluntariè diceret confeſſum fuiſſe,ex quo uoluntas coacta, dicitur uoluntas.;quam differentiam inter uerbū ſpontè,& uerbum uoluntariè,notari mandat Iaſo. quia fortè ,ait alibi non inueniri.tradunt etiam Moderni.Bononien.in §.fi.l.j.col.xiiij.uerſic.quærit ultimò Bart.ff. de quæſt. Barba.tamen in c. cùm M.columnæ. xxiij.de conſtitut. hanc differentiā dicit non procedere attento communi uſu loquendi: & quòd utroque caſu puniretur notarius: quod ſolum procederet probato tali communi uſu loquendi,& fieret id cum difficultate. An autem excuſentur
5 † facientes aliquid ad mandatū patris uel domini? Deci.hîc poſt gloſ. ſaſi, & alios articulum tangens concludit, in leuibus delictis excuſari, in grauibus,& atrocibus nequaquā, pœnam tamen mitigari, & ſi metu mortis ad id faciendum cogerentur etiam excuſari:ut hîc per eū, & per eundem in l.is damnum. in §.j.infra eodem. Antequàm ad diſcuſsionem præſentis articuli deſcēdamus: non erit impertinens, nec abſurdū elegātia quædam Auli Gellij.c.vij. ſecundi libri referre:Quæri,inquit, ſolitum

ſolitum eſt in philoſophorum diſceptationibus, an ſemper, inque omnibus iuſsis parendum ſit patri: & tres ſententias refert. Vna eſt, omnibus quæ pater imperat parendum: altera quibuſdam parendum, aliquibus non obſequendum: tertia nihil neceſſum eſſe patri obſequi, & parere. Primam improbat. Quid enim ait, ſi proditionem patrię, ſi matris necem, ſi alia quędã imperarit turpia, aut impia? tertiam friuolam, & inanem oſtendit. Omnia, inquit, quę in rebus humanis fiunt, ſicuti docti cenſuerunt, aut honeſta ſunt, aut turpia, Quę ſua ui recta, & honeſta ſunt, ut fidem colere, patriam defendere, & amicos diligere, ea fieri oportet, ſiue imperet pater, ſiue non: ſed quę his contraria quęque turpia, & omninò iniqua ſunt, ea ne ſi imperet quidem. Quę uerò in medio ſunt, & indifferentia, ſeu media appellantur, ut in militiam ire, rus colere, honorem capeſcere, cauſas defendere, uxorem ducere, accerſitum uenire: quoniam & hęc & his ſimilia per ſe ipſa neque honeſta ſunt, neque turpia, ſed perinde ut à nobis aguntur, ita ipſis actionibus, aut probanda fiunt, aut reprehendẽda. propterea in huiuſmodi omniũ rerum generibus patri parendum eſſe cenſuit. Sicque liquet non eſſe integram propoſitionem dicendo, aut honeſta ſunt, quę imperat pater, aut turpia. deeſt enim tertium adiacens, aut neque honeſta ſunt, neque turpia. Media igitur ſententia optima atque tutiſsima, inquit, uiſa eſt, in quibuſdam eſſe parẽdũ, in quibuſdam non obſequendum, ea tamen quę obſequi non oportet leniter, & ſine opprobatione acerba reprehenſionis ſenſim declinanda eſſe, & relinquenda. Redeundo

6 modo ad propoſitum. † Prima concluſio glo. noſtræ, quòd in leuibus excuſatio admittatur, & uenia detur, probatur per tex. l. ad ea quę. infrà eod. titu. In his, inquit, quæ non habent atrocitatem ſceleris, uel facinoris ignoſci ſeruis obtemperantibus dominis ſuis, uel illis qui uice dominorum ſunt. ubi glo. plura adducit exempla. hinc etiam Ange. in l. ſeruus nõ in omnibus. ff. de actio. & obliga. declarando text. illum inquit, in ui expulſiua, uel ablatiua ſeruum domino parere non debere, quia ab ea maleficium non abeſt: in ui autem turbatiua, ubi uiolẽtia infertur cauſa iuris retinẽdi, ſecus eſt, per illum tex. unde ſi plures ſe poſſidere contendunt, ſeruus, inquit, unius pro defenſione poſſeſsionis domini ſui uim inferre poteſt, nec uis punibilis eſt: ſed ſi conſtaret unũ pacificè poſsidere, ſecus eſſet, teneretur que liber factus, quia uiolentia talis à facinore non abeſt. pro qua uiolentia legitur proditum iniuriarum iudicium. l. iniuriarũ. §. ſi quis

7 me. ff. de iniur. Quæ † autem leuia delicta dicuntur, & quæ atrocia, declarat Bart. in l. leuia. ff. de accuſ. & Sal. in l. non ideò minus. columna iij. C. de accuſat. Circa ſecundã con

8 cluſionem, quòd † in grauibus, & atrocibus non excuſatur, ſed puniri debeat, probatur in dict. l. ad ea. & in l. ſeruus. præalleg. dum ait, ſi iuſſu domini hominem occiderit, uel furtum fecerit, non eſſe impunitũ;

& pariter ſi piraticam fecerit, in eu iudicium reddi oportere etiam poſt *libertatẽ. * & l.ſi mulier. ſuprà rerum amot.ibi,in facinoribus ſeruus dicto domini audiens eſſe non debet.]quæ cõprobatur ex dictis Aul. Gel.ſuperiùs relatis. Non debet ergo obedire, ſicuti nec Petrus principibus ſacerdotum prohibentibus ſibi prædicationem, Actuum iiij.& v.ſed ſe humiliter excuſare.ij.quæ. vij.c.item cum Balaam. Adhuc tamen iſto caſu mitigatur pœna propter debitum obedientiæ: ſecũdum Deci.per text.not. in l.ſeruos.C.ad legem iul.de ui.dũ ait, quòd ſi metu atque exhortatione dominorum uiolentiam admiſerint,palã eſt dominum infamen fieri, ſeruos uerò quos furoribus talibus paruiſſe conſtiterit,metallo poſt ſententiam dari, ubi ultimo ſupplicio tradebantur,ſi abſque iuſſu dominorum uiolentiam commiſiſſent.per quẽ text. Cæpo.in caut.xl.nota quòd licèt.dicit,quòd interficiens quempiam domini mendato in metallum damnari debet,& ciuili morti tradi:ubi uerò ſine mandato deliquiſſet, mortẽ naturalem pati debuiſſet, ſequitur Deci.in cõſi.dxxxv.Ego falſum hoc eſſe arbitror, quia in atrocioribus non eſt parendum patri dominoúe ut ſuprà dictum eſt:ideò mandatũ patris, uel domini in homicidio, uel atrociori delicto à pœna mortis naturalis non excuſaret, neque operaretur mitigationem pœnæ, quia non tenebantur,nec debebant parere.& dict.l.ſeruos.loquitur in uiolentia ubi homicidium non interuenit, & ubi ſeruus punitur ſeuerius quã liber:ut ibi per gloſ.ideò illo caſu ob mandatum dominorum in ſeruis lex pœnã mitigat ad mortemciuilem,& ad damnationem in metallum:ſed ubi interueniſſet homicidium etiam ex iuſſu domini,ꝙ homicidæ mori non debeant, abſit tantus error.homicida enim quod fecit expectat:dicit tex.in l.iij. C.de epiſc.audien. eiſque imputandũ eſt ſi paruerint: cùm non tenerentur, neque deberent, rõne naturali in illicitis & attrocioribus id ſuadente. Et ꝙ ubi in uiolentia cedes interuenerit, ſupplicium capitale ſit, probatur not.in l.qm.C.eo.ti.ad l.Iul. de ui.& ab iſta opinione (quicquid dicant Cępol.& Deci.) non eſſet in iudicando, & conſulendo recedendum. Dicunt ẽt præfati ſcribentes,
9 ¶ ꝙ occidens aliquem iuſſu tyranni metu ac timore mortis,licèt non excuſetur,mitiganda tñ erit pœna,ita ꝙ nõ moriatur.per d.l.ſeruos. prout ẽt ibi tenent Bal.& Sali.uideturque de mente Bart. in l.ſi ſeruus.in §.j.ff.ad leg.aquil.& tradit Corſ.in ſingul.ſuis in uerbo,Metus.limitãs in foro poli.Nollẽ in cœlum os ponere cum legum uertices id firmẽt: tamen in puncto iuris contrarium uerius,æquiuſque puto,per ſupradicta:cum l.ſeruos. non loquatur in iſtis atrocioribus, ubi maximè homicidia interueniunt: fugere enim debet faciem tyranni, & potiùs omnia mala pati,quàm malo conſentire.Si tamen fugere non poſſet,& ad perpetrandum homicidium per tyrannum cogeretur,tunc illum excuſarem.Hinc Bal.in l.liber homo.ij. ff.ad leg.Aquil.per illam legem,reiectum

iectum fuiſſe libellum teſtatur contra officialem poteſtatis datum, qui illicitè hominem torſerat mandato ſuperioris excuſationem præbente. diſcutere.n.non habet officialis ipſe, iuſtum ne ſit mandatum uel nõ: ſed exequi tenetur,ideò excuſat. ad quod uide Cur.Iun.in §.ſi procura tor.l.ij.ff.quod quiſ.iur.quæ quidẽ ratio ceſſat in occidente hominẽ iuſſu tyranni abſque iuris & iuſtitiæ ordine,eſt itaque rõnabilius aliquẽ excuſari pp uim ſibi illatam ad ſic* faciendum.Pro qua diſtinctione uidetur tex.in c.ſacris.quod met.cau. Quæſitum fuerat, an excommunicatus ſit,qui cõicat excõmunicatis? Diſtinguit,an cõpulſus, uel per metum id egerit. Primo caſu excõmunicationem non incurrit, cùm pati potiùs uideatur,quàm agere. In ſecũdo, licèt metus culpam attenuet: quia tamen eam prorſus non excludit,ex quo,ut ibi dicitur,nullo urgẽte metu debeat quis mortale peccatum committere, uinculo excõmunicationis ligatur.Sunt igitur homicidij rei quicunque ueneno, ferro, uel alio modo, ex mãdato dominorum non citatos,non auditos, non damnatos, etiam ſi læſæ maieſtatis dicerentur rei,occidunt. Nec excuſat authoritas principis,etiam ſi cõſtaret ei,ut perſonæ priuatæ. talem pœnam mortis eſſe dignũ: quoniã ſcientia,& poteſtas pari paſſu currũt,hoc eſt oportere poteſtatẽ publicam moueri à ſcientia publica,& ſecũdum illam regulari. nec eſt hoc iuris poſitiui,ut poſsit princeps legibus ſolutus non ſeruare:ſed eſt iuris naturalis, exigit nanque natura actus publici, qualis eſt iuſta hominis occiſio, ex publica poteſtate, ut ſit publica,uolũtate,& publica,ſciẽtia:alioqui nec cauſæ ſunt ſibi inuicẽ cõmẽſuratæ, dũ ptãs eſt publica, & ſcientia eſt priuata: nec adhibenẽ cauſæ cõmẽſuratæ effectui,dũ actio poteſtatis publicæ à priuata ſcientia
10 exire pronitur.Eis † aũt licèt obedire quò ad capturam,& cuſtodiã: quia ex cauſa rationabili hoc poteſt princeps iubere: ſed non quò ad occidẽdum:quia hoc non põt princeps abſque ſciẽtia publica iubere. Scientia aũt publica nõ eſt niſi tripliciter:uel ex ꝓpria confeſsione iudiciali, uel ex ꝓbatione iudiciali, aut ex facto notorio:ut tradit Caiet. in ſumma in uer.homicidiũ. facit qđ elegãter ſcribit Pius II. in ſua.v.epiſtola in ordine.Ad oppoſitũ tñ uidetẽ eſſe deciſio Cyn.cõiter per doct. approbata, ꝙ ſi princeps abſque proceſſu mãdet aliquem furca ſuſpendi,licitè & ſine peccato quis põt exequi, cũ præſumit ẽ ex cã legitima feciſſe:ut p Abb.in conſi.84.col.fin. Feli. plenè in cap.quæ in eccleſiarum.col.xx.in ✳v.conclu.de cõſti.✳ uide ẽt Bal.in auct.habita.ij.col.C.ne fil.ꝓ patre, ubi not.eſſe prius Deo,quã Principi obedeendum.]

11 An autem † ea quę dicta ſunt de ſeruo,& filio patris,dominiquè obtemperantibus imperio procedant in cæteris hominibus ſui iuris,ut ad mandatum alterius aliquid facientes excuſentur:& ſimiliter, an laboratores cõducti ad laborãdũ in alienis prædijs excuſent, puniriue poſſint,latè hîc inſiſtit Deci. plura ſcribens circa gloſſam. §. ſi tignum .l.

ſi rem.ff. de rei uend. ſed quia incidit, nec eſt hîc huiuſce articuli proprius locus, remittã me ad Baldum in conſilio.cclxiiij.lib.3.& cxxxij.libro 5. Alb.de Roſa. Ioan.Craſſum & alios in l.j. in princ. ff. de eo per quẽ fact. erit. & in l.ſi quis id quod in ult.colum. ſuprà de iuriſdi. om. iudic. ubi quidam dubitant de laboratoribus fructus præcoces & immaturos colligentibus aut deſtruentibus, an tunc ipſi etiam teneantur, ceſſetque dictum gloſſ.§.ſi tignum. uide etiam Alex. Iaſ.& alios in l.de pupillo.in §.nunciatio.in ult. colũ. ff.de noui.oper.num.Pau. de Caſt. in l.refectionis.in fin.ff. communia prædi.Alex.conſ.xxxvi.lib.1.Socin. conſil.54.col.pen.& fin.uolum.iiij. & in l.quod te.col.fin.ff.ſi cert.pet. Felin.in ca.uniuerſitatis. de ſenten. excom.& in c. conſtitutus.colu.vii. de reſcript. * Curt.in d.l.quod te. col.pen. & Rip.in ca.cum M.fo.22. in 8.concluſ.de conſtit.]

Poſtremò diligenter aduertendũ eſt.quia hæc regula & predicta procedunt, quando de mandato patris dominiue apparet,& ꝓbatur: aliâs
12 † mãdatum non præſumitur, etiam cũ curſu & ſpatio annorum mille. dictum eſt Bal. ualdè famigeratum in dict.l.ij.C.ſi ex falſ.inſtr.ubi quærit, ſi dominus non appellauerit à ſententia,an uideatur falſum procuratorẽ approbaſſe? Et quamuis prima fronte uideretur quòd ſic, quia nõ diſſentire ratihabitioni par eſt.l. quo enim §.1.cũ ibi not.ff.rem rat. haber.Ad oppoſitũ tamen dicit eſſe ueritatem: quia ſilentium nihil eſt: unde ſententia perpetuò etiã uſque ad mille annos nulla dici poteſt, ex quo de mandato non conſtat, per not.in ca. cùm in iure peritus.de offic.delegat. idem aiunt dicere Bald. & Sali. in l. i. C. de rebus alie. non alie.ſed nõ loquitur de numero tot annorum:uerum ſimpliciter dicunt mandatum non præſumi, per illum text.quia non præſumitur quempiam habere officium publicũ aut priuatum, niſi probetur.l.prohibitũ. C. de iure fiſc. lib. x. l. ſciendum.ff.de uerb.oblig. * pulchrè tradit Ruin. conſil.41.col.8.lib.1. & conſ.28.col. pen.lib.4.ubi limit.Marian. Socin. Iun.conſ.56.lib.1.] & iſtud dictum Bald. eſt uulgatum tàm in ſcholis quam in palatiis & cauſarum auditoriis:ſed malè ab omnibus intellectum declaratumque. Alex. tam legendo quàm conſulẽdo ſecutus eſt dictũ Bald.de mille annis, ꝙ etiam tanta temporis intercapidine mandatũ non præſumatur:ut per ipſum Alex. in l.qui in alien.in prin.ff.de acqui.hęred.in l.ſciendum.colu.iii. ff.de uerbo.oblig.in conſ.i.lib.4.& uidetur ſequi doct. cõmuniter cum aliquibus limitationibus & declarationibus: ut per Rimi.& Curt.in l. i.col.xii.& xiii.C.qui admit.Felin. in cap.ſicut.col.xvi.de re iudi.Balb. in tract.de præſcript. fol.xii.uerſ.ſecundo principaliter.Brun. Aſten.in tract.de forma.char.lxxx.colu.iii.& in conſ.99 & ſequuntur ſimpliciter omnes limitationes. Fel. in dict.ca. ſicut, quibus adde etiam eundem Curt.in tract. feud.fol.i. colum.iii. Dec. uarius fuit tam legendo quàm conſulendo. nam in conſ.xxvi.column.iiii.& in conſ.cxcix. colum.fin.

tranſit

tranſit cum Bald. ꝙ non præſumatur mandatum. etiã ex magna temporis diuturnitate, quando mandatum ſimpliciter allegatur, ꝙ nulla alia ratione iuſtificatur quàm ex tẽpore: ſecus ubi enunciatur, & ex temporis intercapedine coadiuuatur: ut ibi per eum. ſed in conſ. ccxv. ſequitur ſimpliciter dictum Bald. ꝙ non præſumatur mandatum: nõ tamen diſcutit articulum. & in l-j. col. iiij. præallegat. & in conſil. cxcix. col. j. alijsque multis in locis, illud eſſe præcipuum & peculiare in mandato, dicit, ut non præſumatur etiã ex curſu longiſsimi temporis. ſequendo Bald. Sed contra Bald. conſuluit latè Curt. ſenior in conſ. lxxvi. eum dicens, loquutum ex capite ſuo ſine lege, & ſine ratione: prout ſæpè faciebat, contraque infinitas deciſiones doctorum uolentium, ꝙ antiquitas temporis fidẽ det, & authoritatem preſtet inſtrumẽto: arg. c. ſuper quibuſdam. in §. præterea. de uerbo. ſignificatione. cum alijs per eum allegatis. ſequitur Deci. in d. l. j. col. iiij. & pro hoc allegant ipſummet Bald. in conſil. cclxxxvij. incip. in primis. col. fin. lib. 3. concordat idem Deci. in conſil. cxcix. colu. fin. & in conſil. dcxxxviii. ubi concludit Bald. de tẽpore annorũ mille uerum non eſſe, etiam in antiquis de annis centum, propter antiquitatis fidem & authoritatem. Iaſ. hic col. v. in ij. limit. & in d. l. ſciendum. ad fin. vi. col. dicit ſe uidiſſe illud dictum Bald. in pluribus doctorũ conſilijs allegatum: & ꝙ licèt non habeat contradicẽtẽ, contrariũ tenet uerius eſſe, per text. l. ſi filius. C. de peti. hære. debuit tamen Iaſo. uidiſſe Curt. ſeniorẽ damnantem Bald. in conſil. ſuprà alleg. arg. tamen Iaſ. reſpon. Balb. & Bru. præalle. & Curt. Iunior in d. l. j. col. xiii. & dicam latiùs infrà.

13 Ego † autem quicquid latrent Curt. ſenior, Deci. & ſequaces dico Bald. in dicto mille annorum ratio nabiliter & iuridicè locutum fuiſſe: neque adeo mirandã rem eſſe præcipuumque & peculiare nihil eſſe in mandato (quicquid Dec. & ſequaces dixerint) ſi rem bene intelligere uoluerimus. Ea propter dico uobis idcirco non prẽſumi mandatum ex quocũ que tpis curſu, quia facti eſt facta regulariter nõ præſumuntur, niſi probentur. d. l. ſciendum. & l. ſi emancipati. ubi ſcripſi. C. de colla. c. cùm in iureperitus, cũ ibi not. per Abb. & alios de officio deleg. & in c. i. de conſtitutio. in vj. & in cap. ſi fortè. in uerbo, ſciẽte. de elect. lib. 6. & l. quatenus. ubi Decius citat alios concordan. infrà eodem titul. Hinc dici ſolet, ꝙ tempus non eſt modus inducendæ obligationis. l. obligatio nũ ferè. §. placet. ff. de actio. & obligatio. item ꝙ tempus nõ eſt modus inducendi nec ſubuertẽdi teſtamen tum. Bal. in l. ſcimus. per illum text. C. de teſta. & pariter ſi duo fratres bona paterna per decennium ſeparatim tanquàm diuiſa poſſederint, quilibet uidelicet partem ſuam, nec ſit in partibus inæqualitas magna, præſumitur facta diuiſio: iuxta text. cum gloſſ. in l. penult. C. communi diuidũdo, ab initioque diuiſiſſe præſumuntur, non autem nunc diuidere: quia tempus nõ diuidit, ſed conſenſus prẽſumptus ab initio temporis.

poris. finis enim principium ſuum reſpicit, & ei coniungitur, operaturque retrò ab initio ipſo cũ ſit unus & indiuiduus effectus totius temporis.argu.l.eos.in princip.ff.de uſufr. Bartol.notanter in d.l.j.col.iij. ubi Bartol.ix.in vij.qu. facit ad confirmationem prædictorũ text. l. quod ab initio. ibi, tractu temporis non conualeſcit.infrà eod.titul.Hæ ſunt ueræ & fundamẽtales rationes, quare mãdatum nõ præſumatur:ſicque nihil præcipuum, nihilque peculiare in mandato eſt, ſed non præſumitur, ſicuti nec cætera facta regulariter prẽſumuntur, rationabiliter itaque & iuridicè locutus eſt Bald. in locis præalleg.& in conſil.lxxxii.incip.Bertonus.col.ij.libr.3. dicens illud eſſe certum, ꝙ mandatum non præſumitur etiam ex curſu mille annorum, niſi probetur.nec melius dicere potuiſſet, cũ nunquam ex quocunque curſu temporis præſumatur mandatum per prædicta. militant enim rationes adductę ſemper quãdo allegatur uidelicet ſimpliciter mandatum, nulla alia ratione iuſtificatum, quàm ex temporis diuturnitate, per præallegata. Eſtque adeò uerum dictum Bald. quicquid perperàm ſentiant præalleg.ſcribentes, ut nunquàm inflectatur, neque limitationem patiatur, ſi cõſideretur ſolummodò tempus, illiusque longitudo, per rationes adductas. Et miror ꝙ Modern.Mediolanenſes, qui præſumptionum edidère tractatũ, de iſto notabili articulo uerbum non fecerint.

Sed quando probabiles aliquæ coniecturæ & præſumptiones cum tempore concurrerent, ſeu iuſtæ cauſæ, præſumendi mandatum, dicendum eſſet præſumi quidem mandatum, aliquando cum minore curſu temporis, ſæpè cum maiori ſecundũ ſubiectã materiam, qualitateſque, ac metum coniecturatum, & præiudicia, prout contingebat in caſibus enumeratis per ſcribentes præalleg. dum limitando dicunt, tunc præſumi mandatum: non ſunt enim limitationes ad dictum Bald. qui, ut dixi, loquitur in alijs terminis: ſunt tamen declarationes in materia, ut infrà clarius ponam.

14 Quando † enim quis pro uicario Epiſcopi publicè ſe geſſit, ex Epiſcopi mandato id feciſſe præſumitur, licèt non probetur: ſecundum dominos de Rota deciſ.ccccxcix. in antiquis.ſequitur loco prẽall.Feli.Rim. in d.l.j.col. xiii. ubi Deci.iiij. Balb. & Bru.Aſtenſis præalleg.

* *Alex.conſ.17.lib.5. Ruin.conſ.35. & 96.lib.1.ubi dicunt, quòd quando ille qui geſſit actum, eſt talis pro quo præſumitur, etiam præſumitur mandatũ.] Intellige tu melius hanc primã reſtrictionem, ſecundũ quod domini de Rota ibi declarant, notantes acta in partibus corã officiali alicuius Epiſcopi agitata, licèt nõ probentur per literas patẽtes ipſius poteſtas, dummodo à partibus non negetur, præſumi; quia ordinarius eſt.c.ii.de conſue.in vj.c.Romana de appel.eo.libr. Si uerò ab aliqua parte negetur dicta poteſtas, oportet, ꝙ probentur: quia res per negationem dubia efficitur.l.inter ſtipulantem.ff.de uerbor.oblig.ſed ſufficit, dicunt, probari habilitationem, nomi-

nominationem, & reputationẽ, ad hoc, ut acta corã ipſo facta ualeant, iuxta l. Barbarius. ff. de offic. præto. cũ ibi not. Nam cùm prò tali ſe publicè geſſerit, & toleratus fuerit, ac propter utilitatem publicam ualiditatis geſtorum, coram illo mandatũ ab Epiſcopo factum præſumitur. Et nota non requiri illam diuturnitatem temporis de qua in ſuperioribus, quicquid ſenſerint Feli. Rimi. Dec. & alij. uerùm ſufficit, ꝙ durante officio quod exercebat ſe prò tali geſſerit, publicèque pro tali habitus reputatusque fuerit, per d. l. Barbarius. cum ibi not.

15 Rurſus † quando pro alio quis ſoluiſſet penſionem, ex temporis longitudine ad id faciendum, mandatũ habuiſſe præſumitur: ſecundum Decium in dicta l. prima, colum. quarta, poſt Felin. & dominos de Rota: ſequitur ibidem Rimin. colum. xiii. ſequuntur etiam Bald. & Brun. in locis præallegatis. & Deci. conſil. xxxvi. colum. iiii. Tu aduerte, quòd hæc præſumptio inducitur, quia uериſimile non eſt, quempiam ſine mandato ſuum iactare, contra præſumptionẽ, de qua in l. cùm de indebito. ſuprà de probationibus, ſoluiſſe. Et quia à communiter accidentibus ſoluẽtes ad id mandatum habẽt: ideò nimirum ſi præſumitur ſecundum Rimi. præallegatũ. Item aduerte, ꝙ Rota & alij præallegati, quicquid dicat Decius & ſequaces, non exigunt illam temporis diuturnitatem: & uidetur ſufficere ſemel, biſue, ſoluiſſe exiſtenti in quaſi poſſeſſione exigendi eam penſionem. Quinimò in puncto iuris talis deciſio minimè procedit: cùm factum unius alteri tertio nocere non debeat. l. ſi unus. §. ante omnia, cum uulg. ff. de pactis, niſi ſolutio dictæ penſionis facta fuiſſet ſciente & nõ contradicente illo, qui debitor dicitur: tunc enim uidetur ratificare, ad idque mandatum dare. argumento capituli ex parte decani. cum ibi notatis de reſcriptis: ita mihi uidetur uoluiſſe dominus Rotæ deciſione uigeſimaſecunda, in antiquis. Ter-

16 tio † præſumitur mandatum quando quis probat iura cauſæ per dominum ſibi tradita. l. ſin. cum gloſſ. in uerſic. nulla. C. de pactis conuen. de quo tñ uide Roma. conſil. cccclxvi. colu. fin. & in ſingulari ſol. xxviii. & xxxix. Alexãd. in l. j. colum. ij. de

17 procurator. Quartò † in caſu l. fin. ff. de uſucapio. pro empt. propter iuſtam cauſam credulitatis mandati præſumitur mandatum ipſum: & faciens actum ſub prætextu ipſius mandati excuſatur: ut per Franciſ. de Curt. in præallega. tractatu feud. colum. iii. & in dict. l. j. col. xiii. Præ-

18 ſumitur † pariter mandatum in caſu l. qui in aliena, in princi. ff. de acquirend. hæred. & in caſu l. ſi filius. C. de petit. hæred. in hocque lapſus eſt Iaſo. in locis præallegat. uolens per illa iura probari, ꝙ præſumatur mandatum, etiam ubi agitur de magno præiudicio, prout in hæreditate ex diuturnitate temporis annorum decem. ſed patet ſolutio ex dictis Alexand. in d. l. qui in aliena. in princ. & Rimin. loco præallegat. expreſſeque argumen. Iaſo. reſpõdet Balb. loco præallegat. & ſatis colligi reſponſio potuit ex relatis per eundem

dem Iaſ.in d.l.i. in iiii. limitatiō. & in conſil.cxlviii.col.fin.lib.iiii.dūm referendo declarationem Bartol. ad dict.l.ſi filius. probat agi ibidem de modico præiudicio. Et adhuc clarius dicas,nō eſſe uerum, ꝙ propter temporis diuturnitatem ibi præſumatur mandatum,iuſſumque patris præceſsiſſe, ut filiusfamiliās hæreditatem adiret:cùm plura ibi concurrerent.Primò cauſa præordinatā ad talem acquiſitionem hæreditatis: quia delata erat hæreditas filio:ideò ex diutina poſſeſſione & patientia bene præſumitur actus cōſecutiuus ad cauſam prędictam:ſecùs ubi non conſtat cauſam aliquam præcedere. Aretin. in d.l. qui in aliena.in §.i. col.fi.ubi Iaſ.col.vii.itē interueniebat unitas perſonarum patris & filii qui iuris fictione una eadēque perſona eſſe cenſetur.l.fi.C.de impube. & aliis ſubſtitu. * & ꝙ unus poſſidet, alius præſumitur poſſidere, ut per Aret.loco præal.Item concurrebat diuturnitas temporis, & continuata poſſeſſio rei cum patientia & negligentia aduerſarii, ut per illum tex.uult Alc.in d.l. qui in aliena.col.ii.ubi Are.in uerſicu.i.col.ii. hoc multùm ponderans. Item concurrit modicitas præiudicii filii in dictis iuribus ac commodi & fauoris patris, potius quàm præiudicii] tractabatur enim de commodo patris præſumendo iuſſum in illius fauorem, non autem tractabatur de præſumendo mandato & iuſſu contra eum:prout in quæſtio.noſtra, et de leui præiudicio fili: quia & ſi hęreditas patri quæratur, quę ſibi acquiri poſſet, ſi factus ſui iuris adiret, modicum tamen præiudicium eidem infertur,propter ſpem quam habet in ſucceſſione patris,quę conſiderabilis eſt, l. nec ei.§.final.ff.de adopt.ſecundum Aretin.in d.l. qui in aliena.in.§.i.in ii.colum. Quæ tamen cōſideratio de leui prǫiudicio & de præſumptione iuſſus & mandati in fauorem patris, non contra ipſum,uidetur cōfundi per tex.d.l. qui in aliena. in princip.nam illa præſumptio aditionis hæreditatis ꝑ filium præuio iuſſu patris,etiam cōtra ipſum patrem inducitur in fauorem creditorum, ut pater æri alieno obligetur, ſicuti ibidem in principio legis dicitur.& poſt Paulum de Caſt.uoluit ibi Alexand.colum.fin. Reiicias itaque cauſam hanc de leui præiudicio,commodoque,ac fauore patris: & dicas id contingere propter concurrentem cauſam ad acquiſitionem hęreditatis,ut dixi, prędordinatam, ac diuturnitatem temporis,longamque & continuatam poſſeſſionem rei. Item propter ſcientiā & patientiam patris,quę quidē patientiā inducit ſcientiam.l.quotiēs l.ii.ff.de ſeruit.tit.gen.facitque pręſumi mandatum.l.qui patitur.ff.mādati.Igitur nimirum ſi concurrentibus tot coniecturis & cauſis, mandatum ſeu iuſſus ęquipollens mandato pręſumitur ibi. Quod tamen dicunt Are.Rimin.Curt. & alii de leui prǫiudicio filii in d.l. qui in aliena.& patris fauore potiùs quàm dāno, in d.l.ſi filius,procedere poteſt exiſtente ſolummodò differētia inter patrem & filium: ſecùs ubi eſſet contentio etiam cū creditoribus hæreditariis, ut dixi.

19 Maius dubium eſt, † quando in alio inſtrumento enunciatur mandatum, an cum temporis diuturnitate præſumatur? Et dico quod ſic, modò ſimus in his quę ſunt de antiquo. Dat enim antiquitas fidem & authoritatem inſtrumento enunciáti mandatum, ut propter curſum tanti temporis pręſumatur interueniſſe mandatum, non ex ſolo curſu temporis, neque ſola ratione temporis: hoc enim non eſt potens, ut poſt Bal. dictum eſt ſupra: ſed propter enunciationem mandati in inſtrumento antiquo factam. Et in his terminis propriè procedunt quę in præall. conſi. lxxvj. ſcribit Curtius Senior, Deciuſque & alii in locis. ſ. allegat. faciunt quæ ſcribit Alex. in. l. Iulianus colum. i. per illum tex. ſ. qui ſatiſda. cogantur. & per Guliel. Caſſiado. in deciſionibus Rotæ in deciſione iij. ſub titul. de procurato. Propterea paucis elapſis diebus petente quadá muliere reſtitui, & relaxari ſibi bona, quæ olim tenebantur & poſtulabantur per ipſius genitorem, & tunc per conuentum occupabátur, tanquàm ipſi mulieri ſpectantia & pertinentia, cum prima cauſa ſit liberorum & deſcendentium. inſtitu. de hære. quæ ab inteſt. deferun. in prin. & in. §. i. opponereturque quòd bona erant feudalia, à quibus excludebatur fœmina ipſa, tàm ex diſpoſitione iuris communis, quàm ex forma ducalis Sabaudiæ celſitudinis decreti, & conſuetudinis ipſius patriæ, ad quod probandum exhibebatur quoddam publicum inſtrumentum recognitionis factæ iam annis xl. præteritis, in quo enunciabatur mádatum: dicebatur enim talis procuratorio nomine. P. conſtante inſtrumento mandati & procuræ recepto per talem notarium, deſignatis etiá anno & die. omnia enim hæc nunciabantur & deſignabantur in inſtrumento prædictæ recognitionis procuratorio nomine prædicto recognoſcés dictum eius principalem uaſallum & ſubditum illuſtriſſimi principis &c. ſeque ab eodem illuſtriſſimo principe tenere in feudum nobile &c. caſtrum cum iuriſdictione ac talia bona particulariter, & diſtinctè illa ſpecificando: & reſponderetur non conſtare de mandato, quod non præſumebatur per prædictum, uerùm probandum erat. Replicabatur quòd in antiquis prout eramus attenta qualitate noſtrorú temporum quibus homines nô diu uiuunt, dictum Bald. non procedat, ſed quod in ſuperioribus dictú fuit, negabaturque nos eſſe in antiquis. Ad quod demonſtrandum & intelligendum ſcire oportet, uarias fuiſſe ſcribentium opiniones, quádo tempus dicatur eſſe de antiquo: ut per Roch. Curt. in rep. c. fi. de conſu. col. 45. uerſi. quæritur modò. ] quidam uoluerunt tempus quadraginta, uel quinquaginta annorum hiſce maximè aſperis temporibus antiquum dici ſeu de antiquo, aut ſaltem id iudicis arbitrio relinqui: ut per Socinum in conſilio lxxxix. col. iij. lib. j.

20 Nihilominùs † tu firmiter tene requiri curſum & metam centum annorum, ut dicamur eſſe iu his quæ ſunt de antiquo. Is enim eſt longęuus uitæ hominis terminus. l. fin. C. de ſacroſanct. eccle. hæcque uera eſt;

& communis doctorum ſententia: à qua in iudicando & conſulendo recedendum non eſt: ut dicunt & attestantur Iaſ.& alii in l. cum aliquis. C.de iure deliberand.& in conſilio ſuo cxlviii.colum.fin.lib.iiij. & Decius in conſi.xiii.col.pen.& in conſ. * ccccxxj.col.iiii.* Curt.Iun.conſi. 90. col.fi.Firmia.in tract. de gabel. col. 10.Ruin.conſi.173. lib. 4. & conſi. 141.uol.5.Maria.Soc.Iun.in conſil. 56.lib.2.Curt.in d.c.fina.colum.54. de conſuet.]

SVMMARIVM.

1 *Furioſus nullum negotium contrahere poteſt. Neque matrimonium. num.6.*

2 *Furioſus qui dicatur, Quomodò probetur, Quando præſumatur. Et quando poſſit puniri pro delicto.*

3 *Furioſus non poteſt puniri de homicidio commiſſo ante furorem.*

4 *Furioſus moriens in peccato mortali, quòd ante furorem incurrerat, eſt damnatus.*

5 *Furor quotuplex ſit.*

7 *Dormiens delinquens punitur de culpa tantùm.*

8 *Pupillus, qui fari poteſt, tutore authore omnia negotia agere poteſt.*

9 *Et quid ſi fuerit proximus infantiæ, uel infans. nu. 10.*

L. V. PAVLVS.

IN negotijs contrahendis, alia cauſa habita eſt furioſorum: alia eorum, qui fari poſſunt: quamuis actum rei non intelligant. Nam furioſus nullum negotium contrahere poteſt: pupillus omnia negotia tutore authore agere poteſt.

DIVIDITVR in duas partes. In prima ponitur dictum. In ſecunda quæ eſt ibi, nam furioſus. rationem ponit. hanc regulam plenius explicat Imperator in §.furioſus.inſtit.de inuti.ſtipula. Sumitur autem hæc regula ex legibus adductis per gl.& Dec.tàm hìc quàm in l. furioſum.7.alleg.

1 Not. primò, † furioſum nullum poſſe negotium contrahere. nulla enim eſt eius uoluntas: quia quod agit, non intelligit, & per omnia abſentis, dormiẽtis & quieſcentis loco habetur: iuribus hìc in princip.per Dec.allegatis. Furor enim hominis mentem abſtrahit, ut ueram rerum ſubſtantiam diſcernere non poſſit c.ſicut, ubi Cardi. Alexan. nó.xlvii. diſtin.ideò in l.3.in §. item acquirimus.ff.de acquir.poſſ. Bar. æquiparat furioſum lapidi. ſequitur Iaſo.in l.pupillus ſi fari.ff.de acqui.hæredi. Materia iſta utilis eſt & quotidiana, circa quam Deci. hic quædam ſcribit, ſed plenius in l. furioſum.C. qui teſta.fac.poſſ. † Qui dicatur fu- 2 rioſus: quomodò probetur: an & quando præſumatur: an tàm in ultimis uoluntatibus, quàm in delictis iſta procedant: & utrum furioſus poſſit uel debeat puniri, ibidem diſcuſſum inuenies. * Et plura etiã bitir

ſcribit Pariſ.in conſi.99.& ſeq lib.2. & 87.& ſeq.& 95.uol.3. & 15.95.lib. 4. uide quoque longam apoſtillam ad Pau.de Caſtr.in l.2.C.de contrahend.empt.] Et inquantùm conclu-
3 dit Dec.quòd † pro homicidio commiſſo ante furorem non puniatur ſuperueniente furore, uerum differatur executio: multi contrarium tenuêre: ſed hæc opinio communis eſt & benignior.latè Iaſ. in l. ex facto. in princip. in ix.col. ubi Aquen.v. & Ripa.xvj.plures limitationes ponentes.ff.de uulg. Barto. uerò in l. nunquàm.in §.j. ibidem per præfatos alleg.ff.de uſucap.per illum tex. decidit quæſtionem theologicam
4 † de eo qui mortale peccatum incurrit, ſi furioſus efficiatur, & talis in furore moriatur, in peccato mortali dicitur decedere, & cenſetur damnatus.Dec. in d.l.furioſum.ad fin. ſequitur & Iaſ.pariter loco præallegato citans tex. de quo non meminit Bart. in c.maiores.col.iii.de baptiſ. ubi probatur in ii.col.& circa fin.c.
5 Furioſorum autem † quidam in continua mentis alienatione ſunt: quidam habent dilucida interualla: aliquibus tamen breues induciæ: nonnullis maiores ab huiuſcemodi uitio indicuntur, & mediis furoris interuallis omnia facere, quæ ſanis competunt hominibus, liberè poſſunt. Sed ut omittam doctorum philaterias in locis præallegatis, duas habemus pulchras leges ſic determinantes in l. diuus.ff. de offic. præſid.& in l.cum aliis.C.de curat. furio. alii impetu furoris apparentis prægrauantur: nonnulli in conſpectu inumbratæ quietis ſunt furoris ſignis non apparentibus: de quibus in princip.l. quod meo. ff. de acquiren. poſſeſſio. & quantùm ad iuris diſpoſitionem non differunt. Dec. in l.humanitatis.colum.j.C.de impube.& aliis ſubſtitu. Eſt tamen caſus ſpecialis ubi furioſus fingitur conſentire in §.fin.l.ii.ff. ſoluto matrimonio.ſecundum glo.& Dec. hic de quo per omnes Moder. in dicto §. fina. Et cùm furioſus, ut dicit text. nullum negotium contrahere poſ-
6 ſit: infertur, † quòd matrimonium non contrahet, nec carnale, nec ſpirituale.cap.dilectus filius.de ſponſa. cap.ſicut tenor. de regul.l. patre furioſo.ubi latè Iaſon in iii.notab. ff. de his qui ſunt ſui uel alieni iuris. Semper tamen uerum non eſt furioſo æquiparari dormientem, & quieſcentem.nam furioſus ex delicto nō punitur.dicta l.diuus. & clementi.ſi
7 furioſus.de homicid.ſecus † in dormiente, & delinquente: quamuis enim ex delicto non puniatur, ex culpa tamen punitur, ſi defectus, uitiique proprij conſcius, quòd in ſomnijs puta ſolitus erat ſurgere, loqui, & alia facere: neque cauit ne obeſſe poſſet tertio.ſi autem neſciebat, quia ſimilia facere non conſueuerat, nullo modo puniretur. Bart. Alexand.Arc.Iaſo. & alij in l.j.§.j. ff.de acq.poſſ.& Ancha.in dicta clement.ſi furioſus. Secundò principa-
8 liter no. † pupillum, qui fari poteſt, tutore authore omnia negotia agere poſſe.& ſi enim in tali ætate, neque ſcire, neque diſcernere quicquā poſſit, nec diſcurſum rationis habere cēſeatur, id eſt, diſcretionē, per quam poſſit deliberare, nec ſcientiā per quā conclu-

concludere, & determinare aliquid ualeat, in his quę furioſo ſimilis ſit, ab illo tamen differt: quia principia quædam intelligit, quæ ſine diſcurſu omnibus nota ſunt. Exempli gratia, appetere bonum, & fugere malum, quæ tamen ſunt ignota furioſo. Quia igitur intellectum aliquẽ talis pupillus habet, benignè receptum eſt, ut omnia poſſit tutore authore, per quem ſuppletur imperfectio pupilli. §. furioſus. inſtit. de inutilibus ſtipulationibus. l. pupillus ſi fari. ubi ſcribentes notant. ff. de acquiren. hæred. melior textus in §. infans, l. quamuis. ff. de acquir. poſſeſ.

9 Pupillus † tamen infans, & proximus infantiæ furioſo æquiparatur, ſecundum Decium hîc. de quo miror, nam proximus infantiæ alicuius eſt ſenſus, & intellectus, quo furioſus caret: ideò utilitatis cauſa receptum eſt, ut id iuris dictus pupillus habeat, quod pubertati proximus, ſicque à furioſo differat. tex. eſt appertus in dict. §. furioſus. ad finẽ contra quem loquitur hîc Deci. ad quod uide etiam Sotinum in §. j. l. j. ff. de acquir. poſſe. De pupillo † in-

10 fante contrariæ ſunt ſcribentiũ ſententiæ. Alex. & Aret. in dict. l. pupillus ſi fari. poſt Imol. & alios per hãc legem, & prçallegatum §. infans. tenent quòd pupillus ſiue maior, ſiue minor ſit infante, dũmodò fari poſſit, ualeat cum authoritate tutoris actum gerere, aliàs non. quę opinio uidetur quadrare huic legi, & alijs ſuperius allegatis, ſimpliciter requirentibus, quòd loqui poſſit: quaſi tunc temporis iuris prçſumptione intellectum aliquem habeat. l. j. §. furioſum. ff. de actio. & obliga. ut poſt Aret. declarant Moder. Peruſ. in l. j. in §. j. col. viij. ff. de acqui. poſſ. Soc. ibi in ij. colum. per plura contrariũ oſtendit, quòd minor infante, eo ipſo quòd loqui poteſt, non cenſeatur intellectum habere: ideò ibi in iiij. colum. uerſi. quartus caſus, putat iudicem ex indiciis, cum à iure hoc determinatum non ſit, arbitrari debere. Sed lex iſta, & omnia præallegata iura ſolummodò requirunt eum pupillum poſſe fari, prout Alexand. & Aret. concludunt: qui ſi intellectum in tali exegiſſent, id dixiſſent: nec difficile fuiſſet exprimere. argumen. tex. l. unic. uerſic. ſin autem ad deficientis. C. de cadu. tollen. Illud autem certum eſt, quòd tàm pupillus doli capax, quàm infantiæ proximus poſſunt ſtipulando ſibi acquirere. plenè Iaſo. in l. j. in §. j. colum. ſinal. ff. de acquir. poſſeſſ.

## SVMMARIVM.

1 *Exempla glo. & Dec. reprobantur. Nouus intellectus ad hunc textum, & poſt. nu. 2.*

2 *Verbum, uoluit, quomodò intelligatur. Et de uerbo, transferre. nu. 3. Et de uerbo, uoluerit. nu. 4.*

### L. VI. VLPIANVS.

NON uult hæres eſſe, qui ad alium trãsferri uoluit hæreditatem.

IVRISCONSVLTVS hic de induſtria obſcurè loqueretur, ſi cõmunem literam, & ſcribentes communiter

muniter ſequeremur:ſed nos aliter ſentientes,melius fortè dicemus, & legem candori ſuo reſtituemus. Dixerat ſupra eius eſſe nolle, qui potuit & uelle. Proſequendo eandem materiam,aliam regulam tradit,dicens,qui uult hæreditatem ad aliũ deuolui,ipſe nõ uult hæres eſſe. ſicque eius eſt nolle, qui potuit & uel
1 le hæres eſſe. Gloſſ.ponit † quatuor exempla,quæ ſecundum Deci. huic legi non conueniunt, nec adaptari poſſunt,& duobus primis exemplis textus hercle apertè refragatur,dum dicit ad alium tranferre uoluit:cùm in dictis exemplis cogatur facere, ſicque ab illius uoluntate id nõ dependet. Vltimis uerò exemplis quãuis prima pars legis cõueniat: quia pater & maritus in iuribus per glo. alleg.hæredes eſſe nolint:non tamẽ cõuenit ultima legis pars, quia ipſi non ſunt,qui ad alios trãsferãt hæreditatem.iuxta uerba iſtius regulę. Et ſimiliter reiicimus exemplũ Decij de l.ſi quis ita hæres inſtituat, ſi legitimus hæres.ff. de hæred.inſtit. quia hæres legitimus nolens hæreditatem uendicare, non eſt ille qui in inſtitutum hæreditatem trãsfert: ſed eſt teſtator: ipſe uerò legitimus omittit uendicare. Præterea in caſu illius legis hæres legitimus hæreditatem uendicare nolens nullo modò hæres efficitur:ut ibi patet.& tamen in alium hæreditatem transferens de neceſsitate per prius hæres efficitur.l.ſi auia.C.de iure deliber. ſecundum Dec.infrà ad finem.comment.& tamẽ lex noſtra uult,quod non efficiatur hæres.exemplum igitur non procedit. Vides itaque ex omnibus exemplis datis nullũ procedere,nec uerbis regulæ noſtræ cõuenire. Ego,ut ſupra pollicitus ſum, hanc legem clariſsimam tibi reddo ſola litera mutata, & reſtituta. legi enim debet non transferre,ut communiter habetur, ſed transferri. & tunc duo ultima exempla gloſſ. & pariter exemplum Decij optimè cõuenient.& alia multa faciliter dari poſſent,quòd ille qui uoluit hæreditatem ad alium transferri, cùm ipſe hæres effici potuiſſet,hęres eſſe non uult.& hoc modo uoluntatem eius declarat,quòd ipſe hæres eſſe nolit. Et ſumitur hęc regula ex iure,quod prius erat,ut clarè apparet. & conſe
2 quenter uerbum, uoluit, † ſimpliciter intelligitur,ut iacet.nec eſt neceſſe confugere ad expoſitionem factã per Deci.id eſt, cum effectu de uolũtate tranſtulerat.& loquitur hìc Iuriſconſultus de uoluntate uerbis declarata,nõ autem facto, ſicuti Dec. ſenſit,uolnitque. Hic eſt meus nouus intellectus, & planus ad hunc textum:qui ſi benè conſideretur aliter intelligi non poteſt.Si enim qui hæres eſſe poterat, in alium hęreditatem transferret,per prius ipſe efficeretur hęres nec poſſet etiam ſi uellet hęres eſſe definere.l.& ſi ſine.circa fi.ff.de minor.glo.no.in l.in ſubſtitutione.ff.de uulgar. ubi per ſcribentes.ſicque Iuriſconſultus fruſtrà hic diceret,quod non uult eſſe hęres:eius enim uoluntas legibus repugnans non attenderetur. De uerbo
3 autem † transferre, ultra ea quæ hic ſcribit Dec.quedã alia ponit in cap. tranſlato.in ij.lectur.de conſtitu.& in §.fina.l.j.ff. de offic. eius,faciunt

E quę

quę dicentur in l.cui ius eſt donandi.infrà eod.Pro intelligentia uerò §.ſi maritus.in final. gloſſ.allegati, uidendus eſt Are.in conſi.xcj.col.j.

4 De ui uerbi † uoluerit, quod ſecundum ſubiectam materiam capitur cum effectu,ideſt uolũtariè fecerit, iuxta glo.ij.l.ſi.ff.de rerum diuiſio. & probatur hîc ſecundum unam intelligẽtiam quam ſequitur Dec. ego autem minimè,ut ſuprà dixi. Hinc ſumpta occaſione Deci. quædã ſcribit,quibus plura poſſem addere:ſed quia incidit,me remittam ad Cæp. in repetitione l. ſi fugitiui. colu. ij. & xij.C.de ſeruis fugi.Barb.in cap. fina.colum.xix.uerſi.& ſubdit.de reſcrip.& in conſi.xxj.colum.iij.& cõſi.xxiij.colum.fina.libr.ij. & conſil. lxxj.colum.j. & ij.uolum.iiij. Alex. conſi.xcviij.colum.final.lib.iij.Fel. in cap.inſgentium.colum.ij.in j.diſtin.decre.& in tract.de conatu.Iaſo. in l.fina.colum.ij.C.de codicil. Aquen.in l.ſi quis maior. colum.j. C.de tranſactio.Deci. in §.j.l.penultim.ff.de offic.eius.& tex. not.in.l. Labeo.ſuprà de ſtatu libe.

## SVMMARIVM.

1 *Teſtamentum eſt actus indiuiduus.*
2 *Paganus unde dicatur: & quis dicatur.*
3 *Cauſa teſtati & inteſtati ſunt contraria.*
4 *Quis non poteſt pro parte inteſtatus decedere. Amplia nu.6.7.8. limita nu.9.10.11.12.13.14.*
5 *Ius accreſcendi quare introductum fuit.*

*L.ſi olus.ff.de acquir.hære.quemadò intelligatur.*

*L.Hæreditas ex die.ff.de hæredi.inſtit.ornatur poſt nu.7.*

## L. VII. POMPONIVS.

IVS noſtrum non patitur eundem in paganis, & teſtato & inteſtato deceſsiſſe: earumque rerum naturaliter inter ſe pugna eſt,ut teſtatus & inteſtatus quis ſit.

AD intelligentiã legis & materię præmitte, † teſtamentum eſſe actu 1 indiuiduum: ideò ſecundum ſcribẽtes relatos per Deci. non poteſt pro parte ualere,& pro parte non.l.ſi is qui.ff.de teſta.& latè tradunt Fulg. in conſi.xix.Pau.de Caſt. in conſil. 189.in anti.Barba.conſi.ix.col.vj.& conſi.58.lib.iiij.Alex.conſi.iiij.105. & 113.vol.vij.Iaſ.conſi.cxcvj.lib.ij. & conſi.viij.lib.iiij.& conſi.dv.lib. iiij.& Deci.conſi.ccccl xxxviij.Secũ- 2 dò præmitte,†paganum dici à pago ideſt uilla,hominem ruſticum,ſemipaganũ,ſemiruſticum. Sed hîc pro homine nõ militante accipitur, tametſi urbanus ſit. & eſt uocabulum peculiare Iuriſconſultorum, à quibus duo hæc paganus, & miles, perinde ut oppoſita ponũtur. ſunt de his penès hiſtoricos etiam ad manũ exempla, ideò plus non dico. Ter- 3 tiò præmittendum eſt,†quòd cauſa teſtati & inteſtati opponuntur, ut hîc,& in l. quandiu.ij.ff. de aquirẽ. hæred.& l. quandiu.J.eod.tit.ideò dicitur hîc earum rerũ naturaliter inter ſe pugnam eſſe:quia duo contraria

traria in eodem ſubiecto ſimul ſtare non poſſunt.l.j.cum nota.C. de furt. hinc exit illud nobile Dantis Poëtæ dictum.

*Aſſoluer non ſi po chi non ſi pente.*
*Pentir e uoler non po ſtar inſieme.*
*Per la cõtradition che nol conſente.*

facit l.ubi repugnantia,& ibi latius dicam infrà eodem.

4 Eſt igitur regula iuris†non poſſe eundem pro parte teſtatum, & pro parte inteſtatum decedere. Quòd autem ſumpta ſit hæc regula ex iure prius conſtituto,uerba legis probant:dum dicit, ius noſtrũ. potuitque ſumi ex l.neque enim. & l. ſi duobus.& l.miles ita hæredem .ff. de milit.teſta.cum ſimil.concordat tex.not.in §.non autem utique. inſti.de hære.inſtit.facit l.j.& ij.ff.de acquir.hære.ubi quis pro parte adire non poteſt hæreditatem,illá ſcindendo.Nam ut Bart.& alij ibidem ſcribunt,iura pro inconuenienti habent perſonam teſtatoris pro parte repręſentari.quæ ratio & ſi ſufficiat in cauſa teſtati, non tamen ſufficit in cauſa inteſtati. quia ſi pro parte adiretur ex teſtamento, pro parte ab inteſtato,repræſentaretur deſunctus in totum,quod tamen non admittitur:niſi diceres, ꝙ repręſentaretur ſub contraria qualitate tanquam teſtatus.ſ.& inteſtatus, quod abſurdum eſt.Areti. in d.l.j. paucis ſe expediens rationé eſſe dicit: quia una eademque res diuerſo iure nõ debet cenſeri.l. eum qui ædes.ff.de uſuca.quam rõnem ſubtiliter declarat Soci.in l.ſi mihi & tibi. col.fi.ff. de leg. j. Earum rerum, inquit hic Iuriſcõſul.naturaliter inter ſe pugna eſt, ut decedat quis pro parte teſtatus, & ꝑ parte inteſtatus. hoc eſt dicere ait Soci. has qualitates repugnantes reputari in eodẽ ſubiecto a lege ciuili.ſi repugnãtes ſunt, ergo naturalis rõ dictat in eodẽ ſubiecto ſtare nõ poſſe:ut ſcribit Philoſ.in.ij.de gñat.facit.l.ſi aucilla.ff. ꝓ ſoc.Si carũ itaque rerum intra ſe pugna eſt,unius eſt uictoria:& cauſa teſtati tanquã fauorabilior uincit.ut decclarat Bald.in l.j.C. de indict.uid.tol.aliâs eſſet,dicit ipſe,repræſentare dimidiũ hominẽ intellectualẽ,per mediũque hoiem ſecare: ideò qualitas teſtati, & inteſtati in eodẽ ſubiecto eſſe nõ põt.neque in eadẽ hæreditate repugnantes qualitates dari, ꝙ adita, uidelicet ſit, & nõ adita:ꝙ repræſentet & nõ repræſentet.& ſequiẽ Soci. loco præalleg. Sicuti igiẽ naturalis rõ duo contraria ſimul & in eodem ſubiecto ſtare non patitur:ita nec lex ciuilis,ut ꝓbant uerba præſentis regulæ:ibi,ius noſtrum,iuncto fine ibi,naturaliter inter ſe pugna eſt.

5 Et hæc†fuit rõ introductiua iuris accreſcendi in cauſa teſtati,ne, uide licet, decedat quis pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus: ſecundum gloſſ. in l.ſeruus communis ab altero. ad fin.ff. de acquiren.hæredi.ut hic per Deci.& licet Alexan. & Rimi. in l.unic.column.final.C. quando non pet.par.& latiùs ibi Iaſon.col.iiij. & in l. re coniuncti.fol. vij.cum ſeq.ff.de lega.iij. poſt Soci. in l.ſi mihi & tibi.in prin.in ult.co. ff.de leg.j.aliquibus medijs eã rõnẽ impugnare nitantur: cõiter tamen per Bart.Odofr.Roma.Deci. & ferè

omnes Mod.approbata eſt, nec ab ipſa recedendum eſt, probaturque in l.ſi duobus.ponderato contrario ſenſu in non milite, ff.de teſta.mili. & in.§.non autem, inſtitut. de hęredibus iniſtuendis. ubi ratio prędicta expreſſè aſsignatur. Ad rationes, & argumenta tenentium contrariam partem diuerſimodè reſpódent Deci.in dict.l.unica.in j.nota. Crotus in repe. dict.l.re coniuncti. col.xiij.ubi Lance. Politus. xxxiiij. & Ripa.xxj. cum ſequ. Alciatuſque lib.iiij.paradoxarũ ca.viij.ut p eos.

Maior difficultas eſt circa tex.l.ſi ſolus.ff.de acqui.hęred.ubi, uno in pluribus partibus hęrede inſtituto, & in parte aliqua dato ſubſtituto: ſi portionem unam acceptauerit, accreſcent alię etiam inuito, quamuis res ad cauſam inteſtati non reduceretur, propter dationem ſubſtituti, qui etiam ex uoluntate teſtatoris deficientium portionem, in qua ſubſtitutus extitit, aſſequeretur. Ratio igitur prędicta communiter à doct.aſſignata, ne pro parte decedat quis teſtatus, bona non uidetur: cum generalis non ſit, per iura uulg. Curt. Crotus.Ripa, & Alciatus in locis p̃alleg.poſt tamẽ Pau.de Caſt.& Areti.in d.l.ſi ſolus.id ibi dicunt eſſe, ut ſeruetur uoluntas teſtatoris, quã fuiſſe, aiunt, ut inſtitutus acceptata una parte, habeat & reliquum hęreditatis: & quamuis teſtator ſubſtitutum dederit, id minimè feciſſe animo diuidẽdi hęreditatem reſpectu inſtituti: ſed propter dubium repudiationis totius ab hęrede faciẽda, uoluiſſeque ſibi prouidere medio ſubſtitutionis: & legem ſequi uoluntate defuncti, ut ſucceſsionis parte acceptata, alię etiam inuito accreſcant, iuxta tex.l.j.& ij.ff.de acquir. hęredi. Nec refragatur quòd uoluntas teſtatoris in iure accreſcendi ſuper cauſa teſtati parum curetur, aut a lege conſideretur: quãdoquidem etiam contra eius uoluntatem à lege indicatur hoc ius accreſcendi dicto §.nõ autem, & propterea ius accreſcendi prohibere nequit: ut poſt alios ſcribit Dec.in dict.l.unic.in ij. col.facit tex.l. nemo poteſt.ff.de lega.j.& l.ius publicum.ff.de pactis. Quia reſponderi poteſt defendendo rationem prędictam, id procedere, quando ſuper iure accreſcendi, illud puta prohibendo, uellet teſtator diſponere contra legem faciendo, quod non poteſt, per prędicta, aliâs ſecus. Nimirum igitur ſi in caſu dictę l.ſi ſolut.propter defuncti uolũtatẽ tota hęreditas hęredi, qui unã partem acceptauit, etiam inuito per ius accreſcendi acquiritur. imò ſecũdum Fulg.Alexan.& Rimi.non agitur in d.l.ſi ſolus, de iure accreſc.

6 Ampliatur hęc regula tribus modis per Deci. hic † primam ampliationem de pupillari ſubſtitutione, quam pater pro filio facit, comprobare poteſt. Nam ſubſtitutio cenſetur teſtamentum filij.§.j. inſtitu.de pupil.ſubſti.Ergo eadem ratio pręſentis regulę, ne quis teſtatus inteſtatuſque decedat, pariformiter militat in pupillari ſubſtitutione. Reſtringe tamen ampliationem hanc, quando filio legitimo, & naturali ſubſtitutus foret pupilariter ipſius teſtatoris illegitimus filius: ut per Soci.in tractatu ſallentiarum (ſi eius fuit)

fuit) in cccc.regula.
Ampliatur pariter regula non ſo
lùm reſpectu ſubſtantiæ: uerum etiã
7 † reſpectu temporis: quia non po-
teſt quis pro parte temporis decede
re teſtatus, & pro parte inteſtatus.
§.hæres & purè.inſtit.de hæred. in-
ſtit.ubi hæres & purè, & ſub condi
tione inſtitui poteſt: non autem ex
certo tempore, uel ad certum tem-
pus: ut poſt quinquennium a mor-
te teſtatoris, ex Calendis illis, uel
uſque ad Calendas illas, hæres eſto:
adiectumque diem pro ſuperuacuo
haberi placuit, dicit ibi Imperator:
& perinde eſſe debere, ac ſi purè hæ
res inſtitutus eſſet. Ad idem text. in
l.hæreditas ex die.ff. de hæred.inſti
tuend.& in l.miles ita hæredem.ff.
de mili.teſtamen.ibi, & quòd in bo
norum portione ei licet, hóc etiam
in temporis ſpatio, licet non modi-
cum ſit ex eodem priuilegio compe
tat: ſecus ergo de iure communi.d.l.
hæreditas ex die De qua materia la
tè per Ancharan. in conſil.xlvij. &
cclxxxj.colum.j.in fina.& in fine cõ
ſilij Paul.de Caſtr. in conſil. ccij.in
antiquis, Soci.conſi.xiiij.lib.j.Ang.
Areti.in dict.§.hæres.Deci. in con-
ſil.cclxxviij.& dxvij. & in l.incerti.
ad finem.C.de milit.teſtamen. quę
omnia ſigna ad l.hæreditas ex die.
8 Ampliatur etiam,† ut cùm duo-
bus teſtamentis decedere quis ne-
queat.l.fin.ff.de hæredi.inſtitu.tra-
dit Corn. in auth. ex cauſa. colum.
xxxj.C.de liber.præter.& Soci. in l.
moribus.colum.ij. ubi limitat.ff.de
uulg.& pupilla.
Limitatur modò prædicta regula
†primò in militibus, quorum uolũ
tas ſola in teſtando ſpectatur: ideò
pro parte teſtati, & pro parte inte-
ſtati, pro libitò decedere poſſunt.l.
ſi duobus, & §.non autem. præal-
leg.& ſatis innuit hæc litera, quod
procedit (ut inquit hîc Dec.) tàm re
ſpectu ſubſtãtiæ, & patrimonij, quã
temporis.l.miles ita hæredem.ff.de
teſta. mil. ſpecialique militum præ-
rogatiua hoc, ſecundum Dec.diſpo-
ſitum fuit. nam quòd hæreditas cor
pus ſit à lege imaginatum, defuncti
perſonam repræſentans, ex rigore
iuris ciuilis eſt: ut per Bar.in rub.ff.
de acquiren.hæred.qui rigor in te-
ſtamentis militum nõ ſeruatur, ſed
mera iuriſgentium æquitas.l.j.ff.de
milit.teſta.Socin.in l.ſi mihi.in ſin.
princ.ff.de leg.j.& Calder.loco in-
frà alleg. Et ideò uolente militè in
ſua hæreditate iuris accreſcendi lo-
cus non erit, cum ceſſet ratio iudu-
ctiua ipſius iuris accreſcendi: ex quo
teſtatus, & pro parte inteſtatus pro
libito decedere poteſt. De tali tamẽ
uoluntate conſtare, liquereque de-
bet: cùm in dubio iuris communis,
non iuris ſpecialis uiã eligere præ-
ſumatur.l.iij.C.de teſta.mili.l.ſi cer
tarum.ff.de teſta.mil.Dec.hîc, & in
dict.l.iij.in ultim.not. Ideò ius ac-
creſcendi locum habebit etiã in mi-
lite, niſi iure militari ex priuilegio
ſibi competenti teſtatus ſit.l.ſi miles
unum.ff. de teſta.mili. uel quando
eſſent diſtinctę hęreditates ſeu pa-
trimonia, ut quia unũ in paganicis,
alterũ in caſtrenſibus inſtituiſſet hæ
redẽ.d.l.ſi duobus. aut unus tñ eſ-
ſet inſtitutus in paganicis, uel in ca-
ſtrenſibus. inſtitutus.n. in uno di-
ctorum patrimoniorũ, uel in parte

unius ex eis, non conſequitur alterum patrimonium, ſiue cohæres inſtitutus fuerit ſolùm in altero patrimonio, ſiue in utroque: ut per Corne. poſt alios in l. j. col. fi. C. de teſtamen. mili. Et quicquid ibi in fi. commenti ſcribat Deci. concludit etiam Corn. ibi cum communi, quòd. §. ſi ex fundo. l. j. ff. de hæred. inſtituen. locum habeat etiam in milite, ut nõ cenſeatur uelle reſiduum auferre inſtituẽdo quempiam abſque dictione taxatiua in una re, uerùm ſub cẽſura iuris communis ipſum reſiduũ relinquere, ut etiam per Are. inſtit. de hæred. inſtitu. in §. hæreditas. Et prædicta limitatio de militibus extenditur etiam ad piã cauſam: & ad teſtamentum inter liberos. Dec. hîc. & in terminis Calde. in conſi. xxiij. an teſtamentum. ad fin. ſub rubr. de

10 conſtit. Secũdò limita, † ut regula ꝓcedat ab initio: ſed ex poſt facto, id eſt poſt aditam hæreditatem, ſecus: quia ꝓ parte decedere teſtatus quis poteſt, & pro parte inteſtatus. ſecundum glo. & Dec. hîc per l. circa. ubi Paul. de Caſtr. not. ff. de inoff. teſta. De ratione, ultra hîc per Deci. poſita, uide Paul. de Caſt. in l. pen. ff. de iniuſto rupt. ſed cùm regula tẽpus mortis reſpiciat, & exceptio tempus hæreditatis iam aditæ, hæc non eſt propria limitatio. Ad tertiam limi

11 tationem † de lege, uel ſtatuto, ex quorum diſpoſitione decedere quis poteſt pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus: addenda uidendaque ſunt ea quæ ſcribunt Socin. & Moder. in l. moribus. in not. ff. de uulg. Bal. in l. j. C. de ſecund. nup. omnes doct. in l. in ſubſtitutiõe. §. de uulg. item non eſt limitatio ad regulam: quia ius hoc patiť tunc. Circa quar-

12 tam limitationem † ſumptam ex l. j. C. de ſecund. nup. Deci. defendit gl. ꝙ non ſit limitatio, uerũ inſtitutus, qui ultra metam ibi taxatã, & poſitam capere nequit: inde quod excedit portionem per legẽ relinqui ꝓmiſſam. uide Bal. in. d. l. j. col. fin. C. de ſecun. nup. Aret. & Iaſ. & alios in d. l. ſi is qui. ff. de uulga. reprobantes hanc gl. & eſt cõis ſcribentium ſententia, ſecũdũ præfatos, ꝙ ultra tertiam partẽ bonorũ, de qua ibi ſuccedant uenientes ab inteſtato: de quibus lex ibi meminit. Nec ſit nouum quẽpiam decedere ipſo iure pro parte teſtatum, & pro parte inteſtatum ex diſpoſitione legis, & pro ueritate (quicquid hîc dicat Dec.) cõis doctorum intelligentia conuenit uerbis dict. l. j. uolentis, ꝙ maritus ſolùmodò habeat illã tertiã partẽ, reliqua bona ꝑſonis ibi nominatis applicẽtur. neque ſit ibi uerbum iuris accreſcendi, de quo hîc loquitur Dec. Sũt

13 † nonnulli alij caſus, in quibus paganus poteſt pro parte teſtatus, & ꝓ parte inteſtatus decedere: de quibus uide Alex. in apoſtillis ad Bart. in l. j. col. xiij. in apoſtil. incipiente. not. ſecundùm iſtam. C. de ſumma trin. Socin. in aſſerta fall. ſuprà allega. & Ripam in repet. l. re coniuncti. colum. xxij. de leg. iij.

14 Poſtremò limita † ut per Corn. in authentica ex cauſa. col. 31. uerſi. & ſecundum hoc. C. de liber. præt. ubi ſequendo opinionem Bar. & cõmunem, quòd ibi agatur ad legata actione ex teſtamento: dicit, uerba illa, Cætera firma manẽt, non ſumi diuerſi-

diuerſimodè, ſed limitari potiùs pręſentem regulam: prout in ſimili limitatur regula, quòd paganus cum duobus teſtamentis nequeat decedere.l.fin.ff.de hæred. inſtituen.inquit enim, dici poſſe illam regulam debere principaliter concedi, & procedere circa inſtitutionem hæredis, quæ caput eſt teſtamenti, & ſucceſſionis hæreditarij iuris, ubi defunctus uniuerſaliter repræſentatur; quòd curæ non eſt, licèt circa legata aliud contingat: prout in ſimili in d.l.fin.quis decedit quò ad inſtitutionem cum uno teſtamento, & quò ad legata cum alio.

## SVMMARIVM.

1 *Conſanguinitas, quæ eſt à natura, & procedit ex ſanguine, tolli nequit: ſecus in iure & effectu ex ipſa conſanguinitate proueniens.*

2 *Deus non poteſt quæ produxit ingenita facere.*

3 *Alimenta an poſsint tolli ſtatuto uel pacto.*

4 *In omnibus cauſis in quibus filius poteſt exhæredari, poſſunt etiam eidem denegari alimenta.*

5 *Legitima an poſsit tolli per ſtatutum: quòd non, ſed bene minui.*

6 *Legitima poteſt tolli per pactum. L.ſi quando.§.& generaliter.C.de inoffic.teſtam.ornatur.*

7 *Argum. de ſtatuto ad pactum quando procedat.*

8 *Lex maiori fauore proſequitur alimenta quam legitimam.*

9 *Defenſio quando poſsit per ſtatutum tolli.*

L. VIII. POMPONIVS.

IVRA ſanguinis nullo iure ciuili dirimi poſſunt.

INTELLIGO hanc legem de
1 † conſanguinitate ipſa, quæ eſt à natura, prout etiã in l.ius autem agnationis.ff. de pact. ſecundũ ultimam lecturam gloſ.quæ uerior eſt, ut uerba illius legis indicant, dum probat à ſimili de dicente nolle ſe eſſe filiũ alicuius: niſi enim de ipſa naturali cõſanguinitate & coniunctione intelligeretur, ſimile non eſſet bonũ. Iura autem ab eadem conſanguinitate prouenientia benè tolli poſſunt: ut hic per Deci. poſt Bald.& Rom. per doct.poſt.gloſ.inſtit.de capi.diminu.in §.quod autem. & in §.fin. inſtit.de legit.agn. tut. per Curt.in apoſtil. ad Paul.de Caſtr. in d.l.ius autem. quicquid ibi contra Roma. dixerit Iaſ. facit etiã.l.abdicatio. C. de pat.pote.& quæ ad illam ſcribũt Moder.Medio.lib.2.diſpu.c.xxviii. hinc Aret.in d §.quod aũt, notat, ꝙ ius procedẽs ex ſanguine, & à natura, nequit tolli: ſecus in iure & effectu ex ſanguine prouniẽtib.naturalia.n.ſunt imutabilia.d.§.fin. & inſtit.de iure nat.in §. vlt.cũ not. per Aret. & Feli.in c.ſi diligẽti. col.j.de foro compe.facit l.maximum uitiũ. C.de libe.præt.Et propterea ipſum ius ſanguinis neceſsitudo nuncupatũ l.fin.ff.de iuſt. & iur. & huiuſce neceſsitudinis infinita eſt æſtimatio:ut dicitur in l.nõ eſt ſingulis.ff.eod. Et qui ob ius iſtud ſanguinis cõiuncti ſunt, neceſſarij dicũtur.Aul.Gel.in noct.atti.c.iij.lib.xiij. cuius quidem neceſsitudinis infinita ꝓpterea dici-

 tur

tur æſtimatio.l.non eſt ſingulis.§.j. infrà eo.tit.

Et ad comprobationē eius quòd in regula iſta dicitur,facit tex.in aũthentic.de æqual.dotis.in §. j. uei ſi. quæ igitur.'dum ait, quod enim factum eſt, infectum manere impoſſibile eſt:imò ut Phi.& Theologi di-
2 cunt,nec Deus,† qui poteſt omnia, poſſet quæ produxit ingenita facere:quia hoc contradictionem implicat,factum,& non factum: & Deus non poteſt ea quę contradictionem implicant.Iaſo.latè in l.j. in §.ſi uir. ff.de acquirend. poſſ.ideò nimirum ſi lex iura ſanguinis.i. conſanguinitatem tollere nequit:& facere,quòd filius, non fuerit filius: & quòd ille qui traxit ab aliquo ſanguinem, nõ traxerit.Quamuis, ut ſuprà dixi, effectum inde prouenientem tollere poſſit, facereque quantùm ad effectum ut facta pro infectis habeantur. tex.ē nó. in cle.unica de immu. eccle.& in l.non dubium. ubi Iaſon colligit.C.de legi.tradit glo. de Deo loquens in c.ſi Paulus.xxxij.q.ij. & unde hęc regula deſumpta ſit, pręſcripta ſatis demonſtrant.

Ex prædictis infertur ad quæſtio-
3 nem† alimentorum,quæ de iure naturali deberi uidentur, an per ſtatutum,aut pacto tolli poſſunt? Feder. de Senis in conſi.lx.:& cxlj. concludit non ualere pactum de alimentis non petendis,& Curt.in tract.de cõ ſue.ſuper c.ſi.fol.xxij.col.iiij. uer.ex hac concluſione.poſt Abb.non ſubſiſtere conſuetudinem, ut filii à parentibus,non aluntur, docet. quãuis de prędictis non faciat Dec.mentionem,tenet tamen tàm per pactũ, quàm per ſtatutum fieri ſtatuiq́ue poſſe, ne præſtentur alimenta: ut per eum. Aqueu. etiam in l. j. in §.ius naturale.ff. de iur.naturali.colligit ex tex.illo, ꝙ liberos alere eſt de iure naturali:ideſt inclinationem & inſtinctum ipſum alendi liberos de iure naturali eſſe, neceſſitatem uerò de iure ciuili cauſatam.per l.ſi quis à liberis. & totum tit.ff. de liber.agnoſ.quod patet,quia in pluribus caſibus neceſſitas illa remittitur:ut in d.l.ſi quis. Et inter cętera
4 dicit,† quòd in omnibus caſibus, & omnibus ex cauſis, ex quibus filius exhæredari poteſt, eidem alimenta denegari poſſunt:ut ibi per eum.Ex cauſa igitur legitima, obligatio alimẽta præſtandi tolli poteſt. faciunt quę inferius dicentur de legitima ex naturali iure debita,quæ ex cauſa in totum tolli poteſt.hinc etiam Fel. in c.ſi diligenti.col.j.de foro compe.ex limitatione, quòd iuri naturali renunciari nequeat, quartum infert correlarium,iuris.ſ. alimentorũ, cui renunciari non poteſt.l. cùm hi.ff. de tranſact. reſtringendo ſe ad alimenta futura, & ad debita ex teſtamento: non autem ad debita ex contractu,de quibus per Dec.in l.de alimentis.col.fin.C.de tranſact. Item intellige ſecundum Feli. loco præalleg de alimentis proprio iure naturali debitis,puta filiis.c. ius naturale.ibi liberorum æducatio.j. diſtin. ideò ſecundum Specula.in titu. qui filij ſint legiti.in §.j.filii renunciare non poſſunt alimentis per patrem debitis: ſecus in aliis, quæ non proprio naturali iure debentur, ſicut à filio patri, quæ per pactum tolli

tolli poſſunt, quia ſolummodò ex æquitate illa debentur ut beneſacienti beneſaciamus: ut ibi percum.

5 Quid autem † de legitima ex iure naturę debita, an per ſtatutum tolli poſſit? Dec. hic poſt alios, quos refert, concludit, minui poſſe: & ex cauſa in totum tolli: ſecundum communem ſcribentium opinionem. * adde *Soc. conſi. 150. lib. j. Curt. Iun. in conſi. 10. col. 3. Moder. Aſten. in tract. excluſ. fœmi. ſtan. agn. fol. j. & Mode. Mediolan. in tract. preſump. in 8. præſump. j. reg. Lancel. Gal. in rep. l. Centurio, col. 13. de uulg.] Iaſ. in l. quoniam in prioribus. C. de inoff. teſtam. Alciatum in tracta. de præſumptio. in viij. præſumptione, primæ regulæ. Brun. Aſten. in iij. uol. de conſt. ſtat. & decret. in uerbo legitima. col. iii. & in tracta. exclud. fœmi. fo. j. & Soc. conſi. cl. lib. i. Dec. conſi. xix. col. iii. & conſi. cvj. colum. final. & conſi. dxxv. colum. j. Cur. in tractatu de conſuet. ſuper capit. fin. char. xxii. colum. iiii. uerſic. ſecundò infertur. Bald. not. in tract. de dote, fol. xiiii. ubi concludit, ſtatutum poſſe legitimam in totum tollere, ſed non dotem nec alimenta, quæ de iure naturali debita ſunt. Tamē Fran. à Ripa lib. j. reſpon. c. vii. uult legitimam, ſecundum communem opinionem minui poſſe, ſed non tolli: niſi loqueremur de illa quæ aſcendentibus debita eſt, & quæ non debetur de iure naturali, ſed de iure poſitiuo: ut hîc etiam per Decium circa finem, ideò faciliùs tollitur. facit quod dictum fuit de alimentis patri per filium debitis, quòd pacto tolli poſſunt. Et opinio iſta æqua, uerior, & magis communis uidetur ut ex adductis in prædictis locis conſtat, quod legitima, uidelicet iure naturali debita, poſſit per ſtatutum minui, non autem in totum tolli, niſi ex cauſa: * agnationis tamē fauor erit legitima cauſa, ut per Curt. in

6 d. conſi. 10. col. 3.] Pacto † uerò eius cui debita eſt uidetur poſſe tolli, & illi in ſpecie renunciari: ut per Feli. in d. c. ſi diligenti. col. j. & probatur in §. & generaliter. l. ſi quando. C. de inof. teſtamento, de cuius intellectu & materia uariant doctor. multa circa prædicta ſcribentes. uide Corn. in conſilio cclxv. libr. iii. Socinū conſilio lxxix. libr. ij. & xviij. column. final. libro iij. Iaſo. conſilio ccvij. libr. ij. & cxxxj. lib. iiij. Cur. Iunio. in conſil. xxj. & clix. Ruinum in repet. §. & quid ſi tantùm. colum. lxviij. cum ſequentib. & Deci. in conſi. dv. & dclxxxvij. Quod ſi op-

7 ponas † de gloſſ. rubric. C. de decur. libro. x. quæ uult fieri per ſtatutum poſſe, quod per pactum fieri poteſt. Reſpond. concluſionem procedere ubi eſt eadem ratio: ſecus ſi diuerſa. quia nonnunquam aliquid fieri poteſt per pactum, quod per ſtatutum fieri prohibetur. Princeps enim ligatur pacto. c. j. de probatio. non autem lege uel ſtatuto. l. princeps. ſuprà de legib. & l. digna uox. C. eodem titul. Item per pactum remitti poteſt iuramentum ab eo in cuius fauorem præſtitum fuit. ca. ij. de ſponſa. & tamen non poteſt per ſtatutum tolli. Alexand. plenè in conſi. lix. libro j. Decius in l. nec ex prætorio, ad fin. infrà eodem titul. quibus ultra ea quæ ibi dicentur, adde

adde not. per Aquen. in l. non ſolùm.in §.morte.columm. iij. de noui oper. nunciation. & in repeti.l. ut uim.col.ij.& iij.de iuſt.& iur.ubi dicit fieri aliquando poſſe per pactum,quod non poteſt fieri per ſtatutum,quando pactum reſpicit prę iudicium paciſcentium: quia ſtatutum publicum incommodum concerneret:ut per Baldum in l.fi.in §. illud.ad fi.C.de temp.appel.ubi patet appellationem tolli poſſe per pactum,non per ſtatutum. Item per pactum remitti poteſt iuramentum teſti,non per ſtatutum.Felin. in ca. conſtitutus.col.viij.de reſcrip.Item licet pacto prohiberi poſſit, ne res in eccleſiam tranſeat: ſecus tamen eſt per ſtatutum.Feli. in cap.eccleſia ſanctæ Mariæ.in ulti.chartis,de conſtitutio.facit quod ſcribit Alexand. in l.j.col.vij.ff.de re iudic. dum concludit,quòd iudex poſſit alterare tẽpus appellationis,quod tamen fieri nequit per ſtatutum. Idque in dictis caſibus contingit propter rationis diuerſitatem. Pactum enim,ut diximus, priuatum incommodum tantummodò reſpicit: & in re ſua quilibet eſt moderator & arbiter:& unuſquiſque iuri pro ſe introducto renunciare poteſt. iuribus uulgar. ſed ſtatutum eſſet contra publicam utilitatem, uel authoritatem ſuperioris, ideò nimirum ſi per ſtatutũ legitima tolli non poteſt: ſecùs uerò per renunciationem & pactum illius cui eſt debita.Et ſicuti ex prædi-
8 ctis liquet,† lex maiori fauore proſequitur alimenta quàm legitimã. Multi etenim firmant, legitimã per ſtatutum tolli poſſe:qui quãtùm ad alimenta id negant:ut per Bal. Nouellum, & Alciatum in ſuperioribus relatos.Rurſus iuri legitimæ pacto renunciari poteſt, non iuri alimentorum, ut dictum fuit. nec mirùm, quia ab ipſis uita hominis dependet.l.uel necare.ff.de lib. agnoſ. l. cùm hi.in §. modus autem.ff.de tranſact.& notatur in l.de alimentis C.de tranſact.De † defenſione uerò
9 an poſſit per ſtatutum tolli: uide Decium in rubric.de appellationib. in iii.quæſtione & in l. ut uim. col. j.ſuprà de iuſt.& iur. concludentem quòd ſic ex cauſa:aliter non, ut ibi per eum.

SVMMARIVM.

1 *Dictio ſemper,quomodò accipiatur.*
2 *Obſcurum an differat ab ambiguo. Et unde dicatur.nu.3.*
4 *Dubium uerbum, quomodò accipitur.*
5 *Voluntas hominum in primis inſpici debet. Secundò ueriſimilitudo. nu.6.Tertiò ad proprietatem uerborum.nu.7.Quartò ad conſuetudinem regionis.nu.8. Quintò hæc regula.nu.9.*
10 *Legatum ad pias cauſas largè debet intelligi & §.fi.l. Titia. ff. de auro & argẽ.leg. quomodò intelligatur.*
11 *In uoto Deo facto ſtrictè quando procedatur.*
12 *In contractibus ſtrictè proceditur, & de minimo intelligitur. limita. nu.13.14.15.16.& 17. L.ueteribus.ff.de pact.ornatur poſt nu. 16.*
17 *Verba in omni materia accipiuntur ſecundum ſubiectam materiam.*

*In*

18 *In delictis quod minimum eſt,ſequimur.limita.nu.19.20.21.22. L. item Mella.§. ſi plures.ff.ad leg. aquil.ornatur.poſt.num. 20.*

13 *Delictum plura territoria tangens, unicuique iuriſdictio in ſolidum competit, præuentionique locus eſt.*

14 *Non ſolùm in quantitatibus:uerùm in ſpeciebus quod minimum eſt,ſequimur.*

14 *In ſententÿs quod minimum eſt ſequimur.*

15 *Et quid in iudicÿs.*

L. IX. VLPIANVS.

SEMPER in obſcuris,quod minimum eſt, ſequimur. SVMITVR ex legibus in gl.alleg. & prima facie ſuperflua uidebatur ob duas ſequentes regulas: quarum prima eſt,in l.ſemper in ſtipulationibus.ſecunda in l.in obſcuris. quæ pluſque dicere uidebantur. ſed diligenter cõſideranti aliud eſt propter diuerſitatem ipſarum regularũ:nullaque eſt, quæ præciſè loquatur in terminis præſentis regulæ.& ita generaliter:ut.j.dicetur. In text.ibi,
1 ſemper. † Nota regulam tradi uniuerſali uel generali ſigno,ut fieri debet, ſicuti uidimus poſt glo.in l.j.ſ. eo.& quamuis tex.dicat ſemper, nõ tamen procedit ſemper,quod hîc dicitur:ut infrà apparebit. ideò expone ſemper,id eſt communiter & regulariter, ſecundum naturam huiuſce tituli.ad hoc tex.cum glo. in l.j. in uerbo ſemper.ff.ſolu. matri. ubi Ia on col.viij. Et plura de his uniuerſalibus & generalibus ſignis,quę ciuiliter intelligi debent, & cum têperamento : ut per Felinum etiam in proœmio,Rex pacificus. In tex.
2 ibi,obſcuris. † An obſcurum differat ab ambiguo ponit Decius in c. ſi.in iij.notab.de conſtitutionib.cõcludens ambiguum dici, quod pluribus modis: obſcurum quod nullo modo intelligi poteſt.idem uidetur ſentire Felinus in proœmio decreta.col.ij.& malè meo iudicio. Quia obſcurum intelligi poteſt ſeu interpretari, licèt cum difficultate. iuxta illud:Dum breuis eſſe laboro,obſcuruus fio.& contra Decium eſt tex.in l.ueteribus.ff.de pact. & in hac lege cum ſimilibus,ubi obſcura diſpoſitio ualet, & interpretationem capit ſecũdum regulas iſtius tituli. Quod ſi nullo modo intelligi poſſet, nullius roboris uel momenti eſſet, arg. text.not.in l.ſed & ſi pupillus.in §. proſcribere.cũ ibi notatis.ff.de inſt. & per Signorol. de Homodeis pulchrè in conſi. lix. Paulus de Caſtro in conſi.cccxxxiij.in antiquis. Ioannes de Ana.in conſi.xxv.& ibi Felinus in c.ex parte decani.col. xiii. & xv.de reſcrip.& dicit poſt Zabarellam Guido Papæ, in quæſtione cclii. quòd ſi fuerit productũ inſtrumentum non intelligibile, uel per quod pars inſtrui non poſſit, pro non producto habetur. & ſimiliter obſcurè libellans pro non libellante reputabitur.Baldus in l. ædita. col. xviij.C.de ęden.& tex.in l.de ętate. in §.nihil intereſt.cũ gl.in uerbo,obſcurè.ff.de interroga.actio.allegatus per Decium loquitur in reſponſione interrogatorio data, quæ debet clara eſſe, ne intergogans incertus

tus admittatur: ideò ſi obſcura ſit, pro nõ data habetur, nulliusque eſt momenti, accedant quæ ſcribit Alexand.in conſil.xxiii. lib.2. Felin.in loco prælleg. dum tractat de obſcura, ambigua, & dubia diſpoſitione. Deci.in conſil.dxl.

Aliam declarationem inter ambiguum, & obſcurum ponit Aulus Gellius in noct.atti.cap. 2. libr. 11. quem ſequitur Socin. in l. in ambiguo.colum.j.ff.de rebus dub. quòd ambigui uerbi natura ſit duo uel plura dicere: obſcuri unum: ſed de quo ſenſerit loquẽs, latens ſit & ab-
3 ſconditum. Vt enim † obſcurum dicitur latens abſconditum & ſine lumine, componiturque ex ob & curo ſiue cura, ſcilicet, litera interpoſita: quòd ea quæ obſcura ſunt, curã omnibus obijciant. Ambiguũ quod in ambas partes agi animo poteſt, licèt & de pluribus intelligi quandoque poſſit. Cice.ad Heren. lib. 1. ex ambiguo controuerſia naſcitur, cùm ſcriptũ duas ſententias aut plures ſignificat, hoc modò: Tullius meus hęres, Terẽtiæ uxori meæ triginta pondo uaſorum argenteorum dato, quæ uolet. poſt mortem eius pretioſa uaſa & cælata magnificè, petit mulier: filius ſe quę ipſe uellet in triginta pondo debere dicit. conſtitutio eſt legitima ex ambiguo. Vt igitur ex prędictis apparet ambiguũ eſt quod in ambas partes agi poteſt. hinc illud Satyrici: Ambiguum cum iter eſt, & uitæ neſcius error. obſcurum cuius ſenſus enucleatio ſit difficilis, & mens proferentis latens, ut ſi quis fundũ leget, quamplures.n. ſunt fundi. Et ſi prædicta confundantur & promiſcuè ſępè ponantur accipianturque, ut per gloſſ.in l.ueteribus. ſuprà de pact. triplexque eſt ambiguitas: iuris, facti, & perſonæ. ut per gloſſ.in c.ultim.xxiij.diſtinc. & Archiepiſ.Florent.in prima parte ſummę, ſuper regula in dubijs, & ibi ponunt, an ubi facti ambiguitas eſt, certa poſſit proferri ſententia in
4 pręiudicium alicuius.de dubio † autem, an à prædictis differat, & quomodò reddatur quid dubium, dicemus in l.ſemper in dubiis.eod.titu.

Inſeritur etiam pręſens regula in c.obſcurus.de regulis iur.in vi.& ſecundũ gloſſ.hîc.& ibi Din.& Ioan. Andr.& plenius Dinum in c.inſpicimus.illo eod.titu.

Hæc regula locũ habet duntaxat in ſubſidium deficientibus alijs regulis, quæ ponuntur in l.ſemper in ſtipulationib.& in.l.in obſcuris.in-
5 fra eod.tit. In primis † enim & ante omnia inſpici debet quod actum, potiùs quàm id quod dictum fuit. l.iii.C.plus ual. quod agitur. & d.l. ſemper. intellige expreſsè uel tacitè: ut ibi dicitur, & declarat glo. in d.c. in obſcuris.& clariùs Azo exemplificans in titu.de rebu dub. Deciusque in d.l. ſemper. Primò.n.dicit Din. uoluntatem ſequimur ſi de ea apparere poſſit.iuribus per eum allegat. & l.iii.in fin. C.de lib. pręter. & de uerb. ſignific.c.in his. * & cap.intelligentia.& l.promittendo, in princ. ſuprà de iure dot. ] eleganterque ſcribit Cicer. in oratione pro Aulo Cecinna, quæ eſt xxviii. charta.iii. Vbi non ex uerbis, ait, actum pende re: ſed hominum conſilijs & auctoritatibus uerba ſeruire. uoluntas, inquit,

quit, totum facit: quæ ſi tacitis nobis intelligi poſſet, uerbis omninò non uteremur: ſed quia id fieri non poteſt uerba reperta ſunt, non quę impedirent, ſed quæ indicarent uoluntatem. Et Hierony. ſuper Epiſtolam ad Galathas teſtatur, nō in uerbis ſcripturarum eſſe euangeliū, ſed in ſenſu: non in ſermonum folijs, ſed in radice rationis. Item in uerbis ambiguis & multiplicibus, ut dicunt theologi nō eſſe recurrendum ad cōmunem intelligentiam: ſed potiùs ad intentionem loquentiū, quorum interpretationi ſtandum eſſe, dicunt: niſi conſtet aut probabiliter uel uiolenter præſumatur, quòd eo ambiguo modo, loquēdi uſus ſit ad decipiendum, uel ad alium malum finē: ut per Ioan. Picum in ſua Apologia circa finem. j. quęſt.

Secundò ſi de uoluntate non cō-
6 ſtat, id † quòd eſt uериſimilius inſpicitur. d.l. in obſcuris, infrà eo. & in pręallega. regula, inſpicimus, & per Azo. loco ſupra citato. Quę quidē uerіſimilitudo ex pluribus habetur: ut per Dyn. Ioan. And. & alios loco pręallega. & pulchrè per Socin. in l. cum teſtamento. ff. de rebus dub. & apertè probatur in l. nummis. ff. de leg. iii. dum dicitur, nūmis indiſtinctè legatis hoc receptum eſt, ut exiguiores legati uideantur, ſi neque ex cōſuetudine patrisfam. neque ex regione unde fuerit, neque ex contextu teſtamenti poſsit apparere, hocque ideo eſt: quia proximè accedit hominis uoluntati.

Tertiò recurrendum eſt, ſecun-
7 dum ſcribentes præallegatos † ad propriam uerborū ſignificationem: iuxta l. nō aliter. de leg. iii. Circa qđ membrum plura dici poſſent: ſed te remittam ad Roma. in conſi. xvi. & cxxvi. Anchar. conſ. ccxix. & cclxxxi. colu. penul. Paul. de Caſtr. in conſi. ccxlvii. in antiquis. Areti. in conſil. lxvi. colum. ii. Alexand. conſil. clxii. col. fin. lib. 2. & conſil. lxxxv. colu. ii. uolu. iiii. & conſil. cxlii. col. ii. & iii. lib. 5. & 175. col. iii. eiuſdem uolum. Corn. conſ. vii. col. ii. & conſi. lxxxi. colum. iii. lib. 1. Socin. in l. ii. col. ix. ſuprà de uulg. Deci. conſil. lxx. col. fi. cev. cclxxxix. cccv. & cccxv. Curt. Iuniore in conſil. xiiii. & Ludoui. Gozadinum in conſ. lx. col. ii. & lxxxii. colu. i. & ii. in quibus locis doctor. pręalleg. dictam regulam declarant, ampliant & limitant, dicentes à uerbis contractus & teſtatoris recedendum non eſſe, licèt aliquæ coniecturæ ſint in contrarium, dūmodò non ſint nimium efficaces: uel niſi ratio ſubiectæ materiæ à uerborum proprietate recedi debere ſuaderet.

Quartò quicquid dicat Dynus,
8 † inſpicimus conſuetudinem uſumque regionis: ſecundū Philip. Franc. in præalleg. regula, inſpicimus, per illum textum, & Ioan. Andr. in dicta regula, in obſcuris, probaturque in d. l. ſemper in ſtipulationibus, de hoc etiam per Curt. in tract. de conſuetud. ſuper capit. fin. in xii. quæſt. maximè in iiii. colum. ubi ponit inſpici potiùs attendique conſuetudinem loci conuerſationis teſtatoris quàm conſuetudinem loci ubi teſtatus eſt. Quinto, ſecundū omnes,
9 † recurrimus ad regulam legis noſtræ, & quod minimum eſt ſequimur: q ſi de minimo non apparet,

actus

actus nihil ualet.l.duo ſunt Titij ff.
de teſta. tut. & hîc per gloſſ. Quod
locùm habet in contractibus, in ul-
timis uoluntatibus,& in delictis, ut
poſt præalleg. Canon.tradit hîc De
cius rationem aſsignãs. Habet ergo
locũ regula in legatis & ultimis uo-
luntatibus.d.l.nummis.cum præal-
leg.& tex.notab.in l. apud Iulianũ.
in §.ſcio ex facto.ff.de leg.j.

Quaſdam reſtrictiones ponit hîc
Deci. de quibus omnibus uide pul-
chrè Azon.in tit. de reb.dub.Ioan.
Fabr.inſtit.de lega.in §.generaliter.
col.ij.Cor.conſ. ccxliiij.uidetur pri
ma facie.col.ij.Alex.in cõſ.xxj.uiſis
his lib.2.Socin.conſil.xcvj.in ſecun-
do dubio.volum.ij.Felin.eleganter
in c.inter cæteras,col.iiij.de reſcrip.
Deci.in conſil.cclxxxix. colu. fin.&
in l.in teſtamentis. infrà eod. Bart.
per illum text.in l.quidam hæredẽ.
ff.de vin.tritic.oleoque leg.ubi præ
dicta etiam limitat in legato alimẽ-
torũ: ſed Iaſon reprobat melius de-
clarans in l.ita ſtipulatus. la grande
col.vij.& viij.ff.de verb.oblig.

Sed eſt diligenter aduertendum
circa ultimã reſtrictionem Deci. de
10 † legato ad pias cauſas facto, ut in-
telligi debeat de maiori,non de mi-
nori fauore religionis & piæ cau-
ſæ: per text. notab. & pulchrum in
l.Titia.in §.fin.ff.de auro & argen.
legat. ubi iuſſus à teſtatore ſignum
uel imaginem in eccleſia ponere:de
argento non de ære ponere debet.
Deci. contradicit per illummet tex-
tum, ubi de aureis & argẽteis ſignis
fit mentio, & tamen legatum de ar-
genteis intelligi dicit factum, ergo
de minori: prout etiam in hac re-
gula dicitur.hoc & latius tradit Iaſ.
in l.ſi ita ſcriptum.col.fin.ff.de leg.
j.dicens intellectum Bart. in dict.§.
fin. erroneum eſſe. Sed limitatio &
reſtrictio prædicta à doctoribus cõ
muniter eſt approbata . quã etiam
ſequuntur Baldus & alij in l.ſi nõ-
dum.C.de furt. & Aretin.in l.ſi ita
ſtipulatus fuero decẽ, aut quinque.
ff.de verbo.obligat.& in l.ſi duo.in
fin.cod.tit. & Barba.in cap.iudican
te.colum.vij. cũ ſequen. de teſtam.
ubi latè & eleganter tangit intelle-
ctum textus d.§.fin.& cap.ex parte.
de cenſib. pro communi conſuluit
etiam Ludoui.Gozad.in conſ.ſuo.
lx.in ij.colum . Et ſecundum ueram
bonamque literam dicti §. fin. quã
Iaſon & Deci.non habuerunt,com-
munis concluſio,quòd de maiori le
gatum factũ intelligatur concluden
ter ibi probatur : nam ubi ſecũdum
codices impreſſos in d.§. fi. dicitur,
niſi aurea,aut argentea tantùm ſint
dona.in antiquis codicibus legitur:
niſi uidelicet, aut ærea,aut argentea
tantùm ſint dona, & cũ inde argen-
tum ponendum reſpondeatur,argu
mento concludenti euincitur fauo-
re piæ cauſæ de maiori intelligi fa-
ctum legatum,quia ſi de minori in-
telligeretur,de ære reſpõdiſſet. Nec
ibidẽ dicitur, quòd in ſacra illa æde
eſſent etiam aurea ſigna, licèt Iuriſ-
conſultus quærat, an de auro poni
debeant, ſicut de precioſiori mate-
ria metalli quæ inueniri poſsit.Imò
apertè uult Iuriſconſultus,quòd nõ
eſſent ſigna aurea, dum ait, argen-
tea tantùm. & ſi aurea fuiſſent,ma-
gis de auro quàm de argẽto reſpon-
diſſet fauore piæ cauſæ . Nec refra-

gatur

gatur quòd teſtator ibi non taxauerit quantitatem. pondus enim expreſsit librarum centum, nõ metalli, materiæque qualitatem, cùm ſolùm ordinauerit ſignum Dei fieri ex libris centum in templo illo ubi erant ſigna ærea & argentea tantùmodò, ad argentumque redigitur ſenſus & legatũ, & ſic ad maius ob honorem Dei, & piæ cauſæ fauorẽ, quemadmodum etiam declarauit Barba.in d.c.iudicante. colum.viij. ubi etiam pulchrè excuſsit intelle-
11 ctum cap.ex parte.de cenſi. Vbi † in uoto quod immortali Deo redditur, fit interpretatio, ut minùs obliget uouentem.ibique uotum de certa menſura panis tradẽda ad minorem menſuram redigitur. Et enim ipſe dicit, quoddam eſt uotum factum ſuper re, quæ immediatè dicatur, aſsignaturque pro honore, & ſeruitio Dei.exempli gratia, in calice, paramentis, & ſimilibus, quibus Deo exhibetur honor: hoc caſu in cõſideratione eſt Dei honor & piæ cauſæ fauor, proceditque deciſio text. præalleg.§.fi.l.Titia.non autẽ dict.cap. ex parte. quod uiua ratione probatur, dum ibidem ſubiungitur, ne clerici temporalibus inhiare uideantur.quæ ratio in caſu præſcripto nõ militat. illud enim eſt immediatè deputatum ad honorem Dei, nec clerici ſibi imburſent. Quoddã eſt uotum factum ſuper re, quæ ipſis clericis applicatur, & in eorũ fauorem recipitur: ut in d.cap.ex parte.& hoc modo exigere nõ poſſunt, niſi quod minimum eſt, per rationem ibidem aſsignatam, quam ſuprà retuli. Ea propter ſubiungit ibidem Barb. ſi quis fratribus prandiũ dare uouerit, exigere non poterunt magnos piſces, ſed minutos. quod grauiter, ait tollerabunt. Ex quibus uidere potes quantùm à ſcopo aberret hîc Deci. circa prædictam limitationem uerba faciens. ✳ & ſimiliter ex prędictis, & declaratione d.§. fin.habetis reſolutionem eorum, de quibus ſemper dubitaſſe dicit Bal. Nouel. in tract.dotis, fol.25.in 73. ſpeciali.]

Secundò locũ habet prædicta re-
12 gula † ꝙ inſpiciatur minimũ etiam in contractibus: ut hîc per Dec.poſt gloſſ.Dyn.Ioan.And.& alios in dicta regula in obſcuris. & Azo. in præalleg.tit.de rebus dubijs. & iſta concluſio poſſet multipliciter probari. Primò in d.l. ſemper in ſtipulationibus.in fin.infrà eod. in l.fin. ff.de prætor.ſtipul. in l. inter ſtipulantem. in §.ſi ſtipulante.ff. de uerbor. obligat. in l.ſi ſtipulatus fuero decem aut quinque.& in l.ſi ita ſtipulatus fuero decẽ aut quindecim. illo eod.tit.in quibus locis gloſſ.plura alia iura citant. dicitque Aret. in d.l.ſi ſtipulatus fuero decẽ aut quinque. quòd in ſumma & quantitate temporis remanet maior numerus tẽporis, & nõ minor, per illum textũ, quia maior numerus quò ad ipſam obligationẽ facit minus eſſe in obligatione, quàm ſi aliquid deberetur breui tempore. Non ab re igitur dixit gloſſ.notab.in d.l.ſi.ꝙ iudices ſemper ſequuntur quod eſt minus. & quantò minus poſſunt condemnare ſolent. Per iſtam regulam conſoluit Fulg.in conſil.ccxxxj.incip.in quodã inſtrumento. ꝙ ille qui promiſit

miſit eccleſiæ amphoras duas uini ſingulis annis, tenetur ſolummodo ad uinum, non autem ad amphoras & ampulas, dato quòd obligatio ſit obſcura, uel ambigua. ut quod mini mum eſt ſequamur. ſed miror quòd pro eius conſultatione non adduxerit tex. l. iii. ff. de uino & tritic. lega. ibi, ſic inquit loquimur nos habere amphoras mille ad menſuram uini referentes, & ſic amphorarum expreſſio fit ſolummodò reſpectu mẽſuræ præſtandę. nimirum ergo ſi amphorę ipſę non debentur in contractibus, nec etiam in legatis: ut per illum textum. & gloſſ. tradit Paulus de Caſtro in l. ſed & ſi reſtituatur. in §. ſi libertus. ſ. de iudic. q̄ iuſſus à teſtatore emere menſuras decem frumenti, intelligitur de frumento mẽſurato, non de menſuris per quas fit menſuratio.

Procedit autem iſta regula quando minimum non eſt inutile alias
13 mediocre debetur. l. ſi quis argentũ. §. ſimiliq́ue modo. C. de donatio. ſecundum Dyn. & Deci. hic pulchrè. Alexan. & alios in l. legato generaliter. col. j. & ii. ff. de legat. j. ubi inuenies declaratum dictum §. ſimiliq́ue modo. & quando ſit quòd magis proſit rem non habere quam habere.

14 Item & ſecundò † non procedit in dote: ut per gloſſ. l. nuptura. ff. de ✱ iure dotium. per illum tex. ✱ & per Bal. Nouel. loco præalleg. in ambiguis enim pro dotibus reſpondere melius eſt. l. in ambiguis. infrà eod. quæ regula eſt magis ſpecialis quàm regula iſtius legis: ideò illa prius attendi debet: ſecundum Dec. ibi poſt glo. Et no. diligenter iſtud procedere ubi uerba dubia ſunt uel ambigua: ut de maiori ſumma intelligamus fauore dotis, per d. l. nuptura. & l. in ambiguis. ſecus eſſet in alternatiua ſummarum, ubi de minori intelligitur etiam in materia dotium. per tex. cum glo. in l. ſi pater. in §. quæ debitorem. ff. de iur. dot. quicquid aliqui dixerint: ut per Iaſ. in d. l. ſi ita ſtipulatus decem aut quinque. & melius per Aret. in l. ſi
15 duo. ff. de uerb. oblig. Circa † tertiam reſtrictionem datam per Decium quando obſcurum per iudicem declarandum eſt. c. j. de decim. l. cum pater. in §. gener. ff. de iur. do. de ipſius intellectu uide omninò Pau. de Caſt. in conſi. cxxv. col. iiij. in antiq. facit quod ſcribit Bald. in l. ſi nondum. circa fin. uerſic. extra no. C. de furt. Iudex enim in dubiis ſequitur potiùs mediam uiam uti tutiorem, quia in medio cõſiſtit uirtus. Quar-
16 tò limitatur † in pactionibus obſcuris aut ambiguis, ubi uerba contra eum interprætantur, qui apertius potuit legem dicere, aut loqui. Et generaliùs loquendo interpretatio fit contra fundantem ſe in uerbis. l. ueteribus. ff. de pactis. quia intentionẽ fundans in aliquo, ſiue agendo, ſiue excipiendo, eam probare tenetur. l. ij. ff. de prob. & dubia probatio non releuat. l. non hoc. C. unde cog. hinc eſt, quòd ubicunque probatio neceſſario non concludit, interpretatio fit contra fundantem ſe in uerbis ſeu actu tali: ut per Iaſ. in. dupliciter limitantem in dict. l. ueteribus. plura alia ponunt Oldrad. conſi. xcv. col. ij. Imo. conſ. xxj. Aret. conſi.

conſi.liiij.& lxxxiiij.Ioã. de Anan. conſi.xcviij.Alex.conſi.x.colum.ij. & lj.& lxxxj.uolum.iij. & conſil.ij. colum.ij.& xxviij.colum.ij.& lxxx. colum.j.& conſi.xciiij. ad fi. & cvj. ad finem lib.iiij.& in conſi.cxxviij. in fin.& cxxxix.ad fin.&.cxl.col.j.& cxlv.colum.iiij.& clxxxvij.columu. fin.ſemper in v.uolum. Corn.conſ. cccxx.lib.iij.dum tangit an illa uerba ſine contradictione talis, intelligantur, ſi talis non contradicat, aut non obſtante contradictionẽ ſua:& reſpondet fieri debere interpretationem contra fundãtem ſe in uerbis. Socin.pulchrè in conſi.xcix.colum. j. & conſil.cxxvij.ad fin. & cxxxiiij. colum.ij.lib.j.Decius conſ.clxxxiij. colum.ij.& in l.in contrahenda.infra eod.Curt.in tract. de conſuetu. ſuper cap.fina.in xij.q.dum ait primò recurri ad morem & conſuetudinem regionis pro habenda declaratione & interpretatione, quòd ſi haberi non poſsit, tunc inſurgere diſpoſitionem dict.l.ueteribus.Pulchre etiam in propoſito ait Azo. in ſumma titu.de rebus dubijs. Rogeri.antiquum gloſatorem, uerba ſua obſcure,& ſub nube poſuiſſe,& uerbum dubium dixiſſe appoſitum in his quæ abſcondita ſunt & inuiſibilia, ut ſi dicat equi uenditor id patitur uitij, quia non aſcendit arborẽ, id eſt pontem, uel nimis rodit, id eſt mordet, aut oportet habenas retineas.ideſt ceſpitat, ſeu ut ipſe loquitur ſcaputiat, & cõſimilia nimis obſcurè loquitur.idem ſi inſidioſè diſſimularet,ut in l.Iulianus.§.idẽ Iulianus.cum glo.ff. de actio.empt.in omnibus prædictis contra uenditorem fit interpretatiò. Si uero apponatur in his quæ tam emptori quã venditori ſunt cognita uſui, audituique patentia, ut ſi dixerit accedere Stichum ſeu vaſa, contra emptorem fit interpretatio.demẽtiæ enim adſcribi, dicit, quare ſtatim nõ quæſiuit, oſtendique ſibi fecerit, quæ eſſent illa uaſa aut ſeruus ille quẽ dicebat accedere.l.ſi in emptione,& l. cum comprehenſum. ff. de contra-
17 hen. empt. Quintã limitatio † Decij dict.l.j.ff.pro dote, quòd in dubio transfertur dominium ratione ſubiectæ materiæ, comprehenſa eſt in ſuperioribus, dum diximus à proprietate uerborum tam in contractibus quam in ultimis uoluntatibus recedi ratione ſubiectæ materiæ. Generaliſque eſt, & in omni materia recepta ſententia, uerba intelligi debere ſecundum ſubiectam materiã.l.ſi uno.ff.loca. cũ accumulatis per Fel.in cap. nam concupiſcẽtiam.ſol.j.de conſtit.Iaſ.in l.j.in gl. poteſt.ff.de iuriſdi.omni. iudic. & Dec.in cap. cum parati. ad fi.ij.col. de appel.Hinc etiam dicimus uerba contrahentium in dubio interpretanda eſſe ſecundum naturam iuris, ſuper quo interponũtur. Bal. in l.j.col.iiij.C. commod. Roman. conſil.lxxxviij. & ccxj. Areti.conſil. clxiij.col.fin.Alexan. pulchrè conſi. xxxvij.ad fin.j.col.uol.iij.& conſil. xxxv.ad fin.iij.col.lib.iiij. & conſil. cxxviij.col.j.in v.uol.Dixit quoque eleganter Angel.in conſi.cclxxxiiij. exorta.col.fin. quòd uerba quantũcunque generalia in quauis diſpoſitione inſerta ſemper reſtringuntur, & regulantur ad cauſam, & ſecun-

dum cauſam de qua agunt, & cogi-
tant diſponẽtes.per.§.Lucius.l.em-
ptor.ff.de pact.Et cum, ut ſuperius
diximus, ad hanc regulam in ſubſi-
dium recurratur, non eſt mirum ſi
prius diſpoſitio ſecundum ſubiectã
materiam intelligi debeat.& ſi non
ſolùm obſcura eſſent uerba, uerùm
in contractu omiſſum quid dici poſ
ſet,tunc ad minimum res non redi
gitur,nec fit talis interpretatio : ſed
omiſſum habetur pro omiſſo l.quic
quid aſtringendæ. cum ibi nota.ff.
de uerbo.obliga.

Tertiò principaliter hæc regula
18 †etiam habet locum in delictis : ut
quod eſt minimum ſequamur,quia
mitior pars ſemper eſt eligenda.l.in
terpretatione.& l.ſi præſes.in fin.ff.
de pœn. cũ alijs de quibus per Dyn.
in dicta regula in obſcuris:& glo.in
ca.in pœnis.de regul.iur.in vj.& in
dict.l.ſi præſes. Ex quibus infertur
ad plures notabiles quæſtiones, ut
hic per Dec.plura dici poſſent, quia
materia eſt diffuſa , & declarari de-
bet prædicta concluſio , uti faciunt
Dyn.& Philipp. Franc. in regula in
19 obſcuris. Reſtringitur † primò
concluſio ſecundum Deci.hic.Dyn.
& Ioan.And.loco præallega.niſi ex
qualitate facti aliud præſumatur :
quia ſecundum præallega. ubi deli-
ctum & qualitas ſunt certa , ſed in-
certus animus delinquentis , ſequi-
mur non quod minimum eſt : ſed
quod durius eſt, uidelicèt quòd ani
mum delinquendi habuerit,ex quo
ad delinquẽdũ eſt habilis,idque in-
ducit facti atrocitas.l.j.C.de ſicar.l.
ſi nõ cõuitij.C.de iniur.c.j.de pſum
ptio.de quo pulchrè p Aret. in cõſ.
lxxx.ſicut decet.colum.ij.Soc.conſi.
cxviij.lib.j.Feli.& alios in dict.c.j.
faciunt quæ pximè diximus de uer
bis intelligendis ſecundum ſubiectã
materiam:reſtringique ad cauſam ,
& ſecundum cauſam de qua agitur:
& quòd factis ſicuti uerbis datur in
telligi declaraturque uoluntas: imò
fortior eſt actus facti, & magis intẽ
tus ad declarandum uoluntatem.l.
Paulus.ff.rem rat.habe.latè Deci.in
l.non uult hæres eſſe. col.fin. ſupra
20 eod. Secundò †reſtringitur in ca
ſu l.item Mela.in §. ſi plures.ff. ad
legem Aquil.quando plures fuerũt
in actu delinquendi , & ignoratur
quis deliquerit.ubi enim delictum,
& qualitas ſunt certa , ſed perſona
incerta,ut quia nullus deprehendi-
tur fuiſſe in actu delinquendi, ſe-
quimur minimum ; omnes ſcilicèt,
abſoluendo.l.abſentem.ff. de pœn.
Si uerò plures fuerunt in actu delin
quendi,tamen ignoratur quis deli-
querit:tunc nõ ſequimur minimũ ,
quia omnes puniũtur.dict.§. ſi plu-
res.Ratio eſt,dicit Ioan.And.quia
apparẽt omnes eẽ culpabiles ex quo
fuerunt in actu delinquendi,& con
currit utilitas publica ſuadens deli-
cta puniri:ut per eum , non tamen
puniuntur omnes de homicidio ,
uel occiſo:ſed aliter: ut per Alex. in
conſi.xv.uol.j.& conſi.xiiij.uol.iij.
& xlvj.uol.iiij.& conſi.ij. uolu.vij.
Ioan.de Ana. in c. ſignificaſti.el.ij.
de homi.omnes Moder.in l. ſi quis
id quod.in ulti.nota. per illum tex.
ff.de iuriſd.omn.iud.Chaſſanæum
in conſi.lviij.Hipp.de Marſi. in re-
pe.rub.C.de proba.col.lxxxiij. & in
l.j.in princ.in ulti.col.ff.de qõ.& la
tè

tè in l.ſi.ff.de ſicar.& per Deci.in l. fauorabiliores.infrà eod. in quibus locis inuenies quicquid dici poſsit circa materiam.§.ſi plures.

21 Tertia reſtrictio † quando ꝓprietas uerborũ aliud deſideraret, quia etiam in pœnalibus fit larga interpretatio, quatenus proprietas uerborum patitur. ſecundum Deci.per tex.no.ubi Aret.ſignat, in l.cum lege.ff.de teſta.vide Fel.in ca. cauſam quæ.col.ix.de reſcrip. pulchrè. Moder.Peruſi.in rub.ſolu.matr.col.xix cum ſeq.Dec.conſi.cclxxxix.col.ſin. & in c.ſedes,in iij.not.de reſcrip.in l.imperium.col.iij.ſuprà de iur.om. iud.ubi concludit, quòd quādo mẽtio fit de pœna capitali,non de morte,ſed de exilio intelligitur,ut benigniorem partem amplectamur.quāuis Ange.de morte intellexerit. pro quo uidebatur facere regula dict.l. cum lege.ſed poteris negare ſtrictā & propriam uerborum ſignificationem id ſuadere,quinimò ęquiuocè, & uarijs modis capitalis pœna capitur, ut ibidem per præallegat. ideò in pœnalibus æquum & iuſtum eſt in dubio accipere in mitiorem partē,ſicque ꝓ exilio.

22 Quarta † limitatio eſt in caſu cap.penul. de ſent.excom.de qua ad Deci.hic te remitto. Inuenio etiam quòd Alcia.in tract. de præſump.in xlv.præſump. tertiæ regulæ quædam in propoſito iſtius materiæ ſcribit.uide ibi.Intelligitur autem prædicta regula quando in

23 obſcuris habetur minimum:ſi † uerò occurrunt delicta ubi non ſit minimum : ut cùm dubitatur quis ſit iudex delicti:exempli gratia, exiſtẽs in uno territorio ſagitta uel lapide in alio territorio exiſtentem percuſſit,& ad quem iudicem cognitio & punitio huiuſce delicti pertineat, dubitatur:ne delicta remaneant impunita:quicquid dixerit Franc. Verecellen.relatus per Ioan.And.in regula in obſcuris. ad fin.commenti concludunt ipſe Ioan.And.& Phil. Franc. ibidem, iudicem utriuſque territorij poſſe ꝓcedere,& punire : iudicẽ territorij, a quo proceſsit iactus.reſpectu principij, & quia ſub eo perfecit quò ad ſe : iudicem alterius territorij,reſpectu finis & effectus.ſicque delictum plura territoria tangens unicuique territorio in ſolidum atribuitur.l.j. cum ibi not. C.ubi de crimi. agi oport. præuentionique locus eſt, ſecundum præfatos ſcribentes,& tradit Soc.in c.poſtulaſti.col.iij.cum ſeq.de foro competen. ubi in ſimili materia plures quæſtiones tangit.de quo etiam per Fel.in c.j.colu.penul. de pręſumpt. ubi inducit illum tex. ad determinationem iſtius quæſtionis. & plura alia ſimilia congerit : accedant quę ſcribunt Rom.in conſi.ccxiij.& 223 & ccclxxv.& cccclxiij.Pau. de Caſt. in conſi.cxix.in antiquis.Aret. conſi.lviij.col.pen.& fin.Alex.in conſi. xj.in quinto dubio lib.j.Barb. conſi.xxxj.col.ij.lib.iiij.& in ca.cùm ſit generale. colum.iiij.cum pluribus ſequen.de foro compe.Feli.in ca.at ſi clerici.in prin.in.iiij.col.ubi Dec. vij.de iud.eundē Dec.cōſi.cxxxvij.

24 Quartò principaliter † dicta regula locum habet non tantum in quantitatibus, uerùm etiam in ſpeciebus:ita ſentit hic Deci. circa principp.commen.quod clarè probari uſ

per generalitatem præſentis regulę. ad quod uide Iaſ. in l. ſi ita ſcriptu. in vlt.not.& in l.legato generaliter. ff.de leg.j. & ff.ſolut. matr. in l.diuortio.in princip.in iij.colum.

25 Quintò † regula iſta procedit etiã in ſententijs:quia ſi iudices in diuerſis ſummis condẽnent ſummam mi nimam ſpectamus.l.inter pares. in fin.ff. de re judic. Hinc eſt q̃ uerba ſententiæ, ut ſonant intelligenda ſunt,neque plus ex ea inferri debet, quàm neceſſariò inferatur. Felin.in c.aduerſario.col.iiij.uerſ.difficilius. de except.Dec.conſi.xliij.col.fin.faciũt quæ idẽ Feli.ſcribit in ca.quod ad conſultationẽ.col.ij. de re iudic. & Aquen.in l.impoſsibilis.ad fin.ff. de verb.obl.dum diſputãt,an æquiparetur ultimæ uoluntati,uel cõtra-ctui.in ultimis.n.uoluntatib. & contractib.hæc regula ꝓcedit, ergo &c.

26 In † iudicijs non habet locu,gloſ. hìc in fin. quæ rationem aſsignat. Intellige ſecundũ terminos l.ſi quis intentione ambigua. ff. de iudi. alleg.per glo.quia ſtante dubio in deductis in iudicium per actorem,ſtatur potius declarationi actoris quã rei, per rationem gloſ. ad dict. l.ſi quis intentione. quædam hic congerit Deci. ego latè ſcripſi in l.ædicta. in materia emendationis, poſt alios ſcribentes. C.de æden.

SVMMARIVM.

1 *Hæc regula procedit in connexis,& quæ dicantur connexa. num.2.*

3 *Conſuetudo de extrahendo capitale de primis fructibus eſt illicita.*

4 *Incolis onera ſubeuntibus communicanda ſunt iura communitatis.*

5 *Forenſibus quando competant beneficia legum: & quid in clericis.*

6 *Cõtractus debet in totum acceptari.*

7 *Idem in confeſsione qualificata.*

8 *Quando ex priuilegio interdicti tempore familiares monaſterij poſſunt ad diuina admitti, an familiares recepti poſt priuilegium cõprehendantur.*

9 *Mulier infra annum luctus debet alimentari ab hæredibus mariti.*

10 *Bona communitatis an diuidantur per capita,uel pro modo æſtimi.*

11 *Contrariorum quando ſit eadem diſciplina, & quomodò intelligatur. num.12.13.14.15.& 18.*

16 *Mulierem tangere an bonum ſit uel malum.c.hoſpitiolum.xxxij.diſtinctio.quomodo intelligitur.*

17 *Contrario exiſtente bono, an aliud malum ſit.*

19 *Abſolutio an intelligatur prohibita, quando eſt prohibita condemnatio.*

20 *Statuto diſponente, quòd fratri non ſuccedat ſoror, non habet locum econtra.*

21 *Dos lucrum amplectitur, & onus non patitur.*

L. X. PAVLVS.

SECVNDVM naturam eſt cõmoda cuiuſque rei eum ſequi, quem ſequuntur incommoda.

Ex antiquo iure ſumpta fuit,& ex legibus per gloſ. alleg. Inſeritur pariter in c. qui ſentit. de regul.iur. in vj.qui ſentit onus(dicitur ibi)ſentire debet commodum, & econtrà,

Iuriſ-

Iuriſconſul.elegantius loquendo(ut nonnulli naris emunctæ uoluêre) è contrario dixiſſent: ut in l.iij. in §. ex contrario.ff.de acquir. poſſeſ. Et ſi inueniam econtrà Iuriſcõſultum ſępè dixiſſe in l. quid tamen. in §.ſi maſſæ.ff.quib.mod.vſusfruct. amit. & in l.qui ſtatus.ff.de re milita. Eſt ergo ſecundũ rationem naturalem, ut ſentiens alicuius rei incõmoda, eius pariter rei commoda ſentiat,& habeat,& econtrariò:ut hic,& in d. c.qui ſentit, ubi gloſ.Dyn. & Ioan. Andr. in mercur. congerunt exempla & nonnulla ſimilia ut hic etiam per Dec.& dicit text.l.ſi igitur.in ſi. ff.pro ſocio. æquum eſſe cuius parti cipauit quis lucrum, participet & damnũ:rationiq́ue congruit ut ſuccedat in onere, qui ſubſtituitur in honore.c.rationi.de regu.iur.in vj. Ex quo ſequitur,ꝙ Papa, qui ſubſtituitur in honorem Petri, imò Chriſti.& Epiſcopi apoſtolorum loco,& qui religioſi in honore ſanctorũ Benedicti,Dominici,Frãciſci, & ſic de alijs, ſuccedant in onere uitæ & auſteritatis eorum: ſecundum Archiepiſc.Floren.in prima parte ſummæ ſuper regula, rationi congruit. per text. etiam in cap.non uos,& c.non eſt.xl.diſtin.& c.eccleſię.xxv.diſtin. Hinc etiam dici ſolet, cõmoda qui ſentis, iungas onus emolumentis,ut per Paul.de Caſtr.in l.ad inſtructiones.C.de ſacroſ. eccleſ. Et ſunt dili-
1 gẽter † not.uerba text.ibi, cuiuſque rei cõmoda & incõmoda, eo enim ſermone inſinuatur hanc regulã de cõnexis intelligi,& aliud eſſe quando cõmodum & incõmodum eandem rem non reſpiciunt,ſeu eodem ex fonte non procedunt. ideò rectè dicit text.l.vnic.in §. pro ſecũdo.C. de caducis tollend.non eſſe eum ferendum, qui lucrum, quidẽ amplectitur,onus autem ei annexum contemnit. unitorum enim uniformis debet eſſe diſpoſitio, & connexorũ, ac dependentium, idem iudicium. l.iij.§.iudicio contrario.ff.de contr. act.tu.c.trãslato.ubi Fel. Dec.col.ij. & iij. plura congerunt, de conſtit. ✳✳ & Paul. de Caſtr. pulchrè in l.ſi quis §. ratione. ſuprà de edend.] Et quòd onera rei annexa, ex natura ipſius ueniant in cõſequentiam, ponit etiam Deci. exempla tradens, in l.ſi Ruffinus.col.ij. poſt alios.C. de teſtam.milit. & Anchar. in conſ. lxxij.dum inquit iudicari de acceſſorijs, ut de principali in mixtis, licèt diuerſam naturam habeant.Aretin. conſ.xxix.col.viij.Alex.conſ.lxxxv. colu.ij.lib.3.ubi connexa,ut de uno corpore,iudicari ſcribit,& in conſ. cxlv.colum. fin.lib.vij. dum ponit, utrum conuentus ratione cõnexionis gaudeat immunitate eccleſiæ.uide etiam Iaſ.in l.j.colu.j.C.de tranſactio.& in l.ſed & ſi.in §.filio.ff.de
2 vulg. Quæ autem † dicantur connexa,declarant doct. in locis prealleg. Et propterea Bart. in l. debitori. ad finem.C.de pact.quærẽs,quæ ſit ratio,quòd ubi abſque pacto apud aliquem dimittitur hæreditas, teneatur ille dimittenti, alijsq́ue creditoribus ſatisfacere.§.penult.l.ij. ff. de hæredit. uel act. uend. Reſpondet iſtud cõtingere ob uim & uirtutem uocabuli, hæreditatis:cuius natura eſt commoda & incommoda continere, propterea remanet cum ſuis

oneribus,ſoluiq́ue debet æs alienũ.
l.fi.ff.de uſufruct.leg.l.ſi quis ſeruũ
§.fi.cum l.ſeq.ff.de leg.ij. cum alijs
de quibus per Deci.in conſil.237.&
Socin.in conſi.lxxv.col.ij.uolu.ij.
quod ſecundum ordinem continua
tiuum eſt conſil. ccxxxvj. ubi ex illa
declaratione infert, aliud eſſe ſi res
ſingularis legatario dimiſſa fuiſſet;
quia onera in legatarium non tran-
ſeunt.l.ſi hæreditatem.ff.mand.un-
de non tenetur ad ſolutionem one-
ris teſtatori propter dictam rem im
poſiti.& ſecundum hanc diſtinctio
nem regulam iſtam intelligendam
eſſe dicit.quod no. Hinc etiam eſt,
3 † ꝙ conſuetudo de extrahendo ca-
pitale ex primis fructibus, ſicq́ue ut
lucrum quærens damnum non ſen
tiat, eſt contra naturam, & illicita
cenſetur, ut in ſumma Ange.in uer-
bo ſocietas.el ij.uerſi.tertiò. Et pari
ter ſi conſuetudo diſponeret capita
le ſaluum eſſe debere, aut recipien-
tis periculo fore, cõtra naturam eſt,
& damnata.Socin.in conſi.cxvj.uo-
lumi.ij. Et per iſtam regulam Bar-
tol.in tracta. de repreſal.in j.q.v.q.
4 princip.dicit, quòd † incolis onera
ſubeuntibus communicanda ſunt
iura communitatis. Eadem ratione
forenſes,qui non ligantur ſtatutis;
non gaudent beneficijs ſtatutorum:
cùm non debeat commodum ſenti-
re,qui non ſentit onus:ut etiam per
Socin.in conſi. cc liij.in cauſa.ad ſi.
libr.ij. ubi concludit, clericum non
poſſe conuentionalem pœnam con
tractus petere,niſi quatenus intereſ
ſet.argum.not.in cap.ex parte.& in
cap.licet.de cenſi.eo. quia clerici le-
gibus ciuilibus talis pœnæ exactio-
nem permittentibus non ligantur.
Quemadmodum igitur dictæ pœ-
næ ab eis peti non poſſunt: ita nec
ipſi ab alijs debent poſſe petere, ut
idem operetur oppoſitum in oppo-
ſito,quod propoſitum in propoſito.
ad quod uide tex.in capitu.ſuam.de
pœn.Socin.in cõſi.xviij.colum.iij.
lib.j.Lancel. Galiau.in repetitio.§.
Cato.colum.xxiiij.cum alijs quę ad
ducentur in l.quod à quoquam. in
frà eodem titu. Circa materiam ve
5 rò ſuprà tactam, † utrum beneficia
legum,ſtatutorum, & decretorũ fo-
renſibus,& clericis competant: uide
Anchar.in conſil.clxix.circa finem.
Alexand.conſi.xlj.& cxj.lib.vij. De
ci.in cap.eccleſia ſanctæ Mariæ. fol.
penul.de conſtit. & in conſil.cxiiij.
ccccl.& dclxj.Mod.Aſten.in tracta
tu exclu.fœmin.ſtant. agna.arti.vj.
& viij.colum.j.Ex prædictis inferri
6 etiam poteſt ad quæſtionem † con-
tractus initi per tutorem, qui non
poteſt à pupillo pro parte acceptari,
& pro parte reſpui & refutari: ue
rùm onus cum commodo debet ac
ceptari,in totumq́ue aut agnoſcere,
aut è toto recedere:ut dicit Iuriſcõ-
ſultus in l.cùm quæritur. ad finem.
ff.de adminiſtratio.tuto.ut per Bal.
in conſilio cclvij.lib.j. Anchara.in
conſilio ccvij.colum.ij Pau.de Caſ.
in conſilio cxxxix.& cclxiij.in anti-
quis.& Socin. conſilio cxxv.colum.
7 j.lib.iij.Et idem dicimus † de confeſ
ſione qualificata,quę ſcindi non po
teſt.Bar.in l.Aurelius.in §.idẽ quæ-
ſijt.ff.de lib.leg.latè Barb.in conſil.
iij.col.fina.lib.ij. & in c.bonæ.el ij.
col.penul.& fina.de poſtulatio.præ
lato.Alex. cõſi.cxxxj.col.iiij.libr.v.
Felin.

Felin.in cap.cùm dilecti.colu.vj.de accuſatio.Cæpol. in cautel.lx. Soci. in l.j.col.vj.ff.de uulg.Iaſ.in l.mani feſtæ.col.fina.ff.de iureiur. & in l.ſi quidem.C.de tranſactio.& Deci.in c.j.in xij.not.de poſtula.prælato.

8 Regula iſta † inducitur etiam ad not.q.Monaſterium priuilegio ſuffultum eſt,ut tẽpore interdicti Abbas.& conuentus poſsint ſuos familiares ad diuina recipere,& admittere:ut etiam poſt priuilegium receptos familiares admittere poſsint: ut ſentiant commodum, qui onera ſupportant,& ſufferunt, intelligendo tamen, ut ibi latè diſtinguendo ſcribit Ioannes Andreas & Philip. Fran.plura alia addi poſſent de quibus per ſcribentes in diſcuſsione articuli quem infrà tangemus. an & quando contrariorum eadem ſit diſciplina:ut per Areti.Socin. & alios in rubr.ff.de acquirenda poſſeſsione.Bart.& Iaſ.in l.inter ſtipulantẽ. in §.ſacram.ff.de uerborum obliga. & Mod.Aſten.in tracta.de augmento concluſio.xiij.cum ſequen.& cõcluſio.uigeſimaquarta. Item inferri

9 poteſt ad aliam quæſtionem † de alimentis præſtandis uxori intra annũ luctus ab hæredibus mariti,propter dotem interim retẽtam:ut per Guidonem Papæ in quæſtione ccxcvj. & doctores in l.diuortio. in principio.ff.ſoluto matrimonio. Aliam ſimiliter quæſtionem decidit Paulus de Caſtro in l. ad inſtructionem. præallega.& aliam Ioannes de Platea in l.finali circa finem.C. de immunitate nemini concedenda, li-

10 bro decimo. An † commoda ciuitatis ſeu alterius cõitatis diuidi debeãt per capita, uel pro modo facultatum & æſtimi.item ad alias de quibus per Socinum in conſilio nonageſimoſexto,libro ſecundo. Et pariter inferri poteſt ad deciſionem, de qua in l.quo tutela.infrà eodem. & inſtit.de legit.par.tut. ubi Chriſtophorus Porti. & alij nonnullos caſus excipiunt.

Et per prædictam regulam, & iura in glo.allega.infertur ſecundum gl. & Deci.hic, Dynumque & alios in dict.c.qui ſentit,ad commune illud

11 dictum † de contrarijs quorum eadem dicitur eſſe diſciplina: declarãdo ut hìc per Deci.Aret. verò in rubri.ff.de acquir.poſſeſ.materiam dicit brocardicam,quomodò illud cõmune & uulgatum dictum intelligatur. durus enim uidebatur talis ſermo,quinimò dicendum,contrariorum in genere, contrariam eſſe diſciplinam, ex quo affirmatiuè de uno, negatiuè de alio diſponitur, quod eſt eius oppoſitum:ſecundum Dyn. in dict. c.qui ſentit.natura.n. oppoſitorum eſt, ut ſe inuicem tollant:non ſe inuicem ponant.l.fuit quæſtionis.ff.de acquiren.hæredit. ſecundum Bald. in l.licet.ff. ſi quis omiſ.cau.teſta.neque enim(ut Boëtus ait) ſolent ſibi aduerſa ſociari, cum natura reſpuat, ut contraria quæque iungantur. Bar.& alij in l.inter ſtipulantem §. ſacram.ff. de uerb.obl.Alex.Aret.Soc.Iaſ.Aquẽ. & cæteri ſcribentes in rubr.ff.de ac-

12 qui.poſſeſ.concludunt † prædictam concluſionem intelligi primò poſſe quantum ad cognitionem:quia cognito uno de contrarijs, cognoſcitẽ & reliquũ.cognito.n.qui ſint alte-

rius iuris, cognoſcitur qui ſui iuris ſint.l.j.cum not.ff.de his qui ſui uel alie.iur.ſunt. Et intellecto quomodò & quib.mod.perditur poſſeſſio, intelligitur quomodò ex quib. modis retinetur.gloſſ. in dict.rub.ff.de acquir.poſſ.Et quemadmodum publicatis teſtib. alij teſtes ſuper eiſdẽ capitulis non admittuntur: ita nec ſuper capitulis directò contrarijs: cùm eadem ratio timoris ſubornationis militet, ex quo cognito uno de contrarijs, cognoſcitur & aliud: ut hìc per Deci.poſt Ange.Areti. & ſecundũ hanc intelligentiam res caret omni dubio, ſcripturæq́ue concordes ſunt. Secundò poteſt prin
13 cipaliter intelligi, † contrariorum eandem eſſe diſciplinam: id eſt iuris deciſionem & diſpoſitionem:& hoc caſu ſecundũ Aret.Soci.Iaſ.Aquen. & alios loco præallegato diſtinguendum eſt.aut in contrarijs eadem ratio militat, & eadẽ regula, iuriſq́ue diſpoſitio militabit.l. diem proferri §.ſtari.ff.de arbit.l.pen. C. de ſolutio.gloſ.not.in clem.cum à repulſione.de appellat. quæ uult, ꝙ admiſſio & repulſio: exceptionis pereptoriæ ſint ambę ſententiæ interlocutorię, eadem ratione in utroque extremorum militante,cùm nulla ipſarũ principale diffiniat negotiũ:ſed diffinitiua expectatur ſentẽtia. de quò tamen latius per Modern.Peruſi.in dicta rubr. de acquir.poſſeſ.col.fin. Facit uulgata regula l. à Titio.ff.de furt.& l.illud.ff.ad legem Aquil. ꝙ ubi eadem eſt ratio, eſt etiã eadem iuris diſpoſitio. Hinc eſt, quòd ubi exceptio ex forma ſtatuti non poteſt per teſtes probari,pariter nec actio, nec replicatio eo modo probari poterunt,ſecundum Baldum in c.cùm ueniſſent.colu.fin.de iudic.Et ſicuti renunciatio beneficij per teſtes probari poteſt,nec ſcriptura requiritur: ita collatio. Bald. in l.ab emptione. per illum tex.ff.de pact.& in c.ij.ad fin.de reſtitu.ſpolia.& quædam alia ſimilia ponit Aquen. in dicta rubrica de acquir. poſſ.col.j. Et non tantùm contrariorum eadem eſt regula:uerùm etiam eadem eſt potentia: nam ea quæ nudo cõſenſu contrahi poſſunt,à pari potentia etiam nudo cõſenſu diſſolui poſſunt. Bal.in d.l. ab emptione.per illũ text. Idemq́ue eſt etiã ſignificandi modus: ut patet de ſupremo,qui dicitur poſt quẽ nemo fuit:& de proximo,qui etiã dicitur ante quẽ nemo fuit:ut per Iaſ.in dicto. §. ſacr.in ix. col. & Modern. Aſten .in locis pręalleg .& in paruo ſuo tract.de diminutione & deterioratione,in iiij.& v.cõclu. ubi etiam aliam regulam ponunt de augmento & diminutione, ambulantis pari paſſu: ita quòd cui ſpectat onus & diminutionis grauamẽ,pariter econtrariò ſpectabit augmentum.l. plerunque.in princip. & l.ſi mancipia. ff. de iure dot. Sed ſi oppoſitorum eadem non ſit ratio, ſecus erit.propterea qualitas adiecta in primo capitulo, licèt repetita uideatur in ſecundo, attamen adiecta in ſecundo non cenſetur in primo præcedenti repetita, quamuis ab eodem uerbo ambo regentur: ut ſolenniter declarat Bartol. in l. item in repetendis. ad fin.ff.de leg. iij. quia præcedentia magis influunt in ſequentia,quã econtrariò. l. quiſquis. ubi Bartol. not.

not.de leg.iij.& in l.auia.ff.de con-
dition.& demonſt. prout etiam de-
clarant Areti.& Iaſo.in l.cum filio.
ſuper gloſ.in verb.relictis.ff.de leg-
j.& Areti. in l.talis ſcriptura colu.j.
* cod.tit.de leg.j. * Dec.ubi limitat
in cōſ.92.in fin. & etiã in conſ.14.]
14 Si uerò † in cōtrarijs eadem non
ſit ratio, ſed contraria, tunc eadem
erit diſciplina per contrarium:quia
quod ſtatuitur in uno ex contrarijs
per unam rationem, in ſuo contra-
rio oppoſitum ſtatuitur per contra-
riam rationem. exēplum in l.& ſic,
in.§.fin.ff. de vulgar. & pupillar. &
in l.ſi negotia.de nego. geſt.& ff.de
leg.j.in l.ſi eo toto.in princip. unde
dicunt philoſophi, quòd ſicut ſe ha-
bet propoſitũ in propoſito:ita oppo
ſitum in oppoſito:ut habetur Topi-
corum ij. Socin. & Aretin. in dicta
rubrica de acquir.poſſeſſ. Alexand.
in d.l.ſi ex toto. in princip.alia iura
adducit Iaſon loco præalleg. & plu-
res deciſiones aggregarunt Moder.
Aſten.in locis præalleg. Et ſecundũ
Alexandrum & Iaſonem præallega.
15 non † procedit præſens regula in
his quæ ſunt ſtricti iuris: puta, ubi
agitur de forma mandati, quod di-
ligenter & ad unguem obſeruandũ
eſt: tunc enim contrariorum nō eſt
eadem diſciplina.allegant text. not.
cum ibi nota per Anton.de Butr.in
c.fin. de verbor. ſignific. Et ex con-
trarijs prædictis, quando unum eſt
bonum, aliud eſt malum.c.hoſpitio
16 lum.xxxij.diſtinct.bonum eſt, † in-
quit ibi Hieronym. mulierem non
tangere: eam ergo tangere malum
eſt. timens enim Hieronymus mu-
lierum deceptionem: Non ſum, in-
quit, fortior Sanſone, ſapientior Sa-
lomone, fortior Dauide, qui per
mulieres decepti fuerũt. Sanſon per
Dalidam. Dauid per Berſabeam.
Salomon per mulieres alienigenas.
Loquuntur autem prædicta de ta-
ctu carnalis illicitique concubitus.
Pro cuius intelligentia ſciēdum eſt,
ſecundum Thomam, & Nicolaum
de Lyra ſuper Epiſto.j. ad Corinth.
cap. vij. quòd ſicut uis nutritiua ad
conſeruationem indiuidui ordina-
tur, ita uis generatiua ad conſerua-
tionem ſpeciei. propterea dicunt, ut
non poteſt bonũ eſſe homini quan-
tum ad indiuiduum alimento mini
mè uti: ita dici nequit, bonum eſſe
hominem quantùm ad ſpeciem nō
tangere mulierem: ſed eſt hoc homi
ni bonum, quantum ad indiuiduũ.
Et primò ratione animę, quæ pro
hoc eleuatur ad cognitionem ueri-
tatis. unde Auguſtin. nihil ſic deij-
cit ab actu ueritatis cognoſcendo,
ſicut tactus iſte corporum ſine quo
uxor haberi non poteſt, quia ei te-
netur uir debitum reddere per actũ
carnis in quo abſorbetur intellectus.
Vnde populo legem diuinam acce-
pturo præceptum fuit. (Exodi xix.)
ne appropinquarent uxoribus ſuis.
Secundò ratione corporis, per quod
matrimonium ſubijcitur perpetuæ
ſeruituti coniugis: uir enim non ha
bet ſui corporis poteſtatē, ſed uxor:
ſecundum Apoſt. ſeruitus autē amа
ra eſt. Tertiò ex parte rerum exte-
riorum, quarum occupationi & ſol-
licitudini neceſſe eſt hominem im-
plicari, qui habet uxorem & filios
nutriendos. Non eſt tamen illicitus
talis tactus mulieris matrimonio p
bi co.

bi coniunctæ: ut per Cardinalem Alexandrinum poſt alios ibidem relatos in dicto cap. hoſpitiolum. Si
17 uero quæras, an uno cõtrario † exiſtente bono aliud malum ſit? Dicas, aut ſimul cõcurrit uirtus & uitium: & tunc ſi unum eſt bonũ, aliud eſt malum: unde continentia, quę uirtus eſt, bona eſt: luxuria, quę uitium eſt illi contrarium, mala eſt. Aut ſimul concurrunt contraria uitia, & tunc utrumque eſt malum, ut patet in prodigalitate & auaritia. Aut ſimul concurrunt uirtutes, & in iſtis contrarietas non cadit: quia uirtus non eſt uirtuti cõtraria. ſed in alijs bonis ſæpe duo bona cõtraria inueniuntur. ſicque poſsibile eſt utrunque cõtrariorum eſſe bonum, ſicut nubere & non nubere. cognoſcere uxorem, & non cognoſcere. ieiunare in ſabbato, & non ieiunare. unde in iſtis bonis non procedit regula prædicta: quia contrariorum unum eſt bonũ: ergo aliud eſt malum: ſed procedit quando concurrunt ſimul uirtus & uitium: ſecundum Archid. & Card. Alex. in d. c. hoſpitiolum.
18 Aliquando † in quolibet ex contrarijs, ſeu oppoſitis diuerſa eſt ratio: tunc diſpoſitio non eſt eadem, nec quod operatur propoſitum in propoſito, operatur oppoſitũ in oppoſito: ſed diuerſa eſt diſpoſitio. d. §. ſacrã. ubi ſi res deſinit eſſe in cõmercio, extinguitur obligatio: & tamen ſi in cõmercium redierit non reuiuiſcit: quia deficiunt uerba obligatoria: ut ibi per Bartol. probatur etiam in l. in fundo. ff. de rei uendi. ubi ad hoc ut reficiatur expẽſæ duo copulatiuè requiruntur, ꝙ expenſa ſit pecunia, & res meliorata: ſi ergo æſtimatio meliorationis minor eſt quantitate expenſarũ, peti non poſſunt, niſi uſque ad meliorationem: ꝓpterea diuerſa eſt diſpoſitio: ut ibi per Bart. & Soc. in rubr. ff. de acqui. poſſ. Item ſi negotiorũ geſtor indebitũ exigit, cogitur reſtituere: & tamen ſi indebitũ ſoluit, ſibi imputari debet. l. ſi quis negotia. ff. de negot. geſt. quemadmodũ qui uſuras exegit, cogitur eas reſtituere: & tamen ſi alteri ipſe uſuras perſoluerit, ſibi imputatur: ut per Barto. & alios in d. §. ſacrã. Hinc etiam eſt, ꝙ licet Epiſcopus extra territoriũ non poſſit excõmunicare, abſoluere tamen poteſt fauore animarum: & contrariorũ non eſt eadem regula propter diuerſam rationem: quia fauorabilius eſt abſoluere quàm excommunicare. Innoc. in c. nouit. de offic. lega. Angel. & alij in l. fin. ff. de iuriſdict. om. iudic. quamuis prædicta ſint potiùs correlatiua, quam contraria: ut etiã ſenſit Iaſ. loco ſtatim allegãdo. Inducunt prædicta doctor. ad
19 duas alias quæſt. Prima eſt, † utrum prohibita condemnatione in materia correctoria, uel ſtricta intelligenda, cenſeatur etiam prohibita abſolutio? Aretinus, Socinus, & Aquen. in præalleg. rubr. ff. de acquirenda poſſeſ. tenent quòd ſic, ut etiam per Socinum in conſilio cxx. colum. iij. lib. 1. Iaſon uerò in l. iij. ff. de re iudicata, articulum latiùs tangens cõtrariũ tenuit. potes concordare opiniones ut pulchrè per Felinũ in cap. non poteſt. de re iudicata. Secun-
20 da quæſtio, † de ſorore per ſtatutũ excluſa à fratris ſucceſsione, nũquid

cenſeatur

cenſeatur pariter à ſucceſsione ſororis excluſus frater? Baldus in l.lege xij.tabularum.C.de legitimis hæredibus, per illũ textum, tenuit quòd non: quia dato uno inconuenienti, dari nõ debet aliud maius inconueniens: eſtque communiter à ſcribentibus recepta ſententia, ut hìc circa finem cõmenti uoluit Deci.& latiùs Iaſ.in præalleg.rubr.de acquir.poſ. & in d.§.ſacram. colu.ix.& ſeq.ubi meliorem rationem ſe aſsignare dicit: quia contrariorum contraria eſt ratio. nam in prædicto ſtatuto, ꝙ ſoror nõ ſuccedat fratri, militat fauor agnationis, ut in linea maſculina conſeruentur bona, & familiarum ſalua ſit dignitas. quæ ratio ceſſat in caſu contrario: ſi enim frater ſuccedat ſorori, potiùs militat fauor agnationis per diuitias augmentandæ; aliâs quando non eſſet diuerſa ratio, ſicut unus ex correlatiuis excluditur, ita aliâs intelligeretur excluſus. §.filium.in auth. quib.mod. natural. effic. ſui. & in correlatiuis quod ſtatuitur in uno, intelligitur ſtatutũ & in alio. l.fin. C.de indict. uiduit.tol. Socin. tamen in rubr.de acquir.poſſ. ſequitur concluſionem prædictam, ubi ratio conſeruandæ agnationis à ſtatuto conſiderata eſſet: ut quia excluderet propter exiſtentiam alicuius agnati: ſecus ſi ſtatutum ſimpliciter excluderet ſororẽ à ſucceſsione fratris, ut per eũ. Sed non eſſet recedendum à deciſione Bald. quæ communis eſt & indiſtinctè tenetur, ut diximus: quia ratio conſeruandæ agnationis in tali ſtatuto conſiderata cenſetur, & pro expreſſa habetur, ſecundum communes doctorum concluſiones: ut latè per Modern. Aſten. in tract.excluſ. fœm.ſtan.agna.in iij.artic.principali, & Deci.in conſ.cccxxxiij.col.iij.

21 Et tandem ſcias † hanc regulam non procedere fauore dotis: ut poſt alios ſcribit Bald.Nouel.in tract.de dote in xiij. ſpeciali vij. part. princ.

✱ Vltimò not. quòd res iudicari debet ſecundum eius propriam naturam, non ſecundũ quod aliquo caſu accidentaliter contingit. l. item ueniunt.§.cùm prædiximus, ſuprà de petit.hæred.tradit Deci.in rubr. C.de eden.colum. penult.

## SVMMARIVM.

1 *Verba, ſine facto noſtro, generaliter accipiuntur, etiam pro non facto.*

2 *Verbum, noſtrum, quomodò accipiatur. & num.* 20.

3 *Ius quæſitum in contractu, ſine facto noſtro etiam ex cauſa dotis non poteſt alienari. Et deciduntur nouem quæſtiones per hanc regulam ſecundum numerum ſignatum.*

13. *Ius quæſitum reuocabiliter tantùm, ſine facto noſtro poteſt auferri. Et ponuntur aliæ quinque limitationes. num.* 15.16.17.18.19.

14 *Dos ſtipulata per notarium generi unius fratris tranſigentis cum altero fratre, non poteſt reuocari per aliam tranſactionem ſine facto generis.*

20 *Commune, an impropriè & fictè meum dicatur.*

21 *Aqua Fluminis labentis inter duas ciuitates quomodò ad eas pertineat.*

L. X I.

L. XI. POMPONIVS.

ID quod noſtrum. eſt, ſine facto noſtro ad alium tranſferri non poteſt.

SVMITVR iſta regula ex §. ſi quis ita.l.quodcunque.ff. de uerbo. oblig.& ex §. ante omnia. l. ſi unus ff.de pact.ac l.fi.eo.titu.& §. fina.l. cùm maritus. ubi textus pulcherrimus.ff.de iure dotium, cum ſimilibus facit uulgata regula l. in re.C. manda. quod in re ſua quilibet eſt moderator & arbiter. ideò nimirũ ſi abſque facto ſuo ab eo tolli non
1 poteſt. Quæ quidem † uerba, ſine facto noſtro, generaliter accipiuntur tam pro actu meri & naturalis facti:iuxta l.traditionibus.C.de pactis.quàm pro ſimplici uoluntate, quanque etiam pro negligentia, & ſic non facto: quia appellatione facti uenit non factum.§.ſi qua uxor. inſtitu. de nupt.ſecundum Decium hic de quo eſt tex. in famigerato.§. Cato.ubi ſtipulatio uel fieri non fieri,ſecundũ omnes factum continet. Ruinus tamen ibi in ij. lectu. in j. colum.id uerum eſſe ſcribit,largè & impropriè, non autem propriè per tex.l.quotiens.ff.de ſeruitu.tit.generali.Seruitutis inquit, non ea natura eſt,ut aliquid faciat quis, ueluti ut uiridaria tollat, aut in ſuo pingat: ſed ut aliquid patiatur,aut non faciat aliquid. Hanc opinionem, quòd largo modo & impropriè appellatione facti,ueniat non factum, tenuerunt Alber. de Roſa.Petr. de Anch.Aret. & plures alii Moder. in dict.§.Cato. Alc. ibidem diſtinguit aliquos caſus:ut per eum. Et licèt
2 † meum & mihi debitum inter ſe differant.l.uideamus.§. ſi actionem ff.de uſur.notat.Dec.in princ.l.cùm fundus.ff.ſi cer.peta.tamen hæc regula dè meo loquens, habet locum etiam in mihi debito,per eaſdem rationes,ut uolunt communiter doct. infrà alleg. Procedit etiam præſens regula quamuis ius ſpe tãtum quæſitum fuiſſet ex contractu,quia ſine facto noſtro tolli non poſſet. Bal.in l.ſi conſtante.colum.fina.C.de donatio.ante nup.Arc. conſi.lxxiiij.diligenter. in tertio dubio. & Deci. conſi.cvij.colum.fin.Rurſus procedit in utili tantùm dominio, ut ſine cauſa auferri alicui non poſſit, quẽadmodum nec plenum.Bald.in l.ij. C.de ſun.patrimon.lib.xj. Iaſon in l.ſi conſtante,colum. xiiii. uerſicul. ſecundò in contrarium. ff. ſoluto matrimonio.

3 Ex quibus infertur, ꝙ † licèt bona alienari prohibita, quia teſtator uoluit, perpetuò remanere debere in agnatione,alienari poſſint ex cauſa dotis per deſcendentes: iuxta authen.res quæ.C. communia de leg. tamen quando alienatio prohibita eſſet ex contractu inter uiuos,taliter ꝙ impediretur dominii tranſlatio: tunc quia ex facto noſtro, & ex contractu ius quęſitum eſt,non poſſunt alienari etiam ex cauſa dotis:ut per Iaſ.in dict.auth.res quæ.colum.vij. ſeu viij.& antepen. facit quod in habente expreſſam hypothecam anteriorem non conſideratur cauſa uel fauor dotis:iuxta glo. in l. aſſiduis. C.qui potior. & not. in l.j.ff.ſolu.
4 matri.Hinc eſt, ꝙ†ubi ex facto notarij,

tarij,uel iudicis,uel teſtis, eſt alicui
ius quæſitum, non eſt in facultate
eorum aliquid dicere uel facere per
quod tale ius tolleratur: ut per Ale-
xan.in l. ſcie.idum.col.vij.de uerb.
oblig.& Mod.Pap.in l.j.col.vij.ff.ſi
cer.peta.Item per hanc regulam in-
5 fertur, † ꝙ hæreticus condemnatus
inde reconciliatus, nõ recuperat ius
patronatus,nec bona,etiam loquen
do de reſtitutione generali: quic-
quid dixerit Imo. ſiue enim ab ho-
mine,ut inquit Abb. ſiue à iure fa-
cta ſit confiſcatio, ſtatim perditur
dominium, quod non recuperatur
per pœnitentiam.textus eſt in c.uer
gentis.de hæretic.qui cauillari non
poteſt:ſecundum Felinum ibi in ij.
colum.etiam ſi fiſcus nondum ap-
prehendiſſet:quia ius ſibi quæſitum
ſine facto ſuo auferri nequit, per
iſtam regulam. adducit etiam Feli-
nus notabile dictum Ioannis And.
in titu.de inſtrum. editi. in §. nunc
aliqua.ꝙ ſi ea lege tibi fundum do-
naui,ut poſt certum tempus ſit eccle
ſiæ, in præiudicium ipſius eccleſiæ
tale pactum remittere tibi nequeo.
faciunt quæ diximus in l.ea ſola.ad
finem,infrà eodem titul. Ad idem
6 †deciſio Ange.in l.petens. column.
iiij.C.de pact.ſi poſt abſolutum in-
ſtrumentum iubeant partes inſtru-
mentum ipſum cancellari,ſoluenda
erit nihilominus gabella per legem
noſtram, ut etiam tenuerunt Guil.
Cun.Bald.& alij ibidem relati. Et
7 pariter † ſi duo facientes pacẽ obli-
gant ſe ad eam non frangẽdam ſub
pœna centum ducatorum eccleſiæ
applicanda,& ſe offendant,inde re-
concilientur: hoc non nocet eccle-
ſiæ per hanc regulam. ita Bald. &
Paul.de Caſtr.in l.inſulam. in §. ſi.
ff.ſolu.matr.has deciſiones ſequitur
Feli.in dict.c uergentis.Hinc etiam
8 eſt, ꝙ † ſi conuentum fuerit inter
nos ut penes me remanerent inſtru
menta communia,contigeritque fi-
ſcum tibi ſuccedere,inſtrumenta au
ferri mihi non debent, eò ꝙ fiſcus
dignior ſit, quia fiſcus utitur iure
priuati.l. fiſcus. ff. de iure fiſci. &
quia ex perſona ſucceſſoris condi-
tio obligationis mutari non debet.
l.ij.§.ex his.ff.de uerbo.obligation.
ſecus quando abſque facto meo, ac
conuentione, res fuiſſet apud alterũ
ratione dignitatis uel qualitatis:
quia tunc ceſſante qualitate perſo-
næ ceſſat priuilegium. argument.l.
Titia.§.uſuras.ff.de legat. ij. ut per
Salic.& Alexan.& alios in l. procu-
rator.C.de eden.Item ſi ille qui di-
gnior erat conditionem mutet,& ui
lior efficiatur,ab eo poſſunt inſtru-
menta auferri:argum.l.cùm quis.in
princip.ff.de ſoluti.ita Barto.in d.l.
procurator. Quæ concluſio ſecun-
dùm Dec.ibi procedere uidetur quã
do ſimpliciter propter dignitatem
inſtrumenta depoſita fuiſſent: ſecus
ubi ex conuentione ita factum fo-
ret,per ea quæ ſuprà dicta ſunt:quia
ius ex conuentione quæſitum ab eo
non poteſt auferri, per regulam le-
gis noſtræ:quia etiam propter turpi
tudinẽ uitæ iure ſuo quempiã priua
ri non conuenit.argumen.not. per
Angel.in §.ſed & aliud. in authent.
quibus mod.natura. effic.leg. dum
loquitur de meretrice,quæ turpitu-
dine eius non obſtante coniunctis
ſuis ſuccedit. Impertinens non eſt

alia

9 alia notabilis quæſtio. Domini † in terra ſua tertias habent uenditionũ, unus hominum ſuorum prædium uendidit, & tradidit in craſtinum contrahentes caſſari & cancellari dicti contractus inſtrumentum iubent, notario ſic faciente de conſenſu partium, an dominus poſſit petere tertiam ſibi quæſitam ex uenditione. Iacobus de ſancto Georgio in tract. de Rhoidis. colum. xj. uerſicul. Addo aliam quæſtionem. cõcludit, ꝙ ſic: quia dicti contrahentes non potuerunt annullare nec cancellari facere dictum inſtrumentnm in prę iudicium domini, cui fuerat ius quę ſitum, ſicque ſine facto ſuo ius ſuũ ſibi tollere: adducit etiam deciſionẽ Ange. & Imo. in l. acta. ff. de re iudi. dicentium ſtante ſtatuto, quòd de omni contractu ſolui debeat gabella, fueritque contractus celebratus & publicatus coram teſtibus, poſtmodum partes iubeant notario, ut inſtrumentum caſſet & totum contractum, talis cancellatio non præiudicabit fiſco, cui ſoluenda eſt gabella. facit tex. §. adeò, l. iuriſgentium, ff. de pactis. Item per hanc re-
10 gulam † apparet non cogi quempiam in foro fori ad remittendum iniuriam ſibi factam: ut per Felin. limitantem in rub. de treu. & pac. & ſummam Angel. in uerb. Iniuria. §. vj.
11 Item † ꝙ princeps non poteſt pœnã remittere parti quæſitam. gl. in l. uenia. C. de in ius uocan. de quo ibi latè per Decium & Mod. Pap. Hinc
12 etiam eſt, ꝙ † licèt pactio in fauorem tertij facta in donatione inter aliquos celebrata de conſenſu donatoris & donatarij reuocari poſſit: ut per Bart. in l. qui Romæ. in §. Flauius. ff. de uerb. obli. tamen quando ultra pactum à donatore factum, notarius ſtipulatus eſt, uiceque illius tertii recepit, etiam uolentibus donatore & donatorio tale ius tertio quæſitum reuocari non poteſt per regulam noſtram. ita ſingulariter Bal. in l. cùm a ſocero. in fi. C. de iure doti. quia cum ex eius prouiſione ſeu per miniſtrum ſuum, ius ſibi quæſitum ſit: non poteſt ſine facto ſuo tolli. ſequitur & extollit Arc. in conſi. lxxiiij. in tertio dubio. confirmans pluribus elegantiſſimis medijs, legibuſque, & deciſionibus: ut ibi per eum, & per eundem in conſ. xlj. col. ij. & conſi. liij. col. j. Corne. in conſi. lxviij. lib. iij. Dec. cõſi. lviij. cvij. col. fi. & conſi. ccxxix. col. iij & iiij. Iaſ. in l. quæ dotis. col. vj. & vij. ff. ſol. mat. & in d. §. Flauius. col. viij. & ix. ubi deciſionem Bar. communẽ dicit & tenendam, quicquid dicat Pau. de Caſt. eam tamen limitando tribus modis, ut ibi per eum. qui
13 ſubiungit † legem noſtram procedere quando plenè & irreuocabiliter ius quæſitum eſt: ſecus ſi reuocabiliter: ut in deciſione Barto. præallega. & probatur in d. §. Flauius. iuncta. l. iij. ff. de ſeruis exportan. cũ nota. per Bartolum, & latiùs proſequitur Barb. in conſi. vij. col. ij. lib. iiij. facit quod limitando legem noſtrã ſcribit Pau. de Caſt. ad fi. l. ſi ego. ff. de neg. geſt. ✱ Adde quæ dicam in l. quo tutela. §. nec paciſcendo. infra titu. noſtro.]

Ex prædictis inferebat aliâs cõſulendo genitor meus ad deciſionem notabi-

notabilis quæſtionis,& fuit conſiliū per celeberrimos doc.approbatum:

14 † Titius & Seius fratres inita inter eos quadā tranſactione inter cætera cōuenerunt, ꝙ Titius domum regeret de bonis communibus, pro libitò diſponeret,ipſi Seio uxoriquе ſuę alimenta præſtaret, & Sempronio Seij genero pro dote Proculæ Seii filiæ & Sempronii uxoris centum florenos aureos perſolueret, notario pro dictis iugalibus ſtipulante, interueniente iuramento de obſeruādo promiſſa & conuenta. Poſtmodū dicti fratres ad aliam deuenerūt tranſactionem à prima recedentes abſque conſenſu prædictorum iugalium,qui & ipſorum quilibet prout ad eos ſpectabat, iuxta tenorem ac mentem prædictæ primę tranſactionis ipſos florenos centum auri petebat, opponebatur de receſſu à prima tranſactione & reuocatam fuiſſe ipſam conuentionē,nec cauſam fuiſſe ſecutā. quærebatur quid iuris: & utrū conuentus abſoluendus uel cōdemnandus eſſet?Prima facie uidebatur fore reſpondendum in fauorem conuenti, potuiſſe uidelicet reuocari prædictam conuentionē per fratres qui tranſigerant: per ea quæ de fundo eccleſiæ abſenti in certum caſum & euentum donato. ſcribunt Bar.& alij in pręallegatò.§.Flauius. Secundò, quia promiſſio prædictis iugalibus facta, uidetur fuiſſe cum cauſa,ſeu ſub modo uel cōditione, aut qualitate,uidelicet, ſi Titius nō contrauenerit de iure,uel de facto: unde ipſo contrauenіente diſſolui debet promiſſio,ſiue ex capite cauſę nō ſecutæ promiſſio ipſa de ſoluēdo dotem Sempronio & Proculæ iugalibus ligare nō debet.l. ſi donaturus & l.fi.ac toto tit.ff.de cond. ob cauſam.Iſtudq; importare uidētur uerba illa conuentionis & inſtrumēti, adimpletis his, de quibus in tranſactione,ſeu illa,quibus mediantibus uel mediantibus infraſcriptis, &c. Sed conuenta non fuerunt obſeruata nec adimpleta,quinimò à conuētione receſſum, neque adminiſtratio bonorum cōmunium penes Titium,iuxta conuenta remanſit,uidetur ꝙ ad obſeruantiam pręmiſſorū ſicque ad ſoluendum dotem de qua .ſ.ipſe minimè teneatur.

Oppoſitum,ut dixi, conſuluit genitor meus uir ſolidæ doctrinę:motus quia ius ex facto tuo mihi quæſitū tolli nō poteſt,nec à me auferri ſine cōſenſu meo, per hanc regulam noſtram, etiam quòd ſpe tantū uel conditionaliter quæſitū eſſet.l.ſi cōſtante.in uerſi.exceptis, ubi Bal.no. C.de dona.ante nup.§.fi.l.cum maritus.præalleg.cum no.per Bald. in d.l.cūm a ſocero.ac alijs in ſuperioribus adductis.Sed in queſtione propoſita miniſterio notarij publici, qui pro iugalibus abſentibus ſtipulatus eſt, acquiſita fuit illis actio, & ius etiam ſine ceſſione ipſius notarij.l ii.ubi Barto.notot.ff.rem pup. ſal.fol.Bal. in l.non aliter.ff.de adoptio.Alexand.in l.ſtipulatio.in §. ſi ſtipuler.ff.de uerborum oblig. ergo ſine couſenſu ipſorum iugalium tolli auferriue ab eis non potuit, per regulam noſtram.Cōfirmatur,quia ubicunque utilitas mea cōiuncta eſt cum utilitate alterius, licèt inquantùm utilitatem meam concernit re-

nunciat-

uerit cõtractum, ex quo ipſe per ſecundam tranſactionẽ receſsit à prima. Dicendũ eſt quòd ad ipſos iugales perinde haberi debere, ac ſi omnia adimpleta obſeruataque fuiſſent, eiſdemque omnia adimpleri obſeruarique debere.c.cum nõ ſtat. de regulis iuris, in vj.l.iure ciuili.ff. de condit.& demonſt.&l.ſicut.C. de actionib.& oblig. aliâs fuiſſet in poteſtate & facultate ipſorum fratrũ tranſigentium facere, ne tenerentur dictis iugalibus ad promiſſa, quod abſonum eſſet.l.hæc uendi.in prin. de contrahend. empt.l.ſi quis rem. & l. ne in poteſtate.ff. de arbit. tradit Alex.in conſil.xlj.inſpectis, circa fin. lib. ij. facit quod ſcribit ad propoſitum Salicet.in d.l.ſi donaturus. in §. j. Confirmatur dicta opinio: quia ſufficit implemẽtum ſemel ſecutum fuiſſe, licèt poſtmodum non duret.l.fin.C.de inſtitu. & ſubſtitutio.ſub conditio. fact. Corn. in l.ſi quis hæredem, illo eod.titu. Alexan. conſil.cij.volum.primo. Sed in propoſita ſpecie Titio perfectè fuerat adimpletum: quia Seius frater illius in tranſactione in ipſum pleno iure tranſtulerat omnia iura & bona de quibus agebatur, conſtituendo ſe illa tenere & poſsidere nomine eiuſdem Titij acceptantis: erat itaque perfectè adimpletum, ita ut de cæterò agi non poſſet uigore prædectæ tranſactionis minime obſtante conſtituto iuxta gloſſ. & not. per doctor.in l.ab emptore.ff.de pactis.un de cùm implemẽtum ſecutum fuiſſet, neque plus fieri potuiſſet quàm in eum transferri bona ipſa cũ conſtituto, nõ refert ſi poſtmodum ceſſet implementum, & dictorum bonorũ adminiſtratio, maxime facto, cauſaque ipſius Titij, ut dictũ fuit, ex quo non perſeuerauit in adminiſtratione & regimine dictæ domus uoluntate propria. Et uerba illa mediantibus infraſcriptis, cõditionem faciunt ad capitulum adminiſtrationis, & traslationis bonorũ in ipſum Titium: ſcilicet quòd haberet idem Titius bona mediante ſolutione dotis, & alijs prædictis, non autem faciunt promſsionem dotis conditionalem reſpectu iugalium prædictorũ. capitula enim diuerſa ſunt: ideò de uno ad aliud non infertur: ut per Alexan. & alios in l.cùm proponas. C.de pactis. Nec appoſita uerba ea fuerunt ad commodum Titij, ſed ad utilitatem Seij, unde Titius ex eis ſe iuuare nequit, cùm magis in odium ſuum quàm aliter adiecta cenſeantur. Concludebat itaque genitor meus in conſilio ſuo iudicari debere in fauorem iugalium cõtra Titium conuentũ: maximè ne iugales ſe deceptos & deluſos reperirent in dote promiſſa, cuius cauſa ſemper & ubique pręcipua eſt.l.j.ff.ſolut.matrim. Et quamuis hic ſermo longior fuerit quam putaueram, è re tamen uiſum fuit referre: tum: quia ſubtilis, tum etiã quia præcipuè quæſtio ipſa per hanc noſtrã regulam deciditur.

5 Secundò limitatur hæc regula† non procedere ex cauſa: quia princeps & reſpublica rem meam auferre mihi poſſunt.l. item ſi uerberatum.§.j.cũ ibi not.per Bart.ff.de rei uendicat.l. Lucius. ff. de euict. Intellige ſoluto pretio, ſecundum Deci., per l.ſerui. C.quibus ex cauſ. ſerui pro præmio

lib.accip. & l.uenditor.§.ſi cōſtat.ff.
communia prædi.de quibus uide Fe
lin.in c.omnes leges.colu.pen.& fin.
in j.diſtin.decre.& in c.quæ in eccle
ſiarum.colu.ix.de conſtit.ubi etiam
latè Deci.& Curt.in tract.de cōſuet.
ſuper c.fin.colu.lxxj.& ſeq.Dec.in c.
ad audientiam.colu.ij.de reſcript.&
quæ ſcripſi in procem.ffor ū.char.vj.
Et etiã ſine pretio iuſta cauſa inter-
cedente in auferendo : per id quod
habetur in toto titu.de bon.dam.ſe.
cundum Barb.in præalleg.conſ.vij.
colum.ij. ſed non eſt tunc ſine facto
noſtro, imò ob culpam & ſcelus de-
linquentis:ut etiam per Deci.in d.c.
quæ in eccleſiarum.colu. viiij. verſ.
& adde. ubi dupliciter reſtringit,
quod de pretij reſtitutione dictū eſt.
Tertiò limitatur ex dictis Felin. in
præalleg.rubr.de treu.& pace,col.ij.
16 dum † ponit principē ex cauſa poſ-
ſe cogere partes ad cōpromittendū.
Non obſtat ꝙ princeps alicui domi
nium rei ſuæ auferre non poſsit : &
cogendo ad compromiſſum ingerit
periculum amiſsionis rei,propter ſu
turam arbitri ſententiam cui omni-
nò ſtari oportet.l.diem.§.ſtari. ff.de
arbit.quia reſpon. poſt alios, ꝙ ma-
ior iſtius argumenti procedit,quan-
do princeps aufert alicui certitudina-
rie dominium rei: ſed quando occa-
ſionaliter,ſecus: ut quando compel-
lit ad compromittendum.quia licèt
poſsibile ſit, quod arbiter ius partis
auferat, non eſt tamen certum:& po
terit eſſe,ꝙ non auferret de quo etiã
per eundem Deci. in d. cap. quæ in
eccleſiarum.colum.x.verſ.tertius ca-
ſus. quamuis etiam dici poſsit hanc
limitationem ſub prima comprehen
di. quia ex cauſa tantùm iſtud fit,ut
quando partes diu litigaſſent, uel
alio reſpectu : ut ibi per Deci. aliter
17 †hanc regulam limitantem in verſ.
qnartus caſus. ubi, uidelicèt agitur
18 de modico præiudicio, & ubi † do-
minium quæſitum eſſet de iure ciui
li, præſcriptione, uel ſententia.
19 Sextò poteſt limitari † iſte text.
quãdò uerteretur bonū publicum:
per l. cōuentionum.ff.de pact. ideò
principes & ciuitates propter pacē
ineundam iniurias & damna ſubdi-
torum remittere poſſunt.cap.in no-
ſtra. de iniur. ſecundum communi-
ter docto.ut per Iaſo.& alios in d.l.
iij.Dec.loco præalleg.ubi dicunt, ꝙ
licèt perſonis particularib. tolli non
poſsit quod ſuū eſt:per uiam tamen
ſtatuti uel l. generalis tolli poteſt,
etiam ſine pretij reſtitutione.Sed li-
mitatio iſta in effectu ſub præceden
ti comprehenditur, ꝙ ex cauſa ius
meum a me auferri poteſt.
* Ad quam limitationem ultra præ-
dicta uide Imol. per illum text.in l.
ſi alienì, ſuprà de ſolut.ubi hanc.l.
limitando, dicit non procedere ex
cauſa approbata à lege, æquitate
ſuadente. ]
Gloſſ.hic plures oppoſitiones for-
mat & not. ſoluit. reputaturque
multùm not.circa principium,dum
20 uult † noſtrum propriè dici, quod
inſolidum noſtrum eſt : commune
autem dici meum impropriè & ſi-
ctè. Pro defenſione gloſſ. contra
Aretin. Deci. hic latè inſtat,eſt ma-
teria §. Labeo.l.ſerui. electione. ff.
de leg.j.ubi poſt alios latiſsime ſcri-
bit Ruinus defendens opinionem
Aret.Communis receptiorque ſen-
tentia

tentia eſt cum glo.noſtra:ut per ſcribẽtes ibidem Paul.de Caſtr.in conſil.cccxliij. in hoc paſſu. in antiquis dicit, hanc gloſſ.procedere quò ad diſpoſitionem totius:nõ autem quò ad diſpoſitionem partis meæ, quia quod commune eſt quò ad partem meam ſeu diſpoſitioné partis meæ, propriè meum dicitur . & eſt rationabilis opinio, Iaſonique placet in dicto §.Labeo.colum. fin. in princ. quicquid ibi ſenſerit Bartolus. Et propterea res quæ cõmunis eſt quò ad partem & portionem mihi ſpectantem , poteſt reſpectu illius partis pro indiuiſo alienari.l. falſo. C. de communium rerum alie. Pro indiuiſo uendicari & euinci.l.j. ff. de euictio . Pro indiuiſoque poſsideri:ut per Curt.ſenioré conſil.lxxvij. colum. fin.Deci. conſilio clxxix.colum.ij & conſil.cclij.colum. prima, & Alexan.conſil.lxxxix. circa finem libr.vij. ubi poſsidentium pro indiuiſo quemlibet, inquit, parté ſuam poſsidere, quæ iuris intellectu percipitur, licèt oculo corporali nõ diſcernatur, agique poſſe actione reali ad talem partem ſcribit.

Non prętermittam etiam pulchram deciſionem Bald. in conſilio
21 lvij. libr.iij. dum † accedens ad determinationem occurrentis dubij, de flumine labente inter duas ciuitates quomodò, & qualiter ad eas pertineat, & aquam cõmunem pro indiuiſo eſſe? Reſpondet propter continuum aquæ motú & eius permutationem, ſed alueum communem, eſſe pro diuiſo tanquàm locum confinantem inter duas ciuitates ad ſimilitudinem lapidis exiſtentis in confinio & inſulæ in flumine natæ: unde quælibet ciuitas uti poteſt aqua pro parte ſua ædificando in ſolo ipſius uniuerſitatis: totam uero aquam uſurpare non poteſt, quia cùm ſit communis, eſt duntaxat propriè ſua pro parte ſibi ſpectante per prędicta .

## SVMMARIVM.

1 *In legatis an procedat hæc regula, & nume. 2.6.*

3 *Inſtitutio hæredis facta in fundo, trahitur ad omnia bona.*

4 *Teſtamentum quid ſit.*

5 *Lex proſequitur uoluntatem hominum ſicut uenator leporem. Et remiſsiuè ponit plures fauores ultimarum uoluntatum.*

7 *In teſtamentis fit plenior interpretatio quàm in contractibus : & quando ualeat argumentum.*

8 *Relicta in teſtamentis quòd paratam habeant executionem.*

*L. minor annis xxv. cui ſideicom. ff. de mino. ornatur.*

9 *Idem in confeſsione facta in iudicio.*

10 *Quid de conuentionibus coram iudice factis, & de ſtatuto ita diſponente.*

11 *Legato uino & in contractum deducto, uaſa modici ualoris ueniunt.*

12 *Anguſtiæ temporis in teſtamentis & contractibus quando reijciuntur.*

13 *Tributa in legato et contractu quis debeat ſoluere.*

14 *Hoſtium res an poſsint legari, uel in contractum deduci.*

15 *Reſcripta , conceſsiones principum quam interpretationẽ patiantur.*

L. XII. PAVLVS.

IN teſtamentis plenius uoluntates teſtantium interpretamur.

1 PROCEDIT † hæc regula, ſecundum gloſſ. hîc, etiam in legatis quę ab ulti. uoluntate dependēt.ita conſuluit Ant.de Butr. in cōſil.xxx. colum.iij.intelligens regulam iſtam generaliter, quòd latior fieri debeat interpretatio in ultima uoluntate, & in legato ab ea dependente.idem uult Corne.in authent.ex cauſa.colum.vij.C.de libe.præteritis, quod etiā in legatis fieri debeat larga interpretatio, dicens doctores iſtud ✱ communiter tenere ✱ dictam partem ſequitur etiā Ruin.in l. ſeruit. §.j.col.3.ſuprà de leg.j.]

Sed quòd imò in legatis ſtricta fieri debeat interpretatio, probari uidetur in l.nummis.ff. de legatis ter-
2 tio, ubi † legatis nummis, exiguiores deberi dicit. probatur etiam in l.apud Iulianum.in §. ſcio ex facto. ff.de legat.j.in §.fin.l. nam quod liquidè.ff.de peuu legat. & in l. ſi ita ſit ſcriptum. in fin. de legat. j. ubi gloſſ. Alexand. Aretin. Iaſo. & alij communiter ita tenent: prout facit etiam Bartol. in l. cùm auus. ad finem.ff.de condit. & demonſtrationibus.propterea Deci.hîc tenet hac regulam non poſſe nec debere in ✱ telligi in legatis. ✱ idem in fortioribus terminus uidelicet in legato facto uxori conſuluit Deci. in conſil.92.prædictam openionem ſequitur etiam idem Deci. in l. j. in fin. C.de impub.& alijs ſubſtit.] Et mouentur præfati ſcribentes præcipuè ea ratione, quia teſtator cenſetur hæredem ſuū minus grauare, quàm ſit poſſibile.l.unum ex familia.in §. ſi rem.ff. de legatis ſecundo, aſſentit his etiam Roma. in l. plures. ff. de damno infecto, dum ait, legata non eſſe ampliandaa, ſed reſtringenda:& in ſingul.cccccxxj.quęro quid ſi.cum alijs quæ adduximus in l. in obſcuris. ſuprà eodem. Et ad hunc textum noſtrum reſpondet Deci.poſt Bartol. intelligi debere reſpectu inſtitutionis conſeruandæ, quæ caput eſt teſtamentis,§.ante hæredis inſtitutionem.inſtitut. de legat. ideò fauorabilior eſt interpretatio teſtamēti reſpectu inſtitutionis, quàm reſpectu legatorum: ita etiam Goza. Bono.in conſil.lxxxij.colu.j.Confirmo ponderando uerba iſtius legis ibi, in teſtamentis. Item ibi, teſtantium. eo addito quòd teſtamentum totum conſiſtit in hæredis inſtitutione: ut probatur in l.quæ cōditio.ff.de condit. & demonſt. ubi Socin. notat.& Ruin. in rubr. ff. de legatis primo, colum.iij.propterea non uidetur extranea interpretatio per teſtamentū hæredis inſtitutionem intelligere, quæ eſt principalior pars & caput teſtamenti: non autem in legatis, quæ ſtrictè interpretanda uidentur. iuribus præallegatis. Et exemplificari poteſt hæc regula in l.ſi ita ſide liberis & poſthumis, ut per Bartol. in d. l. cùm auus. Item in §.ſi ex fundo.l.j.
3 ff. de hæredibus inſtituendis, † ubi ſi quiſpiam ex fundo hæres inſtitutus fuerit, fundi mentione detracta in omnibus bonis factam inſtitutionem interpretamur, ut teſtamētum

inſtitu-

inſtitutioque ſubſiſtat. quam materiam latè explicant Barb. in conſilio lxxj. lib. 3. Benedictus de Peruſio in conſilio nono, in tertio dubio. Iaſo. in conſilio lxxij. uolumine tertio, & in l. cohæredi. in §. fin. ff. de vulg. & in l. Centurio. colum. xiij. ubi Lancelo. Galiau. lix. eodem titulo. Item exemplificari poteſt in duobus caſibus poſitis hîc per gloſſ. ad finem, & melius in l. placet. cum l. ſequenti ff. de liberis & poſthumis, ubi ſi quis inſtituat ſibi hæredem poſthumum naſciturum, intelligitur non ſolùm de primo, ſed de omnibus alijs: & ſic fit plena interpretatio fauore teſtamenti conſeruandi: ut per Felinum. in capit. ij. columna penultima de treuga & pace.

Sed huiuſcemodi declaratio & intelligentia non placet, nec eſt tenenda, cùm reſtringat regulam hanc generaliter loquentem ad hæredis inſtitutionem, contra uulgatam regulam l. de pretio. ff. de public. Et ſi ita intelligeremus & reſtringeremus legem iſtam non in teſtamentis (ut dicit text.) plenior fieret interpretatio: ſed in parte teſtamenti, reſpectu inſtitutionis ſcilicet. Facit etiam d. l. cum auus. & l. cùm acutiſsimi. C. de fideicom: ubi pro conſeruatione uoluntatis defuncti etiam præſumptæ, ac in ſubſtitutionibus lex fingit plus dictum quam ſcriptum: ſicque plenè interpretatur uoluntatem teſtatoris etiam in alijs partibus teſtamenti, quàm ſit in inſtitutione. Et quòd iſta pars ſit uerior, probat hic tex. rectè intelligendo, dum generaliter de teſtamentis loquitur. teſtamentum enim continet & comprehendit legata, cæteraque omnia in eodem ſcripta: ut probatur in l. hæredes palàm in §. j. ff. de teſtam. & inſtitut. de leg. in §. ante hæredis inſtitutionem. ubi dicitur, quòd teſtamenta uim capiunt ex inſtitutione hæredis, quæ ob id ueluti caput & fundamentum totius teſtamenti intelligitur. Hęredis ergo inſtitutio non eſt totum teſtamentum: aliàs malè diceret Imperator quòd teſtamentum uim accipit ex inſtitutione hæredis: eſſet. n. perinde ac ſi diceret inſtitutionem hæredis ex inſtitutione uim capere, quod eſſet ineptum & fatuum dicere. item. cum inſtitutio dicatur caput teſtamenti, datur intelligi alia in eo ſcripta & contenta eſſe membra teſtamenti, ſeu de teſtamento, facit etiam l. j. ff. de teſtam. cum ibi nota. & text. in auct. ex cauſa. C. de liber. præterit. & in corpore, unde ſummitur, ibi, teſtamentum irritatur quantùm ad inſtitutionem, cætera firma manent. ſi quantùm ad inſtitutionem, ergo quantùm ad cætera in eo contenta dicitur teſtamentum.

4 Et teſtamentum eſt quoddam incorporale & intellectuale: ſecundum gloſ. in dicta leg. prima, & uult dicere ſecundùm Baldum & Aretinum. ibi c. lum. fin. quòd teſtamentum non dicitur ipſa ſcriptura teſtamenti: ſed diſpoſitio teſtatoris, quæ intelligitur per ipſam ſcripturam. unde duæ tabulæ ſimul ſcriptæ & ſignatæ, unum ſunt teſtamentum. l. unum. ff. de teſtamentis, lege prima in §. ſi quis duobus. in ſecundo reſponſo. ff. de bonorum poſſeſsione ſecundum tabulas. ex quo infertur ad quæſtionem, de qua per Aretinumi

num loco præallega. Quicquid ergo dixerit hîc Deci. & Gozadin.locò præalleg. regulam iſtam generaliter intelligas in teſtamentis, & in ultimis uoluntatibus:ſicque & in legatis in teſtamentis relictis, & in codicillis, qui largo modo appellatione teſtamenti ueniunt: ſecundum gloſſ.in d.l.j.ff.de teſtamen.cum nota.ibi per Areti.in penul. colum.ac Iaſ.& alios in rubr.ff.de leg.j quòd fieri debeat, uidelicet, plenior interpretatio quàm in contractibus, ut hîc per gloſſ.& eſt text.clarus in ca. cùm dilecti.de dona: hocque eſt fauore ultimę uolútatis, quòd effectú ſortiatur iuxta mentem defuncti. Vltimæ enim hominis uoluntati leges plurimùm fauent.ff. de inoffi.teſtamen.l. ſi pars.c.fi. de re iudic.l.j. ubi doct.not.C.de ſacroſanct.eccle. l.in conditionibus.in princip.ff. de condit.& demonſtr.ubi Socin. poſt
5 Bald.ibi relatum dicit, quòd † lex proſequitur uoluntatem defuncti, ſicuti uenator leporem. plures prærogatiuas & fauores ultimarum uoluntatum congerit Iaſ.in l. quæ de legato.ff.de lega.j. & pleniùs Mod. Taurinen.ſcilicet Parpa.olim præceptor meus in l.j.C. de ſacroſanct. eccleſ.nam ut dicitur in l. uel necare.ff.quemadmod. teſtamenta aperian.expedit hominum iudicia exitum habere. ideò ſtatutum prouidens conſeruationi teſtamenti, fauorabile eſſe dicitur. ut hîc per Decium.Procedit ergo iſta regula fauore ultimæ uoluntatis, locumque ſibi uendicat, ut dixi in codicillis, qui largo modo teſtamenti appellatione
6 ueniunt.& † ſimiliter locum habet in legatis quatenùs uoluntas defuncti concurrit, concurrereúe præſumitur:prout erat in caſu conſultationis Anto.de Butri.in conſil.xxx. ubi probat relictum habitationis filiæ factum in caſum uiduitatis, latè debere intelligi, & interpretari tàm de prima uiduitate, quàm de alijs ſequétibus uiduitatibus, propter præſumptam defuncti uoluntatem in omni uiduitate militantem. ſequitur Felin.in c.ij.col.pen.de treug.& pac.Hinc eſt etiàm quòd Iuriſconſultus in l.iij.ff.de uino, tritico, oleo quę lega.Vino, inquit, legato, etiam amphoras uinum continentes legatas uideri, quia credibile eſt menté teſtatoris eam fuiſſe, ut uoluerit uino acceſsioni eſſe amphoras. facit tex.pro hac parte l. Titiæ textores. ff.de lega.j.& l.ſeruis urbanis.ad fi. ff.de lega.iij.

✳ ✳ Hinc etiam eſt, quòd hæres grauatus debita Titij ſoluere, etiam códitionalia, & in diem ſoluere tenetur:licèt in contractibus ſecus fit. & ſimiliter dotem uxoris ſuæ morte ipſius Titij matrimonio poſteà ſoluto.ut per Iaſ. poſt alios per eú relatos in l. ſi ſtipulatus fuerim.in.§. cùm ſtipulamur.ſ.de uerbor.oblig. Ad idque quod ſuprà diximus allegando l.Titiæ textores, uidebis Galiaulam in l.ſtipul.quędam.colum. iiij.ff.de uerbo.oblig.]

Poſſet etiam comprobari ex accumulatis per Deci.in conſil.cclxxxix. dum cógerit caſus, ubi in legatis fit plenior interpretatio. propter præſumptam teſtatoris uoluntatem.Dicendum eſt ergo generaliter in teſtamentis, & contentis in illis fauore

re vltimæ voluntatis pleniorem fieri debere interpretationem pro conſeruatione & executione uoluntatis defuncti. In legatis tamen, quia teſtator cenſetur minùs hæredē ſuū grauare quā ſit poſsibile, quod minus eſt, legatum cenſetur. d. l. nummis legatis. ſicque exiguum præſtandum eſt: quia uoluntas defuncti pręſumitur fuiſſe talis: quòd ſi largior fieret interpretatio, offenderet ipſa defuncti uoluntas, quam pro lege ſeruari ordinauit lex. §. diſponat. in authenti. de nupt. unde uidemus ꝙ ubi uoluntas teſtatoris præſumitur fuiſſe uelle plus legare, non autem ad exiguum ſe referre, tunc fit larga interpretatio: ut per Deci. in dict. regula in obſcuris. & conſil. cclxxxix. Ludo. Gozadin. in conſil. lx. col. ij. & conſ. lxxxij. col. j. & ij. & per alios ſcribentes in locis per me citatis in ✱ dict. l. in obſcuris. ✱ ideo ratione affectionis & coniunctionis ſanguinis, legatum planè lateque eſt interpretandum. l. Aurelius. §. Titius. ſ. de libe. leg. Dec. conſi. lxix. col. ij. Soci. Iun. conſi. xcviij. col. iiij. lib. j. declarando tamen, ut pulchrè per eundem Deci. in conſi. xcij. & cxc. Item legatum generale reſtrictionem nō patitur. Rui. conſi. clxiij. lib. v. Item quatenus proprietas uocabuli patitur, fieri debet larga interpretatio, nec habet tunc locum regula quòd teſtator minus cenſeat grauaſſe hæredem &c. ut per Galiau. in repet. l. Centurio, colum. cv. in v. concluſione ſuprà de uulg. & pupillari.]

7 Quod † autem plenior fiat interpretatio in teſtamētis, & in ultimis uoluntatibus, quàm in cōtractibus duobus modis probat hic Dec. ſubiungens ualere tamen argumen. de teſtamento ad contractus, quando eadem militaret ratio. uide Iaſ. plura cumulantem in l. ſeruum filij. in §. eum qui chirographum. ff. de lega. j. & in l. quæ de legato. eod. titu. & Deci. in can. præſentia. col. xvij. ubi limitat. de probatio. Et rationē diuerſitatis dicit poſt alios. Aquen. in l. fin. ff. de conſtit. princip. col. v. Quæ tamen confunditur per generalitatem legis noſtræ, & l. in ambiguo. ff. de rebus dub. cum ibi notatis per Socinum.

✱ ✱ Et quæ ſit ratio diuerſitatis, ꝙ plenior fiat interpretatio in ultimis uolūtatibus, quàm in cōtractibus, ponunt Abb. & alij in c. cum dilect. de dona. & Aquenſis in l. fin. col. ij. ſ. de conſtit. princip. reſpond. ad §. Scio. ſ. in cōtrarium adducto. quòd procedit ubi eſt ambiguitas uoluntatis, ſecus ſi ſit ambiguitas uerborum, per hāc legem. ſed eius diſtinctio confunditur per generalitatē legis noſtræ. & §. j. l. nepos Proculo. ff. de uerb. ſigni. & l. in ambiguo, iūctis ibi not. per Soci. ff. de reb. dub. ubi pater, quòd uerborum ambiguitas eſt illa, quæ cauſat ambiguitatem uoluntatis.]

Et ad id quod præallegati. dicūt
8 de † relictis in teſtamento quæ habent paratam executionem: ſecus in contractibus & alijs inſtrumentis, quæ regulariter non habent executionem paratam. tex. eſt ſingu. quē uiua uoce à Iaſo. didicit dum ſcholaris eius eſſem, in l. minor. xxv. annis. cui fideicom. ff. de minor. ibi, ad initium nouæ petitionis redege-

rat.de quo plura, uide per Paulum
de Caſt.in conſi.lxxiij.col.iiij.& v.
in antiquis.eundem, & Aret.in l. ſi
pacto quo pœnam.C.de pact. Bar-
ba.conſi.xlij col.pen.lib.j.& conſil.
ibidem ſequenti.Corn.conſi.238.&
cclix.uol.iij.Alex. in l.ſi cum dolũ.
in §.eo autem tempore.ff.ſol.matri.
Lancelo.Dec. in l.in bonæfidei.col.
pen.C.de pact.Bar.in l.j.in iij. not.
per illum tex.C.de confeſ. Iaſon. in
d.l.quæ de legato.& in l.tale pactũ.
in §.qui prouocauit.col.fi.ff.de pac.
Matth. de Afflict. in deciſi.Regni.
ccclxxxvij. in quibus locis habes
9 †de confeſſione facta in iudicio, quę
paratam habet executionem, ut ſen-
tentia.

De conuentionibus coram iudi-
10 ce factis, dubitat ibi Iaſ. †ſed in hac
patria inſtrumenta conuentionum
initarum coram illuſtribus Sabau-
diæ Cancellario, & Ciſmontano
præſide, quæ ipſi appunctamenta
uocant, paratam habent executionẽ:
ita conſuetudine inductum eſt, &
ipſi ſeruare faciunt.pro quibus facit
l.j.ff.de officio præfect.prætor. uide
etiam omninò Dec.in auth. ſi quis
in aliquo.in iij.no.C. de æden. Et
quando ex forma ſtatuti inſtrumen
tum habet paratam executionem, ſi
contra inſtrumentum ſint indicia,
executio debet in ſuſpenſo teneri,
donec euacuata fuerint indicia: ut
per Barba.in locis præallega.ex qui-
bus exornari poſſet.d.l.minor. xxv.
annis cui fideicom.Glo. hîc in plu-
11 ribus reprehenditur per Bar.†& pri
mò, dum legato uino uaſa, inquit,
deberi, ſecùs in uenditione: & ſic fie
ri plenioré interpretationẽ in teſta-
mentis, quã in contractibus. nulla
enim eſt in prædictis caſibus differẽ
tia: quia uaſa parua & modici ualo-
ris, ueluti amphoræ, ita debẽtur uen
dito uino, ſicuti legato.l.pe.ff.de tri-
ti.uino lega.l.3.eo.tit.ubi gl. meliùs
& correctiùs quàm hîc loquẽs ſic vo
12 luit.Iterũ dũ gl.ponit † de anguſtijs
tẽporis quę nõ uitiant in teſtamen-
tis, ſecùs in ſtipulationibus, hoc fal-
ſum eſſe dicit Bar. ſed nõ eſt ita per
§.loca.in glo.alleg. uide tu Bar. Iaſ.
& alios in d.l. ſi mihi & tibi. in §.j.
ff.de leg.j.cõmuniter dicentes, ꝙ in
cõtractibus bonęfidei, & in ultimis
uoluntatibus, quæ illis ęquiparãtur
anguſtię tẽporis nõ uitiant, ſed reij-
ciuntur: ſecus in contractibus ſtricti
iuris: ut ibi per eos.

13 Tertiò dũ gl.dicit †hæredẽ ſolue-
re tributa prætèrita rei legatæ, non
ſic in uẽditore.Bar. reprobare uide-
tur, & pro certo ubique conuenitur
poſſeſſor, qui poteſt recuperare, tàm
légatarius ab hærede, quã à uendito
re emptor.l.apud Iulianũ. in §.hæ-
res.cũ ibi no.per omnes ſcribentes.
ff.de leg.j.& in l.Imperatores.ff. de
publicia.Are.conſi.cv. & Barb.cõſi.
14 84.lib.3.Rurſus dũ gl.dicit † fundũ
hoſtiũ poſſe legari, ſed nõ in ſtipula
tionẽ deduci.Bar. hîc cõtradicit pro
pter regulam catonianam.Iaſ.repre
hendit rationem Bar. & meliùs di-
ſtinguit in l.liber homo.ff.de uerb.
obli.& in l.id quod apud hoſtes. ff.
de lega.j.ꝙ res quę ſemper fuit ho-
ſtiũ, legari nõ poteſt, nec in ſtipula-
tionem deduci, niſi ſub cõditione, ſi
deſierit eſſe hoſtium: ſecùs in re quæ
noſtra fuit, ſed ab hoſtibus occupa-
ta: quia propter ius poſtliminij, &
pro-

promitti, & legari poteſt: ſed quia hoc non eſt præſentis ſpeculationis, neque materia noſtra, unde latius p ſcribentes in locis præalleg.

15 In † reſcriptis & conceſſionibus principū fieri debere largiſſimā interpretationē gloſ. hic aſſerit: ſed diſtinguendū eſt, ut per Iaſ. & Aquen. in l. fi. ꝟ. de conſti. princ. In donationibus clarum eſt ſic fieri debere. c. cum dilecti. ubi per Canon. de don. Poſtremò nonnulla ſeruientia ad ſaciendam interpretationem tàm in rebus obſcuris, quàm in rebus dubijs etiam in teſtamentis, tradit Brunus Aſten. cumulādo deciſiones doctorū, in uarijs locis ſparſas in quodā ſuo paruo tractatu de rebus ſeu diſpoſitionibus dubijs.

SVMMARIVM.

1 *An uerbum, uidetur, denotet fictionem, & quando, & nu. 3*

2 *Verbum, capere, quid ſignificet. & nu. 4.*

5 *Deberi non dicitur, quod perpetua exceptione defendi poteſt.*

6 *Capere non uidetur, qui tantum erogat quantum accipit.*

7 *Maritus legans dotem alicui, ut uxori ſuæ reſtituatur falcidia hoc caſu ceſſat.*

*L. cum dotem. ff. ad leg. Falcid. ornatur.*

8 *Actio intentata perimitur exceptione oppoſita, niſi quò ad ea quæ extrinſecus ueniunt. nu. 9.*

L. XIII. VLPIANVS.

NON uidetur cepiſſe, qui per exceptionem remouetur à petitione.

FACIT ſecundū Deciū, alia regula l. nihil intereſt. & l. ſi quis obligatione. in §. j. ꝟ. eo. imò hæc ſecūda eadē uidebatur, & propterea ſuperflua. Sed diligēter cōſiderādo multū differre cōſpiciuntur. hæc eſt magis generalis de oī petitione: illa de agēte ex ſtipulatione: hæc de eo qui à petitione p oppoſitā exceptionē remouetur: illa de eo qui poteſt ſubmoueri, ſicque de potētia ibi, de actu hic tractat: ſubiungitq; ibi Iuriſcōſultus regulā illā ad declarationē uerbi cæpiſſe, cuius meminerat in prin. legis.

1 † & nota ꝙ iſtud uerbū uidetur, denotat fictionē l. j. §. deie. uidetur. ff. de ui & ui arma. & Bartol. hic nihil aliud ſcribēs: & p eundē in l. ſi is qui p emptore. col. 4. ff. de uſucapio. & in l. ſi unus. in §. pactus ne peteret. col. pe. ff. de pac. ubi exēplificat regulā iſtius legis, dū ait, quēadmodū ille qui habet actionē, quę exceptione eliditur, eā habere nō uidetur: ut in regula legis noſtræ, q̄ utitur uerbo uidetur, quod eſt fictiōis notatiua ille qui habet exceptionē, q̄ replicatione eliditur nō uidetur eā habere, & cōſequēter p fictionem dicit Barto. Quæ declaratio procederet ſi Iuriſconſultus loqueretur de habente actionem: ut Bart. præſupponit, ſed quemadmodum uerba regulæ demonſtrāt alio modo loquitur, aliaque eſt mens Iuriſcōſulti: ideò credere uerbum uidetur, hoc loco ueritatem denotare, quia pro ueritate, qui remouetur per exceptionem à petitione, non dicitur capere, propterea Iuriſconſultus

ſultus optimè dicit,non uideri eum
cœpiſſe, quia pro ueritate non cœ-
2 pit.Et †propriè capere eſt cum effe-
ctu, & penès ſe retinere, quicquid
ſit de uerbo accipere, ut eſt tex.not.
in l.aliud eſt capere:de uerb. ſignifi.
3 Et quòd † uerbum uidetur,licèt re-
gulariter fictionem denotet, poſsit
veritatem referre ac denotare,præ-
cipuè ſecundum ſubiectam materiã
indubitati iuris eſt:ut per Aret.in l.
ſi duo.in ulti.nota.ff.de acquirenda
hæred.ubi ponderat illum textum,
probãtem uerbum uideri, ſemel in
lege poſitum, importare ueritatem,
& fictionem facta relatione ad di-
uerſos caſus:& per eundem Aret.in
l.ſciendum.in ſecundo notabili,ubi
Aquen.colum.ij.ff.de uerbor.obli-
gationibus.Areti.& Aquen.in l. na
turaliter.in primo notabi.ff. de ac-
quirenda poſſeſſ.Iaſ.in l. tum quis.
colum.ij.C.de iuris & facti ignorã-
tia.& in l.qui liberis.in §. hæc uer-
ba.colum.iiij.ff.de vulga. Cano.in
cap.j.in ultimo notabil.de iudic.
✱ ✱omnes in l.j.per illum tex.in uer-
bo errare uidetur.ſupra de offi.eius
& per Bar.in l.quid tamen.§.ſi arb.
ſupra de arbitr.ubi ponit, quid ſi à
iudice,uel à teſte fuerit prolatum.
uide ibi]

Exempla autem & limitationes
gloſſ.ſecundum Decium non uidẽ-
tur conuenire uerbis regulæ noſtræ
quæ etiam primam acquiſitionem
excludit,dum ait,remouetur à peti
tione,& in caſibus gloſſ.non remo-
uetur à petitione, licèt alteri res re-
ſtituenda ueniat. Sed nonnè exem-
pla gloſſ.de petentibus conſultò de-
leta in teſtamento, qui exceptione
repelluntur:ut dicit text.in l.j.ff. de
his quæ in teſtamento delentur,op-
timè cõuenit uerbis regulæ noſtræ.
certę ſic:quia tales cœpiſſe non ui-
dentur,à primaque excluduntur pe
titione. Sumi igitur potuit hæc re-
gula ab illa lege,& ab infinitis ſimi-
libus.

4 Textum uerò hîc in uerbo cœ-
piſſet.† Dec.ad finem meliùs quàm
glo.exponi dicit.i.inchoaſſe, & pe-
tijſſe:de quo miror, quia abſolutè,
& generaliter loquendo, cœpiſſe ꝑ
inchoaſſe capi non ambigitur:iuxta
illud poëticum, Dimidiũ facti,qui
bene cœpit habet. & §.cœpiſſe.l.j.
ff.de pollic.Sed talis expoſitio & ſen
ſus tantùm hic conuenit, quantùm
magnificat,ad horas matutinas, ut
patet literam intuenti.Eſt igitur me
liùs interprætari cœpiſſe, ideſt ac-
quiſiuiſſe, & cum effectu habuiſſe,
ſecundum ſignificatum uerbi cape-
re: iuxta d.l.aliud eſt capere.

Et per hanc regulam infertur ad
5 aliquas not.quæſtiones,ꝙ illud† de
beri non dicitur,quod perpetua ex-
ceptione defendi poteſt. nec dicitur
eſſe in negligentia ille qui non pe-
tijt debitum, à quo per exceptionẽ
poterat excludi:quia malè agere di-
citur ille,cui obſtat exceptio: ut hîc
per Decium.
Et conſiderato effectu ultra glo.plu
ra ſimilia adduci poſſent, in primis
6 quòd † capere non uidetur,qui tan
tùm erogat,quantum accipit.l. ciui-
tatibus.§.fin.ff.de leg.j. & in regu-
la,non uidetur quiſquam. cum ibi
7 not.per Dec.infrà eod. Et ſi† mari-
tus alicui dotem legauerit, ut uxori
reſtituatur,ceſſat falcidia, ut omiſſa
interpoſiti

interpoſiti capientis perſona ſpectetur.l.cum dotem.ff.ad leg.Falcidiã. hinc dicit Bal. in l.auia.in.§.Titio. per illum tex.ff.de condi.& demon. quòd ſi mihi factum fuerit legatũ, ut ad pias cauſas amore Dei reſtituam,& primum legatum & ſecundum inſpecto fine ad pias cauſas dicitur, ut etiam per Paulum de Caſ. in dict.l.cùm dotem.dicentem,ꝙ ſi iure legati bona alicui relicta ſint ea lege,ut inter Chriſti pauperes diſtribuat,etiam per primum legatarium falcidia detrahi nequit, quia qualitas pauperum,ad quos tandem debent peruenire bona,inſpicitur, ut conſuluit Deci.in cõſi.diiij. qui plura ſimilia congerit in conſi. dlix.uide etiam Petr.de Anchar.in conſil. clxxij.col.j.Socin.conſi.lxxvij.colũ. v.& conſi.ſeq.& conſi.cxliij.col.ſi. uol.j.& conſi.cxv.uolum.ij. lib.iiij. Crot.in repe.l.frater à fratre.in iij. limit.xij.q.ff.de cond.indebi.& Deci.in auth.prætereà.in iij.limit.vltimi not.C.unde uir & uxo. quæ omnia ſignanda ſunt ad l.cùm dotem. præd.leg.Aduertendum eſt etiã ad

8 intelligentiam iſtius legis,†quæ, ut in ſuperioribus dixi, loquitur de actu & reali oppoſitione exceptiõis: de potentia uerò loquitur in §.j.l.ſi quis obligatione.infra eod. ideò neceſſe non eſt,quòd opponatur exceptio,ut à petitione remoueat agẽs: alias ſi potentia non deduceretur ad actum,condemnaretur conuentus: ut hic latius per Deci. limitantem

9 † poſtremò regulam iſtam reſpectu principalis petitionis, quæ perimitur oppoſita exceptione, prout loquitur:ſecus quò ad ea quæ extrinſecus ueniunt,quia uidetur quis petere,licèt per. exceptionem repellatur.l.amplius non peti.ff.rem ratam habe.cum ſimil. per eum adductis, quæ dicta in ſe uera ſunt,ſed pro limitationibus non conueniunt uerbis noſtræ legis,quæ non propoſuit quæſtionem ſub uerbo petere, aut ſub uerbis, actionẽ habere, ſed ſub uerbo cœpiſſe,quod cum effectu,ut dixi intelligitur.

## SVMMARIVM.

1 *Promiſſum ſimpliciter,præſenti die debetur, ſed cum aliquo temperamento.limita,nu.3.& 4.*

2 *Promiſsio quælibet pura habet tempus in executione ad ſoluendum.*

5 *Breuitas temporis operatur ne quis in mora conſtituatur.& poſt numerum 8.*

6 *In promiſsionibus tota dies cedit.*

7 *§.decem hodie.l.liber homo.ff.de uerbo.obliga.quando habeat locum,et poſt num.8.*

8 *Tempus,licèt breue, interpellat pro homine.*

9 *Tempus certæ ætatis requirit interpellationem ad moram.*

10 *Obligatio quando dicatur pura. L.cedere diem.ff.de uerb.ſigni.ornatur per totam legem.*

11 *Diem cedere,& uenire,quid ſit: & quando dicatur.*

12 *Dies tacita,quæ ratione loci ſubintelligitur, non impedit obligationẽ naſci ante diem: ſed bene actionẽ. limita nu.13.14.15.*

16 *Creditor ad diem certam an poſsit agere, ut adueniente die ſibi ſoluatur.*

Agens

17 *Agens ante diem quando dicatur malè agere & num. 18. 19.*

20 *Ante conditionem neque ceſsit, neque uenit dies: quia nec obligatio, nec actio nata eſt.*

21 *Conditio execusioni appoſita, non facit actum conditionalẽ. Et quando diſpoſitioni uel executioni dicatur appoſita. num. 22.*

23 *Conditionis natura eſt actum ſuſpendere. Et quid de modo. num. 24.*

25 *Promittens partem uini naſcituri in tali uinea, non obligatur niſi probato, quòd uinum natum collectumque ſit.*

*Quod procedit in qualibet diſpoſitione conditionali. num. 28.*

26 *Relatiuum adiectum uerbo futuri temporis, inducit conditionem.*

27 *Iudex ſub conditione datus, non habet iuriſdictionem, niſi purificata conditione.*

29 *Conditio habetur pro cauſa.*

L. XIII. POMPONIVS.

IN omnibus obligationibus in quibus dies nõ ponitur, præſenti die debetur.

SVMITVR hæc regula ex legibus in gloſſ. allegatis, & eſt clariſsima quantùm ad corticem & ſonum uerborum, ſed in materia difficilis & ſpeculatiua. Doctor. hanc materiã plenè examinant in l. in illa ſtipulatione. in l. interdũ. in l. cum qui calendis. in §. quotiens. & in l. ita ſtipulatus. la grande. ff. de verb. oblig. & in l. j. ff. de condit. & demonſt. & in §. omnis. inſtit. de verb. obliga. ita ꝙ facilè eſſet fimbrias dilatare: ſed quia materia ordinariè in dictis locis traditur, inconueniens uidetur eam hûc tranſplantare: dicã tamen & declarabo nonnulla neceſſaria & notatu digna.

Diligenter igitur primò notandũ
1 eſt, quòd † licèt ſimpliciter promiſſum, præſenti die debeatur, & peti poſsit. l. liber homo. in §. decẽ hodie. ff. de verb. obliga. & d. §. omnis. ſtatim tamen exolui non debet, nec exigi poteſt, ſed cum aliquo temperamento & temporis ſpatio: ut hîc per gloſſ. Ideo eleganter dixit Iuriſconſultus in l. quod dicimus. ff. de ſolutio. quòd creditor recepturus pecuniam ſibi debitam uenire nõ debet cum ſacco paratus: dandum eſt enim aliquod ſpatiũ tẽporis. Hinc eſt, ꝙ licet interpellatio conſtituat debitorẽ in mora. l. ſi ex legati cauſa ff. de verb. oblig. l. quod te. ſi certum petat. intelligitur tamen ciuiliter nõ ad unguem, ſed cum moderato ſpatio temporis, arbitrio iudicis limitãdo: ut per gloſſ. ſolennem in l. Aemilius. in uerbo, reſtitui. ff. de mino. & in l. diuortio. in prin. ff. de neg. geſt. Deci. hîc & in d. l. quod te. colu. iij. Iaſo. in d. l. ſi ex legati cauſa. in iiij. nota. & in d. §. decem, & in d. l. cum qui. in §. quotiens. ff. de verb. oblig.
2 Vbi propterea dicit, quòd † quælibet promiſsio pura miſerationis gratia, tempus aliquod habet in executione ad ſoluendum: & ubi à iure taxatum non reperitur, taxandũ eſt à iudice: ad quod uide Bart. & alios in d. l. quod dicimus.

3 Limita prædicta † in precario, quod ſtatim præcisè reuocari poteſt nec recipiens conqueri poteſt ſe decip

cip

cipi, ex quo iſta eſt natura precarij,
de qua recipiens à principio cogita-
re potuit. Decius hîc & in l.contra-
ctus.colum.ij.infràeo dem.

4 Item limita prędicta, niſi † quis
promiſiſſet hodie, uel præſenti die
ſoluere: quia exactio in ipſo die tũc
non impeditur propter ſpecificã ex-
preſsionem temporis, licèt ſecus ſit
in promiſsione ſimpliciter facta. An
gelus in d.§.omnis. & per Decium,
hîc ad finem. Facit quod ſcribit Bal-
dus in d.l.j.C.ne lice.in una eadem
que cauſa tertio prouo. de promit-
tẽte ſtatim, uel in proximo ſoluere,
qui conſtituitur in mora per tranſi-
tũ horæ. ſicuti ſi ſolutioni eſſet ap-
poſita dies abſque interpellatione
aliqua, ut ſic verba aliquid operen-
tur. Aretin. tamen in d.l.ita ſtipula-
tus.magna, colum.penult. reprobat
Bal.per l.ſi decem petiero. illo eod.
titu.de verb.oblig.ubi cõditio, quæ
tacitè inerat, non aliter operatur ſi
ſit expreſſa ad faciendum committi
citiùs tardiusúe obligationem. Facit
eiuſdem Bald.dictum in l.ſi mihi &
tibi.in §.j.ff.de leg.j. per illum text.
5 quòd breuitas tẽporis operatur † ne
quis in mora conſtituatur: & ſequi-
tur Iaſ.in d.l.decẽ.colu.ij.verſ.unus
ex uobis.& Socin.in dict.§.j.confir-
mans ratione.nam mora eſt delictũ
negligentiæ.l.mora. ff.de vſur. quæ
negligentia nõ dicitur eſſe ubi adeſt
impoſsibilitas. facit text.l.rarum.&
l.quod dicimus.ff.de ſolut.qui utũ-
tur uerbis mox, & ſtatim: & tamen
cum temperamento temporis pro-
miſsionem intelligi debere, volunt.
Et quòd Angel. & Deci. malè aſſe-
rant eadẽ die promiſsionis exactio-
nem fieri poſſe, liquet apertè. quia
6 † tota dies cedit, & ante lapſum diei
exactio fieri nequit: imò nec agi, pe-
tine.d.§.omnis. & l. qui hoc anno
ff.de verb.oblig. Niſi dicas Decium
& Angel.loqui quando dies hodier
na apponitur promiſsioni: ſecus ſi
ſolutioni uel actui ſolutionis, quia
dies ponitur tunc ad differendã ſo-
lutionẽ. & ſic ante lapſum diei agi,
uel peti non poteſt, ſecundum com
muniter à ſcribentibus receptã ſen-
tentiam: ut per Iaſ.in d.§.decem ho
die.col.fin.in quartà limita. Ex hoc
tamen non defenditur, nec defendi
poteſt opinio Angel. & Decij ſupe-
riùs relata, qui loquuntur, ut eorum
uerba demonſtrant quãdo dies fuit
7 appoſita ſolutioni, quo † caſu locũ
non habet diſpoſitio d. §.decem ho
die.ut ibi per docto. Prætereà in ca-
ſu ipſius §. decem. licèt ea die peti
poſsit exactio, tamen differri debet
arbitrio iudicis, nec cum ſacco para-
tus uenire debet creditor: ut ſuprà
dixi, & ad limitationem ipſius §.de
cem.tradit poſt alios. Iaſon ibi.col.
ij.in prima limitatione. Malè igitur
loquuntur Angel. & Decius uolen-
tes in ipſo promiſsionis die exactio-
nem fieri poſſe. bene arbitrarer quod
poſt lapſum die factæ promiſsionis
in terminis prædictis poſſet exactio
fieri, per deciſionem Bald. ſuprà re-
latam, de promittente ſtatim uel in
proximo ſoluere. debitori enim im-
putandum uidetur, qui fidem ſuam
ad breue tẽporis ſpatium ſic aſtrin-
xit, quaſi haberet pecuniam para-
tam. quidquid enim dixerit Ia-
ſon in dicto §. decem. in verſicul.
8 unus ex uobis. Tempus † expreſſum,
licet

licèt breue interpellat: quia ſi pro-
mitto decē hodie dare: lapſus iſtius
diei me interpellat, & in mora con-
ſtituit: ut uolunt Angelus & Imola
in dicto §.decem.& facit l.magnam
in ſui generalitate.C.de contrahen.
& commit.ſtipula.Nec obſtat §.de-
cem.quia non dicitur ibi ꝙ non cō-
ſtituat in mora, ſed ꝙ non dat dila-
tionē debitori. non enim cenſetur
appoſitum gratia debitoris, ſed po-
tius creditoris: prout in ſimili habe-
tur in d.l.ſi decem cùm petiero. Ne-
que refragatur quod dixit Bald. de
termino nimis breui, quia intelli-
gitur quādo eſt tanta breuitas, quæ
promiſſionem impleri impediat,
prout loquitur §.ſi ſeruos quos Ga-
dibus.in quo Bald.fundat ſe: ut etiā
declarat ibidem Socin.quod non cō-
tingit in terminis noſtris præallega.
§.decem. Et ita conſulendo tradit
Corne.lib.j.conſil.xxvj.ubi conſu-
luit, ꝙ ille qui promiſit proficiſci
incontinenti Arretium cum inſtru-
mento ad faciendum certum quid,
abſque aliqua interpellatione con-
ſtituitur in mora, ſi non acceſſerit
intra tempus, intra quod commodè
ire poterat, propter appoſitionem
termini incontinenti. Et ad l. ſi de-
cem cùm petiero.iuxta inductionem
Aret. §.relatam reſponde, ꝙ expreſ-
ſio ibi fiebat per eum modum per
quem tacitè inerat, ideò nihil ope-
ratur: ut per eundem Are. & Iaſ. in
dict.§.decem.col.j.& ij.ſed in quæ-
ſtione propoſita expreſſio aliter fit
quàm tacitè ineſſet: tacitè enim ine-
rat, ꝙ ſolutio & exactio fieret cùm
interuallo & moderato tēporis ſpa-
tio, ut prædiximus.& expreſſio tan-

tat, ꝙ fiat ſtatim, incontinenti, uel
in proximo: ideò nimirùm ſi aliud
longum tempus ad ſoluendum nō
conceditur. Scias tamen, quòd
9 † tempus certæ ætatis habens con-
ditionem purificare, non con-
ſtituit debitorem in mora ſine in-
terpellatione: ut per Decium in
conſil.ij.
10 In obligationibus † igitur, in qui-
bus dies non ponitur, præſenti die
debetur. ſicque obligatio eſt pura,
ceſſitque, & uenit dies: quia obliga-
tio cùm actione orta eſt. l. cedere
diem ff.de uerb. ſignifi.licèt exactio
differatur ſecundùm dicta in ſupe-
11 rioribus. Cedere † autem diem (ut
eleganter declarauit Iuriſconſ. in d.
l.cedere.) ſignificat incipere deberi
pecuniam.uenire diem, ſignificat eū
diem uenisse, quo pecunia peti poſ-
ſit, ubi purè quis ſtipulatus fuit: ut
in regula legis noſtræ. & ceſſit (ait
ibi Iuriſconſul.) & uenit dies. ubi in
diem, ceſſit dies: ſed nondum uenit:
ubi ſub conditione, neque ceſſit, ne-
que uenit dies, pendente adhuc con-
ditione.

Limitatur tamen primum mem-
brum niſi dies tacitè ſubintelligatur
ratione loci, uel ratione rei promiſ-
ſæ: ſed nondum in eſſe productæ,
aut ex uoluntate diſponentis, uel ex
qualitate actus, ſeu contractus: ut
hic per Dec.col.ij.& per doct.in lo-
cis præalleg.§.& Brunum Aſten.in
tracta.de rebus ſeu diſpoſitionibus
dubiis, fol. xxv. ubi dicta Decii hic
reaſſumpſit aliquibus additis.
12 Sed inſtat not.dubitatio † de die
tacita, quæ ratione loci ſubintelligi-
tur, an ante dictam diem obligatio
nata

nata ſit? Bartol.in l.interdum.ff.de
uerb.oblig.concludit, ꝙ ſic, ſed non
actio:per illum tex. Oppoſitum te-
net ibi Iaſo.cuius argumentis reſpõ
det hic Dec. tenens tamen contra
communem ꝙ aute diem quæ taci-
tè ſubintelligitur, non ſit nata obli-
gatio.per tex.ubi Are.in l. cõtinuus
in §.cum ita.in fi.ff.de uerb.obliga.
dum ibi dicitur, ꝙ ſi ille qui certo
loco dare promiſit, celerius quã fie-
ri ſolet ad talem locum peruenerit:
ſtatim ꝙ ad locum applicuit, obli-
gatus eſt:ergo prius non erat obli-
gatus.

Non recedo à communi ſenten-
tia per d.l.cedere diem.dum ait, ubi
in dié quis ſtipulatus eſt, ceſſit dies,
& incipit deberi pecunia: ergo nata
obligatio. Nec refragatur ꝙ loqua-
tur in die expreſſa: quia taciti & ex-
preſſi par eſt uirtus.l.cum quid.ff.ſi
certum peta. Et ſi expreſſa non im-
pedit ortum obligationis, minus ta-
cita. Probatur etiam ſubtiliter indu-
cendo l. cum qui calendis. in §.
quotiens.ff.de uerb.obl. Quotiens,
inquit, dies non ponitur in obliga-
tionibus, præſenti die debetur, niſi
locus adiectus ſpatium temporis in-
dicat.ergo probat natam obligatio-
nem: aliàs non deberetur pecunia.
Ad tex. Are.in §.cum ita. reſponde,
ꝙ ſtatim obligatus eſt, ſcilicet cum
effectu: prout uerba intelligenda
ſunt, & non uerbotenùs.l.j.§. hæc
autem uerba. ff. quod quiſque iur.
probaturque dicta ſol.per tex. cum
glo.faciente ſimilem expoſitionem,
deberi ſcilicet cum effectu:in dict.l.
cum qui calendis:in §.fin.obligatus
igitur tunc erit cum effectu, quia agi
poterit, & exactio fieri: anteà uerò
obligatus quidem erat per prædi-
cta, ſed non cum effectu: cum actio
minimè nata foret. Et quòd dies ta-
cita impediat natiuitatem actionis,
ſed non obligationis, tradit Aquen.
nonnulla dicens, in dict.l. ita ſtipu-
latus.magna.§.fin. colum.pen.& fi.
13 ubi poſt Bart. & alios limitat †quã-
do tempus incertum eſſet, puta quã-
do quis ſtipulatus fuit aliquid dari,
uel fieri poſt eius mortem. quia tũc
impedit natiuitatem obligationis &
actionis, quæ ſolùm ab hærede &
cõtra hæredem incipit l.j.C.ut acti.
ab hæred. & contra hæred. Et repro-
bata ratione Bar. Aquen. aliam aſſi-
gnat, quia quando quis ſtipulatur
poſt mortem ſuam, uidetur hæredi
ſuo ſtipulari uelle, ita quòd nunquã
obligatio in perſona ſua accipiat ui-
res: quod licèt de iure antiquo im-
poſſibile uideretur, per l.quicunque
ff.de acti.& oblig. tex. tamen in §.
poſt mortem.inſtitu.de inut.ſtipul.
hoc putat rationabile, propter con-
ſenſum partium, qui & ſi non poſſit
natiuitatem obligationis impedire
per appoſitionem diei tãtum: ut de-
clarat Barto.in d.l.ita ſtipulatus.ta-
men quando cum tempore concur
rit perſonarum diuerſitas, ut in ter-
minis quæſtionis prædictæ, hoc be-
14 nè facere poteſt. Et fortius †ubi ul-
tra deducta incerta ſunt, ut in pro-
mittente fructus ex fundo percipien
dos. hæc enim eſt maxima incertitu
do conditionem ſapiens, ideò nec
obligatio nec actio interim oritur.
l.j.ff.de condit. & demonſt. & per
Bar.in l.in l.interdum. ff.de uerbo.
oblig. †Item quando in obligatio-

ne

ne deductũ ẽ id quod ſui natura ad
hæredes non tranſit, prout eſt uſuſ-
fructus:tunc ante diem non naſci-
tur obligatio,nec actio.l.j. in fin.cũ
l.ſequ.ff.quando dies lega.ced. ubi
Iuriſcõſul.rationem aſsignat.& tra-
dit Mathæus de Afflictis in deciſio
ne Regni cclxxix. ubi diſcutit practi
16 cabilem quæſtionem.An † creditor
ad diem certam agere poſsit, ut ad-
ueniẽte die ſibi ſoluatur, & interim
formetur proceſſus:& concludit agi
poſſe ante diem, ut ſoluatur adue-
niente die ac tempore. Iuraque dicẽ
tia ante tempus agi non poſſe, debe
re intelligi,ut tunc ſoluatur: ſed be-
ne agi poſſe ante diem & tempus,
ut ſolutio fiat adueniente tempore:
ita ſæpe fuiſſe practicatum dicens,
Idem tenent aliqui Moderniores in
d.l. ita ſtipulatus. in ultim. colum.
Quæ ſententia mihi non placet.
quãuis enim ubi obligatio & actio
nata eſt, & dilatio ad ſoluendũ à le
ge datur:ut in dote.§. exactio.l.uni
cæ.C.de rei uxor. act. ꝓcedere poſ-
ſit ea opinio:tamen ubi actio nata
non eſt,ſecus eſt. Ideo rectè conſu-
luit Alexand.lib.j. conſi. xcv. quòd
ubi in diem,puta ſancti Michaëlis,
collata eſt ſolutio & ante diem data
fuit petitio, contra quam oppoſitũ
extitit,non eſſe admittẽdam, Iudex
pronunciare,inquit,debet,non eſſe
procedendum ad ulteriora ſuper pe
titione actoris ante diem agentis,&
reum abſoluere: quia actor malè
agit ante diem. præallegata l.cedere
diem.& ca.j.de plus peti. cum alijs
de quibus ibi per eum, & per Aret.
in d.§.cũ ita.ubi poſt Paul.de Caſt.
17 ait,† quòd ſi aliquis ante diem age
ret,quæ tacitè ſubintelligitur,& pe
teret reum condemnari ad præſtan
dum id quod debet ſoluere tempo-
re congruo,id eſt poſt diem ſubin-
tellectum,repelli poſſet à limine iu
dicij:quia qui ante diem agit, malè
agit.Quod eſt indubitanter uerum
ſubijcit Aret.quando ante diem nõ
eſt nata actio,ut in caſu illius.§. quia
ſine actiõe agit,ideò repelli poteſt:
18 ſed † ubi ante diem nata eſſet actio
tunc an ſit neceſſaria exceptio, uel
iudex debeat,aut poſsit repellere po
nit idem Aret.in dict.l.ita ſtipula-
tus. colum. antepenul. Aquen.loco
præallegato, & Iaſ.in l.eum qui.in
§.qui ita.el ij.colum. antepenult.&
19 ſeq.de uerbo.oblig. ubi † autem nõ
præceſsit debitum purum, ſed ſolũ
in diẽ, & ante diẽ agatur, iudex reũ
abſoluere debet,quamuis nihil op-
poſuerit.tex.eſt in l.quòd ſi in diẽ.
in prin.ff.de peti.hæredi.ſecundum
ſanum intellectum,ut per Iaſo.loco
præalleg.& probatur etiam in.§.tẽ-
porales.inſtit.de except.ibi, ergo hi
quibus intra certum tempus uolen
tibus agere obijcitur exceptio, aut
pacti conuenti,aut alia ſimilis,actio
nem differre debent & poſt tempus
agere.& ibi not.ſcribentes. Ex præ-
dictis clarè intelligitur quod ſcri-
pſit Iuriſconſul.in dict.l.cedere diẽ.
quando dies dicatur ceſsiſſe, & ue-
niſſe, & quando ueniſſe, ſed non
ceſsiſſe.

Supereſt,ut uideamus de ultima ſpe
20 cie † ut de promiſſo ſub conditio-
ne,qua pendente neque ceſſit, ne-
que uenit dies:dicit præalleg.l.cede-
re diem.

re diem.& circa hanc Bar.in dict.l.
ita ſtipulatus.colum.penul.uerſicu.
tertio eſt uidendum de conditione
poſsibili,ſeu contingenti, quæ ſe ha
bet ad eſſe,& non eſſe.& cõcordãt,
inquit,omnes in hoc caſu, quòd an
te conditionis euentum non ſit na
ta obligatio,nec actio.dict.l. cedere
diem.etiam in conditione tacita.l.
item quia.cum not.ff.de pact.& ſe-
quuntur ibi Imo.Are.& alij in ulti.
colum.& hic in ij.colum. Deci.limi
21 tans,ubi † conditio executioni appo
ſita eſſet : quia tunc non ſuſpendit,
neque actum conditionalem facit.
l.muto.§. ſub cõditione.ff. de tutel.
l.ita demum.in fi.ff.de arbit. tradit
Bar.in l.j.colum.ij.ff. de condit. &
22 demon.Declaratque † tunc dici cõ
ditionem appoſitam diſpoſitioni,
quando concernit ſubſtantialia, ſi-
ne quibus obligatio conſiſtere non
poteſt.ſed ſi reſpiciat accidentalia,
tunc uidetur executioni appoſita,iu
ribus præallegatis: & ita prius dixe
rat Iaſ.in l.item quia.in ult. colum.
ff. de pact. Conditio autem, quã
certum eſt extituram, uel quæ tem-
pus præſens reſpicit, non eſt pro-
priè cõditio, neque impedit ortum
actionis & obligationis, uerum pro
pura habetur.l.cum ad præſens.ff.ſi
cert.peta.cum ibi not.per doctor.&
§.j.l.ſi pupillus.ff.de noua.Et habet
23 † conditio de ſui natura effectum
actus ſuſpendere. ſecundum Bal. &
Feli. in cap.cum Ioannes. colum.j.
de fide inſtrumen.per tex.in cap.ue
rum. de conditio. appoſi. & l.j.C.
de conditio.inſer.cum ibi not.Mo-
24 dus † autem non ſuſpendit, ſed a-
ctum geſtum qualificat; ut in dict.
c.cum Ioannes.ubi emptio habebat
certum modum, quo non obſtante
ſtatim debebatur pretium:ideò mo
dus,dicunt,non facit actum condi-
tionalem:quia conditio eſt prædia
cens rei determinatæ:ita quòd ſe ha
bent,ut extrema oppoſita tempori.
Modusque ſecundum prædictos in
ducit obligationem per quam peti
poteſt modi implementum,ſed con
ditionis implementum peti nõn po
25 teſt.Hinc etiam eſt,quòd† promit-
tens annuatim ſoluere in feſto,puta
omnium Sanctorum,quintam par-
tem uini quod naſcetur colligetur-
que ex tali uinea,non obligatur ni-
ſi probetur natum collectumque ui
num,l.cum certus.ff. de uino triti-
coque lega.Præterea illud relatiuũ,
26 † quod, adiectum eſt verbo futuri
temporis naſcetur,& colligetur, in-
ducitque conditionem.l. Stichum
qui meus erit.ff.de legat.j.qua non
impleta actio non naſcitur,nec obli
gatio.d.l.cedere diem.ut igitur com
petat actio,requiritur probatio im-
plementi conditionis prædictæ, ſic-
que uinum natum & collectum.l.
qui hæredi.ff. de condi.& demon.
prout conſuluit Rapha. Comen.
27 lxxix.ſuper quęſtione.Et iudex† ſub
conditione datus,ſi ita eſſe tibi con
ſtiterit, non habet iuriſdictionem
niſi prius purificetur conditio, nec
ante dici poteſt iudex.c. ab excõica
28 to.cum not.de reſcrip.Et hoc† eſt re
gulare in qualibet diſpoſitione con-
ditionali,ut prius ex ea agi uel exci-
pi non poſsit, quàm conditio extite
rit.d.l.cedere diem.& cap.j.de plus
peti.ita Ancha.in conſilio. ccxcvij.
Efficacibus.colum.j.Socin. conſilio

xcix.colum.viij.lib.3. Fel. in cap. ſi
conſtiterit.de accuſation.ubi etiam
alia ratione id firmant. Et conditio
ne non uerificata nec impleta pactũ
ſub conditione factum,locum non
habet.d.l.cedere diem.& l.hæc uen
ditio.in princ.ff. de contrah. empt.
l.j.ff.de dona.ibi, totum hoc ſub cõ
29 ditione eſt.nam conditio † pro cau
ſa habetur.Barto.in l.à Titio.ff. de
verbo.obliga.& cauſa ceſſante ceſ-
ſat effectus.c.cum ceſſante. de appel
latio.ita conſulendo ſcripſit Dec.in
conſi.dcxiiij.col.fin.

Et pariter ſi per unum ex fratribus
alteri ſit facta donatio bonorũ ſuo-
rum , ſi alius frater non diuidat bo-
na communia intra octo dies a tem
pore notificationis ſibi factæ,dona-
tio ſub cõditione celebrata dicitur ,
& locum non habet,niſi impleta ſit
conditio:quia diſpoſitio cõditiona-
lis ceſſat conditione non impleta ,
dicta l.cedere. & dicta l.hæc uendi-
tio.nam quando aliquid conditio-
nale deducitur in iudicio,liquidari
debet,quòd impleta fuerit conditio.
l.ſi quidem.& ibi Bal.in ultima co-
lum.C.de exceptioni.l. hoc iure.ff.
de uerbo.obliga.not. Dec.in conſil.
dcxxix. Quæ omnia bene ſignabis
ad d.l.cedere diem. quam nũquam
ita ornatam & declaratam,ut arbi-
tror,uidiſti.

## SVMMARIVM.

1 *Idem de actione tam reali quàm per ſonali ,quòd de re ad quam competunt,iudicari.*

*Limita ſecundum ueritatem. nu.5. & in correctorijs.nu.9.*

2 *Actio ſecũdum qualitatem rei, quæ in ea deducitur , quòd mobilis uel immobilis iudicetur.*

3 *Pecunia an iudicetur mobilis uel immobilis.*

4 *Verbum,uidetur,& uerbum intelligitur,quòd fictionem ſignificent.*

6 *Meum proprie non dicitur,mihi debitum.*

7 *Poſsidens rem illam tenetur cathaſtare : non autem habens ad eam actionem.*

8 *Vaſallus ſeu emphyteuta non poſsidens,non tenetur ad ſeruitia.*

10 *Emens actionem iam ortam minoris quàm ualeat eſt tutus in foro conſcientiæ.*

### L. XV. PAVLVS.

QVI actionem habet ad rem recuperandam , rem ipſam habere uidetur.

SVMITVR ex legibus in glo. allegatis.concordat tex.in l. rem in bonis.ff.de acqui.rerum domi.dum ait,rem ad quam recuperandã actio nem habemus in bonis noſtris intelligimur habere.& in l. bonorum appellatio.in fin.de uerbo.ſignifica. æquè bonis noſtris,inquit,annumerabimur,ſi quid eſt in actionibus , petitionibus , & perſecutionibus. nam hæc omnia in bonis eſſe uidẽtur.ad idem l.id quod. de uerborũ ſignificatio.ubi dicitur : id apud ſe quis habere uidetur , de quo habet actionem.habetur enim , ſubiungit Iuriſconſul.quod peti poteſt.Et pro
1 cedit † hæc regula tam in actione reali

reali quàm perſonali : ut hic poſt glo.& Bald.per Dec. atteſtantem illud quod eſt in iure & obligatione, & in patrimonio propterea eē dici. & econtrariò ſentimus,inquit gloſ. debitori id abeſſe dici,in quo eſt alteri obligatus.l.ſi mandato Titij.ff. de nego.geſt. Præſuppoſita enim à Iuriſconſulto uirtute iuſtitiæ, quæ tribuit unicuique quod ſuum eſt, illationem & conſequentiam facit, quòd ille qui habet actionem ad rē uideatur rem ipſam habere : Hinc etiam eſt,quôd licèt non contrahatur mutuum,niſi fiat de meo tuum: ſi tamen iuſſero debitorem meum tibi mutuo pecuniam dare, & illæ promiſerit, contrahitur mutuum, quicquid plerique dixerint : quia p promiſsionem quæſita eſt actio illi cui mutuare uolo contra debitorem meum, ita quòd pecuniam mutuo habere uidetur, ut in regula noſtra, & iuris fictione apud eum dicitur eſſe pecunia. d.l. id apud. ſecundum Socin.in l. ſingularia. in iij.nota.ff. ſi certum pet.& ſequuntur alij Modern.facit quod ſcribit Alexand.ibi in penulti.colum. dum allegat l.id quod.Hinc etiam eſt, quòd ille qui edere debet,non ſolum tenetur ſi inſtrumenta uel rationes penès ſe habeat,ad quorum editionē tenetur: ſed etiam ſi penès alium ſint, quem tamen ipſe ad exhibendum cogere poſsit.l.procurator.ubi Rimi. in ulti.not.tradit.C.de eden.Et ſi legatarius rem ſibi legatam alteri legauerit,uidetur legaſſe actionem quā ad rem habet.l.ſi ſic.§.j.& l. legatū ita erat.cum not.ibi per Bar.ff.de lega. j.Ex prædictis etiam infertur uerú

eſſe quod dicitur, idem iudicari de
actione,quod de re ad quam com-
2 petit ipſa actio & iudicat.ideò † actio
cenſetur inter mobilia,uel immobi-
lia:ſecundum qualitatem rei ad quā
competit.unde qui rem recuperare
nequit, nec ad rem illam acquirit
actionem.Dec.hic poſt gloſſ. in l.j.
C.ſi aduerſus tranſactio.& Paul.de
Caſt.in l ſi unus ex ſocijs.per illum
tex.ff.de ſerui.ruſtic.prædio. ac per
l.ſi ad reſoluendum.C.de præd.mi
no.quod ita ſimpliciter uerum non
eſt.ideò intellige, ut per Bartol.in
d.l.j.Alexā.& alios in §. quæſitum.
l.j.ff.ad Trebellianum.dum exami-
3 nant,† utrum pecunia tanquàm mo
* bilis uel immobilis iudicetur. * Et
per R ui.in l.legatum.colum. fin.de
lega.primo.]

Procedit autem hæc regula, ſe-
cundum glo.& doctores non ſecun
dum ueritatem, ſed ex legis inter-
pretatione : & conſequenter non
uerè nec propriè,ſed fictè.ideò text.
hic & in locis præallegatis utitur
4 † uerbo,uidetur, & uerbo intelligi-
tur,quæ fictionem denotant, ut hic
per Decium.& diximus in l. non ui
detur,ſuprà eodem.Et hoc patet ad
ſenſum, quia aliud eſt actio, aliud
res quam per actionem petimus at-
que perſequimur. Et licèt agens rei
uendicatione dominium uerè ha-
beat: plus tamen ſine dubio eſt rem
( ut inquit gloſſ. ) penès ſe habere,
quàm actionem ad rem recuperan-
dam,propter expenſas & litium an-
fractus,ac propter commodum poſ
ſeſſionis,quod magnum eſt.§.com-
modum.inſti.de interdict. cum plu
ribus adducendis in l. in pari.ff.eo.

Eapropter Iuriſcõſultus in l. minus
eſt.infrà eodem.circa finem titu. ad
5 † ueritatem reſpiciens aliam traden
do regulam:minus eſt,inquit, actio
nem habere,quàm rem.licèt enim,
ſecundum glo.in d.l. minus. qui a-
ctionem habet, rem habere uidea-
tur,quantùm ad intellectum & cen
ſuram iuris:ut in lege noſtra.tamen
quãtùm ad executionem factorum
ſæpè aliter contingit. euentus enim
executionis & ſententiæ incertus eſt
l.quod debetur.ſ.de pecul. & dicit
eſſe conſiderandam dilationẽ, quæ
condemnatis datur, litiũ anfractus,
& expenſas ut prædixi. faciunt quæ
eleganter ſcribit Ancha.in conſi. ul
ti.col.vij.in iiij. dubitatione. benè
igitur & ſanctè loquitur gloſ. inſtit.
de actio.in princ.in uerbo debetur,
6 volens † non dici propriè meum,
quod eſt mihi debitum,ſed largè &
impropriè.ſicuti aliud eſt, quòd be-
neficium ſit tuum:aliud quod ſit ti-
bi debitum.ut hic per Dec.in princ.
& fin.dicentem etiam,quòd ſtatutũ
loquens de vendente rem ſuam,pœ
nam imponendo,locum non habe-
ret in eo qui rem uenderet, ad quã
perſonalem haberet actionem. ille
enim non dicitur propriè rem habe
re, qui ad illam actionem habet:ut
per Barto. Alexan. & alios in l.Gal-
lus.in §.uidendũ.ff.de lib. & poſth.
7 Hinc etiam eſt, quòd † rem poſſi-
dens illam cathaſtare tenetur, non
autem habens ad eam actionem.l.
forma.§.ſi cũ ego.& ibi not.p Bar.
ff.de cenſi.accedat tex.in §.furti.in-
ſtit.de oblig.quæ ex deli. naſ. quòd
melius eſt pignori incumbere, quã
in perſonam agere. Hinc etiam eſt,
quòd in ſatiſdatione de iudicio ſi-
ſti, habens actionem ad rem non
æquiparatur poſſidenti rem.l. ſcien
dum.§.fundum.& §.diuerſa. ff. qui
ſatiſda.cogan.ſecundum gloſſ. præ-
alleg.l.minus.Rurſus licèt ius patro
natus ſit de foro eccleſiæ.cap. quan
to.de iudic.actio tamen perſonalis
ad ipſum ius eccleſiæ non dicitur eſ
ſe de foro eccleſiæ:ſecundum Butri.
8 & alios in d.c.quanto.Et † uaſallus
ſeu emphyteota non poſsidens,non
tenetur ad ſeruitia,nec ad ſolutionẽ
canonis,neque ad capiendum inue
ſtituram.Bald. & alij. in l. ſolenni-
bus.C. de rei uendica. Et ſimiliter
priuilegium alicui conceſſum ne te
neatur ad ſolutionem collectarum
pro bonis ſuis,non extenditur ad p̃
diũ ab alio bona fide poſſeſſum,
licèt dominus ad illius recuperatio-
nem habeat actionem,& ad eum in
de reuertatur.Roma.in ſingul.603.
an priuilegium. Item in reſcinden-
da tranſactione prætextu læſionis
ultra dimidiam iuſti pretij: talis iu-
ſtitia pretij accipitur non iuxta me
tam actionis ac petitionis, ſed conſi
derato & æſtimato dubio litis euen
tu.ſecundum ſcribentes in l.ij.C.de
reſcind.uendi.ubi latè ſcripſi. Dicit
etiam Socin.poſt quoſdam alios in
conſi.100.col.pen.libr.j. quòd cum
in regula noſtra ponatur uerbum
uidetur,quòd fictionem potius quã
ueritatem denotat:ſequitur,quòd ſi
9 † ſtatutum mentionem faciat de pe
cunia redacta, locum non habebit
in pecunia quæ redigi potuit, ſed
actualiter redacta non fuit:cũ uerba
ſtatutorum ſtrictè & propriè ſint in
telligenda. Et pariter locum nõ ha-
beret

bèret hæc regula in correctorijs & odioſis per prædicta.& not.per Alexan.& alios in l.Gallus. in §.uidendum.Protereà idem Socin.in conſi.cxliij.col.ſi.lib.j.arguit ſimulationẽ contractus,eò quòd emerat quis actionem ad centum pro eodem pretio·nã minùs dicit,ualet actio, quã æs:tum ob dubium litis euentum, cùm poſsit cauſam iuſtam propter iniquitatem iudicis perdere: tum ẽt quia debitor inops interim effici poſſet.ideò rectè dicitur in d.l. minùs.quòd minùs eſt hàbere actionẽ quàm rem.ex quo igitur emit quis euentum,ſpemque futuri iudicij, ridiculum eſt ſentire ac dicere ꝙ pretium rationabile tantum ſit, quantum eſt in actione. Hinc pulchrè cõcludit Inn.in c.in ciuitate. de uſur.
10 † quòd ſalua cõſcientia poteſt quis emere actionem iam ortam tempore contractus minori pretio:quia ſe periculo exponit: quis ergo, inquit ibi Soci.crederet talem contractum verum & iuſtum diſtat à veriſimili, ideò falſitatis imaginem præ ſe fert: ut inquit Bald.in l.j.C.de ſer.fugit. Eſt itaque uerè & propriè rem habere cum effectu,& actualiter penes ſe tenere.l.nomẽ filiarum.uerſi. hàbere.ſuprà tit.j.cum alijs allega.per Alex.in conſi.xxxv. vol.iiij. Qui tamen etiam ad rem ſpem habet, rem ipſam habere dicitur:ut per Iaſ.in l. is poteſt.col.ix.ff.de acquir.hære.

## SVMMARIVM.

1 *Pretium & res ſunt de ſubſtantia uenditionis.*

2 *Verbum imaginarium, & uenditio imaginaria quid ſit,an & quomodò accipiatur.& nu. 3.*

4 *Homo ad imaginem & ſimilitudinẽ Dei factus eſt.*

5 *Imagines ſanctorum ad memoriam primitiuorum adoramus.*

6 *Origine rei ſublata,eius imago relinqui non debet.*

7 *Veneti ſunt ſapiẽtes: quia ciues quos faciunt , non admittunt ad officia ciuitatis propter diſcordiam.*

8 *Contractum ſimulatum arguens,debet id probare. Et qualiter probetur.*

9 *Contractum ſimulatum quando liceat allegare maximè contrahenti.*

10 *Venditio imaginaria uera quando dicatur.*

11 *Venditio imaginaria eſt nulla : niſi facta fuerit in fraudem,quia tunc reſciſsione opus eſt.*

12 *Venditio magni pretij pro uno nummo dicitur imaginaria,& eſt nulla.ſecùs in emphyteuſi.nu.13.*

## L. XVI. PAVLVS.

IMAGINARIA uenditio non eſt pretio accedente.

SVMPTA ſuit ex legibus allega.per gloſſ.& pluribus alijs ubi de imaginarijs cõtractibus agitur. Vbi ergo interuenit pretium, uenditio
1 non eſt imaginaria, ſed uera:† quæ conſiſtit ubi interuenit res & pretium.§.pretium.inſtitu. de emptio.
2 & uendit.Imaginarium† autem diſtinguitur à uero: & ſolùm in imaginatione fit ac conſiſtit, ſecundum Hieronymum, quem infrà referã. Et imaginaria uenditio propriè di-

citur nuda facta, ac ſimulata, ſecundum gloſ.hic.& in l.nuda.ff.de cõtrahen.emptio. & in §.j. l.iij. ff.de manumiſ. & quæ apparenter non autem exiſtenter uenditio eſt. legibus prælleg. Paulus de Caſtro in conſilio infrà allegat. Sic imaginarius uſus dicitur, qui imaginem ueritatis, nõ ueritatem habet.l.quoniam indignum.cum gloſ.C.de teſtamen.hinc eleganter Iuriſconſultus in l.contractus.ff. de action. & obligationib. cõtractus imaginarij etiam in emptionibus, inquit, iuris uinculum non obtinent, cum fides ueri ſimulatur, non intercedente ueritate. Et Hierony.de diuerſis lepra rum generibus, alius imaginarium legis opus quaſi ſub ueritatis colore depinxit, alius corpus ipſius ueritatis declarauit.

✱ ✱ Et imago repræſentata non eſt res ipſa eſſentialiter, ut per illũ text. inquit Salic.in l.etiam.C.de appell. & Iaſ.in l.filio quem pater. colum. ij.ſuprà de lib.& poſth.ubi de imaginaria paternitate ac filiatione, & quibuſdam alijs ponit.]

3 Et pro † ſimilitudine imago plerũque ponit.iuxta illud Virg. O mihi ſola mei ſuper Aſtianactis imago. dicitur enim ſimilitudo, quaſi imitatio: quia, ut inquit Varro, deducitur ab imitatione, & per alluſionem ad aliud dicitur ut echo, uocis imã go.Hor.j.Carmi. Iocoſa nomẽ imago.non enim proprium rei eſſe repræſentat imago. ut per illũ tex. no. Bal.in l.ij.C.de iure aur. annul. Et

4 † homo ad imaginem & ſimilitudinem Dei factus dr.in rõne.ſ.quę eſt imago Dei.ideò Ambroſ.de fuga ſæculi.ſimilem Dei eſſe eſt habere iuſtitiam, ſapiẽtiam, & in uirtute Dei eſſe perfectum, ut hr in ca. ſimilem. de pœni.diſt.ij.nouem autem ſimilitudines animæ ad Deũ ponit Archiepiſcopus Flor.hanc materiã plenè tangens in j.parte ſuæ ſummæ. quamuis autem homo ad ſimilitudinem Dei factus ſit, inter creatorẽ tũ & creaturam non poteſt ſimilitudo tãta notari, quin maior diſsimilitudo notanda ſit.c.dãnamus.in fi. de ſum.trini.no.Fel.de reſcrip.in c. capitulum ſanctæ crucis.colũ.ij. De imaginibus uerò ſanctorũ non adorandis, nec uiolandis, poſtquam hæc materia hiſce miſeris tpibus noſtris agitatur ac mouet, aliquid dicemus. Tractatur.n.in c. perlatum. cũ ſeq. de conſecr.diſt.iij. & iiij. Venerabi-

5 les † ſanctorũ imagines (dicit text.) chriſtiani non Deos appellant, neque ſeruiunt eis, ut dijs, neque ſpem ſalutis ponunt in eis, neque ab illis expectant futurum iudicium: ſed ad memoriam & recordationẽ primitiuorum uenerantur eas. de quibus pulchra quędã ſcribunt Pau.de Ca. C.de fer.in l.fi.Capel.Toloſ.deciſ. ccciij.ſumma Ang. in uerbo Imagines.Picus in ſua Apologia in iij.q. de adoratione crucis, & imaginum. Archiepiſcopus Flor.in iii.par. ſum

✱ mæ.c.xij. & x. ✱ Plenius Ioan. de Ana.in c.fin.de maledi.] Satis uerò

6 abſurdum eſt, † origine rei ſublata eius imaginẽ relinqui. dicit tex. no. in l.unic.in prin.C.de dedi.lib.tol. p quẽ dicit Soc.in cõſi. 123. col.ij.& doc.in l.fi.p illũ tex.ẽt.C.de edic.diui.quod ſublata re ſuper qua fit diſpoſitio, & interpretatio tollitur ẽt

inter-

interpretatio. inferentes ad quæſtio
nes:ut ibi per eos. Et ex principio
prædictæ l. unicæ loquentis de ima
gine rei non relinquenda re ſubla-
ta, tollendas eſſe occaſiones, ꝓpter
quas ciuilia bella naſcuntur: quarũ
potiſsima eſt facere ciues, qui non
erant & diſcordiam ſeminabant.
7 Sapientes † tamen ſunt Veneti, in-
quit, qui ciues quos faciunt ut mer-
cari poſsint, ad honores & officia ci
uitatis ſuæ non admittunt.
8 Volens † autem dicere contractũ
imaginarium fictitium & ſimulatũ,
debet dilucidè probare. l. ſed ſi mari
tus. in fi. ff. qui & a quib. man. Et cũ
ſint plures ſpecies ſimulationum, di
cens contractum ſimulatum, expri-
mere & ſpecificare ſimulationem te
netur. Decius hic in fi. & Paulus de
Caſt. in conſi. lxxxij. uiſis his in an-
tiquis. ubi dicit, ſimiles contractus
occultè & ſine teſtibus fieri, uno de
altero confidente: & propterea ſimu
lationem ex coniecturis probari. &
idem de contractu imaginario. De
qua materia uide Socin. in conſilio
cxliij. col. fin. lib. j. Bologn. conſilio
xxv. Corn. conſi. lxij. colum. penuit.
uolu. j. Felin. in c. ſi cautio. column.
xxiiij. cum ſequen. de fide inſtrum.
Iaſ. in conſi. clxx. uolu. ij. Decius in
conſi. dlxxxvij. dcxlviij. & dclix. po-
nentes plures coniecturas, per quas
fit probatio prædicta, & admitti ad
id teſtes etiam aliàs inhabiles: ut per
9 Corne. loco præalleg. Quando † ue-
rò liceat contractum imaginarium
ſimulatum in fraudemúe celebra-
tum allegare, præcipuè contrahenti,
ponunt Paul. de Caſt. in cõſi. lxxxij.
in antiquis. Aretin. in conſi. lxv. co-
lum. fin. & lxxvij. in ij. dub. & xcvj.
in iij. dubio. & Alexand. in conſilio
xxxvj. col. ij. in ij. volu.
10 Dicitur † etiam quandoquè ven
ditio imaginaria uera & ubi pretiũ
interuenit, ſed quia momento eſt
duratura, hoc inter partes priùs a-
cto & conuento. text. eſt nota. cum
gloſſ. in l. iij. in §. j. ff. de manumiſſ.
de quo facit ſeſtum Ludoui. Bolog.
in præalleg. conſilio. xxv. colum. ij.
Imaginaria igit̃ uenditio non eſt, in
quit hic Iuriſconſultus, accedente
pretio. nam ut dicitur inſtitu. de em
ptio. & uenditio. in prin. emptio &
venditio contrahitur ſimul atque
de pretio conuenerit, licèt pretium
numeratum non ſit. Nec reſoluitur
dictæ uenditionis contractus, licèt
poſtea præter primum propoſitum
loco pretij, aliud ſoluatur, ſeu remit
tatur. l. pretij cauſa. C. de reſcinden-
da uenditione. cum alijs hic per gl.
& Decium adductis. Intellige quan
do à principio erat intentio, ut pre-
tium perſolueretur: ſecus ſi appone
res donationis cauſa non exacturus
quia non ualeret, neque eſſet uendi
tio. l. cum in uenditione. & l. ſi quis
donationis. ff. de contrahẽ emptio.
ut hic per gloſſ. ideò bene dicit Iu-
11 riſcõſultus in dicta lege nuda. † ima
ginariam uenditionem pro non fa-
cta eſſe: neque rei alienationem fie-
ri intelligi. ad idem. l. emptor. ff. de
aqua pluuia arcenda. cum glo. quòd
contractus ſimulatus eſt ipſo iure
nullus: ſecus ſi eſſet in fraudem fa-
ctus, quia reſciſsione & reuocatio-
ne tunc eſt opus: ut hic per Decium
& Alexandrum not. in conſilio lvij.
& cxlij. uolumine quinto.

12 Et eodem modo † imaginata uenditio dicitur ſi pro nummo facta fuerit de re magni pretij.§.pretij.§.præterea.cum glo.inſtitu.quibus modis ius patriæ poteſta.ſoluitur, ſecundũ Dec.hic.id quod clarè probatur per l.ſi quis conduxerit.ff.loca. Si quis, inquit,conduxerit uno nummo, cõductio nulla eſt, quia hoc donationis inſtar inducit. Confirmatur, quia parum & nihil in iure æquiparantur.iuribus & auctoritatibus adductis per Corne.in conſili.xxviij. col.j.lib.j.& Soc.conſi.cviij. colum. ij.uolum.j.ſed uenditio abſque pretio non ſubſiſtit.§. pretium. inſtitu. de ęmptio.& uendi.ergo nec ea quę facta eſt modico pretio, quod pro nullo reputatur.unde actum nugatorium uoluiſſe partes facere cenſendũ eſt:iuxta l.non ſolùm.ff.de actionibus & obligationibus. Contra-
13 ctus † tamen emphyteuticus etiam cum uno nummo reque minima celebratur & permittitur.ſolùm enim præſtatur in recognitionem dominij.Barb.conſi.xiiij.col.fi.in ij. uol. Dec.in authen.quod rem.in principio.C.de ſacroſanct. eccleſiis.Mod. Aſten.in trac.ſtat.exclud.fœm.ſtan. agna.fol.xl. colu.ij. Et quod in uno nummo conſiſtat contractus, tradit Anchara.in conſil.ultim. in octauo dubio.

## SVMMARIVM.

1 *Debitum uel legatum quando ante tempus ſolui poſſit.*
2 *Dies & conditio in dubio fauore grauati cenſetur appoſita.*
3 *Hæres grauatus poſt mortem eius diſtribuere bona inter pauperes, uel tot puellas matrimonio collocare, an poſſit in uita ſua facere.*
4 *Cauſa principalis conſideranda eſt, non remota.*
5 *Eleemoſynæ liberant animas perſonarum.*
6 *Argu. de contractibus ad ultimas uoluntates quando ualeat.*

### L. XVII. PAVLVS.

CVM tempus in teſtamento adijcitur, credendum eſt pro hærede adiectum: niſi alia mens fuerit teſtatoris: ſicut in ſtipulationibus, promiſſoris gratia tempus adijcitur.

SVMITVR ex legibus per gl. allegatis.ſicque multos habet cõcordantes. Et ex quo tempus hæredis debitoriſque gratia appoſitum cenſetur,& fauori ſuo quilibet renunciare poteſt, infertur † debitum uel legatũ ante tempus,ſolui poſſe, niſi de intereſſe tertii uel creditoris agatur:ut hic per Decium hanc materiã examinantem.omnia ſunt dicta per Alexan.Are. Iaſon. & alios Moder. in l.qui Romæ.in princ.ff. de uerb. oblig.& in l.ſtipulatio iſta.in §. incertum.illo eo.titu.ubi alias limitationes,& plura in materiã tradunt: uide etiam in l.eum qui calendis.in §.fi.cum l.ſeq.ff.de uerbor.obligat. & in l.quod in diem. ff. de ſoluti. Corn.& Iaſo. in l. poſt mortem.C. de fideicom.ubi Corn. circa finem
2 dicit,†quòd quilibet dies & qualibet

bet conditio in dubio fauore grauati cẽſetur appoſita.per d.l. eum qui calendis.in §.j.& in §.quotiens. Ex prædictis etiam infertur ad deciſionem notabilis quæſtionis. 3 † Rogatus eſt hæres poſt eius mortem bona diſtribuere in pauperes Chriſti per eum eligendos, aut inter puellas uirgines:ut uiuus poſſit pauperes eligere,bona diſtribuere, & puellas matrimonio coniungere,renunciando fauori dilationis pro ſe introductæ: per uulgarem regulã l.ſi quis in conſcribendo.C.de pactis.& l.quod in diem.ff.de ſolu. Contrarium tamen firmauit Bar.in d.l.cum pater.in §. à filia.ff.de leg.ij.per illum text. ubi ille cui commiſſa eſt electio perſonę cum morietur,non poteſt ante tempus cum effectu eligere. quam opinio.ſecuti fuẽre Bald. Ange. de Peruſi.Imol.Roman.Salic.& Alex.eos referens in d.l.ſtipulatio iſta . in §. incertam.ff.de uerbo.oblig.& latiùs in l.ſed & ſi alio.quam legit cum §. ſi quis alio,l.recuſare.ff.ad Trebel. & Iaſ.in l.poſt mortem.C. de fideicomm.eò quia tale tempus non reſpicit merum hæredis fauorem, ſed pauperum qui uiui erunt tempore mortis hæredis,in quorum præiudicium ante illud tempus electiò fieri non poteſt per hæredem.argu. text. d.§.à filia.cum alijs præallegatis.Et hanc opinionem atteſtantur communem Alex.Iaſ.præalleg. & Deci. hic.& notabile uerbũ ſcribit Aquẽ. loco.ſ.alleg.ſeruari in practica opinionem Bartol.niſi in tali electione perſeueraret hæres uel executor poſt mortem hæredis:quia ualeret nõ ui electionis, ſed tacitę cõfirmationis: ut per Alexan.& Iaſ. in locis prædictis.& uoluit prius glo.in d.§.à filia & hanc eſſe ueritatem ipſam dixit Bald.in conſi.lxxv.uol.iij. Qui quidem Bald..in d.l. poſt mortem amplectitur contrariam opinionem tãquam æquam & probabilem : quia ſi teſtator cogitaſſet de uolũtate hæredis,hoc permiſiſſet fauore animę ſuæ:pro expreſſo ergo haberi debet. argum.tex.cum glo.in.l. tale pactũ . in §.fi.ff.de pact.Item quia tale legatum non uidetur in ſe conditionem habere:quia relictum uidetur intuitu diuini numinis,dicique quodam modò poteſt immortali Deo relictũ ergo non expectata morte de conſilio Epiſcopi poterunt pauperes eligi.iuxta illud Pauperes ſemp. habebitis uobiſcum:quia teſtator ad incertam perſonam ſingulariter non habuit affectionem, ſed ad genus perſonæ, ideſt, ad qualitatem paupertatis uel pietatis, quæ una & eadem eſt. Nec obſtat.§. à filia.quia ibi legatarij præmori poterant: hic autem non. Et iſtam opinionem ſequuntur Rapha. Comenſ. & Paul. de Caſt.in l.filiusfa.in §.diui.j.ff.de leg.j.Fulg.& Corn.in d.l. poſt mortem. quia ex quo pauperibus in genere fuit relictum,non uidetur tractari de alicuius præiudicio, ſi ante 4 mortem fiat diſtributio. † quod uerum non,uidetur, quia tractari poteſt de præiudicio pauperum, qui poſt mortem hæredis uiuent.ut præalleg. ſcribentes dixerunt. Pro iſta opinione conſuluit eleganter excellentiſſimus uir Petr.de Anchara. in conſi.ccij.col.fi.quia illa diſtributio quæ fieri debet inter pauperes poſt

mortem

mortem hæredis principaliter facta ſint pro ſalute animæ defuncti : & pauperes ſint ut cauſa ſecundaria & acceſſoria, nec curandum eſt multũ, dicit, qui ſint iſti pauperes præſentes uel futuri, ideo conſiderari non debet talis fauor, ſed fauor animę teſtatoris, cuius ſaluti ſi hæres celerius uult prouidere reprehendendus, inquit, non eſt, ſed commendandus, ꝙ citius quam teneatur, adimpleatur. per d. l. poſt mortem. cũ ſimilibus. Et reſpon. ad d. §. diui. quòd ibi principaliter intererat filijfam. non prius ſolui, ex quo exiſtente poſtmodum conditione ſui iuris eſſe poterat. In quæſtione præſenti, & ſi commodum diſtributionis bonorũ pauperes in genere concernat: non tamen hos uel illos. Item non princi-
5 paliter ſed acceſſoriè, † & conſiderãda eſt cauſa principalis ſiue proxima, non remota uel ſecundaria. l. mulier. ff. rerũ amota. l. ſi quis nec cauſam. ff. ſi certum peta. quia ergo
6 † p eleemoſynas & erogationes bonorum in pauperes Chriſti redimitur & liberatur anima teſtatoris. 13. q. 2. c. animæ. dubium non uidetur ꝙ hæres ut ſupra rogatus præuenire poſſit. quod etiam aliter nititur Anchara comprobare. Hanc opinionẽ ut ueriorem ſequitur hic Deci. ad idem citans Abb. in conſi. xj. libr. ij. quem etiam refert & ſequitur Barb. in apoſtilla ad Salic. in d. l. poſt mortem. hanc opinionem ſequitur etiã Ang. de Are. in tract. de teſtamen. in gl. ſuper uerbo eligendis. in fol. xvj. idem facit Aquen. in dict. l. ſed & ſi alio. in §. ſi quis ſub conditione. ff. ad Treb. licet præmiſſa non referat hanc partem magis rationabilem dicens, quando reſtitutio fieret ſine fraude ad bonum finem pro anima defuncti. id forte dixit per ea quæ ſcribunt Bald. in conſi. lxxv. & Pau. de Caſt. in §. diui præalleg. Ex quibus omnibus concludi poteſt hanc opinionem eſſe magis rationabilẽ, ueriorem, & communem. Primum probatur legibus, & rationibus prędallegatis. Fundamentum contrariæ partis & opinionis Bar. ſolum eſt in præiudicio pauperum uiuentiũ poſt mortem hæredis de quorum præiudicio uidetur agi. Sed reſponſio ex prædictis colligitur: quia cauſa pauperum non fuit principalis, ſed ſecũdaria & acceſſoria, neque ad hos magis quàm ad illos reſpexit teſtator, ſed ad Deum cuius intuitu legauit pauperibus, diſtributionemque fieri ordinauit poſt mortem hæredis, eidem proſpiciendo propter fructus interim percipiendos ab illo. Si ergo præuenire uelit renunciando utilitati propriæ & conſulendo animæ defuncti. Deumque colendo, abſonum eſt dicere cauſam futurorum pauperum, quæ fuit remota & ultima talem diſtributionem in uita hęredis faciendam impedire poſſe. Et cùm in ultimis uoluntatibus præcipuè defuncti uoluntas primum locum teneat. l. in conditionibus. ff. de conditio. & demonſt. Et talis præſumatur fuiſſe: nec de præiudicio pauperum conſideraſſe cenſeatur per prædicta, dicendũ eſt huic parti, ut communi & magis rationabili eſſe adhærendum. Quòd ſit etiam magis communis ex præalleg. ſatis dignoſci poteſt, ſi dinumerentur, ponderen-

derenturque doctor. tenentes iſtam partem.

Vltimò poteſt hic notari, ualere arg. de contractibus ad ultimas uoluntates, ita hic arguit Iuriſconſultus & in l. ſeruum filij. in §. cum qui chirographum. ff. de lega. j. ubi docto. tractant & latiùs Iaſo. in l. quæ de lega. eod. titu. & Dec. ubi limitat in c. in præſentia. column. xvij. de probatio.

SVMMARIVM.

1 *Legata, quæ purè uel in diem certã relicta ſunt, ad hæredem tranſmittuntur. Et cui acquirantur.*

2 *Hæc regula an loquatur de ſeruo uel filio.*

3 *Quæ ſit ratio quòd in legatis factis ſeruo uel filio inſpiciatur tempus exiſtentis conditionis: in ſtipulationibus tempus contractus.*

4 *In contractibus & ſtipulationibus quando inſpiciatur tempus contractus:*

5 *Spes conditionalis contractus quando tranſmittatur.*

L. XVIII. POMPONIVS.

QVAE legata mortuis nobis ad hæredem noſtrũ tranſeunt, eorum commodũ per nos, his quorum in poteſtate ſumus, eodem caſu acquirimus: aliter atque cum ſtipulati ſumus. nam & ſub conditione ſtipulantes omnimodò eis acquirimus, etiã ſi libertate nobis præſtita à dominis conditio exiſtat.

SVMITVR ex legibus citatis
1 in gl. Legata † igitur quæ ad hæredes tranſmittuntur: ut ſunt legata pura, uel in diem certum. l. ſi poſt diẽ. ff. qnand. dies lega. ced. acquiruntur eo caſu dicit Iuriſconſultus, his quorum in poteſtate ſumus: ergo ſecus eſſe ſentit, ſi legatum non ſit tranſmiſſibile: ut quia conditionale, uel in diem incertum: iuxta §. ſin autem aliquid. l. unic. C. de cadu. toll. tunc enim quò ad acquiſitionem inſpicitur tempus exiſtentis conditionis, & acquiritur exiſtenti ſui iuris. d. l. ſi poſt. in §. fi. Et iſtud uoluit ſub obſcurè hic Iuriſconſ. licèt non expreſſerit. ſed ſequentia per quæ declarantur præcedentia ſatis clarè indicant, dum ſubiungit, aliter in ſtipulationibus & contractibus. nam & ſub cõditione ſtipulantes omni modo acquirimus eis, etiam ſi libertate nobis præſtita à dominis cõditio exiſtat, ex quo datur intelligi ſenſiſſe ſuprà legatum talis naturæ eo caſu minimè acquiri dominis, aliàs non ſequeretur aliter in ſtipulationibus ſeruari. Et quicquid malè hic
2 ſentiat Dec. ſermo præſentis † regulę non eſt de filio, ſed de ſeruo. patet ex uerbis regulæ ibi, libertate à nobis præſtita. anteà ergo præmebat ſeruitus, fateor illud quod hic in ſeruis modo pdicto intelligẽdo dicitur locũ habere et in filijsfa. ut quò ad acquiſitionẽ legati cõditionalis facti filiofam. inſpiciatur tempus exiſtentis cõditionis. tex. eſt in l. ſi uxor C. de conditio. inſert. Et quòd regula

gula iſta nõ loquatur de filio,ſed de ſeruis,patet: quia Iuriſconſ. poſteà incontinenti ſubiunxit l.ſi filius.quæ loquitur idemq́ue diſponit in filio, quod ſuprà proximè dixerat de ſeruo: licèt in pluribus libris uideatur minimè fuiſſe.propterea gloſſ.ſuper ea lege nihil ſcripſit:ſed in antiquis codicibus inuenio eam legem quæ eſt ſituata in titu.de verb.oblig.etiã
3 hìc inſertam. Sed operępretiũ † eſt ſcire rationem diuerſitatis inter cõtractus & ultimas uoluntates. Et ſecundum Deci. uidetur eſſe eã: quia in ſtipulatione conditionali ſpes illa quæ ex futura cõditione habetur, ad hæredem tranſit. §. ex conditionali.inſtit.de uerb.obli. ſecus in ſpe conditionalis legati.prælleg.§.finautẽ. ideò nimirùm ſi potius acquiritur domino debitum ex ſtipulatione, licèt cõditionale quàm legatum conditionale mortuo ſeruo per regulã illius legis in princ.& ita priùs dixêre (licèt Deci.taceat) Rapha.& Imol.in d.l. filius. prout ibi circa fi. Alezan.refert dicens rationem aſsignari hic per Iuriſconſultum. Quæ conſideratio nõ ſatisfacit:tunc quia hic benè ponitur prædicta regula diuerſificãs ſtipulationes à legatis, ſed inquirimus rationem.Præterea tex. hic ad fi. loquitur proceditq́ue etiã quando uiuente ſtipulatore purificatur conditio, ſicque etiam ubi non agitur de tranſmiſsione ad hæredẽ, & domino acquiri dicit:ſecus in legatis cõditionalibus exiſtente poſtea conditione: quia inſpicitur tẽpus exiſtentis cõditionis ut prædixi: cur diuerſum?Item Iuriſcon.in d.l.ſi filius.de uerborum obliga.& in l.fin. ff.de ſtipul.ſer. aliam aſsignat rationem, cur ex cõtractu cõditionali in omnem caſum & euentum acquiratur domino. quia uidelicet in ſtipulationibus id tempus ſpectatur quo contrahimus: non autem rationem aſsignat,quia tranſmittitur. Quare autem magis attendatur & inſpiciatur tempus cõtractus, & initium in contractibus,quàm in legatis,in aſſignando rationem diuerſitatis plurimũ laborant doct.ut latè per Iaſo. in d.l.ſi filius. referentem quinque rõnes doctorũ, quę in puncto iuris ingenti cũ difficultate defenduntur. ipſe tranſit cũ ſolutione Raph. Comenſ. ꝙ contractus dicuntur habere potens & forte principium:cũ certum ſit debitum iri, ſiue ſtipulator uiuat purificata cõditione, ſiue mortuus ſit,quia in cõtractibus fit tranſmiſsio ad hæredem.d.§.ex conditionali. ideò lex ſtatuit attendi debere principium,& tempus cõtractus, ad illudq́ue tempus cõditionem retrotrahi:ſecus in legatis conditionalib. in quibus non eſt certum debitũ iri ſi contingeret legatarium præmori ante purificatam cõditionem: ut dictum eſt.ſicque mirum nõ eſt ſi fortior ſit ſpes in contractibus cõditionalibus,quàm in legatis.Sed quemadmodum ſuprà dixi, ratio hæc nõ eſt generalis,neque concludit,quando exiſtit conditio uiuo filio uel ſeruo tam in legatis quã in ſtipulationibus:cur in legatis inſpiciatur tempus exiſtentis conditionis, in ſtipulationibus tempus contractus? Hic enim de tranſmiſsione in hæredem non agitur,neque iſto caſu conſiderari poteſt fortitudo ſpei, de qua proxi-

proximè. Vnde gloſſ. in d.l.ſi uxor in fin. aliam aſsignat rationẽ: quia uidelicet in legatis nõ interuenit ali quod factũ filij uel ſerui.patet,quia abſenti,ignoranti,& dormiẽti legari poteſt,& ipſo iure eos acquiritur. l. cũ pater.§.ſurdo.ff. de leg.ij. ideò inſpicitur tẽpus exiſtentis conditionis,ſed in in cõtractib. factis per exiſtẽtes in aliena poteſtate interuenit factũ filij, uel ſerui:ipſe.n.qui facit & contrahit, & cùm uerſetur illius opera, ſitque eo tẽpore in poteſtate dñi uel patris,debet talibus acquiri propter patriã, uel dominicam poteſtatem: ut enim dicit text. not.in l.fin.ff.de ſtipul. ſer. quicquid contraxit ſeruus dum nobis ſeruiret, etiam ſi ſtipulationem contulerit in alienationem uel manumiſsionem ſuam nobis tamen acquirit,quia po teſtas eius tunc cum id contraheret noſtra fuit. Alexand. in d.l.ſi filius. in fin. hanc rationẽ reprobat dicens eſſe contra l.fin. ff. de donati. cauſ. mort. ubi in donatione cauſa mortis idem quod in legato eſſe dicitur & tamen duorum conſenſu perficitur.l.inter mortis. eod. titul. & fuit Bart.in dict.l.fin.uide latiùs Iaſo.in d.l. ſi filius. ubi etiam aliud argum. Bart.in contrarium factum reſoluit & tandem tranſit cum iſta ratione uti minus periculoſa:& ita communiter tenẽt doct.ut per Bal.Sal. Rapha.& Corn. in d.l.ſi.uxor. factum enim filij, ut doct.dicunt, conſideratur in contractibus: quia eo inuito acquiſitum auferri non poteſt.l. ſicut.C. de act.& oblig.& l.id quod noſtrum.ſuprà eod. ideò quæſitum ex contractu,ſiue ſit purũ, ſiue conſiſtat in ſpe, acquiritur ei ſub cuius eſt poteſtate. & ſi ſui iuris eſt.tranſfert in ſuos hæredes: ut hac.l.& d.§. ex conditionali, ſed in ultimis uoluntatibus non acquiritur ex facto meo,ſed ex ſola uoluntate dantis,& non dicitur mihi quæſitũ, niſi cum ita datum eſt, ut fiat meum.l. liber homo.§. ita ſcriptum. ad fin. ff. de hæredit. inſtitut. ideò cum propriè nihil mihi quæſitum ſit, alteri non quæro, nec moriens tranſmitto, ſecundum Rapha.& Corn. præalleg. Et ad rationem Bart.& Alexand.de donatione cauſa mortis, ubi interuenit factũ donatarij filij uel ſerui: & tamen quò ad acquiſitionẽ idem eſt quod in legatis. Reſponde diſtinguendo, ut per Comen.& Iaſo.loco præalleg.uel quod factum filij & ſerui tunc eſt adeò debile, ſecũdum Sali. quòd non conſideratur: cum reuocatio dependeat à ſola poteſtate relinquentis.ſed gloſ. in dicta.l.ſi uxor.loquitur de tali facto & contractu,cuius reuocatio non eſt in poteſtate contrahentis cũ filio uel ſeruo.

4 Ampliari † autem poteſt, & limitari multipliciter prædicta regula, quòd in ſtipulationibus & contractibus inſpiciatur tẽpus contractus: ut per Iaſo. & alios in d.l.ſi filius.& Socin.in conſi.clxxxiij. ſiue xxxj.incipi. eleganter,in ſecunda parte. Et

5 etiã † quæ dicta fuerunt de ſpe conditionali contractus, quæ tranſmittitur, & quæ fortior uidetur propter conſenſum duorũ, limitari poteſt:ut per Dec.in cõſi.ccccxliij.col. fin.& in l.j.colu.v. & vj.C.de pact. Circa oppo.gloſſ. hic uidenda ſunt quæ ſcribunt doct.in d.l.ſi filius.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Admittens fideiuſſorem nõ idoneum ſibi præiudicat, & num.7.*

2 *Qui cum alio contrahit, quod certus eſſe debeat de conditione & qualitate contrahentis. Limita num.11.12.13.14.17.*

3 *Reuocatio mãdati debet intimari & notificari: alias contrahentes excuſarentur. l. Sed & ſi pupillus. §. pro ſcribere. ff. de inſtit. ornatur.*

4 *Ignorans & dubitans licet æquiparentur, non tamen habent locum in contrahente.*

5 *Contrahens cum alio præſumitur ſcire qualitatem eius.*

6 *Creditor agens contra emptorẽ hæreditatis non idoneum, nõ poteſt de rigore iuris ad uenditorem redire.*

8 *Ciuilitatem acceptans, cenſetur cum onerib. ciuium illius loci acceptare. L. ſi duo. ff. de acqui. hæred. ornatur.*

9 *Bannitum occidens banno exiſtente nullo quando puniatur.*

10 *Statutum, quòd uxore decedente ſine liberis maritus lucretur dotem, habet locum ea ignorante.*

15 *Neceſſitate cogente ſuccurritur: ſecus ſi quis ponat ſe in neceſſitate.*

16 *Argumentum de contractu ad quaſi, habet locum quando eſt eadem ratio. Et quid de diſtractu.*

18 *Mulier ſoluto matrimonio conſequitur in ſubſidium bon. à uiri fideicõmiſſo ſubiecta, dato quòd ignorauerit fideicommiſſum.*

19 *Paria ſunt eſſe, uel eſſe debere. Et argum. de eſſe, ad poſſibile an ualeat.*

02 *Sponte factum quando dicatur, Et nume.21.*

22 *Clauſula motu proprio an operetur facta conceſſione ad poſtulationem alicuius.*

L. XIX. VLPIANVS.

QVI cum alio contrahit, uel eſt, uel eſſe debet nõ ignarus conditionis eius: hæredi autem hoc imputari nõ poteſt, cùm non ſponte cum legatarijs contrahit.

EST ualdè utilis & ad infinitas quæſtiones hæc regula citari ſolet. Sumi potuit ex l. penu. ff. ad maced. ubi gloſ. hanc regulã adducit. Item ex fin. l. iij. ff. de fideiuſ. ubi † admit-
1 tens fideiuſſorem nõ idoneum ſibi præiudicat: imputareque debet: quia idoneũ probare uidetur. de quo latè per Alex. in l. ij. ad fin. in princ ff. qui ſatiſd. cog. & in cõſi. lx. lib.5. Sumi etiã potuit ex l. j. ff. ſi quis in ius voc. ſecundùm uerũ intellectum, ut ubi p Bart. & Pau. de Caſt. & Mod. ubi fideiuſſor nõ idoneus fori priui legiò pro non dato habetur, quãdo aſſertũ fuit eum eſſe idoneum, aliàs ſecus: quia imputatur recipienti ſi qualitatem & conditionẽ illius non inueſtigauit. In hoc princ. Iuriſcon. primò ponit regulam, ſecuudò excipit caſum in quo nõ procedit, dum ait, hæredi autem, &c.
2 Notandum igitur eſt primò, † ꝙ ille qui cum alio cõtrahit, debet eſſe certus de qualitate & conditione ſecũ contrahentis, ita ꝙ ſi de hoc nõ inueſtigauit, neque explorauit, ſeque non certificauit, imputandũ eſt ſibi

ſibi, iuribus ſuprà alleg. hocque uult etiã hæc lex dum ſubiungit, hæredi aũt hoc imputari nõ põt: ergo regulariter hoc imputatur cõtrahenti, ſi nõ fecit. Et per hãc regulã infertur, ꝙ contrahentes cũ propoſito alicui negotiationi, uel ſocio, debet diligẽter ſe informare de qualitate & cõditione ꝑpoſituræ & ſocietatis, aliàs ſibi imputatur: maximè ſi contraheret finita poteſtate uel ſocietate: ut per Pau. de Caſt. in l. j. §. non aũt. ff. de exercit. & in. §. conditio. l. j. ff. de inſtitut. & in conſil. cccxxxv. uiſis in antiquis. quẽ hic refert & ſequitur
3 Dec. ſi † tñ à principio ſocietatis cõtractus fuerit ſine tẽporis præfinitione, aut limitatione, tũc ex quo contrahentes ſciunt uel ſcire præſumuntur, ꝙ ſimpliciter & quãdocunque ſecundũ formã dicti mandati cõtrahere poſſunt, reuocatio uel limitatio intimari notificarique debet: iuxta tex. l. ſed ſi pupillus. in. §. de quo. & in §. proſcribere. ff. de inſtit. aliàs excuſarétur, ne remaneãt decepti ex reuocatione, aut limitatione ſubſecuta abſque corũ culpa, ita notáter Pau. de Caſt. in d. conſil. cccxxxv. Et ultra pro intelligẽtia & declaratione illius not. §. pſcribere. uide Sign. in conſ. lix. Ioã. de Ana. in conſi. 25. cũm ſcriptis ibidẽ in apoſtilla. Fgli. omninò in c. ex parte decani. colu. xiij. & xv. de reſcr. Guidonẽ Papę in q. ccxlij. & Areti. in l. j. colu. iiij. ff. ſi
4 cert. pet. Hinc etiã eſt, ꝙ † licet dubitans & ignorans æquiparentur: hoc tamen, ſecundũ Dec. hic poſt Baldũ nõ habet locum in cõtrahente cum alio, quia ſi dubitat, ſe informare & certificare debet, ſed ipſemet Dec. in l. quandiu. colu. j. C. qui admitti, dicit eam rationẽ locũ quoque habere in ignorante: quia ita lex a Bald. allegata dicit certũ eſſe debere, ergo nõ excuſatur. ita etiam prius uoluit Lancel. Dec. in l. j. col. iij. C. de pact. referens ita uelle Bal. in §. perſonã. hic per Deci. allegat. ſed male, quia contrariũ dicit, & prout hic refert Dec. Bald. in errorẽ labitur per regulam iſti. Et inde etiã eſt, ꝙ † in dubio ille qui cum alio quid gerit, præ 5
ſumitur ſcire qualitatem eius. l. ſi patronus. cum Bart. ff. de confirma. tutor. cap. innotuit. cum gloſ. de elect. & tradit Aret. in l. ij. in princ. in penult. colum. ff. ſoluto m itr. dum ait, in dubio præſumi creditorẽ ſciuiſſe debitorem ſibi delegatũ fuiſſe inopem, imputarique ſibi ſi ante conditionem illius non explorant, quoniam eum recipiendo uti idoneum approbaſſe uidetur, per hãc regulã: niſi probet creditor iuſtã eius ignorantiam, aut fuiſſe ſubductum per perſuaſionibus principalis delegantis, qui aſſeruit delegatum debitorem idoneum eſſe: iuxta §. abeſſe. l. inter cauſas. ff. mand. & ſequitur Aquen. in l. ij. C. de pact. dum inquit, quod
6 † ſi emptor hæreditatis non ſit ſoluendo, & creditor hæreditas egerit contra eum, de rigore iuris non poterit ad uenditorem redire: cùm in dubio facultates eius ſciuiſſe præſumatur, cum quo contrahebat, & aliàs ſit eidem imputandũ per iſtam regulam noſtram. Ex æquitate tamen per replicationem, ait, ſubueniri creditori ignoranti, ne debitor qui pecuniam accepit, cum aliena iactura locupletetur. Et quod dictum

ctum eſt de recipiente inopem debi
7 torem delegatum, † idem eſt in admittente fideiuſſorem non idoneũ facultatibus, aut fori priuilegio, ut in ſuperioribus ſcripſi: & latè tradit Alexan. in conſi. lx. uolumi. v. niſi interuenerit dolus præſtantis fideiuſſorem, qui affirmauerit, puta fideiuſſorem idoneum, aut iuſtiſsima ignorantia recipientis: ut quia fideiuſſor cõmuniter reputabatur idoneus: ut ibi per Alexand. de quo latius in limitationibus inferius dicã.
8 Hinc etiam eſt, q † acceptans ciuilitatem in aliquo loco, ſe obligaſſe cẽſetur omnibus oneribus ciuium illius loci, dato, quòd onera illa ignoraret. quia ſibi imputet, cur nõ perquiſierit & inueſtigauerit: ut hac lege, & l. ſi duo. ff. de acquiren. hęred. cum ibi notatis per doctores, & per Alexan. in conſil. ciij. uiſis ſcriptis. colum. ij. libr. ij. Anchar. in conſilio viij. colum. fina. Barba. conſil. lxxiij. colum. penulti. libro iiij. Socin. conſi. xcvij. colum. penul. & finali uolu mi. j. facit. l. Gaius. ff. de manumiſ. & l. cùm quæritur. ff. de adminiſtra. tuto. quæ omnia ſignanda ſunt ad
9 d. l. ſi duo. Dicimus etiam † quòd occidens bannitum, quando bannũ uiribus non ſubſiſtit: puniri debet ac ſi occidiſſet non bannitum, quãdo notitiam habuit nullitatis banni: ſi autem ignorauit talem nullitatem, tunc ſecundum receptiorẽ ſententiam, non excuſatur, quin ſaltem teneatur arbitrio iudicis. Quia ſi ille qui cum alio contrahit, non excuſatur, ſi non eſt diligens in perquirendo & inueſtigando conditionẽ perſonæ illius, ut in regula noſtra, multò magis, qui alium propter aliquam illius conditionem occidit, certus eſſe debet de conditione ſuæ perſonæ: ut per Barto. in l. fina. ff. de adulterijs. Alex. conſil. xvij. colum. j. libro tertio. Paulum de Caſt. in cõſilio xxxiiij. licèt iſta, in antiquis. niſi iuſta excuſationis cauſa ſubeſſet. propterea concludit Pau. de Caſtro ibidem, non puniri occidentem bãnitum, qui habebat ſaluum conductum, de quo occidens ignorabat. Licèt enim ubi maius eſt periculũ, cautius ſit agendum. c. qui periculũ. de electio. in ſexto. ei tamen nõ imputatur, ſi propter iuſtã cauſam aliter non inueſtigauit in pœnis infligendis, licet quò ad acquiſitionem ſibi fiedã imputari forſitan poſſet: ut ex hac regula, inquit Paul. Quæ tamen differentia non eſt bona: ut hic per Dec. & ex prædictis confunditur maximè ex notatis per Alexã. in præalleg. conſi. lx. & infrà dicendis. Facit quod ſolemus dicere de contrahente cum aliquo, qui pro idoneo illum approbare uidetur, & in culpa fuiſſe, ſi diligenter de conditione illius non inueſtigauit, per hanc regulam. & præalleg. §. abeſſe. ideò audiri nõ debet inopiam, quæ tempore contractus ſuberat, allegãdo unà cum ignorantia talis inopiæ ac ſuſpitionis, & illius capturã petendo, niſi iuſtificet deteriorationem conditionis ſuperueniſſe poſt contractum: ut conſuluit latè Alex. in conſi. xix. uolum. iij. Niſi, ſubiungit, affirmatum ſibi fuiſſet idoneũ eſſe contrahentem contra ueritatẽ: uel iuſtiſsima ſubeſſet ignorantia: ut per eundem Alexan. conſil. lx. libro

bro quinto, & per ſubtilem Aretin. in princ.l.ij.colum.penult. ff.ſoluto matrim.dum quærit, ſi tẽpore contractus erat quis ſuſpectus, uerùm cauſa ſuſpicionis ignorabatur ab eo qui ſecum contraxit, an poſsit poſtmodum iurari ſuſpectus, petique quod detineatur? Bart. in l. quæſitum.ff.de pigno.tenuit,quòd ſic: id quod concedi poteſt, dicit Aretin.ſi ita erat cauſa occulta, quòd etiam ab inquiſitore diligenti probobiliter ignorari potuiſſet: ut in ſimili dicitur in l.de ætate.in §.ex cauſa ff. de interrogator. actionib. aliâs doctrina non uidetur tuta: cùm poſsit illi imputari, ſi diligenter conditionem & qualitatem contrahentis ſecum nõ inueſtigauit,intelligereque curauit.& uerè confunditur ex præalleg. & dictis per omnes Moder.in princ.d.l.ij.ſoluto matrimonio.

10 Hinc eſt etiam, † quòd per mortem uxoris abſque liberis maritus lucratur dotem, quando ſtatutũ loci uiri ita diſponit, quamuis mulier huiuſmodi ſtatutum dotis lucrãdæ ignorauerit: quia ſibi imputatur ſi de hoc diligenter nõ perqniſiuit & explorauit,per hanc regulam:ita latè Decius in conſil.xix. niſi excuſaretur ex probabili cauſa, ut quia ſibi dictum aut perſuaſum fuiſſet ꝙ cõciuis ſuus eſſet: ut ibi per Decium, per Aquen.& alios in l.cum quædã puella.in princip.ff.de iuriſdictione omnium iudicum. Moder.Tauriñ. in l.cunctos populos.col.fin.chartæ penult.C.de ſumma trinit. & plenè per Curtium Iuniorem in l. exigere dotem.colu.penult.ff.de iudic.

Ex prædictis colligũtur nõnullæ
11 limitationes ad hanc regulam. † In primis ſi ignorantia eſſet multũ probabilis & iuſta,excuſaret cõtrahens, etiam quòd aliter non inueſtigaſſet rei ueritatem:ut per Alexan.in præallegat. conſil.lx. & Paul. in conſil. xxxiiij.dum uult excuſari bannitum occidentẽ,licèt haberet ſaluum conductum,propter iuſtam ignorantiã. & per Aret.in princ.d.l.ij.in penultima colu.& eſt ad propoſitũ textus notabilis in l. ſi quis patremfamil. ff.ad Macedonianum,qui uult ceſſare Macedonianũ, ubi quis mutuauit filiofamiliàs qui ſic agebat,ſic cõtrahebat, ſic muneribus publicè uti paterfamiliâs fungebatur. De quo uide quę ſcripſit Ancharanus in cõſilio xlix. & lxiij. Paulus de Caſtro in conſilio clxxiiij.colum.fin.in antiquis. Alexander conſilio centeſimovigeſimo, columna ſecunda, & clxij. columna quinta. Iaſo. in l.eſt receptum. columna fin.ff.de iuriſdictione omnium iudicum, & Decius in l. ſi emancipati. colum. ſecunda. C. de collationibus. & hanc limitationem poſuit hæc gloſſ. dum ait, quem excuſari propter communem errorem.l. Barbarius. cum ibi not. ff.de offic. præto.

12 ¶ Secundò limita, † niſi interuenerit dolus contrahentis,& deceptiua perſuaſio:ut per Alex.in præalle. conſil.lx.Dec.conſil.xix. & Aquen. aliosque id d.l. cùm quædã puella.

13 Tertiò limitita, † niſi in caſu poſito per Aquen. in l.ij.C.de pact. & retuli ſuprà nume.6.

14 Quartò limita in † hærede contrahente cum legatarijs per aditionem hæreditatis, quia non ſpon-

te contrahit. Hanc limit. ſubiunxit Iuriſcõſultus, quaſi ceſſet ratio à iure aduerſus contrahentem conſide-
15 rata. Facit, † quia & ſi non ſuccurratur ei qui ſe in neceſsitatẽ coniecit, ſuccuritur tamen ei quem coëgit neceſsitas. l. ſi fideiuſſor. in §. ſi neceſſaria. cum ibi nota. ff. qui ſatiſda. cogan. quia neceſsitas non habet legem: ut in l. j. ff. de offic. cõſul. Barb. latè in cap. quanto col. v. de cõſuet. Sed eſt difficultas caſum ponere in quo poſsit exemplificari hæc limitatio. Gloſſ. noſtra exemplificat in hærede perſoluente legatũ pupillo, qui liberatur etiam ſi non inueſtigauerit cuius ætatis eſſet. Sed Bartol. reprobat: & eſt herclè contra caſum l. pupillo ſolui. ff. de ſolutio. Item in hærede perſoluẽte militat ratio Iuriſconſulti hic: quia debuit inquirere, uidere, & explorare, cuius qualitatis & conditionis eſſet ille, cui ſoluebat: quod ſi non fecerit, eſt quod meritò poſsit eidem imputari, tanquàm ſi pecuniã in mare proiecisſet: ergo militabit etiam regula legis noſtræ. Et iſte quaſi contractus qui celebratur inter hæredem & legatarium, iuxta hunc text. cauſatur per ſimplicem aditionem hæreditatis ex iuris diſpoſitione, licèt nullum negotium cum defuncto, uel cum hærede legatarius geſſerit. l. apud Iulianum §. fin. cum l. ſequen. ff. quib. ex cauſis in poſſ. eat. & §. hæres quoque. inſti. de oblig. quæ ex quaſi cõtract. ita ꝙ mirum nõ eſt, ſi eidem, ut hîc ait Iuriſconſultus, non imputatur, ſi de cõditione legatariorum ſe non certificauit, cum nullum negotium propriè cum illis geſſerit, ſed in conſequentiam media hæreditatis aditione per §. fin. d. l. apud Iulianum. ſed nihil eſt: & ibi uerbũ nullum de exploratione cõditionis ſecum contrehentis. Tandem gl. poſuit aliud exemplum ibi. poteſt etiã elegãtiſsimè poni, ſed nõ procedit, quia hîc dicitur imputari nõ exquirenti qualitatem & cõditionem ſecum contrahentis, præterquàm in hærede cum legatarijs contrahente, quia non ſpontè contrahit. in caſu & exemplo gloſſ. non agitur de aliqua qualitate & conditione ſecum contrahentis exploranda, ſed de re debita uel promiſſa.

Vnde conſiderabam poſſe exemplificari, quando quis prohiberetur ſub pœna cum bannito contrahere, ꝙ licèt eſſet factum legatum bannito, & ex poſt hæres adiret hæreditatem, ſicque cum legatario contraheret, qui reperitur bannitus: quia nõ ſpontè contrahit, excuſatur, ſibique, hic dicit Iuriſcon. imputari nihil poteſt. Et locum ſibi uẽdicat prædicta limitatio, quæ de legatarijs loquitur, etiam reſpectu creditorum: ut hîc per Decium in verſic. quantùm tamẽ ad iſtam regulam. quod mihi non placet. Quia & ſi nihil ei poſsit ex ſua perſona imputari per rationẽ text. noſtri, imputari tamen poteſt ratione obligationis per defunctum contractæ, quæ ex perſona ſucceſſoris immutari nõ debet. l. ij. §. ex his ff. de uerb. obliga. cuius quidem defuncti perſonam repræſentat hæres. §. j. in authen. de iureiurand. à mor. præſt. niſi caſum poneres in obligatione cõtracta cũ eo, qui ex poſt bãnitus fuit, cum quo per aditionem hæredi-

hæreditatis hæres, ut prædixi, contraheret: tunc enim nec ex perſona defuncti, neque ex propria, cũ ſponte nõ cõtrahat, imputari ſibi poteſt.

Ex quibus uidetur poſſe colligi,
16 † quòd diſpoſitio loquens de contractu, non habet locũ in quaſi contractu, niſi eadem omnino militaret ratio: ut hic per Decium & latius Iaſ. in l. more. colu. iiij. ff. de acquir. hæredit. & in l. ſiue apud acta. col. ij. C. de tranſact. Roman. in conſilio. cclxxx. Comen. conſil. clxxvj. Areti. conſil. liiij. Deci. c. qua fronte. col. ij. de appellat. ubi etiam tangunt quid de remiſsione, liberatione, & diſtractu, & an ſtatutum loquens de contractu locum habeat in diſtractu.

17 Quintò limita iſtam regulã † nõ procedere in mulieribus, ut uidetur probari in l. fin. ff. qui pet. tut. dum ait, quòd inquirere de conditione hominis potius eſt uirile officium, quàm fœmineum. Sed mod. Pap. in l. exigere dotem. col. penult. ff. de iudic. hanc limitationem periculoſam putant: quia mulier non excuſatur a iuris ignorantia, niſi in caſibus à iure expreſsis. l. fin. ff. de iur. & facti ignor. ideò non excuſatur ab ignorantia iuris notorij poſiti in d. l. exigere. quòd in dote reſtituenda attendatur domicilium mariti, eique ſit imputandum, ſi non inueſtigauit ſcire & intelligere, quid in hac materia diſponerent ſtatuta loci mariti. Et iſta eſt communis, receptaque à doctoribus ſententia, ut in ſuperioribus probaui. Corrobora, ponderando uerba regulæ dicentis, qui cum alio, quæ tam maſculũ quam fœminam complectuntur, maximè in materia indifferenti. l. j. cum ibi nota. ff. titu. proximo. l. ait diuus. ff. de iure fiſc. tradit Decius in l. fœminæ. colum. præantepeu. ſupra eod. tit. & ad §. fin. d. l. vltimæ. ff. qui pet. tut. licèt præfati Mod. non reſpondeant. Dic, quòd nihil facit, quia loquitur in accuſatione ſuſpecti tutoris, ad quod agendum fœminæ non aſtringuntur, quæ ſecundum iuris regulas ab huiuſmodi officijs in iudicijs exercendis remotę ſunt, dicta l. fœminæ.

Reſtringe tamen, & ſublimita
18 † prædicta, ut notanter per ipſum Curtium Iuniorem in conſ. lix. col. fin. dum concludit, quòd licèt non inueſtigauerit an bona uiri, cũ quo contrahebat, eſſent fideicommiſſo ſubiecta uel ne, in caſum reſtitutionis dotis: poteſt manum ponere ad fideicommiſſo ſubiecta pro conſecutione reſtitutionis ſuæ dotis, quãdo alia bona non ſufficiunt, non obſtante hac noſtra regula, rationibus ibi per eũ adductis, & per Crot. in repetit. §. diui. in viij. quæſt. colu. ſecunda illius quæſtionis.

Secundò not. ex text. ibi uel eſſe
19 debet. quòd † paria ſunt eſſe, uel eſſe debere. Intellige ſecundum ſubiectam materiam quantùm ad imputandum alicui, qui de conditione, uel qualitate aliqua ſecum contrahentis certus eſſe debebat. quædã ſimilia congerit Dec. hic, & in l. quod te. in iiij. nota. ff. ſi cert. petat. & in l. quãdiu. ſa j. C. qui admitti. & Iaſ. in l. ſi per errorẽ. in. ij. not. ff. de iuriſd. omn. iudic. De eſſe autem ad poſſe, non tenet argumentum, ut. n. dicunt etiã Theologi, multa ſunt quę

de ſic,eſſe,ſunt hæretica, quorũ oppoſitum de poſsibili eſſet hæreticũ. ſicuti dicere patrem incarnatum de ſic eſſe, hæreticũ eſt patrem autem poſſe incarnari, non ſolùm non eſt hæreticum, ſed eius oppoſitum hæreticum eſſet:ut per Ioan. Picum in ſua Apologia in princip. vj. quæſt. & in ix.quæſt. ubi tamen potentia reducenda eſt ad actum illud,quod eſt in potentia, ponitur per actum, perindeque ac ſi eſſet in actu:ut declarat Nicol. de Lyra. Ioannis cap. xj. ſuper eo loco: ut filios Dei qui erant diſperſi cõgregaret in unũ.loquitur enim etiam de gẽtilibus,nec erant adhuc filij Dei actu,ſed in potentia ad actũ reducenda, quia erãt prædeſtinati: ſecundum Nicol. de Lyra ſuper illo euangelio,quod dici & recitari ſolet in ſexta feria poſt dominicam de Paſsione.

20 Tertiò nota, † quòd non dicitur ſponte cõtrahere & ſe obligare, qui ex quaſi cõtractu per interpretationem iuris obligatur: ut hîc per Decium, & ratio poſſet aſsignari:quia ipſe propriè nullum negotium cum legatarijs uel creditoribus hæreditarijs gerit.§.hæres.inſtitut. de oblig. quę ex quaſi contractu.ſed à lege in tales obligationes conijcitur. Et ſecundum Deci.hîc contra Ancha.fa-

21 ctum † ſpontè dicitur etiam illud, quod eſt factum ad petitionem alicuius, per text. l. ij. C. de pact.ubi Deci. met in notab. idem repetit. Quod confirmari poteſt per hunc text. uolentem non poſſe dici illum ſponte facere, quem lex cogit & arctat: qui ergo non eſt arctatus,licèt requiſitus,poteſt dici ſponte facere. Secundum tamen grammaticos & oratores ſpontè fieri dicitur, quod fit ſine requiſitione, ut ſpontè equũ tibi donaui,idest non requiſitus: & ſic uidetur idẽ importare quod motu proprio. De quo unum notabis,

22 quòd † clauſula motus proprij ſuos operatur effectus,etiam ſi conceſsio emanauerit ad ſupplicationem alicuius: ut quia dicatur, talis nobis ſupplicauit: ut exceptionis priuilegium concederemus, cui id etiã motu proprio concedimus; ita Bald.in cap. niſi.colu.j.de offic. leg.Ex quo non eſt nouum quòd in mẽte concedentis cadât duo motiua: & in dictis uerbis non eſt repugnãtia.quod diligenter dicit eſſe not. Pariſi.in c. accedentes. circa fin. de præſcript. Gloſſator hîc nimium prolixus & uerboſus fuit cum exigua utilitate & magna ineptitudine: ideò non inſiſto.

SVMMARIVM.

1 *Exceptione doli repellitur ille,cui uoluntas teſtatoris refregatur.*
2 *Exceptionis doli ſunt quinque ſpẽs.*
3 *Propter dubium cõpetentis exceptionis utile eſt opponere exceptionem generalem doli.*

§.NON ſolet doli exceptio nocere is,quibus uoluntas teſtatoris non refragatur.

SVMITVR ex l.purè.in princ. ff.de except.dol. & l.apud Celſum. in §. prętereà. & §. ſi quis ex uncia. eod. tit. ubi glo.ad hanc regulã ponit exemplũ in caſu ipſius.§.prætereà.

1 cà. Quando autem † uoluntas teſtatoris refragatur, tunc nocet doli exceptio. l. fin. §. auus. ubi pulchrũ ponitur exemplũ, de except. doli. Deci. hic alia duo exempla ponit. alia addi poſſent, ſed prædicta ſufficiũt. Et generaliter, inquit Dec. repellit exceptione doli, qui debitũ petit, quod exceptione aliqua elidi poteſt. l. ij. §. generaliter. ff. de except. doli. uide pleniùs practicum Papien. in forma libel. reſponſionis rei conuenti. in gloſſ. doli exceptione. ubi declarat
2 † quinque ſpecies exceptionis doli. quarum ultima eſt iſta, quæ datur in locum cuiuſcunque alterius exceptionis, & pro quacunque exceptione. d. §. & generaliter. & l. ſi ex cautione. cũ glo. C. de non nume. pecu.
5 Et exiſtente † dubio de certa ſpecie exceptionis, dat conſiliũ, ꝙ opponatur generalis hæc exceptio doli, quæ pro ombibus ſufficit. & in proceſſu liquidetur certa ſpecies exceptionis, ſolutionis, exempli gratia, uel pacti de non petendo, aut iuriſiurãdi, ſeu præſcriptionis, uel ſimiliũ. Tandem ſi dicas, qũo facit ad propoſitum hic noſter. §. in præſenti materia, & lege reſponde dictũ fuiſſe ſuprà in regula illi imputari, qui de cõditione & qualitate ſecũ cõtrahẽtis nõ inueſtigauit, ſicque obeſſe illi generalẽ doli exceptionẽ: ſecùs quando nihil põt imputari, prout in hærede, qui ſponte non contraxit cum legatarijs: cõtinuando, ſeu ſubordinando materiam, ſubiunxit Iuriſconſultus doli exceptionem pariter non obeſſe i lis quibus non refragatur teſtatoris uoluntas: ſecùs quando refragatur.

SUMMARIUM.

*Libertatis cauſa ſemper, & ubique præcipua fuit. & largo modo dicitur pia cauſa. nume. 2.*
3 *Eadem determinatio duo determinabilia diuerſimodè determinat in libertate.*
4 *Dictio, intra, quid ſignificet.*

L. XX. POMPONIUS.

QVOTIENS dubia eſt interpretatio libertatis, ſecundum libertatem reſpondendum erit.

SVMPTA fuit præſens regula ex legibus per gloſ. alleg. necnon ex l. inter pares. ff. de re iudic. cũ ſimil. ut enim ait gl. infinita exempla po-
1 ni poſſunt: cũ † libertatis cauſa ſemper & ubique præcipua fuerit: ut de cauſa dotis dicitur in l. j. ff. ſolu. matrimonio. adeò ꝙ cauſa libertatis dicitur pia, fauorabilis, & publica. Vnde libertati magis quàm reo fauendum eſt: ut hic per Deci. materia eſt uulgaris, & cunctis obuia, idcircò plura non inculcabimus.
2 Nota tamen quòd † cauſa libertatis dicitur pia largo modo, non propriè: cùm non reſpiciat animã: ideò diſpoſita in cauſa libertatis locum habent etiam in cauſa pia, ſed non econtrariò: quia eſſet arguere de minori ad maius, quod non licet: ut poſt alios nouiſſimè tradit Deci. in l. captatorias. colu. fin. C. de teſtam. mil. Signabitis etiam elegantem tex. alleg. per gloſſ. in l. ſi ita ſcriptum fuerit. ff. de manumiſ. teſtamen. pro-

3 bantem, quòd † eadem determinatio duo determinabilia diuerſimodè determinat, quãdo in illis eſt diuerſa ratio: prout ibi in libertate reſpectu alterius legati: ut per Socin. in conſil.v.colu.fin.lib.iiij.ubi poſt Benedict.de Plumb.not.ex illo tex. quòd quando unum ex ſpeciali priuilegio cõtinet maiorem fauorem, non fit æqualis determinatio.

Eſt etiã not.text.allegat.per gloſſ. in l.ſi ita fuerit libertas relicta.in §. fin.de manumiſ.teſtam.quòd alicui relicta libertas intra annum, poſt mortem teſtatoris ſtatim competit, hocque fauore libertatis,non ex na-
4 tura illius dictionis, † intrà: cùm regula ſit,quòd qui intrà certum tempus quid facere tenetur, licitè facit etiã ſi ultima die determinati temporis id egerit: caſus eſt not. in l.ſi quis ſic dixerit, ſuprà tit.præcedẽti. & conſuluit Roman. in conſil.cxxj. ✱ ſuper iſto. ✱ Poſtremò nota toties & quotiens enim, literam interpoſitam dici poſſe, & ſimiliter fine.n. ut per Politianum epiſt.78.lib.5.]

SVMMARIVM.

1 *Qui poteſt aliquem occidere,à fortiori uulnerare,& contumelys afficere poterit. Et quid in bannito mortuo. nume.2.*

3 *Si uinco uincentem te,à fortiori uinco te.limita nume.14.*

4 *Pater propter famem poteſt uendere filium; à fortiori pignerare eum. L.ij.C.de patri.qui fili. diſtra.quomodò intelligatur.*

5 *Mulier bãnita licèt poſſit occidi,non tamen adulterari.*

6 *Epiſcopus,qui ſub pœna ludum prohibuit,ſi ludit, nõ incidit in pœnã.*

7 *Argumentum à maioritate rationis ualet. limita nume.7.8.9.10.11. §. latrunculator l. ſolemus ff. de iudic.ornatur.*

L. XXI. VLPIANVS.

NON debet cui,quod plus eſt,licet, quod minus eſt, non licere.

ISTA regula eſt clara: ſumique potuit ex iuribus per glo.alleg.& ex l.in actionibus.in §.j.vbi Iaſo.in ij. not.ponit.ff.de in litem iur. & ex §. ſed qui.l.nec in eã.ff. de adult. cum multis ſimilib. hæc regula eſt etiam poſita in c.cui licet.de reg.iur.in vj.

1 Infertur ex hac regula, † ꝙ qui poteſt aliquẽ occidere, fortiùs ſeu multò magis poterit illum uulnerare,& cõtumelijs afficere.d.l.nec in ea, ſecundum Dec. hîc,& Alex.in conſil. xxiiij. circa fin. ubi caſum uulneris, ſub caſu mortis etiam in ſtatutis dicit comprehendi.& latiùs tradit Iaſ. in l.in actionibus.col.iij.ff. de in litẽ iur.& in l. in ſuis,not.iiij. & ult. ff.de liber. & poſth.per iura prædi-

2 cta.Quod intellige † de bannito uiuente,qui ſi poteſt offendi in perſona magis in bonis:ut ibi per Iaſ.ſed quando eſſet mortuus,dixerunt aliqui, ꝙ licet ex forma ſtatuti bannitus impunè offendi poſſit: licitũ tamen non eſſe poſtquàm eſt occiſus, auferre ſibi ueſtes uel pecuniã: quia talis offenſa non fieret bãnito, cùm bannũ morte finiatur,ſed fieret hæredibus, aut ſuper re non hæreditaria hæreditate iacete.l.ſi.ff. de crim. expil.hære. Intelligendò quando id fieret

fieret ex interuallo & poſtquàm oc-
cidẽs diuertiſſet ad extraneos actus:
ſecus ſi eodẽ momento & contextu:
quia ea quæ incontinenti fiunt, cen
ſentur ineſſe.l.lecta.verſic.dicebam.
ff.ſi cert.petat.Et ex quo licebat oc-
cidere, multò magis deprędari, & pa
riter cum uiuẽtem realiter & perſo-
naliter offendere fortiùs mortuum,
incõtinenti ſcilicèt, per prædicta.&
ita conſuluit Paul.de Caſt.in conſi.
xxxix.ſuper primo, circa fin.in anti-
quis. Infertur etiam ad tres notabi-
les deciſiones per gloſſ.in d. cap.cui
licet. & ad aliam per Ioannem An-
dre. poſt Ioann. Mona. ibi de caſu
§.is qui exequitur.inſtitu.mand. Et
iterum ad aliam illius uulgatiſsimi
3 dicti: † Si uinco uincentem te: mul-
tò fortiùs uinco te.l. de acceſsioni-
bus.ff.de diuerſis & tẽpora.præſcri-
ptio. cap. authoritate Martini. de
conceſ. præb. in vj. de quo infrà la-
tiùs dicetur. Infertur etiam ſecundũ
4 Deci. † ꝙ ſicuti propter famem pa-
ter poteſt uendere filium.l.ij. C. de
partib. qui filios diſtrax. fortiùs pi-
gnorare. per regulam iſtam, ſecun-
dum gloſ. Bal.& Sali. ibi, quicquid
dicat Iaſo.in d.l.in ſuis.in iiij.nota.
allegans ad baliſtam glo.d.l.ij.quæ,
ut retuli, contrarium eius quòd ipſe
refert, uoluit.Si tamen pater ad pin-
guiorem deuenerit fortunã, poteſt
filius contra eum agere, ut ipſum re
dimat & liberet:ut per Felin.in cap.
cùm dilecta.col.pen.de reſcriptis.&
Moder.Bonon.in l.etiam ſi redhibi
bitus.col.fin.ff.de quæſt.faciũt not.
per Ioan.de Anan. in c.iij.col.ij.de
furt.& dicũt prædicti moder.in ſuo
not.cj.ꝙ illa l.ij. locum nõ habet in
filio clerico, nec filius in caſibus præ
dictis efficitur ſeruus: ut per Paulũ
de Caſtro in d.l.ij.

Infertur pariter ex pręmiſsis, quòd
5 ſi † ex forma ſtatuti mulier bannita
poſsit occidi, poterit etiam adultęra
ri: cum maius ſit homicidiũ quàm
adulterium, ſecundum Nellum in
tractat. bannitorum.Deci.hîc ſe re-
mittit ad dicta per eum in cap. quæ
in eccleſiarum.col.vij.de cõſtit. ubi
contrarium firmat, quia adulterare
eſt contra præceptum diuinum: nõ
mœchaberis, quod nõ reperitur li-
mitatum aliquo caſu, ſicuti de illo
non occides. Nec obſtat ꝙ homici-
dium ſit maius delictũ, quàm adul-
terium.quia eſt diuerſæ ſpeciei, quo
caſu ſub eo quod plus eſt, non con-
tinetur minus, ſecundum Deci.poſt
Dinum. de quo etiã infrà dicemus,
* oppoſitum tenentes, ideò reſpond.
ad ea, quæ dicã in vlt. limitatione.]
Facit pariter hæc regula ad quæſtio
6 nem de † Epiſcopo faciente contra
ſtatutũ ſuum, exempli gratia, infli-
gentem excõmunicationem ludenti
bus ad Azarrum, ꝙ non incidat in
eius pœnã: cum poſsit illud in totũ
tollere, ergo & multò magis in par-
te: ut latè per Ioan. Andr. in dicta
regula cui licet.in mercurialibus.

Septem limitationes ad iſtam re-
gulã ordinauit hîc Dec.ex dictis per
7 glo.& doct.præall. Circa primã † ꝙ
in materia correctoria non ualeat
arg.à maioritate rationis, uide latè
Iaſ.plurib. modis limitãtẽ, in auth.
quas actiones, col.vj.cum duab.ſeq.
C.de ſacroſ.eccleſ.& in l.ſi conſtan
te.colu.xiij.ff.ſolu.matrim: Circa li-
8 mit. quãdo † plus & minus ſunt di-

uerſæ ſpeciei:iuxta §. latrunculator. l.ſolemus ff.de iudic. ubi latrunculator hominem occidere poteſt,& tamen de cauſa pecuniaria nõ cognoſcit.unde ſi fuerit alicui conceſſum merum imperium,non uidetur conceſſa cognitio cauſarum ciuiliũ, ſed potiùs denegata:cùm ſint ſpecies diſtinctæ:ut ibi.contrarium tenet ipſe Dec.aliquibus medijs reſpondendo ad §.latrunculator.ut per eum : qui tamen in c.cùm in cunctis.in princ. in ultim.colum.de elect.& in c.quæ in eccleſiarum.col. vij. ſequutus eſt limitationem iſtam. Sed non eſt tenenda,& meliùs ſenſit Dec.hîc quia talis limitatio & reſtrictio eſt contra generalitatem regulæ noſtræ, & contra ea quæ in ſuperioribus dicta ſunt, quòd permiſſa offenſione in perſona,cenſetur etiam permiſſa in bonis:& tamen eſt diuerſæ ſpeciei, confunditurque per exempla & deciſiones de quibus ſuprà, quæ à doctoribus communiter approbãtur. Nec eſt uerum quòd Dinus id dixerit in prælleg.regula cui licèt.ut refert Dec.bene tamen id ſcribit in c. plus ſemper.eod.titu.de regu.iur.& ſequitur Philip.Franc. ſed malè per prædicta.ideò correctiùs in hoc loquebatur poſt Ioan.And.Are.ad fi. l.ij.de leg.j.id faccre argum. proba-
9 bile non neceſſarium.De qua † tertia limitatione per §. latrunculator uide tu pulchrè Bald.& Phil. Fran. in d.c. cui licèt.qui dicunt hanc regulam locum non habere, quando diſcretæ ſunt poteſtates ſecundum ſuperius,& inferius, ſecundum plus & minùs: ut not. ff.de iuriſdi.omn. iudic.in l.ſi idem.Vel ſecundũ quãdo,ut.ff.de uerbo.oblig.l.ſtipulatio iſta.§.inter cætera.& l.ſed ſi ante.ff. ad treb.Vel ſecundũ aliud ad aliud, ſeu quando obligatio contracta eſt ad aliquid in ſua qualitate determinatum:ut notat.in l.cùm quid.ff. ſi cert.peta. Non igitur mirum ſi in §. latrunculator. de cauſis pecuniarijs ille ſe intromettere nõ poterat: quia alteri id erat conceſſnm. Et de intellectu.§.latrunculator. cum materia ultra prędicta uide Pau.de Ca. in l.quicunque.colum.fin.C.de ſeruis fugiti.in l.quoties.colum.fin.C. de iud.&. in l.cum uendente.C. ubi cauſæ fiſca.Fulg.in conſi.viij.in iiij. dubio in iij.uolu.Fel.in c.cum oporteat.colum.fi.de accuſa.in c.cum ordinem.colum.iiij. & v.de reſcrip.& Dec.in ca.cùm non ab homine.col. * ij.de iud.* & in c.quia in tantùm, de præbend.& in l.j.col. xj.ſuprà de offi.eius.& Socin. in l.j.col.ix.ſuprà quis & à quo.]

10 Quarta limitatio † ut non procedat in materia diſpẽſationis, in qua non ſit extenſio etiam ad caſum habentem maiorem rationem : reprobatur hîc per Dec.& in conſi. lxxvj. col. fin. & latiùs in c. at ſi clerici. in §.de adulterijs.col.vj.& vij.de iudi. & in c.quia in &c.de præb. ubi latè hunc articulum diſputat. & in cap. cùm in cunctis.col.iij. & iiij. de elec-
11 ctio. Quinta limitatio de † mandato,cuius fines diligenter ſunt ſeruandi,ideò non ualet argumentũ à maiori.c. cui de non ſacerdotali.de præbend.in vj.l.diligenter.ff.mand.idẽ tenet Deci.in d.cap.cùm in cunctis. in princ.in ultim. columm.de elect. & latiùs in c.conſtitutus.column.ij. ubi

ubi limitat, de reſcrip. & in d.c. quia in tantùm tradunt omnes. Moder. in l.j. in §. ſi ſtipulanti. ff. de uerbor. oblig. ubi Lancel. Galiaula in ſexta limitatione ponit notab. diſtinctionem pro intelligentia præallegatorum iurium. Præterea uide Aulum Gellium in noct. atti. cap. xiij. libr. j. Signo. in conſi. xvij. Barb. in rub. C. qui admit. col. lxiiij. uerſi. nec obſtat ille tex. & in conſi. vij. in quinto du bio libri tertij. Felin. in cap. cùm dilecta. de reſcrip. Rimi. & Aquen. in l. j. ff. de iuriſdi. omn. iud. Dec. conſi. cccexciij. & Iaſ. in conſi. ccij. colum. pen. lib. ij. & Moder. Aſten. in tract. de forma in pluribus locis. Sexta li-
12 mitatio † eſt in decreto, per l. ſi pupillorum. in §. ſi prætor. ff. de reb. eorum. ubi licentia data à prætore de uendendo rem minoris, non operatur ut poſſit obligari, uel pignorari. ſequuntur Roma. & Alex. Iaſon autem in l. in actionibus. colum. iiij. ff. de in litem iur. dubitat, ſed in d. l. in ſuis. colum. iiij. ff. de lib. & poſth. improbat, dicens ſe credere limitationem non eſſe bonam, per tex. l. ij. cum gloſſ. C. de patrib. qui fili. diſtr. qui probat totum contrarium: ut ſu prà in illationibus dixi. Septima &
13 ultima limitatio, † quando non eſt eadem ratio in eo quod eſt minùs, ut hîc per ipſum Deci. & per eundẽ in l. j. colum. fin. C. unde legitim. & l. in actionibus. ſuprà de in litem iu. & in c. apoſtolicæ. col. ij. de excepti. Aret. in conſi. clxiij. col. iij. & ad pro poſitum uide no. Ro. in conſi. 436. in præſenti. ad finem. ubi ſcribit re-
14 gulam illam: † Si uinco uincentem te, non procedere ubi uirtus, quæ eſt in uincente, non cõcurrit in uincendo illum, quem tu uincis: ut probatur C. de natur. liber. in authen. licet. cũ not. per Cynum. & in l. Claudius fœlix. qui potio. in pign. habe. exemplificando, ut ibi pulchrè per eum, adducentem etiam tex. no. in c. final. cum gloſſ. in uerb. parem. de de tranſla. prælato. uolentem regulam legis noſtræ non habere locũ, neque procedere, ubi ea ratio per quam mihi licet quod eſt plus, in hoc non concurrit, quòd mihi licere debeat quod eſt minus. Et ſub hac limitatione comprehendi poſſunt aliqui caſus, quos contra regulam poſuit Dyn. in dict. capi. cui licet. & prius gloſſ. hîc, quæ eſt ualdè not. Sunt etiam iungenda quæ dicam poſt Dec. infrà in regula in eo. & quæ idem Dec. ſcribit in d. l. in actionibus. in 5. not.

## SVMMARIVM.

1 *Seruus de iure naturali obligatur. limita. nu. 2. & 4.*
3 *Lex habet poteſtatem ſuper obligatione ciuili & naturali.*
5 *Monachus etiam naturaliter non obligatur.*
6 *Argumentum de monacho ad filium uel ſeruum quomodò procedas.*
7 *Seruus obligatur in maleficijs uel quaſi.*

### L. XXII. VLPIANVS.

IN perſonam ſeruilem nulla cadit obligatio.

Eſt

Est clara, & ſumitur ex legibus per gloſſ. allegatis. Et licèt loquatur multùm generaliter, recipit tamen plures reſtrictiones & limita-
1 tiones. Nam† de ciuili obligatione intelligitur, & ſecus eſt in naturali. l. ſerui. ff. de actio. & obligation. l. naturaliter. ff. de condictio. indeb. vbi per ſcribentes, & l. quod attinet. infrà eod. ubi Iuriſconſultus rationem aſſignat. Quòd attinet, inquiens, ad ius ciuile, ſerui pro nullis habentur, non tamen iure naturali, quia, quòd ad ius naturale attinet, omnes homines æquales ſunt: nimirum ergo ſi naturaliter obligantur. Et ſi dicas, quomodò naturalis obligatio in ſeruum cadere poteſt, cum ſit de iuregentium, quo iure ſtatus ſeruorum annihilatus eſt. reſpon. prout eleganter per Bar. & Iaſon. in l. ſi id quod. ff. de condiction. indebit. In-
2 tellige †obligari ſeruum naturaliter etiam quando promittit ex cauſa fideiuſſionis, ſecundum Dec. hîc, contra gloſſ. Barto. & Pau. de Caſt. quia conſentit, ideò ipſe naturaliter obligatur. dict. l. naturaliter. non autem dominus. ita procedant ſecundum eum iura quæ ad oppoſitum allegantur. Quæ conſideratio eſt contra tex. l. ſed & ſi ſerui. ff. de fideiuſſor. ibi, cum ſeruus fideiuſſionis nomine obligari non poſſit. loquitur enim reſpectu ſerui, non reſpectu domini: ut ſentit Dec. & no. ibi Imol. dicens, quòd licèt propter conſenſum naturaliter obligetur, fallit quã do lex (prout in caſu iſto) reſiſtit. Ex
3 quo colligit ipſe, quòd † lex nedum habet poteſtatem ſuper obligatione ciuili, ſed etiam ſuper naturali. ad idem, l. ſi non ſortem. in princi. ff. de condict. indeb. & latè Soc. in l. frater à fratre. colum. viij. eod. titu. ubi hanc concluſionem reſtringit ad naturalem, quæ oritur ex iuregentium ſecundario: ſecus in ea naturali quæ oritur ex iuregentium primæuo, licèt dubitet, & bene, cùm talis diſtinctio ſit contra tex. dict. l. ſed ſi ſerui. in ſui generalitate, & contra alia de quibus ſuprà. Secundò intellige, ut per Barto. in l. frater à fratre. colum. xiiij. uerſicu. & procedunt. dum ait
4 dominum ſeruo naturaliter ex contractu mutui reſpectu ipſius ſerui obligari non poſſe, ſed bene obligari reſpectu creditoris peculij, quamuis dominus obligetur naturaliter ſeruo per promiſſionem aliquam ex æquitate iuriſgentium, quæ dictat fidem ſeruari debere. l. j. ſuprà de pac. quæ æquitas fuit ante quàm conſtitutio iuriſgentium eſſet, per quod
5 fuit introducta ſeruitus. Quid† autem in monacho, utrum naturaliter obligetur? uidebatur quòd ſic, cum æquipararetur ſeruo. Contrarium eſt uerius ſecundum Hoſtien. & Abba. quos refert & ſequitur Iaſo. in dicta l. naturaliter. deficiente in eo conſenſu, cum non habeat uelle aut nolle. c. ſi religioſus. de electio. in ſexto. Et
6 de illa æquiparatione monachi ad ſeruum, uel ad filium quomodò procedat, uide Bald. in l. j. in decimo capite. C. qui admit. omnes ſcribentes in l. j. in §. item acquirimus. & in §. per ſeruum. ff. de acquirend. poſſeſ. & in l. cum fundus. in §. j. ff. ſi cert. peta. per Alexan. in l. j. colum. vj. ubi Socin. xxxv. in uerſi. circa ſecundum ff. de uulga. ubi poſt Barto. latè probat

bat monachalem ſubiectionem eſſe magis ſimilem conditioni filiali, quàm ſeruili, tradit etiam D. Paul. Pariſius in repetitione c. in præſentia. charta penulti. de probationib. An autem & quando in iudicio eſſe poſſit, ponit Deci. in c. j. colum. j. de appellation. & latiùs Fel. in c. cum dilecta. in vj. charta. de reſcr. Secundò
7 principaliter † nòn procedit hæc regulà in maleficijs, uel quaſi, in quibus ſeruus obligatur tàm ciuiliter quàm criminaliter: ut hîc per glo. & Dec. per tex. l. ſerui. ff. de action. & obligation. & in l. hos. in §. omnibus. ff. de accuſation. etiam quòd mandato domini deliquiſſet, ut ſuper iiij. regula in ſuperioribus ſcripſi.

## SVMMARIVM.

1 *Collatum in arbitrium domini uel procuratoris, quòd in dubio boni uiri arbitrio intelligitur. limita nume. 2.*

3 *Arbitrium boni uiri quomodò intelligatur. & duplex eſt, nu. 4.*

4 *An hæc regula procedat in iudicijs ſtricti iuris & ſic.*

5 *Comparatiuum præſupponit poſitiuum.*

§. Generaliter probādum eſt, ubicunque in bonæfidei iudicijs confertur in arbitrium domini, uel procuratoris eius conditio: pro boni uiri arbitrio hoc habendum eſt.

SVMITVR ex legibus in gl. al leg. ubi exempla ponuntur.
1 Notà † ꝙ collatum in arbitrium domini uel procuratoris eius, in iudicijs bonæfidei, collatum intelligitur in arbitrium boni uiri: quod clariùs declaratur in l. ſi in lege. ff. lo cat. Plus dico, ꝙ ſi teſtator mandet alicui plus dari, nec ponat uerba ſapientia liberam uoluntatem uel arbitrium boni uiri, in dubio intelligitur de arbitrio boni uiri. tex. eſt ſolennis & no. ſecundum Bartol. ibi in §. pater. l. cùm filius. ff. de leg. ij. dixerat enim ibi teſtator, tali plus tribuas in bonorum nominis mei: & non dixit quantùm uolueris, uel putaueris, uel quantùm arbitratus fueris uel ſimilia: & tamen ad arbitrium boni uiri refertur. Intellige
2 prædicta, † niſi diceretur expreſsè de libero arbitrio, uel ad eum referrentur uerba, qui aliàs habuiſſet arbitrium boni uiri: ut hîc p Dec. tandē dicentē arbitrium boni uiri illud in-
3 telligi, † quod in ſuis rebus quis faceret, uel quod uellet ſibi fieri. Multa dici poſſent de quibus per ſcribētes in l. ſi quis arbitratu. ff. de uerb. oblig. in l. ij. ff. de leg. ij. & p Firma. in ſuo reper. in uerbo Arbitriū, ubi ponit alia q̄ hîc ſcribit Dec. quē uide et in propoſito in l. cōtractus. col. pen. ad fi. iij. no. 7. eo. & Imo. pulchrè in l. fi. ff. de præto. ſtip.
Sed p declaratione tex. loquentis
4 in iudicijs bonæfidei, quæro, † quid in cōtractibus & iudicijs ſtricti iuris. eſt. n. duplex arbitrium: ſimplex, ſcilicet & boni uiri l. ſocietatem. §. arbitrorum. ff. pro ſoc. ut dicit Soci. in d. l. ſi quis arbitratu. column. pen. Hæc

Hæc regula in dictis uerbis bonæ fidei.innuit à contrario ſenſu, ſecus eſſe ſi ſint ſtricti iuris. facit etiam d. l.j.de leg.ij.uolens in teſtamentis ar bitrium intelligi de arbitrio boni uiri: aliud ergo in contractibus. & iſtam opinionem licèt non adducat prædicta iura, tenet Raph. Com.in dict.l.ſi quis arbitratu,eo quia in cõtractibus bonæ fidei æquitas dictat omnia venire quæ nec dicta ſunt, nec cogitata.l.ſi.ff.de condi. ob turpem cauſ.l.ij.ff.de condi.ſine cauſa. Et illa æquitas quæ iudicis officiũ parit.l.quod ſi Epheſi.ff.de eo quod certo loco.quo quidem officio petitur reductio ad arbitrium boni uiri:ſed in contractibus ſtricti iuris ſecus eſt:quia ſi iniquè arbitretur aſſumptus arbitrator, huiuſmodi reductio locum nõ habet,ſed promittenti ſuccurritur, dicit Rapha.per exceptionem.l.cũ aliter. & l. ſi quis cum arbiter.ff.de uerb.oblig. Tu autem contrarium tene:prout in d.l.ſi quis arbitratu.tenuit Bar. quem ſequi uidentur alij ſcribentes: ut ibi per Iaſõn iiij,column. quæ opinio probatur per illum tex.& l. ſi libertus ita iurauerit.ff.de oper. liber. & l.ſocietatem.in ſi.cum duabus legibus ſequent.ff.pro ſoc.maximè.l.in propoſita.ibi,eò magis,quod iudicium pro ſocio, bonæ fidei eſt.ſicque idem eſſe vult ſi ſit ſtricti iuris: quia comparatiuum præſupponit poſitiuum.l. ubi autem non apparet.in princip. ff.de uerbo.obliga.ſecundum Barto.in præallega.§.arbitrorum.colum.j.Ex quibus patet reſponſum ad hanc legem cum alijs præallega.quia & ſi de iudicijs bonæ fidei loquatur,non tamen excluduntur ea quæ ſunt ſtricti iuris,per alias leges in propoſito incluſas. Loquiturque .l. noſtra de iudicijs bonæ fidei, quia in eis maximè, ut ſupradictũ eſt, exuberare debet bona fides:idem tamen eſt in iudicijs ſtricti iuris per prædicta.

## SVMMARIVM.

1 *Depoſitarius quòd de dolo duntaxat teneatur, quæ ſit ratio.nu.10.*

2 *Læta culpa eſt dolus, non uerè nu.3. ſed præſumptus,numero.5.limita, numero.7.*

4 *Nullum ſimile eſt idem.*

6 *Dolus uerus & præſumptus quomodò differant.*

8 *Diſpoſitio loquens de dolo, comprehẽdit latam culpam, etiam in pœna pecuniaria.num.9.Fallit. in pœna corporali,& diſtinguitur.*

11 *Depoſitarius quãdo teneatur de culpa leui,& leuiſsima, & etiam de caſu.nu.15.& 17.*

12 *Culpæ appellatione uenit leuis: niſi ſubiecta materia repugnaret.et nume.28.& quid in teſtibus.nu.19.*

13 *Culpa leuis quid ſit. quid dolus. quid leuiſsima. quid caſus fortuitus, & num.14.*

16 *L.pen.C.depoſi.quando procedat.*

18 *Depoſitarius non tenetur de depoſito furto ſublato. Et quid de cuſtode.x.num.19.*

20 *Furtum à famulo commiſſum, dicitur caſus fortuitus.*

21 *In precario de dolo tantùm tenetur.*

22 *Precarium et precaria quomodò differant, & ut fiant quid requiratur.*

Precarium

23 Precarium accipiens, & non petens renouationem poſt quinque annos cadit à iure ſuo.

24 Precarium quomodò differt à commodato.

25 Pactum quòd non liceat reuocare precarium, non ualet.
L. cum precario. ff. de precar. quando procedat.

26 Clauſula conſtituti eſt utilior, quàm precarij.

27 Conſtituti materia ornatur.

30 Mandatarius quod de dolo, lata, & leui culpa teneatur: et quandoque de leuiſſima, quandoque de lata tantùm.

31 Commodatarius tenetur etiam de leuiſſima quando cõmodatum eſt gratia recipientis, quod in dubio præſumitur, nu. 33. Quando uerò commodantis, de dolo, et lata culpa, nu. 35. 40. Quando uerò utriuſque, de dolo, lata, et leui. nu. 41.

32 Commodatarius quando teneatur de caſu fortuito.
L. fin. et l. argentum. ff. commod. ornantur.

33 Commodatum in quibus differt à precario.

34 Ornamenta ſponſæ uel uxori tradita per uirum, intelliguntur tradita gratia uiri, ut ornatior incedat, et remanent in dominio uiri. nume. 36.

35 Donatio à ſponſo ſponſæ ualet ante matrimonium, ſecus poſt. et idem de annulo. nu. 37.

38 Donata ſponſæ per cõſanguineos, uel affines ſponſi, an efficiantur uxoris. et quid de ueſtibus factis per maritum. nu. 39.

42 Venditor tenetur de dolo, lata et leui culpa.

43 In pignore uenit dolus, lata culpa, et leuis culpa.

44 Fænerator qui res pignoratas à tineis permiſit corrodi, tenetur damnum reſarcire.

45 Locator et conductor tenentur ad inuicem de dolo, lata. et leui culpa.
§. qui columnam l. ſi merces. ff. loca. quomodò procedat et nu. 46.

47 Conductor equi mortui in itinere, uel deteriorati, an et quando teneatur, et quid de equo uel mulo ad portandum. nu. 48.

49 Emphyteuta tenetur, ſi lata, et leui culpa deteriorauit, et an teneatur de leuiſſima, ꝗ non. nu. 50.

51 Delictum grauius eſt in faciendo quàm in omittendo.

52 Mulio dicens amiſiſſe ſaculum aſſignatum ad aliquem locum deferendum, tenetur.

53 Dominus quando teneatur de incendio famuli in domo conducta.

54 Recedens à domo conducta propter timorem peſtis, an et quando teneatur ad reſiduum penſionis: et de recedente propter timorem ſpirituum nu. 55.

56 Maritus in dote tenetur de dolo, lata, et leui culpa, et quando de leuiſſima. nu. 57. 58.

59 Obſidi hoſti dato pro pecunia ei promiſſa, quem ſub pœna intra menſem redimere promiſerat, mortuo, promiſſor tenetur de mora.

60 Et quid ſi non fuit in mora.

61 Tutor de dolo, lata, et leui culpa tenetur. et quando de lata culpa tantùm. nu. 63. et 65.

62 Tutor ratione leuiſſimæ culpæ non remouetur à tutela.

Tuteris

*64 Tutoris hæres tenetur ſolum de lata culpa.*

*66 Negotiorum geſtor an & quando te neatur de dolo, lata, leui uel leuiſſi ma.*

*67 Equum in paſcuis dimittens quomodò teneatur.*

*68 In ſocietate an & quando ueniat dolus, lata, uel leuis culpa.*

*69 Socius quando teneatur de furto.*

*70 Conuentio contra naturam contractus quando ualeat.*

*71 Naturalia, & ſubſtantialia contractus quæ dicantur.*

*72 Contractus ex conuentione legem accipit, & pacta rumpunt leges, fallit num. 73.*

*73 Dolus per pactum remitti nõ poteſt. Fallit in dolo præſumpto. nu. 75. et 81. in dolo de præterito. nu. 76. In remiſsione doli tacita. nu. 79. & quid de lata culpa. nu. 83. 84.*

*74 Dolus in generali remiſsione uel cõ ceſsione non uenit.*

*77 Ingratitudo futura per pactum non poteſt remitti: præterita ſic.*

*78 Liberatus ab actione depoſiti nõ poteſt rem penes ſe tenere.*

*80 L. ſi unus § illud. ff. de pact. intellectus.*

*82 Iuramentum calumniæ tacitè poteſt remitti.*

*85 Debitor ſpeciei non tenetur de caſib. fortuitis, Fallit nu. 87. 88. 89.*

*86 Caſus fortuiti qui dicantur.*

*89 Onus probandi quòd culpa caſum præcedit, cui incumbat.*

L. XXII. VLPIANVS.

CONTRACTVS quidã dolum malum duntaxat recipiunt, quidam dolum & culpam. Dolum tantùm, depoſitum, & precarium. Dolum & culpam, mandatum, commodatum, uenditum, pignori acceptum, locatum. Item dotis datio, tutelæ, negotia geſta, in his quidem & diligentiam ſocietas, & rerũ communio, & dolum, & culpam recipit. Sed hæc ita, niſi quid nominatim conuenit, uel plus, uel minus in ſingulis contractibus. nam & hic ſeruabitur quod in initio cõuenit (legem enim cõtractui dedit) excepto eo quod Celſus putat non ualere, ſi conuenerit ne dolus præſtetur. hoc enim bonæ fidei iudicio cõtrarium eſt, & ita utimur. Animalium uerò caſus, mortesque, quæ ſine culpa accidunt, fugę ſeruorum, qui cuſtodiri non ſolent, rapinæ, tumultus, incendia, aquarum magnitudines, impetus prædonum, à nullo præſtantur.

IN hac regula fertilior eſt ſeges quàm in qualibet alia lege iſtius titul. eſtque herclè regula, & ſummarium multarum legum de hac materia tractantium. Accurſius hîc optimum agit gloſſatorem: & ſub compendio materiam utiliter explicat.

Ioan.

Ioã. Igneus doctor Vltramontanus hanc legem repetijt Papiæ. Dec. pauca quædam utiliter appoſuit, de Igneo nullam mentionem faciens quamuis repetitioni prædictæ intereſſet. Si uellem ſingula proſequi in immenſum creſceret (ut Satyricus ait) damnoſa papyrus. Declarabo igitur iuxta propoſitum meum regulam, nonnulla magis utilia & neceſſaria enucleando, reliqua præter mittam de dictis Ignei parum curando.

Diuiditur in ſex partes. In prima ponit dictum bimembre. In ſecunda ponit duos caſus, in quibus exemplificatur primum membrũ. In tertia ponit decem caſus, ſeu decem exempla ſecundi membri, in quibus uenit dolus & culpa. proptera Iuriſconſul. apprimè ſubiunxit, in his quidem & diligentiam præſtamus, intellige. l. quod Nerua. ff. depoſit. In quarta ponit diſtinctionem & limitationem ad omnia ſuperiùs dicta. In quinta aſſignat rationem limitationis, unum excipiẽdo. In ſexta & ultima pro complemento materiæ ponit aliqua exempla de caſibus fortuitis, quæ à nullo præſtantur. Secunda eſt ibi, dolum tantùm. Tertia ibi, dolum & culpã. Quarta ibi, ſed hæc ita. Quinta ibi, legem enim. Sexta & ultima ibi, animalium.

Huiuſce legis optima glo. eſt tex. in l. ſi ut certo. in §. nunc uidendum ff. commo, & §. ſed is. uſque ad fin. tit. inſtit. quib. mod. re contr. obli.

* In tex. ibi contractus: dicitur cõtractus obligatio ultro citroque. l. Labeo. la 2. §. j. ſuprà titu. proximo. ideò appellatione contractus nõ uenit donatio, niſi fortè ex communi uſu loquendi. Bal. conſil. iij. col. fin. lib. j. Et quid de fideiuſſione. Iaſ. in prin. l. quintæ. ubi etiam Aqué. col. ij. ſ. de uerb. oblig. Lancel. Galiau. in rub. eod. titu. fol. viij. col. iij. & 9. Mod. Taur. in l. j. col. xvj. ubi Ripa 20. ſ. ſi cer. pet. appellatione uerò cuiuſlibet contractus uenit etiam abuſiuus. Gemi. in c. ij. §. j. de reb. eccle. non alienan. libr. vj. Alcia. inferens ad quæſtio. in l. j. C. de ſac. ſan. eccl. Et an ſtatutum loquens de contractu locum habeat in quaſi contractu. uide Are. in §. omnium. col. lj. inſtitu. de actio. & quæ ſcripſi in rubri. C. de pactis.]

1 Not. primò ex iſto tex. † Depoſitarium de dolo duntaxat teneri. concordat tex. in §. præterea. inſti. quib. mod. re contrahi. oblig. in l. j. in §. ſi veſtimenta. & in §. ſi. ff. depoſi. Quę iura taxatiuè pariter de dolo loquũtur, & tamen latam culpam non excludunt: ut hîc per gloſ. & Deci. per §. j. l. j. ff. ſi menſ. fal. mod. dix. & in §. is quoque. l. j. ff. de actio. & oblig.

2 Nec mirum, quia † talis culpa dolo adeò eſt cognata eique cohærens, ut nonnunquam eã culpam dolo ęquiparari dixerit: ut in l. j. in §. ſi dolus. ff. ſi menſ. fal. mo. dix. aliquando ꝓximam dolo eſſe, ſeu propè dolum; ut in l. mulier. in §. ſi hæres. ff. ad Treb. in l. ſi fideiuſſor. in princip. ff. man. quandoque quòd dolũ repręſentat: ut in l. j. in §. non autem. ff. ſi quis teſt. lib. interdum in doli crimẽ cadere: ut in præalle. §. is quoque. & ſæpenumerò eam culpam dolum nominet: ut in dict. l. quod Nerua.

&

& in l.magna negligentia,ſuprà tit. proximo . 
3 Quòd † non intelligas, ut lata culpa uerè ſit dolus : hoc.n. eſſe non poteſt : cum dolus manifeſtã impoſturam fraudemque euidentem oſtendat:at magna ſeu lata culpa ſub negligentiæ deſidiæque nomine & uelaméto contegatur, & ſub exceſſu rethorico lata culpa dolus nominetur.ſicut ſi Cic. laudaturus,non ſolùm eloquentem, uerùm eloquentiam ipſam nomines , ut Eraſmus & Zaſius eloquentes inter Germanos ſæpè ſcripſere. Inconuincibilique demonſtratur arg. ex Ariſto.ſumpto relatoque per gl. in d.l. quod Nerua . 
4 † nullum ſimile eſſe idem,ut etiam latè per Fel. in c.capitulum ſanctæ Crucis.eolum.ij.de reſcrip.Sed pro tanto dicitur lata culpa æquiparari dolo ſeu proxima dolo,dolumque repræſentare, & dolú eſſe:quià quod dolo proximum eſt à dolo parum diſtat: ut de ſe patet, probatque. §. pupillus . inſtitut. de inutil.ſtipul.ibi,nón parum à furioſo diſtat.& qui tenetur de dolo duntaxat,etiam de lata culpa tenetur,ut hoc tex.& ſuprà dixi.quid enim intereſt an manifeſto dolo machineris , an ſub culpæ clypeo ad dolum 
5 tendas.meritò igitur† dolus præſumptus ſcilicet dici poteſt,propter fraudem in ſe contentam.d.l.quod Nerua.ubi Bar.& ſcribentes notãt. ideò tex.in l.quæſitum.in §. eũ quoque. ff.de precar. eum qui precario rogat, ſolum dolum præſtare dicit, culpam autem dolo proximam meritò contineri,ait propter enim præſumptam fraudem cenſetur & præſumitur dolus. Quid enim à doloſo diſfert is fideiuſſor, qui ſciens debitorẽ eſſe exceptioné tutum,ex cauſa fideiuſſionis ſoluerit? parum certè.d.l.ſi fideiuſſor.Et hæres, qui ſoluerit in necem legatariorum & fideicommiſſariorum ,.in lata culpa & dolo præſumptio cenſetur eſſe.l.is cui. in 
6 §.dolum.ff.ut in poſſ.leg. Et † quomodo dolus uerus & præſumptus differant,tradit etiam.Alex. in cõſi. 103.col.pen.lib.j.

Prædicta uero concluſio intelligitur de lata culpa uerſutiæ & malitiæ:quæ eorum eſt,qui ex uerſuto , & malo propoſito animoque perfido alienas res uel negocia, affectata quadam improuidétia malignè uel negligunt, uel diſſimulant , cùm in rebus ſuis ſint prouidi & diligẽtes: & qui uerſutiam ſub negligentiæ uitio ita ſubinuoluunt , ut manifeſti quidem doli crimen,colore, uelamine que deſidiæ à ſeſe amoueant, doli tamen machinatione,fraudeque , non careant.iuribus præallega. 
7 † Secùs eſt in lata culpa ignauiæ , quæ ſub nomine deſidiæ & negligentiæ caditut quæ ſupinam negligentiam referat,aut uitium naturæ parũ perſpicacis,uel ex praua æducatione cõ tractam, cui culpa adſcribi poterit ſupina , ſecuritas improuida : imò nulla gerendarum rerum cura reprehenſa erroris facilitas. Et quicquid omninò ignaui & ſecordes homines in negotijs tractandis deſidię cumularunt & oſcitantiæ. De qua culpa ſenſit Iuriſconſultus in l.latæ culpæ.ſuprà titu.j. iſta nõ æquiparatur dolo.§.præterea.inſtit.quib.mod.re contra.oblig. Et de his generibus culparum,ultra Bartol.in d.l. quod Nerua.

Nerua.tractauit Zaſius in ſuis ſing. intellectibus explicando dictam materiam:& ibidem contra Bartolum, & Vltramontanos, quos hîc ſequitur Igneus,probat expoſitionē glo. ibi ad uerbum latiorem culpam, ut Iuriſconſultus de lata culpa ſenſerit,licèt ornato loquendi modo cōparatiuum pro poſitiuo,ut alibi ſæpè,poſuerit : ut etiam per Alciat. & communiter ſcribentes in locis præ alle.& Barb.in c.j.de commo.Quæ opinio optimè probatur per d.l.magna negligentia,ibi,magna culpa,ſi cuti latior.quid igitur prohibet cōparatiuum ibi, pro poſitiuo poni, accipique?

8 Vnde † cùm lata culpa,dolus ſit: conſequens eſt quamlibet diſpoſitionem qua dolum malum dumtaxat præſtari tradatur, etiam de lata culpa intelligi : ſecundum Alciatum in dict.l. latæ culpæ. Niſi ubi agitur de pœna corporali per l.in lege Cornelia.ff.de ſicar.aut etiam de pœna pecuniaria,per §. hac actione l.ij.ff.ui bonor.rapto. ſecúdum eū, id quod latiùs proſequuntur Alex. Iaſ.& alij in l.in actionibus.in gloſ. ob culpam.ff.de in litem iuran.Deci.& Modern.Papien.hoc ultimum ibi reprobant pluribus legibus, ſed præcipuè per textum l.j.in §.nō autem.ff.ſi quis teſta. liber. per quem

9 dicunt præfati Moder.† regulam generalem tradi, quòd ubi agitur de pœna pecuniaria lata culpa dolo æquiparatur.& ad §.hac actione.cū ſimilibus.optime ibi reſpōdent Decius & Zaſius in dict.l. quod Nerua.uerſicu.non obſt.lex ſecunda. Iterum aduerte, quia licèt communis receptaquè ſententia ſit. ubi agitur non tantùm de pœna mortis, uerùm de alia pœna corporali, latā culpam nō æquiparari dolo,ſed aliter puniri:ut per Alex.Iaſ.Decium, & alios in d.l.in actionibus. in glo. ob culpam.& latè Mod.Bono.in dicta l.in lege Cornelia . cumulantes plures caſus in quibus lata culpa æquiparatur dolo, & punitur ſicuti dolus,etiam ubi de pœna corporali tractatur:ut per Dec.loco præalleg. Veriùs tamen uidetur, quòd ubi eſt lata culpa uerſutiæ & malitiæ, tunc æquiparetur dolo,& ueniat in qualibet diſpoſitione de dolo loquēte, ſecus in lata culpa deſidiæ & negligentiæ per prædicta . Et huiuſce diſtinctionis fœdere concordari poſſunt opiniones doctorum ſecundū Zaſium loco præallegat. maximè in ulti.column.ubi eleganter declarat tex. dict.l.in lege Cornelia.& ita procedunt quæ Deci. contra cōmūnē opinionem adducit,in d.l. in actionibus.inclinans in contrariam ſententiam, licèt firmare non audeat. Sed ſi ad diſtinctionem prædictam reſpexiſſet,audacius, ut arbitror,talem culpam uerſutiæ a dolo non ſeiunxiſſet, cū optimis rationibus & legibus ea pars fundata ſit.

10 Ratio † autem cur de dolo duntaxat & lata culpa teneatur depoſitarius,aſsignatur per Iuriſconſultū in præallega.§.nunc uidēdum. quia nulla, ſcilicet uerſatur utilitas eius apud quem deponitur : meritò igi-

11 tur ſolus dolus præſtatur. Vnde † ſi merces acceſſerit, etiam de leui culpa (ut ibi Iuriſconſultus ſubiūgit) tenebitur:quia gratia utriuſque túc

K contra-

contractus fieri uidetur, ut hîc etiã per Decium col.j.idem ſi ſe obtulerit depoſito gratia deponentis facto ut,ſcilicet teneatur de leui culpa.De leuiſsimæ uerò quando obtuliſſet ſe depoſito facto gratia ipſius depoſitarij, aut utriuſque: ut hîc per Deci.columna j.

Ex cuius dictis habetur,quòd ubi
12 lex de culpa ſimpliciter mentionem facit,intelligitur de leui: id enim inter leuiſsimam & latam mediũ eſt. & hoc niſi materia ſuppoſita repugnaret: ut etiam uoluit Alciat.in l. magna negligentia.ſuprà tit. proximo.& latius Deci.infrà col.v,in iij. nota.ad quod pondero text. expreſſum in l.ſocius ſocio.ff.pro ſocio. & alium in §.prætereà.inſtitu. quibus mod.re contra.obli.dum inquit:culpæ autem nomine,id eſt,ſubiungit, deſidiæ ac negligentiæ: prout etiam ibi declarat glo.quamuis Corne. in conſi.cxiij.col.ij.in fin. lib.ij. culpæ appellatione eam uenire dicat, quũ ex natura contractus præſtatur. Eſt
13 autem † leuis culpa,negligẽtia, quũ quis in rebus alienis eam curam nõ adhibet,quam cæteri patresfami. ſolent,tametſi in ſuis minime diligentior ſit.ſecundum Alcia. in d.l. latæ culpæ.ſed latiùs explicat Bar.in d.l. quod Nerua.in vj.quæſt.princ. Eſt etiam glo. reputata ſingularis in d.
14 §.prætereà. quæ declarat † quid ſit dolus, quid leuis, quid leuiſsima, quid caſus fortuitus: de qua materia latè etiam tractant Bar.& Zaſius in d.l.quod Nerua.

15 Sunt etiam alij caſus † in quibus depoſitarius tenet̃ de leuiſsima culpa,& aliquando de caſu: ut hîc per Decium. Sed tunc non eſt propriè depoſitum,uerùm egreditur notiſſimos depoſiti terminos, ut dicitur in l.Lucius.la.j.& in l.die ſponſaliorum.ff.depoſi. de quo ultra hîc allega.per Dec.uide Bal.in conſi.ccxlv. lib.ij.Pau.de Caſt.in conſil. cxlij.in antiquis.Iaſ.in l.ij.ad fin. princ.ubi Moder.Taurinen.col.vij.ff. ſi cert. pet. Accedant etiã in materia, quæ ſcribunt Bald.conſil.cccxxij.uol.iij. Corn.in conſi.lxj.col.xj.lib.iij. Soc. in conſi.cxliij.colu.fin.lib.j. Pau.de Caſt.in cõſi.viij.uiſo. & Mod. Pap. in l.ij.in princ.in iiij.col. ff. ſi certũ
16 peta.† ubi uolunt.l.pen.C. depoſi. cum ſimil.quæ dant executionem, & priuilegia depoſito,ꝙ intelligant̃ de uero,reali, & naturali depoſito: non autem de ficto, uel improprio, aut confeſſato,quod not.

17 Aliam limitationem † ad prædicta ponit Iuriſconſul. in d.§. nunc uidendum.& latiùs hîc explicat ibi, niſi quid plus,uel minùs conuenit, id enim ſeruabitur: quia contractus legem ex conuentione accipit,eo excepto ſi conueniſſet de dolo non præſtando, nullius enim eſſet momenti huiuſmodi cõuentio: ut hîc. Ad idem tex.cum glo.in regula contractus.de reg.iur.in vj.& latiùs infrà dicetur.

Et cùm depoſitarius (ut ex prædictis patet) de leui uel leuiſsima culpa non teneatur,infertur ſecundum Angel.in d.§. prætereà. & Deci.hîc
18 colu.j. † quòd ſi leui culpa depoſitarij res depoſita furto ſubtracta fuerit,non tenebitur depoſitarius. Et
19 quando † cuſtos teneatur de furto, incendio,uel caſu fortuito, uide ultra

tra prædictam glo.& ibi not. Corn. in conſi.ccxlij.cum ſeq.lib.j.& conſi.xxviij.lib.iij.Cano.in c.j.de commod.& Bal.in conſi.lxxxviij. uol.j.
20 ubi furtum à famulo commiſſum, inter caſus fortuitos connumerant. intelligendo tamen, ut per Barb.in d.c.j.col.fin.Salic.in l.ſi creditor.C. de pigno.actio.& latiùs in l.j.C.depoſ.& Deci. in conſi.473.De forma autem libellandi in hac materia depoſiti ponit Ang.Are.in §.ſequens. col.iiij.inſtit.de actio.
21 Secundò not. ex iſto text. † quòd recipiens rem precario,de dolo tantùm tenetur, & lata culpa, ut de depoſitario ſuprà dictum fuit, & de precario eſt tex. in l.quæſitum.in §. cum quoque.ff.de precar. Deci.hic quædam ſcribit de precario, de precaria,& de conſtitutio, ultra quem uide de precario & precaria. poſt Abbatem Barba.in rub.in c.j. & fi.
22 de precarijs. Eſt † enim precaria in fœminino genere contractus differens à precario neutri generis. Nã precarium non conceditur ad tempus determinatum,nec etiam pactũ obligat concedentem quominus ad libitum poſsit reuocare.l.cum precario.ff.de precar.& c.fi.de prēca.quę decretalis ex ſpiritu & ſanguine illius.l.cum precario.extracta fuit: ut ibi dicit Barba. Sed precaria fit de rebus eccleſiæ & precibus accipientis conceditur ad certum tempus,ſecundum partium conuentionem, uel de quinquennio in quinquennium,expreſsè uel tacitè conſuetudine ſic diſponente: ita tamen quòd renouetur de quinquennio in quinquennium,aut etiam perpetuò d.c. j.cum ibi not. Nec poteſt iſta precaria ante tempus conuentum reuocari. d.c.fi.Et hic contractus precarię incognitus eſt de iure ciuili: ſed eſt ſimilis contractui emphyteutico, ſecundum Abb.& doct.ibidem, ideò realiter & effectualiter dictus contractus precariæ dici poteſt etiam à iure ciuili cognitus: ſed accidentaliter, & quò ad quid ut precibus detur,& de quinquennio in quinquẽnium renouetur, uerùm nominatiuè fuit à conſuetudine & à iure canonico introductus.dict.ca.j. cum ibi nota.ubi Abb.& Barb.in fi.poſt
23 alios dicunt, † quòd non petens renouationem poſt quinquennium à iure ſuo cadit: quia talis renouatio introducta fuit in fauorem eccleſię, ne propter antiquitatem temporis accipiens, uel eius ſucceſſor rẽ propriam eſſe dicat & non eccleſiæ:niſi eccleſia uelit eum inuitum retinere: ut ibi per eos.
24 Quantùm autem ad † precariũ, de quo in iſto tex. differt à commodato: quia commodatum fit ad certum & determinatum uſum, & antequàm uſus ille ſit expletus reuocari non poteſt. precarium uerò non fit ad certum uſum: ideò poteſt reuocari quandocunque: quia ſi non poſſet nunc,nec unquam poſſet, & proprietas inutilis redderetur. quæ ratio ceſſat in commodato.text.eſt in l. in commodato. in §.ſicut. ubi not.Paul.de Caſt.ff.commo. & melius in l.ij.C.eo.de qua materia latè in l.j.ff.de preca.& in c.fi. de preca. Dec.infrà in iij.not.& Bal. in l.fin. column.ij.C. de compenſ. ubi dicit precariam magis accedere cõmoda-

to,quàm depoſito. Et eſt notandus
25 tex.d.l.cum precario.dũ uult † nul-
lius eſſe momẽti pactum , per quod
conuentum extitit, ne liceat reuoca
re precarium.Et eſt ratio , quia tale
pactum eſt contra ſubſtantiã actus ,
ideò non ualet:ut per Alexand.poſt
Bart.& alios.in l.pen.colum.ſin.C.
de pact.& Dec.in conſi. cclxv.colũ.
penul.& melius in conſi.ccxciiij. co
lum.fin. ubi dicit poſt Bart.tex.d.l.
cum precario.procedere,quando il-
lud pactum contra naturam preca-
rij non poteſt in alium contractum
tranſire,quia uerba non patiuntur:
ſecus ſi poſſet fieri tranſitus ad aliũ
contractum uerbis non repugnanti
bus,ita probatur in l. ubi ita dona-
tur. ff.de dona. cauſa mort. ubi do-
natio cauſa mortis in donatione in
ter uiuos ui pacti appoſiti transfer-
tur. Ad quam l.cum precario.not.
uerbum ſcribit Lancel.Dec.in l.pe.
colum.penult.C.de pact. Vtilius eſt
26 autem † ſimplex conſtitutum , quã
cum clauſula precarij : ut hic in.ij.
colum.ſentit Dec.& clarius explicat
Balb.poſt tract.præſcriptionum , in
repetitiõ.l.Celſus.colum.xxvij.cum
ſequent.de vſucapio.in j.q.Bart.de
quo etiam per Barb.in c.fin.colum.
penul.de precar.

Quantum ad ea quæ de conſtitu-
to hic ſcribit Dec. aliquantulum eſt
impertinens materia , utilis tamen
in practica.poſſem plura non negli
genda maxime a uerſantibus in pa-
latijs & cauſarum auditorijs dicere:
ſed ratione prædicta omittere decre
27 ui,& ſolũmodo † remiſsiones quan
doquè gratas dare . Videbis igitur
ſcribentes maximè Mod. in l. quod
meo.ubi eſt principalior tex. in ma
teria.ff.de acquiren.poſſeſ.Barto.in
repe.l.iij.in iiij.q.princi.in viij.col.
C.de pigno.& in l.j.in §.nunciatio.
ubi alij ſcribentes.ff. de noui oper.
nuncia.ubi dicunt conſtitutum pro
bare, & notorium facere contra cõ-
ſtituentem & hæredem illius. argu.
l.cùm à matre.C.de rei uendi.ita ꝙ
non erit neceſſe iſto caſu probare ,
quòd conſtituens tũc temporis poſ-
ſideret:ſecus ſi ageretur contra ter-
tium,de quo etiam per Angel. in l.
quædam mulier.ff. de rei uendi,vi-
de pariter Bald.in rub.C. de contra
hen.emptio.q.xvj.ponentem de te-
nuta quæ eſt ex conſtitutione preca
rij ꝙ nõ transfertur.recurre etiã ad
Alexand.& Aquen.in l.exitus. ff.de
acquir.poſſeſſ. Alexand. in conſilio
xxvij.colum.ij.uolum.ij.& conſi.lj.
lxxxv.cliij.ibi in vj.uolum.Aquen.
in d.l.Celſus.colum.v.& in l.poſsi-
deri.in §.incertam.ff.de acquir. poſ
ſe. ubi ponit, an conſtitutum poſsit
operari reſpectu bonorum futuro-
rum.Guido.Papæ in q.cclxviij.De-
ci.conſi.ccxxvj.& ccxlvij. Aquen.in
l. quamuis.in §. ſi conductor.ff. de
acquiren.poſſeſſ.Ripam libr.iij. re-
ſpon.ca.xx.& uolunt præfati ſcribẽ
tes,quòd cõſtitutum collatum poſt
mortem non operetur, etiam adie-
cta clauſula,ex nunc prout ex tunc :
tanquam collatum in tempus inha-
bile.licèt enim cõnſtitutum purum
uideatur , tamen eſt conditionale ,
cùm recipiat omnes conditiones &
qualitates , quas recipit contractus
principalis,cuius cauſa fit conſtitu-
tum,ſecundum Ripam loco præalle
ga.& latius ſtatim remiſsiue dicam.

Fanen.tamen in tractat. de pignor. ſol.iiij.colum.iij. & ſeq. reprobant Decium,uide etiam Iaſ.in §. ſi quis in fraudem.inſtit de actio.& in l.ab emptione.colum.pe.& fi.ff.de pact. & conſi.cxlvij.lib.ij.& in l. quotiés. colum.iiij.C.de iudi.Barb.in d.c.fi. de precar.Balbum in repet.d.l. Cel ſus.colum.xxvij.cum ſeq.& in trac. præſcrip. fol.33.in xj.q.Curt.Iun.in conſi.cxx.Afflict.in deciſ.regni.335. & Moderni Taur. in l.lecta. in xij. not.ff.ſi cert.pet.& in l.ij.num.102. C.de eden.Pract. Pap. in forma libelli in cauſa uenditionis.ſuper gl. in uerb.conſtitutus.Angel.Areti.in §.actionum.colum.v. & vj. inſtitu. de actio.& Ioan.Crot.in repe.l.ſi is qui pro emptore.chart.ulti. de vſucapio.pro emptor. ubi etiam ponit de uenditione prædij facta ad menſuram cum conſtituto, quod nihil operatur ante mēſuram perfectam. item uide plenè Vitalem de Cāba. in tractat.clauſu.fol.xj.& xij.in clauſula cōſtituit ſe precario. & Ripam in rubr.ff.de interdict. Et nota, ꝙ mortuo eo in cuius fauorem factū eſt conſtitutum, hæres eius non poſſidet, niſi apprehēderit poſſeſsionē per l.cum hæredes.ff.de acquir. poſſeſ.Paſsiuè autem clauſula conſtituti tranſit in hæredem coſtituentis, quia cenſetur tenere & poſsidere eo modo & forma quibus defunctus tenuit:ut per Pau.de Caſt.in l.neque per illum tex.C.de uſufru. & Balb. in tractat.præallegat.præſcrip. folio xxxiij.quæſt.xj.facit tex.d.l. cū precario.in §.j.ubi precarij rogatio ad hæredem eius qui conceſsit tranſit. hæres enim & defunctus una eademque cenſentur perſona, nec poteſt hæres contrauenire facto defuncti.§.j.in auth.de iureiurand.à morient.præſti.& in l.cum à matre.C. de rei uendic.cum ſimilib.ideò &c. Et uenditor qui ſe conſtituit nomine emptoris poſsidere, actione ex empto,ut rem tradat, amplius conueniri nequit,ut per Bar.& aliòs in l.ab emptione.ff.de pactis. Sed licèt conſtitutum liberet conſtituentem à traditione, quæ iuris eſt, non tamen liberat ab ea quæ eſt facti.Bal. in rub.C.de contrahen.empt.quæſtio.xvj.& i d.l.ab emptione. Imol. in l.ſi rem.ff.de ſolut. Alex.conſilio xxij.col.iij.lib.ij. & regulatur cōſtitutum ſecūdum naturam actus cui adijcitur.Bart.conſil.xxviij.col.vij. & vij.lib.j.& conſ.xliij.col.xix.lib. j.& Alexā.conſi.lxxxj. lecto.col.iiij. uolu.iij. Nec operatur conſtitutum ubi eſt præſumptio fraudis,imò tūc corporalis exigitur traditio. Bart.in l.poſt contractum. col.iij. de donationib.Bald.in l.j.C.de donat. ante nup.Et ubi quis emit per interpoſitam perſonam, ſubeſt præſumptio fraudis.Barto.in l. pupillus in §.fi. ff.de autho.tuto.Et licet ex contractu ſimulato non transferatur dominium:transfertur tamen poſſeſſio,ſi id agāt.l.j.§.ſi uir. ff. de acqui ren.poſſeſſ. quia ad tranſlationem poſſeſsionis non requiritur cauſa: ut per Bartol.& alios in dict.l.quod meo.& in l.emptor.ff.de acqua pluuia arcen. Bald. in l. multum.C. ſi quis alte. uel ſibi. & ſi poſtmodum rē talis teneat nomine, ad commodum emptoris tenuiſſe cenſetur. Bald.in tit.ſi de feud.fue. contro.in·

§.ſi facta.colum.iij.faciunt not. per Baldum in d.l.multum.colum.fi.& Bart.in d.l.quod meo.dum ponunt ex titulo inualido transferri poſſeſſionem, quamuis conſtitutum ſup contractu inualido nihil operetur. ut per Alexand.in d.§.ſi uir.col.iij. Circa prædictam materiam conſtituti,Cardin.Pariſi. & Ludo.Goza. plura tetigere in conſultationibus ſuis,quæ referre non curo:eò maximè quòd breui ab excellentiſsimo ſingulariſque doctrinæ uiro, domino Nicolao Balbo, in Senatu Illuſtriſsimi D.Ducis noſtri præſide digniſsimo aurea inuulgabitur repetitio in d.l.quod meo.quæ ſiue theoricam,ſiue practicam deſideraueris, utiliter & ſubtiliter cuncta docebit.

Tertiò not.ibi,dolum,uel culpã. quòd in contractibus hîc enumeratis uenit non ſolùm dolus, uerùm
28 etiam culpa leuis. quia † ubi per legem fit mẽtio de culpa, intelligitur de leui, niſi natura contractus, uel ratio ſubiectæ materiæ aliud dicendum ſuadeat: ut hic per Decium in iij.not.ut dixi ſuprà. Si tamen dicãt
29 teſtes † interueniſſe culpam in contractu gratia utriuſque celebrato: cùm depoſitio de lata, leui, & leuiſſima,intelligi poſsit, clarè & ſpecificè declarare debent de qua culpa intelligant, aliâs propter incertitudinem non probant: ut hic per Deci. poſt Alexan.& Corn.

Et condeſcendendo ad contractus hic enumeratos in quibus uenit culpa,uidebatur in primis mandatariũ de leuiſsima etiam teneri. per l. à procuratore, cum gloſſ.C.mandat. Et tamen, quia mandatum fit gratia mandantis tantùm non autem recipientis,quemadmodum depoſitum à precario & depoſito, diſiungẽdum minimè uidebatur:ſed iſtud contingit,non ex natura contractus quia procederet tunc oppoſitio,ſed eò quia mandatum ſuſcipiens, ſe peritum cenſetur aſſerere, & diligentem ſuper contentis in mandato: cuius aſſertionis ratione uenit leuis culpa:ut hîc & quandoque leuiſsima quando diligentiſsimum ſe aſſeruiſſe cenſetur:ut in dict.l. à procuratore.ſecundum Paul. de Caſtr. ibi,propterea glo.in §. mandatum. inſtitu.de manda.hunc contractum ab alijs multùm diſcrepare dicit.
30 Regulariter ergo † in mandato uenit dolus,lata, & leuis culpa, ut hîc. quandoque etiam leuiſsima,ut cùm maxima exigitur diligentia, quemadmodum in iudicialibus.d.l.à procuratore. & in pulchro caſu conſultationis Alex. hîc per Deci. relatæ.nonnunquàm lata tantùm, cùm nulla uel modica exigitur induſtria ut hîc per Deci.& ſunt omnia dicta Barto.in d.l.quod Nerua. in ix.q.à doctoribus communiter recepta & approbata:ut per Pau.de Caſt.in d. l.a ꝓcuratore.& Ang.Aret.ac alios in d.§.mandatum.ubi & per totum illum titu.plura dicunt de hac materia mandati.De forma uerò libellandi,ponit idem Ang.in §.ſequens,colum.v.inſti.de actio.

Secundus caſus hîc enumeratus in quo leuis culpa præſtatur, eſt de commodato: in qua materia iura ſunt ſatis uulgata, ſed uario mo-
31 do loquuntur.Nam † ſi commodatum

tum factum fuerit gratia commodatarij, ut communiter fieri ſolet, tūc etiam de leuiſsima culpa tenetur, exactiſsimamque diligentiam, qualem diligentiſsimus quiſque paterfamiliàs ſuis rebus adhibet, præſtare debet.tex.eſt in c.j.ubi canon.ponunt de commo.& in §.item is cui. inſtit.quib.mo.re contra.obli.& in l.in rebus.in princ. & in l.in cōmodato.in princi.ff.commo. Et procedunt prædicta in foro contentioſo, in quo tenetur quis etiam de leuiſſima culpa, ſed in foro conſcientiæ, quia culpa leuiſsima peccatum ueniale tantùm eſt:ut per Feli. in c.cū te.col.iiij.de re iudic.ſufficit pœnitētiam agere.ut poſt Inn.& Abb.ſcribit Barba.in d.c.j.col.j. quod tamē reprobatum inuenies in ſumma Angel.in uerb.culpa, verſic.vj.de quo latiùs per Dec.in c.j.col.pen.de conſtit.Item quando commodans dixiſſet, rem tuo arbitrio conſerua:commodatarius tunc de leuiſsima culpa non tenetur:ut per Rom. in ſingul.262.depoſitarius. Et generalius loquendo quando plus minusúe cō ueniſſet:ut infrà dicit text. ubi dicā ultrà ea quæ in ſuperioribus tetigi. De caſu tamen fortuito non tenetur dictus commodatarius, niſi culpa, aut mora præceſſerit, uel caſum fortuitū in ſe ſuſcepiſſet d.c.j.cū ibi no.& l.j.ibi no. p Bal.Pau.& alios. C.commoda.& præalle.l. in rebus. & §.item is cui. Et in hac materia notabis elegantem textum, l. fin.ff. commodat.quòd ſi equus commodatus deterior reddatur, non tenetur aliquo modo commodatarius, qui uſus eſt ad vſum pro quo fuit cōmodatus, modò uulla culpa præceſſerit.de quo pulchrè Felin. in capitu.auditis.colum.xvj. de præſcription.& pariter ſignabis.l. argentū. illo eod.titu.ff.commod. quòd ſi argentum mihi commodatum per ſeruum meum communi exiſtimatione fidelem remittam, ſi cum argento aufugerit, uel interceptum fuerit in itinere, ego non teneor. de quo uide Bald.conſi.lxxxix.lib.I.& ccccxxvi.lib.ij.Rom.conſi.ccxlj.& ccccxiij.colum.ij.Cæpol.in cautela lvij. Paul.de Caſtro in dict.l.argentum. Barb.in c.j. colum.xviij. ut lite nō conteſt. Feli.in c.teſtimonium. col. v.de teſti.Aquen.in l.j. in §. ſi procurator.col.j.ff.ſi quis ius dicen. nō obte.& Alexā. in l.ij. col.ij.ff.quod quiſque iuris.Iaſ.in l.j.ff. de eo per quem factum.Deci. & alios in ca.ſignificante.de appellat. Et in dubio

33 † præſumitur commodatum factū gratia recipientis, & eius rogatu, ut hìc per Deci. reprobantem propterea cautelam Ange.admonentis, uolentem pro culpa agere ut narret, ꝙ conuentus petijt commodatum, ut hìc per eum.qui ſatis ex dictis Ang. in d.§.item is cui. collegit quæ dicit.& antè Angel.Areti.& Dec.omnia poſuit Paul.de Caſtro in l.ſi ut certo.in §.interdum. ff.commod.& idem uult Barba.in rubric. de com-

34 mo.ad finem.In quibus autem † cōmodatum differat à precario, & in quibus conueniant, latiùs quam Deci.hìc ponit Paul.de Caſt.in l. ij.C. commoda.& aliqua in ſuperioribus diximus.

35 Si autem † commodatum gratia commodantis tantùm fuerit factū,

tunc de dolo & lata culpa tantùmmodo tenetur.præalleg.§. interdũ. nec à depoſito differt data paritate terminorum. ut hîc per Deci. poſt Bar.& eſt tex.no.in d.§. interdum. tripliciter exemplificans. Signanduſque eſt maxime ille tex.dũ uult,
36 ꝙ†ornamenta quæ ſponſus ſponſæ tradit,aut uir uxori,cenſentur duntaxat commodata gratia dãtis principaliter, ut magis compta deducatur uel ornata incedat. de quo latè conſulendo per illum text. ſcribit Ange.in conſi. cclj. incip. Nicoletus.∴intelligens in dubio quando ſponſus uel maritus ſimpliciter, ut fit,& ſine aliqua uerborum expreſſione tradidit:ſecus quando expreſſè donarentur,quia ſi à ſponſo ſponſæ,ualet à principio,ſi à marito nõ, ſed morte confirmaretur,cum à traditione incæperit,ut ibi per Ang.& Bal. in l.cum te.ℸ.alleg. & Barb.in rub.de commo.colum. fi. quæ quidem diſtinctio uera eſt & per doct.
35 approbata. † nam quòd donatio à ſponſo ſponſæ facta ante contractũ matrimoniũ per uerba de præſenti ualeat,indubitati iuris eſt, etiam de re immobili,ideſt ſponſus ſponſæ. & l.pe.ff.de dona.inter uir. & uxo. l.ſi tibi.& l. ſi ante. cum ſimi.C. de dona.ante nup. Intellige contracto poſtea matrimonio.quod ſi nõ fuerit ſubſecutum,dic ut in l. cum ueterum.& in l.ſi à ſponſo.C. de dona. ante nup.Sin autem contracto iam matrimonio per uerba de præſenti ea donatio facta fuerit, non ualet, ſed confirmatur morte, cum incęperit à traditione.l.penul.& l.Papinianus.cum gl.ff.de dona.inter uir.& uxo.tradunt pulchrè Soc. Iaſ. & alij in l.j.in §.ſi uir.ff.de acq. poſſ.quæ concluſio procedit etiam ꝙ ſponſa nondum eſſet ad domum uiri ducta:ut per Soc.in conſi.cxxiij. uolu.
36 j.ubi conſuluit,†ꝙ annuli, iocalia, & reliqua precioſa ſponſæ donata, non efficiantur ſua, ſed remaneant in dominio dantis:quia donatio nõ ualet, niſi fiat ante matrimonium, quod conſenſu cõtrahitur, ut etiam per Bal.in l.cum te.C.de dona.ante nup.quod nota contra opinionem uulgarium,annulos,cathenas,& iocalia tradita per ſponſum ſponſę incontinenti poſt uerba matrimonij eſſe ipſius ſponſæ. ſi enim, ut diximus,ſimpliciter(ut fit communiter) tradita ſint, cenſentur commodata gratia tradentis,& recipiens tenetur tantummodò de dolo. Si autem expreſsè donentur,non ualet donatio quamuis confirmetur morte uiri nõ
37 reuocantis,ut dictum eſt. Et†dè annulo uide ſingularem tex.pro limitatione in l.ſi donatæ.in §.ſponſus. ff.de donatio.inter uir.& uxo.ubi,ſi ſponſus ante nuptias alienum annulum ſponſæ donauerit, poteſt poſt nuptias proprium loco illius tradere,nec dicitur uxori donare,ſed donationem iam factam ſponſæ confirmare.Et tradit etiam Fel.in c.licèt cauſam.col.xj.uer.limita quintò. de proba.& Lance.Dec.ad fi.l.ultimæ. C.de eden.ꝓbat igitur ille tex. ꝙ ſi poſt cõtractũ matrimoniũ expreſsè donetur ſpõſę ſeu uxori annulus,do
38 natio nõ†ſubſiſtit.Quid autẽ de donatis p cõſanguineos & affines ſpõſi,& ſponſæ?dic ꝙ ſi per affines uxoris,efficiuntur ipſius uxoris. Si per con-

-conſanguineos & affines ſponſi uel mariti, donata præſumuntur contéplatione uiri: propterea uiro & hæredibus acquiruntur ſecundum ſententiã magis cõiter doc. receptam, ut p Corn. in l. ut liberis. col. ij. ubi Iaſ. Pe. & Dec. ultima. C. de colla. latiũs Iaſ. in l. ſed ſi plures. in §. ad ſubſtitutos. ff. de uulga. De ueſtibus & alijs factis, datiſque per maritum, cui ſpectent, quidve de his poſt morté uiri faciendum: tradunt Alex. & alij in l. pen. ult. in §. ſeruus. ff. ſol. mat. & latiùs in l. ſi is qui quadraginta. in §. dos legata. ff. ad leg. Fal. Barb. in cõſ. ix. co. xvj. & xvij. uo. 3. plenè Matth. de Affli. in deciſio. cccxv. & Vitalis de Camba. in tract. clauſularũ. foli. cxx. cum ſeq.

40 Aliud † pulchrũ exemplũ de commodato gratia tantũ commodantis facto: ponit tex. in d. §. interdum. de uolẽte accedere ad uidendũ ludos, qui luſoribus cõceſſit ueſtes aut alia p ludo neceſſaria, uel oportuna, q cẽſeatur commodaſſe ipſius gratia: ideò luſores nõ teneãtur niſi de dolo & lata culpa, quod Paul. de Caſt. ibi reputat ppetuò eſſe mẽti tenendũ.

41 Si uerò † cõmodatũ gratia utriuſque factũ fuerit, dantis recipientiſque: tunc cõmodatarius tenetur de dolo, lata, & leui culpa: non auté de leuiſſima. l. in rebus. §. hoc ita. ff. cõmoda. l. ſi cũ uenderet. §. ſi. cũ l. ſeq. ff. de pig. act. ſecũdũ gl. & docto. hîc. Et no. exẽplũ huius mẽbri ponit Iuriſcõſultus in d. §. hoc ita. ſecundum quam diſtinctionem & declarationem oportet hanc noſtram regulã reſtringere ad commodatum gratia utriuſque cõtrahentis factum. quæ reſtrictio magna eſt, nec habetur cõſideratio ad id quod communiter fit: iuxta ea quæ in ſuperioribus diximus.

Et pro complemento huiuſce materiæ commodati ad actum practicę deſcendendo, formam libellandi, & articulandi tradit Ang. Arct. in d. §. item is cui. & in §. ſequens. col. iij. inſti. de actio.

42 Tertius caſus eſt uenditi: † nam uenditor de dolo, & leui culpa tenetur: cũ gratia utriuſque contractus celebretur. tex. eſt etiam apertus in §. cum autem. uerſi. quicquid enim. & in uerſi. quod ſi fugerit. inſtit. de contrah. emp. licèt enim poſt uenditionem periculum ſpectet ad emptorem. iuribus prælleg. & l. j. C. de peric. & commo. rei uendi. debet tamẽ uenditor (vt hîc ſcribit Dec.) cuſtodiam in re uendita præſtare qualem bonus paterfamilias in rebus ſuis adhiberet. l. quod ſæpè. in §. ſi res uendita. ff. de contrah. empt. l. hoc ita. in §. j. & l. ſeq. quæ incipit cuſtodiam. & l. ſi uendita inſula. ff. de peric. & commo. rei uendi. De qua quidem cuſtodia uide tex. nota. in l. ſi quis uina. in §. ſi. illo eo. ti. de peri. & commo. rei uen. finis inquit, cuſtodiæ uini uenditi, eſt aduehendi tempus: ſi tempus adiectum fuerit, denunciare emptori debet, ut aũt tollat uinum aut (quemadmodum dicit tex. l. eiuſdem tit. in §. licet) futurum ſciat ut uinum effunderetur, ſi tamẽ, ſubiungit ille moralis tex. cum poſſet effundere, non effundit, laudandus potius eſt: ea propter mercedẽ quoque doliorum poteſt exigere, ſi eius interfuit inania eſſe uaſa, in quibus uinum

uinum fuit: exemplificando duobus modis, ut ibidem declaratur. Signâduſque eſt tex. d. l. j. ad fin. dum eam materiam abſoluendo ait, ꝙ ſi non ſint euacuata uaſa, faciendum eſt, quod ueteres putauerunt, per corbẽ uenditorem menſuram facere, & effundere, ut appareat quantùm emptori perierit. Corbis autem ibi ſtare nequit propriè pro uaſe ex uiminibus facto propter ſubiectam materiam, ſed pro uaſe alicuius certę mẽſuræ capaci ponitur. aliàs menſura per talem corbem facta, ſciri non poſſet quantùm emptori perijſſet, ſecundum quod ibidem uult Iuriſconſultus. Et pro complemento iſtius materiæ, empti, & uenditi, reducendo etiam rem ad actum practicæ: uide Ang. Are. inſt. de contrah. empti. per totum ti. & in §. j. de act. & in §. actionum. col. iiij. cum ſequenti. col. xv. & xvj. eod. titu. & pract. Papien. in forma libelli, in cauſa uenditionis.

Quartus caſus hîc enumeratus
43 † pignoris eſt, in quo uenit etiam leuis culpa, quia gratia utriuſque con trahitur: ut declarat tex. §. fi. inſtitu. quibus mod. re contrah. obli. hinc dicit Bal. in l. quæ fortuitis. colum.
44 vj. C. de pig. acti. † ꝙ fœnerator qui minus diligenter res pignoratas excuſſit, à tineiſque præſeruauit, in leui culpa eſt, & de tali damno dato conſequenter tenetur. Intellige prædicta de conuentionali, non autem de iudiciali, uel prætorio, in quo ſolùm uenit dolus, & lata culpa creditoris: ſecundum Decium per text. l. prætor ait. in §. eſt præterea. ff. de bonis autho. iudi. poſſi. & hoc declarauit pulchra gloſſ. in l. prima. ff. de pignor. actio. & Modern. de Fano in tractatu de pig. in tertia parte prin. column. antepenul. nu. 59. ubi poſt Bartol. inferunt ꝙ habens conuentionale pignus indiſtinctè reficere tenetur, aliàs de omiſſo à debitore conueniri poteſt: ſed habens pignus prætorium ad reficiendum, non tenetur niſi omiſſio refectionis in dolum, aut latam culpam caderet. ſuntque adhuc prædicta declaranda & reſtringenda: ut per præfatos Modernos loco præallegat. char. 60. numero quinto in tertio membro, ſe. ptimæ part. prin. Pro perfectione uerò præſentis materiæ actionis pignoratitiæ & hypothecariæ reducendo rem ad actum practicæ: uide practicum Papię. in forma libelli, in actione hypothe. & reſponſionis quæ ibi ſubijcitur. dictúque Aug. Are. in §. actionum. col. xxvij. cum ſeq. inſtit. de action.

45 Quintus caſus eſt † locationis & cõductionis: qui cõtractus gratia utriuſq; celebratur: ideò uenit etiã leuis culpa: ut hîc, & l. qui iudicio. C. loca. & §. pe. inſt. eo. tit.

Hoc fallit in re frangibili, & quæ faciliter frangitur: quia tũc uenit ẽt leuiſſima culpa. l. ſi merces. in §. qui columnam. ubi gl. ff. loca. & in d. §. pe. ſecundum Dec. hic. & Alciat. in l. magna negligentia. ſuprà titu. proximo, per d. §. qui columnam. & per Chriſto. Porcium in d. §. pe. colum. pen. ubi hanc ſententiam tanquàm communiorem approbat. Quę uera nõ eſt, niſi ubi quis aſſerit ſe peritũ, ut quando operas locat tanquàm artifex, quia tenetur tunc etiam de leuiſſima

uiſſima culpa:ita intelligitur tex. p̃ alleg.§.qui columnam. ut ibi declarat Pau.de Caſt. alias autem ſecus, etiam ꝙ res de facili ſit frangibilis. tex.eſt in d.§.pen.inſtitu.loca.prout ibidem declarat Ang.Are.dicens illo caſu conductorem teneri tantùm de leui culpa,quia non ut artifici data fuere,inquit, iſta bona. id quod voluit etiam Sali.in d.l.in iudicio, dum ſoluit oppoſitionem.§.ſi ueſtimenta.Et iſta opinio eſt magis amica legibus,& conformatur cũ regula legis noſtræ,probaturque ineuitabiliter per d.§.qui pro uſu.inſt.loca. dum uſum ueſtimentorum,quæ de facili uaſtantur, & coinquinantur, cũ uſu argenti & iuméti coniungit. cui dubium ꝙ pro argẽto & iumento, cũ gratia utriuſq; ſi ctus ſit contractus,uenit tantùm le nis culpa, ut in regula noſtra, non autem leuiſſima: ergo & pariter pro uſu ueſtimentorum,ſicque rerum quæ de facili franguntur & corrumpuntur,tenebitur quis ſolummodò de leui, non autem de leuiſſima:aliàs una & eadem determinatio plura determinabilia diuerſimode determinaret, contra l.iam hoc iure.ff.de uulg.niſi ut diximus, tanquàm artifex & ſe peritum aſſerens conduxerit, imputãdumque eſt aliàs locatori,ſi in ſpecie de leuisſima culpa non conuenit,ſentiatque damnum: hoc enim euenire poſſe proſpicere debuit. argum.tex.no.in l.ſi quis domum. in §.idem quærit.ff. loc.Facit quod de negligentia ſocij ſcribit Iuſtinianus, inſt.de ſocie.ad fi.tit.& in §.præterea.inſt.quib.mod.re contr. obi.ibi, ſuæ facilitati imputare debet. cũ dictis per Deci. in c.nouit.col.viij.de
46 iud.Limitat̃ quod de artifice diximus, in eligẽte ſcienter imperitum, ſecundum Igneum hìc. per tex.cum gl.in §.culpa.l.utique.ff.de rei uẽd. &.l.quod ſi nolit.in §.culpam. cum glo.ff.de ædil.edict.Sed labitur errore,quia bene imputatur eligenti inexpertum & imperitum ad ipſius dãnum & præiudicium,ut in dictis locis traditur:& per Alexan.in l. ſi ab hoſtibus.col.ij.ſolu.mat.& Iaſo.in l. iuris ignorantiam.ad fin.C. qui admit.ſed non refragatur illud,quia ẽt aſſerenti ſe artificem & peritum leuiſſima adſcribatur culpa. d.§. qui columnam.cum alijs de quibus ibi per Paul.de Caſt.

Ex prędictis infertur ad plures notabiles quæſtiones ſecundũ Dec. hìc. Prima eſt Bald. in conſi.ccxix.
47 lib.j.† ꝙ pro equo ad uecturam capto,apud hoſpitéque ꝓpter infirmitaté malúmue dimiſſo,ſi mortus fuerit,nõ teneat̃ cõductor:quia nõ obligat̃ de uitio naturali,nec de caſu fortuito,nec ẽt de leuiſſima culpa,p p̃. dicta.ſi aũt nõ fuiſſet diligẽter cuſtoditus,teneretur.ſubijcit Bal,nec mirũ,quia tũc eſt leuis culpa,de qua tenetur cõductor:ut hoc tex.Hinc eſt, ꝙ etiam ſi debitè non fuerit in itinere & hoſpitijs paſtus,& macer deteriorque redditus fuerit, ad intereſſe tenetur conductor.l.animalia. cum ibi not.per Bartol.C. de curſ.publ. libr. xij. non enim facit,ut quilibet diligens paterfamiliàs feciſſet: ideò nimirum ſi ob talem leuem culpam tenetur. ad quod vide pulchrè Salic.in dict.l.quod Nerua.colum. antepenulti.& in l.ſi nulla. colum.fin.

C.de

48 C.de pign. actio. Pariter † in mulo uel equo ad portandū aliquid conducto, ſi ſupra condignū & ultra cōſuetū oneratus fuerit, & perierit, uel deterior in itinere efficiatur, de huiuſcemodi leui culpa tenetur conductor: aliàs ſecùs. tex. eſt cū not. pBar. in l. publici. C. de curſu. pub. lib. 12. & not. etiam Bart. in §. qui mulas. l. qui inſulā. ff. locat. & Corſet. in ſingul. in uerbo onus. Et ſimiliter ſi equum cōductum ligno uel fuſtibus quis percuſſerit, ut otius iret: ex quo equus perierit, uel deterior effectus fuerit, de hac leui culpa tenetur: nō enim fecit id quod diligens paterfamiliâs feciſſet: ſecus ſi flagello uel calcaribus percuſſerit, mortuusque ſit, uel deterior factus: quia periculum ad eum non ſpectat. fecit enim quod quilibet diligens paterfamiliâs feciſſet. text. eſt quē Bart. & alij not. in l. j. C. de curſu publ. lib. xij. & tradit Corſ. in ſingul. in uerbo Conductor.

Secundò infertur ad quæſtionem 49 de emphyteuta, † qui rem deteriorem fecit culpa lata, aut leui, ut teneatur, quemadmodum poſt Bald. & Alexā. hic tradit Dec. latius idem Dec. in authen. qui rem col. ij. C. de ſacroſ. eccleſ. dicens prædicta procedere ubi agitur de culpa in non faciendo, ſicque negligētia: quia non uenit tunc leuiſsima culpa in contractu, qui gratia utriuſque celebra-50 tur: ſecus † in culpa cōſiſtente in faciendo: ut quando emphyteuta rem deteriorem feciſſet, quia illa eſt maior culpa. iuxta glo. famigeratam in l. ſi mora. ſolut. matr. unde culpa leuiſsima in faciēdo æquiparatur leui in omittendo: ſecundum Bartol. in d. l. quod Nerua. Poſſem multis ſimilibus prædicta cōprobare, in qui-51 bus † grauius apparet eſſe delictum conſiſtens in faciendo, quàm illud quod conſiſtit in omittendo: ut per Bart. in §. fi. l. licèt. ff. de pecul. Alex. in l. ij. in §. item ſi in facto, ad fin. ff. de verbo. oblig. in l. qui accuſare. ad fin. C. de edend. in l. ita ſtipulatus. col. iij. ff. de verb. oblig. Corn. conſi. cxx. col. fin. & clxxviij. col. ij. uolu. j. Iaſ. in l. ij. colu. ij. & iij. C. ſi contra ius. Parpaleam in l. j. fol. xxxv. in recollectis. ff. de vulg. Corſ. in ſing. in uerbo pœna. & licèt Dec. non uiderit, ſeu nō referat opinionem Bart. in d. l. quod Nerua. in pūcto ſuprà tacto, ſequitur tamē latius Alexan. in d. l. quod Nerua. col. v.

Sed hęc opinio uidetur confundi per generalitatem iſtius regulæ, & per alia iura in ſuperioribus alleg. per quæ excluditur leuiſsima culpa in cōtractibus, qui gratia utriuſque contrahentis celebrantur, & uelle reſtringere ad culpam leuiſsimā quæ in omittendo cōſiſtit, eſt deſtructio maxima generalis ſermonis. Eſt pariter contra text. §. fin. inſtit. quibus mod. re contrahit. oblig. qui in talibus contractibus exactam, & nō exactiſsimam diligentiam requiri dicit, & cōtra tex. l. ea igitur. ff. de pig. actio. uolentes pariter ſufficere in talibus ea facere quę diligens paterfamiliâs feciſſet: nō autem exigit ea quæ diligentiſsimus, quod faceret, ſi leuiſsima culpa ueniret. Cōtradicit etiam tex. §. qui pro vſu. inſtit. locat. inducendo, ut ſuprà feci. Probatur etiam loco à ſpeciali ſumpto in l. ſi quis

quis fundum.in §.penult.ff.locat.&
in præalleg.§.qui columnam, quæ
iura loquuntur de culpa leuiſsima
conſiſtente in faciendo: uoluntque
in illis caſib.ſpecialiter uenire: quia
recipiens tanquam artifex peritum
ſe aſſerens recipit:in contrarium eſt
ergo ius cõmune.Fateor in alijs ter-
minis grauius cenſeri delictum cõſi
ſtens in faciendo, quam in omitten
do, iuribus & authoritatibus ſupra
alleg.Et poſtquàm prædicta cõſide-
raui & ſcripſi,inueni Salic.hanc opi
nionem tenẽtem in præalleg.l.in iu
dicio.& latius quædam alia inducẽs
in l.ſi nulla.col.fi..C.de pign. actio.
& in d.l.quod Nerua. col.antepen.
ubi refert Bald.ita etiã tenuiſſe con-
tra Barto.dicens eſſe hæc ſubtilia,&
bene ponderáda.hanc eandem opi-
nionẽ inuenio tenere Ioan. Igneum
hîc fol.iiij. licèt de Salic. optimè &
ſubtiliter in hoc paſſu loquente nõ
faciat mẽtionem, nec etiam de alijs
præalleg.ideò diligenter not.

Tertiò infertur, ad deciſionem
not. quæſtionis poſitæ per Corneũ
52 in conſil.cccxviij.lib.iiij. † de mu-
lione dicente ſe perdidiſſe ſacculum
ubi erat argẽtum receptum ab uno
mercatore, & alteri mercatori defe-
rendum,cecidiſſeque de mulo in iti
nere & deperditũ,cum enim id non
poſsit eſſe accidiſſeque, niſi culpa
lata aut leui, indubitanter dicẽdum
eſt teneri mulionem de tali culpa:
ut ibi latè per Corneum.

53 Quartò infertur, quòd † ſi raga-
tius ſeu famulus tuus minus diligẽ-
ter in ſtalla tenuerit lucernam, ob
quod domus tibi locata exuſta fuit,
tenearis tu ex locato, ſi culpa leuis
in te arguatur cõmittente ſimili ho-
mini lucernam: ſecus ſi leuiſsima, p
prædicta. & determinauit Bald. in
præalleg.l.in iudicio. ubi etiã Salic.
ad alias not.quæſtiones infert.

Poſtremo infertur ad quæſtionẽ
54 de † recedente à domo cõducta pro
pter timorem peſtis, ꝙ nõ tenetur
pro reſiduo temporis ad penſionẽ,
quia nulla culpa ei poteſt in hoc ad
ſcribi:quilibet enim diligẽs,imò di-
ligentiſsimus paterfamilias hoc face
ret fugiẽdo caſum peſtis.l.de ætate.
cum ibi plene not. ff. ad Trebel. ut
latè per Soc.in conſil.xliiij.lib.1.Se-
ueri.in repet.l.diem functo.in xl.q.
de offic.aſſe. & Ripa in tract.de pe-
ſte.fol.iij.in ſecũda dubitatione. tra
dentes tamen cautelam denuncian-
di receſſum unà cum conſignatione
clauium domus.idem etiam conclu
dit Chriſtopho.Porc.inſtit.de loca.
55 ad fin. tit. † ubi idem dicit in rece-
dente propter timorem malorũ ſpi
rituum,quos in domo ſentire & re-
gnare dixit,ſi id probet.Pro quo ui-
detur mihi eſſe text.not. in l.habita
tores.in fin.ff.locat.Practicam uero
libelli in hac materia locati & con-
ducti tradunt Ang.Are.in §.ſequẽs.
col.fin.inſtit. de actio. & pract. Pa-
pien. in forma libel. quo agitur ad
ficti ſolutionem & rei relaxationẽ.

56 Sextus caſus eſt dotis:† cùm enim
ut dicit Iuriſconſul. in l. ſi ut certo.
in §. nunc uidendum . ff. commo.
utriuſque uerſetur utilitas, idcirco
maritus tenetur de dolo & leui cul-
pa. Ad idem text.in l.etiam. in §.li-
cèt.ff.ſoluto matri.& text. not.in l.
in rebus.ff.de iure dot.cum glo.uo-
57 lẽte † teneri etiã de leuiſsima culpa
quando

quando in rebus ſuis eſſet diligētiſſimus. idē latiùs ſcribit Alexā. in d.§. licèt. dicens, hoc modo limitari poſſe omnia iura dicentia quem teneri de dolo, lata, & leui culpa: ut in caſu prædicto teneatur etiam de leuiſſima. inferens ad notabilem quæſtionē de boue ab armigeris, ſeu militibus capto, ut per eum. ſequitur ſimpliciter hìc Deci. ad idem eſt alia gl. in l. quòd Nerua. ff. depoſit. Nec mireris, dicit ibi Alex. licèt doctor. nō declarent: quoniam tali caſu nedum dicitur maritus in culpa leui aut leuiſſima circa res dotales, uerùm dicitur in fraude & dolo præſumpto. dict. l. quòd Nerua. Ampliùs ego de ipſo miror, quòd nō uiderit ibidem Bart. ad fin. vij. quæſt. princ. hoc expreſsè dicentem, dum ait, quando enim in ſuis quis eſt diligētiſſimus, tunc omiſſio talis diligentiæ eſt culpa lata, ſeu dolus præſumptus, ut hìc. tali igitur caſu medulla rei conſiderata potiùs de dolo, & fraude, quàm de leuiſſima culpa agitur. Eodem modo, ſubijcit hìc Deci. eſt dicendū quando leuiſſima culpa conſiſtit in faciendo, quia æquiparatur leui: ut per eum. & male, ut in ſuperioribus diximus. Limita prædicta ſecundum Petr. de Bellapertica niſi

58 † maritus fuiſſet in mora trahendæ dotis: quia tenebitur de omni culpa, etiam leuiſſima quocunque modo commiſſa. facit l. quod te. ſi certpetat. l. ſi ex legati cauſa. ff. de verb. oblig. regula, mora ſua. de regu. iur. in vj. Et econtrariò, ubi mulier eſſet in mora recipiendi dotem, tenetur tunc duntaxat maritus de dolo. prę alleg. l. ſi mora. ubi Alexan. in prin. not. & Pet. ſequitur hìc Ioā. Igneus fol. iiij. ex eodē dicto inferēs ad de-

59 ciſionem † quæſtionis illius, qui filium obſidem hoſti dederat pro pecunia promiſſa, ex cauſa cōpoſitionis ſecū factæ propter captiuitatem & liberationē ſuam, quem quidem filium intra menſem redimere promiſerat ſub certa pœna, quod non fecit, & poſteà mortuus eſt filius: ꝙ nihilominùs ad promiſſam pecuniā tenebitur: quia cum non appareat creditorē fuiſſe in dolo circa mortē filij, quinimò medicos & alia neceſſaria adhibuerit, ipſe non erit obligatus, nec debitor a promiſſione pecuniæ liberatus. Faciūt quæ doctor. ſcribunt de aſſumēte cuſtodiam caſtri uſque ad certum tempus, in prę alleg. l. ſi mora. Quæ determinatio caret omni probabili dubio: quia ſi ille penes quem filius erat pro obſide, non fuit in dolo nec culpa, nec mora, cui dubium, ꝙ mors filij ſubſecuta ſibi non imputatur. huiuſmodi enim caſus ſine culpa uenientes à nullo præſtantur: ut hìc in fin. regulæ dicitur: & in l. in reb. ff. cōmo. Creditor autem qui fuit in mora redimendi, & ſoluendi pecuniam promiſſam in tempore ſtatuto, cui dubium, ꝙ non liberabitur: ſed magis tenebitur, per iura proximè alleg. Et ſic dictum Petri & regula l. ſi mora. parum faciunt ad deciſionem prædictæ quæſtionis, cū præſupponamus creditorem non fuiſſe in aliqua culpa uel mora, Sed eſſet maius dubiū

60 † ſi filius pro obſide datus, quē promiſerat intra mēſem pro tanta ſumma redimere, mortē oppetijſſet intra menſem, an pater aliquo modo teneatur

teneatur

teneatur ad pecuniam eo modo pro miſſam? uidetur ꝙ non: quia quantitas erat in obligatione reſpectu illius indiuidui, filij uidelicet pro obſide dati. Perempta enim ſpecie & indiuiduo liberatus eſt debitor l. Titiæ textores. §. fin. ff. de lega. j. ponit Bart. in d. l. quod te. col. j. ubi etiam alij ſcriben. notant. ſed ſi compoſitio facta fuiſſet in centum, exempli gratia, quæ promiſſiſſet captiuus ſoluere, & inde ut relaxaretur, uolens ire ad prouidendũ de pecunijs promiſsis pro obſide filium dediſſet, eo mortuo non liberaretur, cùm promiſsio ſoluendi nõ ſit extincta, nec quãtitas ſit in obligatione reſpectu certę ſpeciei uel indiuidui. Materiã uerò dotis etiam in actu practico uidebis deductam per Angel. Aretin. inſtit. de actio. in §. fuerat. & per practicum Papien. in forma libel. quo uxor agit ad dotem. Cãpeg. & Bal. Nouel. in ſuis tract. de iure dotium.

61 Septimus caſus eſt in † tutela: ubi tutor obligatur de dolo, lata, & leui culpa, non aũt de leuiſsima. l. quicquid. cum glo. C. arbi. tut. ut hic per Dec. cuius dicta fuerũt Bart. & Alexan. ibi in apoſtill. in d. l. quod Nerua. in x. quæſtio. cùm enim tale officium ex neceſsitate ſumatur, leuiſsima culpa nõ punitur: ut ibi per Bar. & Aret. inſtit. de actio. in §. actionũ. col. 22. uerſic. 18. & latiùs inſtitut. de ſuſpect. tut. in §. ſuſpectus autẽ. col. ij. & Bald. in l. quæ fortuitis. colum. pen. in prin. C. de pignor. actio. ubi reprobat Bart. dicentem propterea

62 † ratione leuiſsimæ culpæ tutorem ab adminiſtratione non remoueri: quia aliud eſt, dicit Bald. pupillo cõſulere per remotionem tutoris neſcientis adminiſtrare, & hoc eſt licitum. l. iij. in fin. ff. de ſuſpect. tuto. non tamen remouebitur, ut ſuſpectus, ſed ut inſufficiens. aliud eſt tutorem pupillo cõdemnare, & iſtud fieri non poteſt, niſi ſaltem ex leui culpa, iuribus præalleg. imò cũ gratia pupilli gerahtur negotia: ut loco præallegato inquit Bart. uidebatur ꝙ non ſolùm de dolo & lata culpa teneri deberet, ſicuti in depoſitario: dicit tex. noſter in principio. ubi uidimus. niſi dicas fauore minorum, ut & alia plura, id fuiſſe introductũ. & ideo textus in l. ſi ut certo. in §. non uidendum. ff. cõmo. enũmerãs multos ex iſtis caſibus, in quibus tenetur quis de lata & leui culpa: quia utriuſque uerſatur utilitas, hunc caſum tutelæ omittit. Et duo ſunt ca-

63 ſus † in quibus tutor tenetur de lata culpa tantùm non de leui, ſecundum Bartol. in dict. quæſt. x. & not. utrobiq; glo. in dictis caſib. Primũs eſt in l. ſi tutor. in §. cõpetit. ubi glo. & Bart. not. ff. de adminiſt. tuto. qñ, uidelicet tutor emit prædia minus idonea, hoc caſu ſolũ latã negligentiã pręſtãt. Secundus caſus eſt qñ nomina debitorũ pupilli ex lata negligẽtia tutoris, minus idonea eſſe cœperũt. l. ij. ubi gl. & doctor. C. arbit. tut. de quo uide Deci. plũra allegãtẽ in l. periculum. ff. ſi cert. pet. & ultra uide Barb. in conſ. ult. in v. dubio. in 3. uol. Caprã in conſ. 72. in 3. dubio. Soc. cõſ. 2. lib. 1. & conſ. 122. col. 4. &

64 cõſ. 132. col. v. lib. 2. Pariter † hæredes tutorũ de lata culpa dũtaxat cõueniri poſſunt: ſm Dec. Bart. & Alex. in apoſtil. loco proximè allegato p l. j.

cum

cum ibi latè nota. C.de hæred. tut.
Quartò no. ꝙ licèt tutor teneatur de dolo & culpa, ut cùm potuit acquirere, & non fecit d.l.quicquid,
65 tamen † non procedit in caſu l.ſed ſi unus.in §.j.ff. de iniur. cùm actio iniuriarum non habeat perſecutionem pecuniæ: ſed uindictæ. l. ij.§. emácipatus.ff.de colla. bono.ſecundum Lancel.Dec.& Aquen. in l.pactũ curatoris. circa fin. C.de pactis. Poſtremò materiam tutelæ in actu practico uide per Angel.Aret.in §. actionum.col.xix.cum ſeq.inſtitut. de actio. & per practicum Papien. in forma lib.quę.agitur ad reddendum rationem tutelæ.
66 Octauus caſus eſt † negotiorum geſtorum, in quo quidem iudicio regulariter uenit dolus,lata,& leuis culpa: ut hic dicitur. & in l.tutori. C.de negot.geſt.& conſuluit Corn. in conſil.ciij.uolu.j.interdum tenetur geſtor ſolùm de dolo. l.iij. §.interdum.ff.de nego.geſt.quandoque de leuiſsima culpa: imò de caſu l. ſi. negotia. illo eod.ut.& §.j. inſtit.de oblig. quæ ex quaſi contractu naſc. quorum caſuum rationem cũ limitationibus, reſtrictionibus tradunt Barto.in d.l.quod Nerua.col.fin.&
67 Paul.de Caſtr.ubi † de equo in paſcuis dimiſſo tractat in d. l. ſi negotia.Angel.Aret. & alij prealleg.§.j. & in d.§. actionum colu. xvij. cum ſequen. Vbi materiam negotiorum geſtorum etiam ad actum practicæ deſcendendo pertractant, tam circa modum libellandi, quàm articulandi,& probandi.
68 Nonus caſus hîc enumeratus † eſt ſocietatis: in quo contractu tenetur quis de dolo, lata, & leui culpa, ut hæc regula dicit.ratio: quia utriuſque uertitur utilitas: ut dicit Iuriſconſultus in præalleg.§.nunc uidẽdum.Ad idem tex.in l.ſocius ſocio. ff.pro ſocio. & in §.fin.inſtit. de ſocieta.quæ iura dicũt culpam ad exactiſsimam diligentiam non eſſe redigendam, cùm ſufficiat talem diligentiam rebus cõmunibus prçſtare, qualem ſuis adhibere ſolet, qui parum diligẽtem ſocium ſibi accepit, de ſe quæri debet, hoc eſt ſibi imputare debet. limitando ut ibi per glo. Ioan.Fab.& Areti. Et deſcendendo ad actum practicæ huiuſcemodi materiæ plene eam tractant Ang.Aret. in §.ſequẽs alia.col.vj. inſtit.de act. pract.Papien.in forma lib. in cauſa ſocietatis. ſuntque hodie nonnulli tractatus de hac materia impreſsi.
69 Et cùm † ſocius teneatur de leui culpa, infertur ſecundum Decium hic, ꝙ tenebitur de furto, de quo uide tu quæ latiús ſcripſi ſuprà ad fin.primi notabilis.
Decimus & ultimus caſus in hac regula poſitus in quo uenit etiã leuis culpa eſt in communione rerum. text.in præalleg.§.nunc uidendum. à quo extracta fuit hæc regula, iſtũ caſum omittit, uide plene Bartol.in d.l.quod Nerua.in x.quæſtio.prin. & text. elegãter declarantem qualis eſſe debeat iſta diligentia, quæ hoc caſu præſtanda uenit, in l.hæredes. in §.non tantum ſupra famil.erciſc. Cuius finem pro eleganti ampliatione not.dum dicit,eadem ſunt ſi duobus res legata ſit.nam & hos coniunxit ad ſocietatem, non conſenſus, ſed res.

Vltra

Vltra caſus in regula poſitos poſſent alia accommodari exempla, ſed quia pręſens lex ſatis onerata eſt ſua materia, ultra non proſequor.

Quintò principaliter not. ex iſto
70 text. ualere † conuentionem contra naturam cōtractus, ut quis in plus, uel minus teneatur quàm de iure obligatus ſit: quia contractus legem ex conuentione accipiunt. ad idem text. in l. j. in §. ſi conuenerit. ff. depoſit. & in regula contractus. extra de reg. iur. in vj. Niſi conuētio eſſet contra ſubſtantiam cōtractus: quia non ſubſiſtit. l. cum precario. ff. de preca. præterquàm in conuentione, quæ poteſt facere cōtractū in aliam diſpoſitionem tranſire: quia tunc illa conuentio quæ non ualet ut agebatur, in aliam diſpoſitionem tranſfertur, quando uerba conueniunt. ſecundum Deci. hic: per l. ubi ita do natur. cum not. per Bart. ff. de dona. cauſ. mor. de quo uide Pau. de Caſ. in conſil. 101. in antiquis. Corne. in conſil. 126. uolu. j. & conſil. 289. in 3. dubio. in 4. uolu. Soci. in conſil. 130. col. iij. lib. 1. & conſil. 137. in eo. Dec. in conſil. 305. & 470. Et ſi uis cogno
71 ſcere † quæ dicantur naturalia, & quæ ſubſtantialia contractus. uide Iaſo. in l. cùm quid. colu. j. ff. ſi cert. petat. Aquen. in l. edita. colu. iij. de eden. Curt. iuniorē in tractatu feud. in prima parte. quæſt. vj. col. v. verſ. antequàm deueniamus. & Brunum Aſten. in tracta. de forma. in j. colu.
72 Et præſens regula dicens † contractus legem ex conuentione accipere quotidie allegatur ad diuerſas quæſtiones & deciſiones in actu practico. ut enim dicit glo. præalleg. regulæ, contractus. per hanc legē dicunt uulgares, quòd pacta rumpunt leges.

Poſſet deciſionibus & authoritatibus innumeris corroborari & exornari hęc regula, uerùm quia cuncta proſequi prolixum nimis eſſet, uidere poteris. Ioan. And. & Philip. Fran. in præalleg. reglua contractus inducētes ad plures quæſtiones: præcipuè promiſsionis. aduocati de patrocinando pro monaſterio, uel alia perſona, pro certo ſtipendio, quòd à prima conuentione regulatur promiſſio. pariter recurre ad Petr. de Anchara. in conſil. 81. 332. & 402. Paul. de Caſtr. in conſil. 162. in antiquis. Barb. conſil. 40. col. penult. uolu. 1. & conſil. 77. col. iiij. volu. 4. Socin. conſil. 67. colu. ij. lib. 1. & conſil. 97. col. penult. in eo. volu. Lancel. Deci. in l. cum proponas. la ij. ad fin. j. col. C. de pact. Rimi. in l. legem. C. eod. titul. de pact. & in l. procurator. col. fin. ubi etiam per Dec. C. de eden. & eundem Deci. in conſil. 140. ad fin. 265. col. iij. & fin. in princ. & omninò in conſil. 312. colum. fin. Fran. de Curte in repitītio. l. unicæ. col. pen. C. de prohibit. ſequeſt. pecu. ponen-
73 tem quoſdam pulchros caſus, † in quibus partium cōſenſus & conuentio non attenditur. uide etiam Modern. omnes in l. penult. C. de pact. Felin. & alios in capit. ſi diligenti. de foro competen. & Ripam in repititio. l. fin. q. iiij. C. de reuoc. donat.

Quintò not. ex iſto text. ibi, excepto eo. nō ualere conuentionem ne dolus præſtetur: & ſic dolus remitti non poteſt. ad idem. l. ſi unus §. illud. ff. de pact. & in l. j. in §. ſi conueniat. ff. depoſit. & ratio aſsignatur

hic per Iuriſconſultū, quia hoc bone fidei cōtrarium eſt. Vera & bona eſt quantùm ad cōtractus hic enumeratos, qui bonæ fidei ſunt, ſed nō excluditur quin idem ſit in contractibus ſtricti iuris. d. §. illud. & l. dolo. C. de inuti. ſtipu. & in l. ſi quis cum aliter. ff. de uerb. oblig. & ideò tex. d. §. ſi conueniat. aſſignat rationem magis generaliter: quia uidelicet, conuentiò eſt contra bonam fidem & contra bonos mores, ideò ſequenda non eſt, dicit Iuriſconſul. facit l. conuenire. ff. de pact. dot. ꝙ cōuentio, quæ præbet occaſionem delinquendi, non ſubſiſtit: cum accumulatis per Dec. in c. j. colum. iij. de

74 appellationib. †Et iſta ratione in generali remiſſione, uel cōceſſione, nō includitur dolus. l. quidā. decedens. in princ. cum no. p Bar. ff. de adminiſtr. tuto. l. creditor. in §. Lucius. ff. manda. ut hic per Dec. & per eundē conſi cccexciij. col. ij.

75 Et iſta concluſio†procedit etiā in dolo præſumpto, qui pariter remitti non poteſt. ſecundum Paul. de Caſt. in d. §. illud, per d. l. quod Nerua, & ſequitur hic Igneus chart. vj. per tex. l. noſtræ. & l. j. cum glo. C. de uſufruct. ubi cautio de utendo & fruendo arbitrio boni uiri, remitti non poteſt: ſed contrarium uidētur communiter tenere doct. ut per Felin. poſt Anto. de But. Abb. & alios ibidem relatos in c. fraternitatis. colum. iiij. de teſtib. dicentes ualere ꝑpterea probationem admiſſam poſt publicatas atteſtationes ſuper eiſdē articulis uel directò cōtrarijs. Nec obſtat, ꝙ dolus futurus remitti non poſſit: ſic dolus ex ſubornatione remiſſibilis non uidebatur: quia procedit in dolo uero, non in dolo præſumpto. dicunt præallega. ut etiam per Decium hic, & in conſili. cxcij. col. ij. pariter dicentem, ꝙ dolus qui conſideratur in tutore non conficiēte inuentarium, & alia quæ ex natura officij tenetur facere, eſt dolus ꝓſumptus: & ideò remiſſibilis, niſi talis præſumptus dolus conſiſteret in faciendo: quia tunc remitti non poteſt, & ita procedit opinio Paul. de Caſt. in d. §. illud per d. l. quod Nerua. & legem noſtram. Non obſtat d. l. j. cum glo. C. de uſufru. ſuperiùs allegat. quia illud ideò ibi ſtatuitur, ne præſtetur materia delinquendi: ut ibi per glo. & doct. Vel aliter diſtingui poteſt inter dolum præſumptum uerſutiæ, & dolum præſumptum deſidiæ & negligentiæ, ut primus remitti nequeat, ſecundus: ſic, quia ut in ſuperioribus deduximus, primus in doli crimen uerē cadit, ſecundus non. Item prædicta proce

76 dunt†in dolo uero de futuro, ſecus in dolo de præterito qui remitti poteſt. tex. eſt ſecundum unum intellectum in d. §. illud. & Pau. de Caſtr. & alij ibi notant. & melius probatur in §. ibi ſequen. pacta. quæ turpem. ibi, ſed poſt admiſſa hæc paciſci poſſumus. Simile eſt†in futura

77 ingratitudine, quæ per pactum remitti non poteſt: aliud in præterita, ſecundum ſententiam à doct. communiter receptam: ut per Corne. in conſi. cij. libr. j. pulchrè Barba. in c. fi. col. v. de don. & latè Ripa in repe. l. fi. C. de reuoc. don. in liiij. q. ubi ēt ponit, quid ſi ſit appoſita pœna, aut promiſſio ſit iuramento firmata. Et

Et probatur iſtud membrum , quia ceſſat ratio d.§.ſi conueniat.& l. cõuenire.quia non inuitatur per hoc pars ad delinquendum.id quod ſatis uoluit Iuriſconſultus in d. §. pa-
68 cta quæ turpem. Nota etiam† quòd liberatus ab actione depoſiti, ſolum modò cenſetur,liberatus,ne conueniatur ratione doli, vel latæ culpæ commiſſæ in illa re, non ut omninò rem penès ſe retineat: ut p Paul. de Caſt.in d.§.illud.tu dic ut latiùs per Bar.in l.non ſolum.in §.ſi.ff.de liberat.lega. Tertiò intellige prædi
79 cta in expreſſa remiſſione doli, †ſecus in tacita dict.§.illud, ſecundum unum intellectum. Plura.n.remitti poſſunt tacitè,quæ expreſſe remitti prohibentur:ut hic per Decium defendentem opinionem hanc contra Pau.de Caſt. & Iaſ. p tex. præalleg. illud inducendo, ut hic per eum. Non recederem ab opinione Paul. de Caſt.& Iaſo. per tex.d.§.illud,in ſui generalitate,iuncta regula l. cũ quid. ff.ſi cer.pe.cum ibi late no. ꝙ taciti & expreſſi par ſit uirtus. Motiuum autem Decij de iuramento calumniæ continet caſum ſpecialẽ: regula uerò eſt in contrarium,ut di-
80 ximus. Arbitror tamen † intellectũ quem ſequitur Dec.ad d.§.illud, uerum eſſe, ꝙ loquatur de dolo futuro,propter aduerſatiuam quamuis, & hoc apertiùs demonſtratur:ex eodem tex.in ſequenti §. ibi , ſed poſt admiſſa hæc paciſci poſſumus : ſi.n. ſupra proxime decidiſſet hunc caſum,uidelicet,dolum præteritũ poſſe remitti,fruſtra & ſuperuacuò ſtatim idem repeteret : datur ergo intelligi in ſuperioribus Iuriſconſultũ non ſenſiſſe de dolo præterito,uerũ de futuro. Sed tenendo opinionem Pau.& Iaſo.ꝙ etiam tacite dolus futurus remitti nequeat,quid reſpondebimus ad §.illud? Bald.in d.l.j.ad fi.C.de uſufruct.intelligit illũ text. de dolo præſumpto, ſed refragatur regula d.l.quod Nerua,quę æquiparat illum uero dolo:ergo remitti nõ poterit,ſicuti nec dolus uerus. Ego dicerem poſſe aliter ad illum tex. reſponderi,ꝙ ibi actum fuit ne depoſiti ageretur:ideò nimirum ſi de dolo,nec de culpa rei depoſitæ agi poteſt:quia reſciſſo,& ſublato principali,depoſito ſcilicet,tolluntur & corruunt acceſſoria & obligationes q̃ occaſione depoſiti oriebantur.c. cũ Paulus,& c.principatus j.q.j.l. ſi patronus,cum gl.in uerbo ſauiana. ff. ſi quid in frau.patro.late Iaſo. in l. ſub prætextu,la j.col.fin.C.de tranſact.Alex.& alij in l.j.in §. ſi uir.ff. de acqu.poſſ. propterea nimirum ſi ibi de dolo agi non poteſt. iſte eſt meus nouus intellectus, & uerus ad illum tex.

81 Arbitror tamen†dolum præſumptum de futuro,qui nõ cadit in uerſutiam,tacitè remitti poſſe:per præallega.& ita procedit opinio Bal. in d.l.j.ad fin. C.de uſufruct. Præterea quamuis non exigat quis ſatiſdationem de utendo & fruendo arbitrio boni uiri,non uidetur remittere aliquem futurum dolum, de quo non apparet, nec præſumitur , ſed fauori ſuo renunciare,quia talis ſatiſdatio introducta eſt in fauorem hæredis, non autem teſtatoris : ideò non poteſt per teſtatòrem remitti,ſed benè per hæredem.

d. l. j. cum ibi not. & tradit notab. Alexan. in conſil. 58. volu. 3. & Paul. Picus in repet. §. Titia. l. Titia. ff. de legat. ij. in 50. quæſtio. Et ideò eſt
82 † in remiſsione iuraměti calumniæ tacitè facta, omittendo ſcilicet petere iurari de calumnia: quia non apparet talem actum expreſsè tendere ad remiſsionem alicuius doli. & unuſquiſq; præſumitur bonus, & ſalutis ęternę memor: iurib. uulgarib. Poſtremò nota, ꝙ licèt dolus, ut dictũ eſt, remitti nequeat, lata † tñ culpa bene remitti poteſt: ut per Alex. in l. ſi mora. col. ij. ff. ſolut. matrim. & Deci. hìc col. fin. licèt uacillare uideatur. Sed ſecundum Pau. de Caſt. in. §. ſi conueniat. l. j. ff. depoſit. benè ibi probatur à contrario ſenſu ualere, ſcilicet conuentionem, ne depoſitarius teneatur de lata culpa, licèt uideatur contra naturam cõtractus: quia ad delinquendum, inquit, non ſic inducitur depoſitarius. quamuis ad illum textum reſponderi poſsit, ꝙ cùm loquatur de dolo, non excluditur lata culpa illi æquiparata: ut
83
84 hìc per Dec. Melius dici poteſt, † ꝙ lata culpa uerſutiæ nõ poteſt remitti, quia ęquiparatur dolo: ſecus in lata culpa deſidiæ & ignorantiæ, quæ non æquiparatur dolo: ut ſuprà uiſum fuit. remiſsio enim talis culpæ, quæ dolũ repræſentat, non ualeret: quia contra bonam fidem eſſet. d. §. ſi conueniat. quæ ratio locum non habet in lata culpa deſidię & ignorantię, quæ ex ſimplicitate & fatuitate procedit, ſecundum Bartolum d. l. quod Nerua. & cum non repręſentet propriè dolum: nimirùm ſi remitti poteſt.

85 Vltimò not. ex iſto text. † ꝙ debitor ſpeciei ex natura contractus de caſibus fortuitis non tenetur. à nullo enim tales caſus præſtantur, dicit text. noſter, & in l. in rebus. ff. cõmo. & in cap. fin. de depoſit. & in l. quæ fortuitis. C. de pign. actio. cum alijs de quibus hic per Decium tres limitationes per dicta iura tradentem. de qua materia plura hic effundit Ioan. Igne. char. vij. & viij. Dicũtur
86 † autě caſus fortuiti, illi quibus humano ingenio uel diligentia reſiſti non poteſt. d. l. quæ fortuitis. & d. l. in rebus. ubi Paul. de Caſtr. not. & ſatis elicitur ex fine legis noſtræ. & tres limitationes prædictæ ponuntur etiam per gloſ. noſtram circa fi-
87 nem. Prima † quando mora caſum præceſsit, eſt clara. eamq; ponit tex. in d. cap. fin. ubi per Canoni. facit cap. mora. de reg. iur. in vj. & materiã latiùs explicant legiſtæ in l. quod te. ff. ſi cert. petat. & in l. ſi ex legati cauſa. de verb. oblig. pariter in dict.
88 cap. fin. ponitur. Secunda † limitatio quando culpa præcedit caſum, intelligitur ubi culpa ordinata eſt ad caſum, aliàs ſecus: ſecundum Deci. hìc in ultima colum. poſt Bartol. in l. ſi ut certo. in §. interdum. ſuprà commo. & declarat etiam Paul. de Caſt. in l. ſi uehenda. in §. j. ff. ad legem rhod. de iact. alio modo reſtringẽs, ut ibi per eum: & per eundem Pau. in dict. l. in rebus. in princ. ubi per illum text. dicit, quòd quando culpa præcedit caſum, non dicitur propriè caſus fortuitus. ideò nimirùm ſi de tali caſu quis tenetur. intellige, ſubdit, quãdo præcedit talis culpa, de qua ipſe tenetur, aliàs non. ſi enim

enim eſſet contractus gratia utriuſque factus, uel dantis tãtùm, & præcederet culpa leuiſsima, de qua non tenetur, ſimiliter de tali caſu nõ te-
89 nebitùr, dicit Paul. †Cui autem incumbat onus probandi talem culpã præceſsiſſe, uel culpam abeſſe. uide Barba. in d.c. fin. colum. ij. & Deci. in conſilio 473.

90. Tertia fallentia eſt, † quando ſpecialiter cõuenit, ut de caſu fortuito quis teneatur. d. cap. fin. & l. quæ fortuitis. & l. j. cum no. C. depoſit. uel quando periculum fortuiti caſus in ſe ſuſcepiſſet, quia tunc tenetur de omni caſu fortuito. l. quæ fortuitis. ſecundum Dec. hic. Tu dic ut latiùs & meliùs de hac materia tradit Ripa in tract. de peſte, char. ix. cum ſequ. Et aliũ caſum, in quo creditor abſque conuentione de caſu fortuito tenetur in pignore, ponunt Mod. de Fano in trac. de pig. in vij. part. principali in tertio membro, colum. ij. fol. lxj. num. v. & de his ſatis.

## SVMMARIVM.

7 *Verbum quatenus, quomodo intelligatur.*

2 *Intereſſe quotuplex ſit, & eius ſubdiuiſio.*

3 *Species apud legiſtas de facili conſtituitur.*

4 *Intereſſe conuentum commune, ſingulare unde denominetur & ſunt uocabula magiſtralia. num. 5.*

6 *Intereſſe in facto conſiſtit: ideò probari debet.*

7 *Facta probari debent, & quid ſi fuerint notoria. num. 8.*

9 *Conſuetudo notoria quando probanda. & quãdo dicatur habere mixturam facti & iuris. num. 10.*

11 *Quæſtio iuris uel facti quæ dicatur.*

12 *Libellus in intereſſe quomodò concipi dbet, et an libellus incertus admittatur. num. 13.*

14 *Intereſſe difficilis probationis, & quomodò probetur, remiſsiuè numero 15.*

16 *Pœna adiecta loco intereſſe quando ſit exigibilis uel non, & num. 17.*

*L. fin. ff. de præto. ſtipulat. quomodò intelligatur.*

18 *Pactum uel ſtatutum, quòd ſuper intereſſe ſtetur depoſitioni uel iuramento alicuius, an ualeat.*

19 *Intereſſe quòd debet probari in materia propinqua. & ſufficiunt probationes coniecturales num. 20.*

21 *Sententia in intereſſe quomodò debet concipi. Maximè quando quantitas non fuit deducta, nec probata in iudicio. num. 22.*

23 *Et quid ſi fuerit deducta, ſed non probata. num. 24. & 25.*

*Doctrina Bartol. l. ſi quòd ex Pamphila. ff. de leg. ij. & l. unica in fin. C. de ſen. quæ pro eo quod inte. an ſit uera.*

26 *Intereſſe in ſpiritualib. an poſsit peti.*

## L. XXIIII. PAVLVS.

QVATENVS cuiuſque interſit, in facto non in iure conſiſtit.

SVMI potuit hæc regula ex l. ij. ff. de in lite iuran. ex l. ij. de eo quod certo loco. ex §. colonus. l. ſi in lege. ff. loca. ex l. fin. ff. de præto. ſtipu. cum multis ſimilibus. Igneus Ultramonta.

monta.cum nonnullas quæſtiones, & concluſiones in materia intereſſe Papiæ diſputaſſet, in modum repetitionis ſuper hac lege poſuit, in culcā do & tranſcribendo quæ per nouos & ueteres dici ſolent in l. unica. C. de ſenten. quæ pro eo quod intereſt profer. ſed circa tex. noſtræ legis parum ſcribit. Ego uerò text. ipſum principaliter declarare conabor, inde materiam eatenus quatead enucleationem præſentis loci ſpectat, nōn tranſplantando radicitus, quæ in d.l.unica, dici ſolent: maximè quia nouo pulchroque ordine repetitionem ſuper ipſa l.unica; & materia inuulgare cogitamus. In tex. ibi, † quatenus: diuerſimodè
1 ponitur in iure: ut per Alber. in ſuo dictionario. hīc ſtat pro quantùm, ut etiam in iuribus hīc per Deci. allega. & in illo Ciceroniano, quatenus amicitiæ tribuendum ſit, id eſt quantùm.

No. ibi, cuiuſque interſit. ꝙ intereſſe, refertur ad perſonam actoris: prout etiam in l.j. in princi. ff. de
2 acto. empt. ex quo infertur †unicum eſſe intereſſe, ſicuti perſona eſt una. ſecundum Iaco. Butr. in d.l.unic. ut ibi in vj. col. refert Bar. Sed communis doct. ſententia eſt ad oppoſitum ꝙ imo ſint tres ſpecies intereſſe. uidelicèt ſingulare, commune, & conuentum: & in qualibet ſpecie intereſſe procedit hæc regula: ut ibi per Bart. & Moder. tàm in rubro quàm in nigro.

Componitur uerbum iſtud intereſt ſecundum grammaticos ex in re, & eſt quaſi mea in re, i. utilitate eſt. Prædictæ uerò tres ſpecies intereſſe ī plures alias ſubdiuidunt, aliud .n. eſt intrinſecū, ſeu circa rē. aliud dāni emergētis, aliud lucri ceſſantis aliud affectionis, aliud utilitatis, de quibus p Barto. Bald. & alios in d.l. unic. p Spe. in tit. de fruct. & intereſſe, maximè in §. uiſo. Pract. Papien. in forma lib. actionis realis ſuper gl. & in florenis decem. Lex iſta ſolū de priuato æſtimabili & petibili intereſſe loquit, ideo ad ꝓpoſitū ſatis fuit ſubdiuiſio ī tres ſpecies intereſſe in ſuperioribus facta; licèt opinio Vltramonta. quos refert Bar. in dict. l. unic. in ii. q. ſatis ſuſtentabilis ſit in uia diſputationis, ꝙ unicum tātùm ſit intereſſe: quod modo ſingulare; modo commune, aliquando conuētum appellatur. Primò, quia excedens & exceſſum non ſunt idem, ſed diuerſa. l. ii. ff. de ſtipul. ſer. ſed ſingulare excedere poteſt conuentum, uel commune, modo non ultra duplū: ut d.l. unic. ergo uidetur ꝙ communis æſtimatio non ſit intereſſe, cum excedatur ab eo. Secundò, quia intereſſe uidetur ſemper referri ad pſonā actoris. l. j. in princ. ff. de actio. emp. ibi, emptoris intereſſe: & hac lege noſtra ibi, cuiuſq;, ergo eſt unū intereſſe reſpectu perſonæ. Tertiò, quia plus & minus nō faciunt differre ſpecie. l. ſi. ff. de fun. inſtr. Quartò, quia pdicta ſubdiuiſio in tres ſpecies facta. l. nō ꝓbatur. ergo &c. l. illā. C. de colla. & alia quædā pro hac opinio. adducunt Mod. Papien. in d.l. unic. in iij. c. Sed ꝙ imò ſint tres ſpecies intereſſe de quibus ſuprà, tenent Bar. & communiter ſcribentes in d.l. unica. Specu. & alij præalleg. quæ quidē opinio probatur in l. j. ff. de

ff.de actio. empt. Si res uendita, inquit Iuriſconſul. non tradatur, in id quod intereſſe emptoris agitur, hoc eſt, quod rem habere intereſſe emptoris, hoc autem interdum ꝑtium egreditur, ſi pluris intereſſet quàm res ualeat uel empta eſt. Diuidit igitur Iuriſconſul. ibi intereſſe in genere mentionatum in tres partes ſeu ſpecies, ſingulare uidelicet, commune, & conuentum. hoc enim, inquit, intereſſe in genere conſideratum & ſumptum, interdum pretium rei egreditur. i. æſtimationem rei emptę ſi pluris interſit emptoris quàm res ualeat uel empta ſit. & ſic quam ſit intereſſe commune uel conuentum, tunc ſingulare admittitur. Secundò probatur per l. unicam. in §. fin. ff. ſi quis ius dicen. non obtempera. & l. hæc uerba quanti. ff. de uerborum ſignification. ubi communis ęſtimatio, & commune intereſſe ponantur tanquam diuerſa & ſeparata à ſingulari intereſſe. Tertio probát, quia cum ſingulare, commune, & cõuentum nõ ſolùm in qualitate differant, ſed in ſubſtantia, reque, nomine, & effectu: & apud legiſtas
3 †de facili, leuique cõſtituanẽ ſpecies ff. de orig. iu. l. ij. in prin. uerſi. deinde cũ eſſet in ciuitate. ibi, & ita factum eſt, ut inter plebiſcita & legẽ ſpecies conſtituendi intereſſet, poteſtas autem eadem: ut illum tex. ponderauit Dec. in rubr. C. qui admit. col. viij. & Moder. Papi. in d. l. unic. col. iij. nihil obſtat quin tres ſpecies intereſſe cõſtituãtur, de eo quod intereſſet in caſibus ꝑdictis. Et ad alleg. s. in cõtrarium reſponſio colligitur, ex dictis ꝑ Dec. in d. l. unic. col.
4 v. & Cur. iij. Et ſumũt † ꝑdictæ tres ſpecies intereſſe denominationem à noie. Cõuentum, à cõuentione partium, ac taxatione. Commune, à cõi opinione & ſnĩa. Singulare à ſingulari iuſta affectione. Et eſt duplex: unũ affectionis ſingularis à iure cõtētæ, alterũ affectionis, & utilitatis ſimul, cuius ratio nõ ſpernitẽ à iure. Barto. in d. l. unica, columna quinta, verſiculo hoc, iuxta quero. & Soci. ibi in rubr. colum. 8. ſi enim rem emi aureis decẽ, ꝙ cõi ęſtimatione duodecim ualebat, quã habere in quindecim mea intereſſet, rõne ſingularis affectionis, ut quia maiorũ meorũ fuit: iuxta l. ſi in emptione. ff. de mino. cũ alleg. ꝑ Ro. in cõſi. 22. in ultim. dubio. & Alex. conſi. lxvij. col. j. lib. v. uel ratione ſingularis cõmoditatis & utilitatis, ꝑꝑ propinquitatẽ rei, ꝙ ſolùm, puta, in me militat, non in alio minimè uicino. l. ſi cui fundus. ad fi. ff. de leg. ii. & per Dec. loco præalleg. potero ꝑ intereſſe petere quinque ꝑdicta, ſicque ultra commune, & cõuentũ, quia tãti mea ſingulariter intereſt: Quod tũ ſingulare intereſſe duplũ cõuẽti, uel ẽt communis excedere nequit. d. l. unic. cũ ibi no. niſi cõmodum pecuniariũ & ſingulare cõcerneret: quia tunc totũ uenit. l. ſi uẽditor. in fi. ff. de ſer. expor. gloſſ. in l. Iulianus. ff. de action. empti. Paul. de Caſtr. in dict. l. prima. Et quemadmodum poſt Fulgo. dicunt. Modern. in d. l. unic. prædictis uocabulis non utun-
5 tur leges, ſed † magiſtralia ſunt, per gl. & doct. adinuenta, ac formata ad ęxplicandũ clarè conceptum mẽtis. potius. n. curant intelligentiam, quã

ſermonis elegantiam, imò intereſſe in ſubſtantiuo, in iure non reperitur in lege aliqua poſitum. ſed leges ſemper de eo quod intereſt, dicunt: ut patet ex rub. & l. præſenti, ex titu. de præto. ſtip. ex l. hæc verba quanti. de verb. ſign. ex l. unic. in §. fi. ff. ſi quis ius dicen. non obtem.

Si igitur de ſingulari intereſſe aga
6 tur, † id in facto conſiſtit, ut hic dicitur. & probari debet. Idem eſt de cõmuni intereſſe. l. pretia rerum. ff. ad leg. Falc. cum not. l. ij. C. de reſcind. vend. ubi modum & practicam pro bandi docui: ſimiliter ſi agatur de conuento, quod à contractu & conuentione partium pendet. l. fi. ff. de præto. ſtipu. in facto enim conſiſtere dicitur, quia contractus ſunt facti. l. conſilio. in fi. ff. de cur. fur. ſecũdum Deci. hic. uel melius, ꝙ licèt talis conuentio releuet ab onere probandi intereſſe, & ſuccedat loco probationis. d. l. fi. &. §. fi. inſti. de verb. obliga. uoluit Barto. in d. l. unic. ubi Cur. col. xx. uerſi. reſtat alia dubitatio. tamen ſi petatur, probãdum eſt, uel per teſtes, uel per inſtrumentum conuentionis factæ: propterea dicitur in facto conſiſtere: prout etiam uoluit Bald. in tit. de pace conſtant. quem infrà citabo. Eſt enim regula
7 generalis, quòd ea † quæ ſunt facti, ſeu in facto conſiſtunt, probari debent: ut hic per Decium, & eſt text. not. in l. ſi emancipati. C. de collat. ubi plura cumulaui in vij. col. & ultra tradunt Abb. & alij in c. cum in iure peritus. in not. de offi. de leg. & in c. cum te. col. ij. vbi limit. de teſtibus. Bal. in l. ea quidem. C. d. accuſ. Rom. in conſi. ccd. Aret. conſi. clxj. ſicut in ij. dub. Alex. in l. ornamentorum. ff. de auro & argen. legat. in apoſtil. ad Barto. & in conſi. j. colũ. fina. libro vj. Feli. in cap. quanto. de præſumptio. in ca. quoniam contra. colum. xiij. in quarta limita. de probatio. Canon. in c. ueſtra. de cohabi. clerico. Deci. in conſi. cccclxxxiij. colum. fin. Specu. in titu. de noto. criminum in §. fin. ad fin. Pariſi. in conſil. xiij. uolum. j. Alciat. in libello præſumptionum. folio xxxiij. cum ſeq.
8 † ubi ponunt de notorio facti tranſeuntis negato; an ſit probandum ſaltem per duos teſtes, & quid in notorio facti permanẽtis, ut quòd turris eſt in platea. Et de conſuetudine notoria, & de notorio ueritatis, ſeu ueræ probationis, quod præualet notorio præſumptionis. nam & ſi notorium releuet ab onere probandi, non tamen releuat ab onere proponendi: iuxta gloſſ. not. in clem. appellanti. de appel. & not. per ſcribẽtes in l. non hoc. C. unde cog. in l. cùm quid. ff. ſi cer. peta. & per Balb. in repeti. l. Celſus. col. xxx. cum ſeq. de vſucap. Roch. de Curt. ſuper c. fi. de conſue. fol. xxviij. in iij. q. & Dec. in conſi. ccccij. col. v. dum tractat de pronunciatione pro notorio facien
9 da. Et de † conſuetudine notoria allegãda & probanda in reſpicientibus deciſionem cauſæ, ex quo eſt facti, & communiter ac regulariter facta non apparent, uolẽti in ea ſe fundare incumbit onus probandi. paria enim ſunt non eſſe, ue l eſſe & non apparere. l. duo ſunt Titij. ff. de teſtamen. tut. ſecus in his quæ ſunt iuris, quod quidem ius ſemper eſt certum, ac probatio probata & non

non probanda, apparenſque ueritas.d.l.ornamentorum.cum ibi no. per Bar. & Alex. & Cur. ſeniorem in tract.poſitionum. in xiii.breuilo-
10 quio,ubi tamen dicit,† quod iuri ſtatutario,conſuetudinario, & præſumpto reſponderi debet,ex quo habet mixturam facti, nec ſine facto ius præſumptum cadere poteſt: ut eleganter per Bal.in l. cum uirum. C. de fideicom.& in addit.ad Specu. in titu.de poſi.colum.4.ubi dicit,poſitioni iuris non eſſe reſpondendum quando ſapit ius conſtitutionis. ſecus ubi ſapit ius obligationis, per rationes prædictas. de quibus uide ét Dec.in c.ſæpe.colum.j. de appellat.
11 Dicitur autem † q uæſtio iuris, ubi ab utraque parte pro conſtanti præſupponitur factum:aliâs dicitur eſſe quæſtio facti.gloſſ.& Ange.in §.j.l. eum quem temerè.ff.de iud.Bald.in l.Arethuſa.la ij.ad fi.ff.de ſtatu homin. & de pace conſtan. in uerbo porrò.ubi inquit, quod ea, de quibus ſine probationibus non conſtat, in facto conſiſtunt: articuli uerò, qui probationibus non egent, iuris eſſe dicuntur: faciunt accumulata per Mod.Mediolanen.in ſuis paradoxis cap.ultim.primi libri.dum quędam cōgerūt in quibus quæſtio facti uerſari dicitur.Et per conſequens rectè hìc dicit Iuriſconſultus,quod quatenus alicuius interſit in facto nō in iure cōſiſtit,de quacunque ſpecie cōſiderabili intereſſe loquamur. Ex quibus habetis enucleatum uerum intellectum & ſenſum præſentis legis, qui ut iterum ſub compendio dicamus,huiuſcemodi eſt, quatenus cuiuſque interſit.i. quantum ſit intereſſe alicuius, in facto conſiſtit, quia ſine probationibus non conſtat:pluſque aut minus eſt ſecūdum qualitates perſonarum, conditionē temporum, & caſuum contingentiam,idcirco probari debet. nō autem conſiſtit in iure, ſcilicet conſtitutionis, quod clarum ſemper & certum eſt,probationibus, ut diximus,minimè egens.hęc eſt intentio Iuriſconſulti hic.

Pro complemento huiuſce materiæ de duobus hic tactis per Deciū, uidendum eſt,qualiter intereſſe petatur, et qualiter probetur. Poſteà tertio loco de forma ſententiæ,qualis eſſe debeat in hac materia intereſſe petiti.Circa primum poſt gloſſ. & alios per eum relatos, concludit
12 Dec. † tutiorem libellandi modum & intereſſe petendi eſſe, ut petatur quod promiſſum eſt fieri, aliâs ſucceſſiuè intereſſe ſecundum concluſ. Bar.in l.ſtipulationes non diuiduntur.colum.penultima. uerſic.tertius modus.ff.de uerb.obl.Et hoc procedit quando in obligatione eſt factū. ſi uerò rem tradi, peti debet traditio rei,aliâs intereſſe:ut per Bald. in d.l.unic.col.fi.& pract.Papien.loco ſuprà allegato,col.v. & ſeq. ubi etiā ponit, quid faciendum quando in obligatione eſt rē reſtitui, uel dari. de qua materia p Spe.in ti.de fruct. & intereſſe.in §.uiſo. Et ſi conſtet factum promiſſum fieri non poſſe, aut rem non poſſe reſtitui,uel dari, aut pecuniariū intereſſe petatur pp quantitatem in tempore nō ſolutā, uel alio ſimili reſpectu poteſt intereſſe directa uia peti:ut per Bar. Spe. & alios prælleg. & ſcribentes in §. curare.

curare.inſt.de actio. per illum textū
& in l.ij.C. de ſenten. quæ ſine cer-
13 ta quantitate. Et †ratione incertitu-
dinis admittitur libellus incertus ſu-
per ipſo intereſſe, ita quòd quanti-
tas huiuſcemodi intereſſe in libello
non eſt de neceſſitate exprimenda
ſecundum Bar. & communiter doc.
in d.l.certi condictio.in princip.ubi
Alex.& poſteriores id procedere di-
cunt, ſiue intereſſe petatur principa
liter, ſiue ſub conditione, quicquid
dixerit Bal. debet tamen intereſſe ip-
ſum inde liquidari & certificari in
proceſſu, uel in executione, ut ſtatim
dicam. Et prædictam conclusionem
ſequitur etiam Soc.in c.ſignificanti-
bus.col.xvj.uerſi. ſextò infertur. de
lib.oblat.Are.& Iaſ.in d.§.curare.
ubi Are.in vj. col. inſtruit actorem
certam quantitatem pro intereſſe pe
tētem, ut adijciat clauſulam, & plus
& minus, ſecundum quòd contin-
get per iudicem taxari.
14 Circa ſecundum membrū: †quia
intereſſe eſt difficilis probationis.l.
fin.ff.de prætor.ſtipul. & inſtitu.de
uerb.obl.in §.ultimo. Iudex (ut poſt
Bal. hîc ſcribit Dec.) debet æquitatē
ante oculos habere: & coniecturis
moueri ad iudicandum an intereſſe
petitum probatum ſit uel ne, non ta
men deferri iuramentum in defectū
probationis. Videndum deinde eſt,
ſubiungit Dec. de ſingulari, de com-
muni, & de conuento: poſtmodum
tamen de communi tantùm loqui-
15 tur. Idcircò de omnibus prædictis
ſpeciebus intereſſe, quomodo &
qualiter probentur per teſtes, per
inſtrumenta, aut iuramentum, uide
tu latè Bal.in d.l.unic.col.vij.& ubi
etiam per Bar.& poſteriores, Specu.
& pract.Pap.in locis præalleg. Bart.
& ſcribentes in d.l.ſtipulationes nō
diuiduntur.& in d.l.certi cōdictio.
Are.& Iaſ.in d.§.curare.& in §.fin.
inſti.de uerbo.oblig. Soc.loco præ-
allegato, in uerſic. ſextò infertur. &
quæ ego nouiſſimè ſcripſi, in repeti-
tio.l.curabit.C.de actio.empt.& in
repeti.l.ij.C.de reſcind.uenditio.in
ultima charta.ubi latè examinaui &
diſcuſſi articulum hîc per Deci. ta-
ctum. Et ultra ibi dicta, circa iſtud
intereſſe conuentum notabis, quòd
16 †quando pœna adiecta fuit loco in-
tereſſe determinandi iuxta d.l.fin.
& §.ſi.præalleg. prout in dubio fa-
ctum eſſe uidetur, tunc pœna ſi non
interſit, peti non poteſt. eo tamen ip-
ſo quòd pœna loco intereſſe adiecta
fuit, partes tantùm intereſſe capere
fateri uidentur, propterea agens ad
pœnam non cogitur intereſſe pro-
bare, iuribus præallegatis. Quia, ut
dictum eſt, conuentio loco proba-
tionis ſuccedit, uerum ſi uul reus ha
bet onus probandi in ſe ſuſcipere,
quòd nihil interſit actoris conuen-
tum fuiſſe: ut poſt Roma. & Socin.
tradit Lancel.Galiau.in l.ſtipulatio
num quædam.in §. item ſi in facto.
column.iij.in octaua limitatio.ff.de
uerborum obligatio. intelligendo,
quòd fuerit ſimpliciter promiſſa
quantitas, & dictum non fuerat pœ
næ nomine, quia principaliter uide
tur contemptum reſpicere, non au-
tem taxationem intereſſe. Vbi uerò
non eſt dictum nomine pœnæ: uide
tur principaliter taxationem inter-
eſſe reſpicere, & procedit quod di-
ctum fuit. Ego tamen crederem Iu-
riſcon-

riſconſultum in d.l. final. ſuam determinationem intelligere, quando certa quantitas pœnæ nomine adiecta fuit. ita declarare uidetur imperator in §. fina. inſtit. de uerborum obligatio. ex prædicta l. fina. deſumpto. Quæ iura inquantum de pœna loquuntur, ut alio non edocto nec probato exigibilis ſit, limita-
17 tur † non procedere ubi uſurarum immineret ſuſpicio: ut per Bald. & alios in l. rogaſti. in §. ſi tibi. ff. ſi cer. peta. & Deci. in præallega. l. unic. in xj. col. ſicque ubi promiſſio & taxationi quantitatis adiecta fuiſſet: ſecus ſi facto, uel dationi ſpeciei: iuxta l. cū allegas. & ibi no. C. de uſur. & no. in d. §. ſi tibi. & adhuc iſtis caſibus pœna non poteſt quadruplū excedere, ſecundum Mod. Pap. qui alios referunt in dicta l. unic. colum. xj.

18 Succesſiuè quæro, † an ſubſiſtat conuentio ualeatque ſtatutum, quòd ſuper intereſſe ſtetur dicto, depoſitionive alicuius cum iuramē to ſuper intereſſe: & per conſequens his caſibus per iuramentum intereſſe probetur? Reſpondeo quòd ſic, nec poſſe paciſcentem in primo caſu pœnitere, ſecundum communes ſcribentium concluſiones: ut per Abb. in cap. dilecti. colum. final. de foro competen. & in capit. finem litibus. ad finem, de dolo & contu. Signorol. in conſi. clvij. column. ii. Imol. in dicta l. final. Angel. in §. actionum autem. colum. xviij. uerſi. & aduertas. inſtitut. de action. & in §. idem iuris column. xxvj. uerſicu. ex his inſtitutio. de except. & in §. final. inſtitut. de uerborum obligatio. pract. Papien. in primo libello ſuper uerbo, & expenſis. column. v. Alexan. conſi. xxxvij. column. final. uolumin. ij. & conſi. cxiij. column. ij. libr. iiij. Soc. conſi. xcvj. column. penultim. & fin. uolumin. iiij. Felin. in cap. ij. column. iiij. de fide inſtrument. Iaſo. in l. iuſiurandum quod ex conuentione. in princip. ff. de iureiurand. & in l. ſi ab arbitrio. col. ij. ff. qui ſatiſdare cogantur. & Dec. in capitulo ad hæc. el ij. column. ij. de appellation. & in cap. ij. de probatio. in quibus locis doctores bonas, palpabileſque rationes aſsignāt. Aduertendumque ſummoperè eſt ad illud, quod hic in fin. commenti de iſto communi intereſſe Decius
19 ſcribit † dum inquit debere eſſe in materia propinqua, probarique. & ſequitur Pariſius poſt eundem Decium. ibi, in cap. cùm uenerabilis. * colum. viij. de exceptioni. * & idē Dec. in l. diem functo. in 9. not. ſuprà de oſt. affeſſ.] & ſecundum hanc doctrinam (quæ fuit Pauli de Caſtro, Decij & ſequacium) intereſſe non præſtaretur uniformiter, ſed ſecundum occurrentiam caſuum: & eſſet herclè tunc difficilis probationis: ut de hac probatione intereſſe dixit Iuriſcon. in l. fina. ff. de præto. ſtipu. Tu dicas & nota diligēter, quod ſufficit petentē intereſſe probare ſe fuiſſe & eſſe mercatorem bonæ uocis, cōditionis, & famę. taléque negociationē exercere & exercuiſſe, & quod mercatores conſimilis conditionis degentes in loco ubi actor ipſe degit, uel talē negotiationem, mercaturam, aut traſficum puta, exercentes prout ipſe exercet, communiter lu-

crantur

crantur & lucrari conſueuerunt decem pluſque pro centenario, & ipſe quoque tantum fuiſſet lucratus, ſi pecunias ſibi debitas habuiſſet, & negotiari cum eis potuiſſet: probato ꝙ alij conſimilis conditionis tantum communiter lucrari conſueuerunt, obtinebit, & intentionem ſuã probaſſe cenſebitur. ſufficit enim ꝙ à communiter accidentibus probatio concludat. glo. & Bal. in l. neque natales. C. de proba. ponit Dec. in l. non hoc. col. pen. C. unde legit. ma-
20 ximè, cùm † in probando huiuſmodi intereſſe ſufficiant coniecturales probationes: ut dicit Bald. in dict. l. unic. colum. xiij. uerſi. ſextò qualiter probetur. & ita uoluit Pau. de Caſt. in l. j. colum. pen. ad fin. C. de ſumma trin. & fide cath. & in conſ. 103. incip. in cauſa, in antiquis. Aret. in l. continuus. in §. cum ita. col. ij. ff. de uerb. obl. ſentit etiam Alex. in conſ. cxlj. colum. j. libr. v. & dixi etiam in repe. d. l. curabit. Et hæc eſt notabilis practica, utilis ualde ad faciliùs probandum intereſſe, ſecũdum quã intereſſe debetur, petiturque ſemper uniformiter ad rationem de tot pro cẽtenario. & ita uidi practicari, & iudicari per ſenatum illuſtriſſimi principis noſtri.

Circa tertium de modo, formaque
21 que ſententiæ, † Specu. in d. §. viſo colum. v. uult ſufficere, ꝙ iudex ad intereſſe condemnet, ſi ſimpliciter & generaliter petitum fuerit: per l. ij. C. de ſen. quæ ſine cer. quan. licèt poſtea dubitet, per regulam. d. §. curare. Ioan. And. ibi in additionibus, ſi certa, inquit, quantitas fuerit petita uel in proceſſu cauſæ certificata, ad illam fieri debere condemnationem dicit, aliâs ſecùs tenet, ꝙ ubi nõ eſt certificata, ſi actor petijt per ſententiam declarari reum eſſe ſibi ad intereſſe obligatum, fieri id debeat, ſicuti fertur ſententia ſuper indemnitate. d. l. ii. & per cõſequens ſentit non poſſe reum condemnari ad intereſſe, ob regulam §. curare. ſed bene pronunciari ad intereſſe ipſum teneri: & fuit ſenſus gloſſatoris in d. l. ii. ad illum text. not. ſecundũ Bald. ibi, ſequitur Pau. de Caſt. in conſilio cccxxvii. incip. in cauſa. colum. fina. in antiquis. ubi ꝓpterea inquit, reũ aliter nõ ꝓbato intereſſe interlocutiuè abſolui debere. prædictus intellectus quantùm ad d. l. ii. nota. eſt, & ſatis tolerabilis: in materia uerò noſtra, reſolutio non eſt bona: & per illum met tex. confunditur ac per practicam communẽ. Sicuti enim quando peto te condemnari ad promiſſam indemnitatem mihi præſtandum, uel ad releuandum me indemnem iuxta promiſſa: alia declaratione non facta, debeo obtinere & uincere, ferturque ad id ſententia. d. l. ii. cuius quidem ſententiæ prætextu nulla contra te fieri poteſt executio, niſi facta priùs liquidatione damni paſſi. Cur ubi peto te condemnari ad intereſſe meũ, ſi illud probaui, licèt aliter petitionem non certificauerim, ad petita condemnari pariter non debes? eritque, ut ius diſponit, libello conformis ſententia, ſicque nulla erit incertitudo. reſpectu uerò executionis, antequam fiat liquidationem facere oportebit, quemadmodum de promiſſione indemnitatis diximus. & in materia intereſſe

ſtatim

ſtatim dicetur. Propterea Bald. Pau. de Caſt. & alij in d.l.ij.C.de ſenten.
22 quæ ſine cert.quant.dicunt, quod † ſi intereſſe petitum fuerit, certaque quãtitas in proceſſu iudicii deducta, liquidataque extiterit, ſententia tunc certa eſſe debet, & certam quãtitatẽ continere.d.§.curare: & hoc propter proſecutionem. Si uerò in proceſſu nõ fuerit deducta, nec liquidata certa quantitas, tunc ſine certa quantitate ferri debet ſentẽtia ad intereſſe petitum, & in executione (dicit Bal.) fiet liqidatio, & hoc ſummariè: ſecũdum Barto.ibidem, & ſæpè in practica ſeruari uidi. de qua materia tradunt Bart.in l.iij. columm.iij.C. de pigno.in l.j.ſuprà de eden. Aret. in d.§.curare.colum. antepe. Mod. Tauriñ.in l.admonendi.colum.vii. ff.de iureiur.& in l. certi condictio. in prin.ff.ſi cer.pe.& latius proſequi tur Soc.in c.ſignificantibus. col.16. verſi.ſextò infertur.de libel.obla.di
23 cens, quod † etiam ſi non probaretur certa quantitas in proceſſu: ſed intereſſe tantùm, ut quia teſtes deponerent actoris intereſſe, ſed de quantitate interrogati ignorare ſe reſponderẽt, reum abſoluere non debet iudex eò quod certa quantitas non ſit probata, imò malè faceret abſoluendo. Verũ quò certam ſententiam ferat, poteſt ex officio, inquit, ſe informare de quantitate intereſſe, uel duobus cõmittere, ſeu alios teſtes examinare ad liquidationem & certificationem ipſius intereſſe: iuxta no. per Barto. in l.quod ſi ex Pamphila.ff.de lega. ij. Et ſi fortè propter aliquod impedimentum, peremptionis inſtantiæ puta, iudex aliam declarationem ſumere non poſſet, non debet, inquit, reum abſoluere, ſed condemnare in id quod intereſt, prout in executione liquidari continget. argu. iurium prædictorum. Facit c.auditis.de pro cur. vbi probatur, quod quando quantitas eſt incerta, fertur tamen certa ſententia: ſed non mandatur executioni donec fuerit certificata. Idem ponit Aret.in §.fina.inſt. de uerbo. oblig.ubi mandat menti commen-
24 dandum, quod ſi † intereſſe deductum aut petitum eſſet, non autem probatum quantum interſit, ex aliquibus tamen appareret de intereſſe, poſſet iudex ex officio ad intereſſe cõdemnare, & ſe informare de quantitate intereſſe, illudque in condemnatione deducere: ut probatur in l. ſemper.in §.hoc interdicto.cum ibi no. per Barto.ff.quod ui aut clam. ſicut in ſimili per illum tex. dicimus, quod ſi in iudicio conſtet de ueſte reſtituẽda, ſed non conſtat de ualore rei, poteſt iudex ex officio ueſtis æſtimationem qualificare, & ad illam reum condemnare: ut dicit Bart.in d.l. ſi quod ex Pamphila. quem ſequitur ibi Angel. licet Bald. improbet: & hæc multùm notabilia reputat ibi Angel. idem uoluit Barto.in dict.l. unic.C.de ſenten. quæ pro eo quod intereſt.ad fin.commenti. & Mod. Papien. ibidem in ultimis uerbis, plurimùm notari mandantes ex di-
25 ctis Bartol. † quòd ubi ſingulare intereſſe non fuiſſet in iudicio probatum, iudex ex officio ſe informare poſſit & condemnare: imò fortiùs in iudicio in quo non ſit probatus ualor & æſtimatio rei de qua agitur poſſe iudicem ex officio de ualore

ſe

ſe informare, & in illo condemnare. quod eſt mirabile. per dictum Bart. in dict. l. ſi quod ex Pamphila. ad quod uide tu Corne. in conſil. cclvj. & cccxviij. colum. fin. libr. iiij. ubi conſuluit, quod licèt qualitas intereſſe probari debeat per actorem, ſi tamen non probetur, æſtimari poſſet per iudicem. argu. d. l. ſi quod ex Pamphila. cum no. per Bar. & quòd iudex uidens reum eſſe condemnandum ad æſtimationem alicuius rei, uel ad intereſſe, & non probetur quanta ſit rei æſtimatio, quantumue ſit intereſſe, non debet abſoluere: quaſi actor non probauerit: ita ut certa fieri poſſit ſententia, iuxta §. curare. ſed potiùs debet ipſe rei, uel intereſſe, quantitatem æſtimare, ut ibi per eum poſt Abbatem, & alios quos refert. Idem ſcribit Raphael Comen. in conſi. 102. ad finé. quod probatis melioramentis, licèt non fuiſſet probata certa quantitas, iudicem æſtimare debuiſſe, uel ſaltem retentionem pro melioramentis dare, liquidandis poſt modùm in executione. Ad prædicta facit l. ſi irruptione. ff. finium regundorum. & quæ ſcribunt Bal. & alij in l. cùm iudex. C. de ſenten. & Dec. in conſil. 518. column. j. quòd ubi iudex propter temporis breuitaté acta examinare, & diſcutere nequit, ſubſiſtit ſententia per quam reum abſoluit, ſi ex probationibus factis abſoluendum appareat. & ſi condemnandú appareat, condemnet, ita quod ex cauſa toleratur ſententia, quamuis non omninò certa. Accedant etiam quæ ſcribit Bal. Nouel. in tractatu de dote. ſol. iij.

26 Poſtremò ſcias, in † ſpiritualibus non poſſe peti intereſſe ſicut in profanis. Inno. in c. querelam. de elect. Rota deciſio. 104. in antiquis. Ludoui. Gomes ſuper regula de annali poſſeſ. quæſtio. xl. Intelligendo reſpectu beneficij, ſecùs uerò reſpectu incommoditatis & expenſarum. conuertuntur enim iſto caſu, damnum & intereſſe, ut ibi per eum. quæ omnia no.

## SVMMARIVM.

1 *Qui tenetur dare fideiuſſorem an liberetur dando pignora. & nu. 4.*

2 *Qui tenetur dare unum pignus, an poſſit aliud æquè idoneum dare. et nu. 6. Et an liberetur ſi ſit ualde idoneus. nu. 10.*

3 *Obligatus ſatiſdare, liberatur dando fideiuſſorem aut pignora.*

5 *Solutionis uerbum quomodò accipiatur.*

7 *Nemo cogitur mutare debitorem, uel obligationem in re conſtitutam.*

8 *Idoneus, qui à ſatiſdatione liberatur ſi tenetur dare pignora, non liberatur.*

9 *Obligatus ſatiſdare ex hominis diſpoſitione, licèt ſit idoneus non liberatur. Secus ex legis uel ſtatuti diſpoſitione.*

11 *Cautionis appellatione, quid ueniat.*

### L. XXV. POMPONIVS.

PLVS cautionis in rem eſt, quàm in perſonam. 1

SVM-

SVMPTA fuit ex legibus in gl.
alleg.& ex l.ſi fundus.in §.in uédica
tione.ff.de pig.Plus itaq; ſecuritatis
& cautelæ eſt in ré,quá in perſoná.
& ratio magis aſſignari pôt, ut hîc
p glo. q intelligit Iuriſconſultũ hic
facere differentiá inter actioné realé
& pſonalé,& ſic fortiores ſunt actio
nes reales quã perſonales:ut p Pau.
de Caſt.& Mod.allegantes hanc le-
gé ad hoc in rub.ff.ſi cer.pet. Aliter
intelligi pôt,& fortè magis ex méte
Iuriſcóſulti, qui nó loquit̃ de actio-
ne reali, ſed de re: ut intelligamus
plus cautelæ eſſe in ré.i. ꝙ quis rem
teneat ac poſſideat,quam ꝙ in per-
ſonam agat:quia ut dicitur inſtitu.
de obliga. quæ ex delict.naſc. in §.
furti.expedit potiùs pignori incúbe
re quã in perſoná agere:ut hîc etiam
ſentit Dec.hinc eſt, ꝙ Iuriſcóſultus
in l.minùs.ad fi.j̃.eod. Minùs eſſe,
inquit,habere actioné,quá rem. Et
licèt agens rei uédicatione dominiú
uerè habeat, remq; habere uideatur
p l.qui actioné habet.s̃.eo. plus ta-
men eſt abſq; dubio,ut inquit glo.
ré apud ſe habere,quã actionem ad
rem ipſam recuperandam, pp com
modum poſſeſſionis, quod eſt maxi
mum: ut ibi dictum fuit. nimirum
igitur ſi plus ſecuritatis, & cautelæ
eſt in ré quá in perſonam, hoc eſt,
rem tenere,quàm partes actoris agé
tisve ſuſtinere.

Et per iſtum tex. infert hîc Bart.
1 ſecundum Dec.ꝙ †ille,qui fideiuſſo
rem dare tenetur, liberatur dando
pignora: quia plus cautionis eſt in
ré,quá in perſoná.non obſtat,quòd
unú pro alio.inuito creditore ſolui
non poteſt.l.ij.§.j.ff.ſi certum peta.
quia non loquimur hic de ſolutió-
ne, ſed de cautione, quo caſu qui
2 †promiſit unum pignus dare,poteſt
aliud æquè idoneum tradere. gl.l.ſi
Titio.ff.de pign.Item quia pro fide
iuſſore alius æquè idoneus dari po-
teſt,cum teneatur quis facere, ꝙ ſi-
bi non nocet & alteri prodeſt,ut hic
per Dec. Aduerte tamen quia Bart.
non dicit id ad quod per Deci.alle-
gatur:quia loquitur in eo qui tene-
tur ſatiſdare, non in eo qui fideiuſ-
ſorem dare tenetur, inter quæ ma-
gna,ut ſtatim dicam, eſt differétia,
ſed in l.prætoriæ.la iij.ff.de prætor.
ſtip.bene loquitur de eo qui fideiuſ
ſorem dare tenetur. Communis &
3 uera doct.concluſio eſt, ꝙ †obliga-
tus ſatiſdare, liberetur dando fide-
iuſſorem,aut pignora: quia non re-
ceditur à proprietate uocabuli ſatiſ-
dationis.l.j.cum ibi no.ff.qui ſatiſd.
4 cog.obligatus † uerò fideiuſſoré da-
re,per dationem pignorum ſe libe-
rare nequeat:quia aliud pro alio,in-
uito creditore præſtari non poteſt,
ut dictum eſt,& conſequenter inui-
to creditore pignora dare non pôt,
qui fideiuſſoré dare tenetur. Quáuis
.n.tex.§.j.d.l.ij.ſi cer.pe.de ſolutio-
ne:ut ait Dec. loquat̃ ibi,ſolus non
pôt:ad ſolutioné tñ nummorum id-
nó refertur,ſed ad traditioné & pſta
tioné.ideo Alex.in d.l.j.col.j. qui ſa
tiſ.cog.hác materiá tractás:aliud,in-
quit, p alio inuito creditore pſtari
non pôt.Iaſ.utit̃ uerbo,dari.& clarè
pbatur in d.§.j. dũ loquitur de cóſi
ſtentibus pódere & méſura. Et inde
utitur uerbo ſolui, quod præſtatio-
nem refert. Et ſoluere, pro ſatisfa-
cere ponitur tã apud legiſtas, quàm
apud

apud orarores & comicos: ut in rubro & nigro.ff.iud.ſol.& in illo Teren.in Adelph.neque tu uerbis unquam ſolues, quod mihi malefeceris. Faciunt quæ de uerbo ſoluere, plenè tradit Pariſ.in cõſi.107.lib,3.]

5 Et in hoc deceptus fuit Dec. † non aduertens ad uim uocabuli. quæ ēt exprimitur in l.ſolutionis uerbum. ff.de ſolut.& in l.nemo dubitat.ubi fortè etiam dicam infrà eodem.Et ꝙ hæc opinio communis ſit, atteſtãtur Alex.& Iaſ.in d.l.j.column.j.& ipſe Alex.in apoſtil.ad Barto.in d.l.præ toriæ.& Mod. de Fano. in tract. de pigno.in prin.quintæ partis princi. aliam rationem poſt Iaſo. aſſignantes. Labor enim & periculum eſt in cuſtodia pignorum, quibus inuitus creditorem aſtringi æquum nõ eſt, nec iuſtum.§.pen.l. quemadmodũ. ff.ad leg.Aquil. Et conſequenter licèt plus cautionis ſit in pignore,quã in fideiuſſore,propter difficultatem exactionis,& expenſas litis: tamē in periculo maiori uerſatur ac labore propter cuſtodiam pignorum, ideo recuſare poteſt pignus, prætendens ſua intereſſe potius habere idoneũ fideiuſſorē,quã pignus, ſicque patet ſol.& reſpõ.ad illud uulgatũ dictũ p Dec.allega. quod tibi nõ nocet &c. qua ratione,quod cõtra Dec. de pignore dictũ fuit, ſequunt ēt Mod. Taurin.in d.l.ij.in §.j.col.xij. Poſſet ēt aliter reſpõderi ad regulam illã,quod tibi non nocet. ex declaratione Bar.ad illam in d.l.ij. in prin. ff.ſolu.matrim.& latiùs Aret. Iaſo. & alii, ibidem in ultim.col.tradunt.

6 Et quòd obligatus † unum pignus dare,æquè idoneum dãdo liberetur ut inquit Dec.per glo.d.l.ſi Titio.ſequuntur etiam Moder. de Fano. in d.tract.de pign.in princ.tertiæ partis princ. in v. column. adducentes Fran.de Crema.in ſingu. idem tenētem.Sed Moder.Taurinã.loco præal leg.reprehendunt Dec. quia gloſſ. il la oppoſitum probat, arguendo à ſpeciali,iuncta l.quod uerò contra. de legib.dicentes proptereà. Angel. qui idem tenebat,meritò ibi reprobari per Ro.& Moder.tu uide Arc. ibi circa fin.commenti,prius, quod de æquè idoneo pignore ſupponendo dictum fuit, rectè reprobantem.

7 Plura adduci poſſent, † ꝙ quis non cogatur mutare debitorem,nec obligationem in re aliqua ſibi conſtitutam.§.j.l.ſi mandato meo.ff. mand. plenè tradunt Fulgo. in conſili.185. Sali. in l.fin.circa fina.C.de ſerui.& aqua.Alex.in l.qui Romæ. in prin. in iij.colum.ff.de uerb.obliga. & in l.diem functo.colum.pen.& Seuer. q.xvii.ff.de offic. aſſeſ. Iaſ.in d.§.j. colum.fin.Lance.Dec.in l.pacto ſuc ceſſorum.in fin.C.de pact.Dec.omninò in l.ſi pater.C.de coll.ubi proſequendo quod etiam hic dixit de fideiuſſore dato, dandove, ut alius æquè idoneus præſtari ualeat, defendere.nititur, reſpondendo ad tex.d. l.ſi mandato meo,quòd non procedit ex cauſa. Sed non eſt recedendũ à contraria opinione, quæ communis eſt,ut patet ex ſupra alleg. Et §. ſed ſi quis.l.qui autem.ff. de conſti. pecu.per Dec.adductum,oppoſitum probat,dum ita demum id admittit ubi fideiuſſor dandus mortuus erat. Ex qua cauſa neceſſitatis ſcilicet, recedimus quidem ab eo quod dicitur

in d.l.ſi mandato.aliàs ſecus: ſecundum Moder.Taurin. in d.§.j.colū. xiij.facit optimè regula l.ſi.ff.de uſu & habit. & §. ꝓtereà. inſti.de actio. quòd generaliter unum pro alio inuito creditore dari,præſtari, fieriue non poteſt,quæ iura adducuntur ꝑ alios ſcribentes in d.l.j.ff. qui ſatiſdare cogantur. Poſtremò notandū eſt, quòd licèt † liberetur quis de ſatiſdatione præſtanda, ſi ſit ualde idoneus: non tamen liberabitur ſi pignora dare teneatur, per iſtam regulam: quia plus cautionis eſt in rem,quàm in perſonam:ſecundum Deci.hic,quem ſimpliciter ſequũtur Modern. de Fano loco ꝑallega.† Et adhuc ubi quis teneretur ex diſpoſitione hominis ſatiſdare,non liberaretur quemuis eſſet ualdè idoneus. per regulam l.contractus. ſuprà eo. tit.& ſcribentes prealle.& alij in d. l.j.loquuntur in obligato ex diſpoſitione legis aut ſtatuti,non autem ex diſpoſitione hominis. Differunt igitur, ut ex prædictis apparet,ſatiſdare,fideiuſſorem præſtare,pignora dare,& cauere. Satiſdare enim eſt aliquem cautum facere,ac ſecurū datis fideiuſſoribus: & qui obligatus eſt ſatiſdare,liberat̃ fideiuſſores dando,uel pignora:ſatis enim proprietati uocabuli ſatiſfit.& adhuc à præſtatione fideiuſſorum, & pignorū eximitur, quando eſt facultatibus idoneus:niſi ex hominis diſpoſitione ſatiſdatio ſit in obligatione.Fideiuſſorem uerò præſtare obligatus, nō admittitur pignora dare uolés,ꝑ rationem prædictam: à qua præſtatione fideiuſſorum liberatur, ſi ſit ualdè idoneus, niſi ex diſpoſitione hominis cauſata fuerit ipſa obligatio: ut dictum eſt ſuprà de obligato ſatiſdare:cùm ſit eadem ratio. Pignora autem dare debens,non liberatur ſi uelit fideiuſſorem dare: quia aliud pro alio &c. Et † cogita an liberetur à datione pignorum ſi ſit ualde idoneus:crederem ꝙ non, per regulam legis noſtræ: quia plus cautionis eſt in rem,quàm in perſonam, propter difficultatem exactionis & expenſas faciendas in exactione. intereſſe igitur eſt creditoris potius pignora penes ſe habere, quàm tenere quēpiā, licèt ditiſsimum, obligatum. Nomine autem cautionis † nuda promiſſio uenit ac intelligitur.l.ſancimus. C.de verb.ſigni.regulantur ſcilicèt, ſunt enim plures caſus in quibus ratione adiuncti,uel ſubiectæ materię fideiuſſores dandi ſunt per obligatū cauere:ut per Iaſo.& alios in d.l.ſancimus.Barb.in c.ſi.in §.fin.col.xvij. vt lite nō conteſt.Deci.in c.qua frōte col.fin.de appella. & Corſ.in ſuis ſingu.in verb.cautio.Et in cautione rati, ubi agitur de libertate, uel alia re inæſtimabili,pœna debet in cautione apponi:vt per Deci.in l.libertus.infrà eo. Vbi uerò obligatus idoneè cauere uel ſatiſdare,id facere nō pōt:& quæſtionis eſt, an admittatur ad iuratoriā cautionem. tradit Ro. in conſi.ccccxxxix.col.fi.Alex.conſi. lvij.col.fi.lib.iij.Soci.cōſi.cxx.col.ij. volu.j.ſcribentes omnes in l.j.ff.qui ſatiſ.cog.Lancel.Dec.in l.ij.in §.ſed ſi dubitetur.ff.de iudi. Mod. Bono. in l.i. in §.prætereà.col.xvii.cū ſeq. & in l.maritus.col.antepe. & ſequē. ff.de quæſtionib.quæ omnia diligēter notanda ſunt.

8 9 10 11

SVMMARIVM.

1 *Citatio illius, quo inuito actus expediri poteſt, non eſt neceſſaria.*

2 *Filius, qui patre inuito poteſt agnoſcere bonorum poſſeſſionem an poſſit eo ignorante.*

3 *Mulier prohibita contrahere ſine conſenſu propinquorum, poteſt contrahere illis inuitis & nolentibus conſentire, ſed non eis ignorantibus.*

4 *Hæc regula procedit in materia correctoria & limitatoria.*

5 *Limitatio multiplex ad hanc regulã. Et quando tractatur de præiudicio tertij. num. 7.*

6 *Quod fieri poteſt cauſa cognita me inuito: me ignorante fieri nequit.*

8 *Argu. ab æquiparatis, etiam in matèria correctoria ualet.*

9 *Abſens, & præſens, quis dicatur.*

L. XXVI. VLPIANVS.

QVi poteſt inuitis alienare, multo magis, & ignorantibus, & abſentibus poteſt.

Per hanc regulam, quæ clara eſt, & ſumitur ex legibus in glo. alle-
1 gatis, infertur, † nunquam debere citari illũ, quo inuito actus expediri poteſt: ut per Deci. hîc, & i l. ſi pacto quo pœnã. col. ij. C. de pact. Alex. cõſil. 130, lib. j. Mod. Bono. in rep. l. de uno quoq;. nu. 87. ff. de rè iudi. Et in locis prædictarũ remiſsionum inuenies deciſiones plurium quæſtionũ per hãc regulã factas. Correctius tñ loquunt ibidem ſcribentes quã hîc faciat Dec. dicentes, nõ ut ipſe Deci. hîc, ꝙ citari nõ debeat ille quo inuito actus expediri pôt, ſed ꝙ non eſt neceſſaria citatio illius: ut etiam per Iaſo. in l. ſi qñ. col. 4. C. unde vi. Arguit ét per hanc regulã glo. §. itẽ acquirimus. l. j. ff. de acqui. poſ. i uerb. peculiariter. ut per eã. & pariter alia glo. in l. j. in uerb. ratã. C. qui admit.
2 dicens † hodie filiũ patre inuito poſſe agnoſcere bono. poſſ. à fortiori dicit, eo ignorante ꝑ regulam iſtã. Iaſ. ibi Ang. ſequutus contrarium tenet quibuſdã motiuis quę priùs fuerũt Riminal. quã opin. latiùs proſequit in l. qui in aliena. in prin. in ij. & iij. col. ff. de acqui. hęred. ubi eſt glo. cõcordans cũ alio prælle. in uerb. ratã. quia in bonis filij pater legitimã habet adminiſtrationẽ, licèt filio acquirat proprietas. l. fi. §. filijs aũt. C. de bon. q̃ libe. ideò ſine patre nõ uidetur poſſe adire. Nec oſtat ꝙ patre recuſante adire poſſit quia: tunc ſtat ꝑ patrẽ ipſum, cui eſt imputandũ: q̃ ratio ceſſat in patre ignorãte, & ſic tollit fundamentũ glo. alleg. quia regula legis noſtræ procedit ubi eſt eadẽ ratio: ſecus ſi ſit diuerſa: ut in iſto caſu, & habemus in ſimili de † mu-
3 liere prohibita ſine cõſenſu propinquorũ contrahere, ſi illi requiſiti nolint conſentire, pôt eis inuitis cõtrahere: ut per Bart. & Alex. in l. ſi cùm dotẽ. in §. eo aũt tẽpore. ff. ſolu. mat. & tamẽ abſurdũ eſſet dicere, ꝙ illis ignorãtibus poſſet cõtrahere. Sed nõ eſt recedendũ à cõmuni opinione, quã defendunt Deci. & oẽs Moder. poſt Alex. in d. l. j. qui admitti. motiuis Ang. & Iaſo. reſpondentes. maximè, dum dictũ fuit uideri aliã rationem eſſe in patre ignorãte, quàm in contradicente: quia in propoſito eadem

dem eſt ratio. filius enim integrã habet perſonã ad hæreditatem adeundum: & iuſſus patris ſolùm requiritũ pro intereſſe ipſius patris: iuxta not. per Bart. in d. §. neceſsitate. ideò uidetur ꝙ patre ignorante filius poſsit adire: quia de intereſſe patris agitur propter uſumfructũ quem habiturus eſt ratificando aditionẽ filij * ut per glo. in d. uerbo ratam. ubi Alex. col. pen. in fi. & Deci. v.] ecõtrariò autẽ filio recuſante ſolus pater adire poteſt. d. l. fi. in §. ſimiliq; modo. non tamen illo ignorante. Sed eſt ratio, quia patri non eſt delata hæreditas, ſed ipſi filio, & per ſolam recuſationẽ filij aperitur uia patri, ideò de tali recuſatione cõſtare prius debet, & hoc caſu non procedit regula legis noſtræ: quia non eſt eadem ratio, data ignorantia filij, quæ ſubeſt data contradictione: ut per ſcribẽtes

4 prealleg. Et ſecundum † prædictam communem doctorum concluſionẽ procedit hęc regula etiã in materia correctoria: quia uirtute iſtius antiquæ regulæ inuitos & ignorãtes pari ficantis de uno caſu ad alium pari ficatum licita erit extenſio, cum ſit interpretatio paſsiua. Et clarius magiſque quando materia eſſet limitatoria: ut ꝑ Alex. & alios in d. l. j. C. qui admitti. & Iaſ. in d. l. qui in aliena. in prin. in iij. col. & latiùs dicam de hoc in l. j. infrà eod.

5 Limitatur hic † per glo. hęc regula. Bar. non bene reſoluit: impugnat enim rationẽ Iuriſconſulti in l. ſi in tres. ff. de arbi. cui tanquàm loco ſacro debetur reuerentia. Vnde Deci. paucis ſe expediens hanc regulam procedere firmat, ubi eſt eadem ratio, aliàs ſecus, quod probari põt ex ſupradictis, & infra dicemus referendo Alex. & ſimiliter dicit Deci. non procedere, ubi eſſet data forma à lege uel ab homine ꝙ abſentes requirerentur. ut hic per eum & Iaſo. in l. duo ex tribus. ff. de re iudi. ubi quædam ſcribit ad declarationem & materiam. d. l. ſi in tres. & latius Franc. de Curt. Iun. in conſi. 79.

6 Poſtremò hãc regulã limita, † ut pulchrè per Aret. in l. ij. in §. fi. col. fin. ff. ſol. mat. dicitur, inquit, in hoc §. fi. ſi filia abſens ſit, nõ admitti patrem niſi de rato caueat: ſed hoc falſum uidetur in uno caſu, quando uidelicet eſſet abſens, & ſi præſens eſſet ad contradicendũ non admitteretur, quia non haberet contradicendi iuſtam cauſam, ut ſupra dictũ eſt. cùm ſit regula, quicquid te inuito fieri põt, te etiã ignorãte fieri poſſe. ſed pater filia pręſente, & inuita agere poſſet, ubi contradictionis iuſta non adeſt cã: eadẽ ergo ratione poſſe agi debet ea abſente & ignorãte, contra tex. noſtrũ. Sed reſpõderi poteſt & erit notabilis limitatio, inquit Aret. regulã eſſe uerã qñ abſolutè me inuito fieri aliquid põt. Sed ubi nõ põt aliquid me inuito fieri, niſi cauſa cognita, permittenteque iudice: ut in caſu d. §. fi. & in l. cũ dotẽ. in §. eo aũt tẽpore. in uer. ideoq; officiũ, eo. tit. non ꝓcedat regula illa: quia quod fieri põt cauſa cognita me inuito, ignorãte fieri nequit. * Itẽ limita in caſu l. coram, ubi Moder. notant ſupra tit. j.] Aduertendum etiã eſt circa intelligentiam præſentis regulæ: non enim ita abſolutè, generaliterque ut allegatur, æquiparata,

rata, exęquataque hîc ſunt, poſſe id
fieri me abſente & ignorante, quod
fieri poteſt me recuſante & inuito.
Verùm ad alienationem Iuriſcon-
ſultus ſe refert, quaſi dicat, me non
poſſe impediri per cõtradictionem,
repugnantiam, ignorãtiam, uel ab-
ſentiã alicuius, quin iure meo utar
alienando ſcilicèt, quia ad ſui præiu
dicium in re ſua quilibet eſt mode-
rator & arbiter. vulg.l.í re.C. mãd.
etiam alienando in ſui pręiudicium
rem alienam.l.rem alienam.ff.de cõ
trahen.empt. iſta uidetur fuiſſe mẽs
& intentio Iuriſcõſulti in hac regu-
7 la.Ex quo infertur, † ꝙ ſi de pręiu-
dicio damnóue tertii ageretur: pro-
ut in caſibus poſitis per Alex.in l.1.
col.penul.C.qui admitti.ſecus eſſet.
quod uidetur not. pro declaratione
pſentis regulæ.Et poſtea quàm præ-
dicta ſcripſi,comperi ita poſt Ange.
ſentire Riminal. licèt non ita clarè
explicèt,in d.l.i.C. qui admitti. col.
xv.& in fi.commenti.vbi poſt Ang.
tenet,ꝙ lex iſta loquẽs in alienatio-
ne,non extendatur ad alios caſus:ſi-
cuti dicimus in l. actus legitimi. in-
frà eo.tit. relinquit tamen cogitan-
dum.Alex.tamen in d.l.i. colum.pe
nul. & cõmuniter ſcribentes tenent
hîc factam eſſe æquiparationem, &
exæquationem generaliter,ut quod
poteſt fieri me inuito,poſſit & abſol
8 ui me ignorante, & protereà † ar-
guunt ab exæquatis & æquiparatis
etiam in materia correctoria, quia
ubi duo ſunt æquiparata & exæqua
ta in lege antiqua,lex noua ſuperue
niens & diſponens in uno cenſetur
diſponere & in alio.l. ſi quis ſeruõ.
cum ibi not.C.de furt.pulchrè Are.
in l.ii. col.ſi.ff.de leg.i. & pro eis fa-
cit,quia hîc, ut natura titu. indicat,
ex iſta poſita eſt per modum regu-
læ, ideo &c. Præterea dico iſtud idẽ
clarè probari in l.iiii.in §.illud.ff.de
fideicõ.lib. ubi Iuriſc. arguit regulæ
adhærens, ꝙ illud quod fieri poteſt
inuitis, poſſit etiam fieri ignoranti-
bus:intelligendo quando eadem eſt
ratio in prædictis perſonis recuſan-
tibus,& ignorantibus, & quãdo nõ
agitur de præiudicio tertii: ut per
Alex. loco præalleg. Si autem uelles
ſcire pro intelligentia eorũ,quæ hîc
dicuntur de ignorante & abſente,
9 quis † dicatur abſens,& quis pſens,
uide Anch. in conſ.cccxcvi.Corn.in
conſi.xxxvi.col. iii.lib.ii.Soci.in tra
cta.cita.in ſeptima ſpecie citationis.
& Felin. in c.quoniã frequenter. in
prin.in vlti.col. ut lite non conteſt.

## SVMMARIVM.

1 *Pacto priuatorum iuri publico derogari non poteſt. Et quãdo ſit ratio. nu.11 Secus per ſtatutum nu.4.5.*

2 *Ius publicum quid ſit. Et ius ſolemne. num.3.*

6 *Argumentum de ſtatuto ad pactum quando procedat. & nu.7.8.*

9 *Pacto priuatorum obligationum cauſæ derogari poteſt. Et Obligationum cauſæ quæ ſint.*

10 P*actum ſuper obligationibus delictorum an ualeat.*

### L. XXVII. POMPONIVS.

NEc ex pretorio, nec ex ſolenni iure,priuatorum conuentione quicquam immutandũ eſt: quamuis obligationum

gationum cauſę pactione poſ ſint immutari, & ipſo iure, & per pacti conuenti exceptionem: quia actionum modus, vel lege, vel per prætorem introductus priuatorū pactionibus nō infirmatur: niſi tūc cùm inchoatur, pactio inter eos conuenit.

SVMITVR ex l. ius publicū. ff. de pact. & alijs per gloſ. alleg. Vtque intelligas text. qui difficilis videtur, diuide in duas partes. In prima ponit regulam, ſeu bimenbre factum. In ſecunda ibi, quia actionum, rationem reddit. Iterum prima pars ſubdiuiditur in duas particulas, prout duo ponit dicta. Et eſt ibi ſecunda, quamuis, quę quidē ſecūda in alias duas particulas ſubdiuiditur. In prima aſsignat rationē. In ſecunda ibi, niſi, limitationem ponit, & temperamentum. Not. primò ex text. † ius
1 publicum, ſiue prętorium, ſiue ciuile, pactis priuatorum immutari, vel tolli non poſſe: vt etiam dicitur in d. l. ius publicū, & in l. pen. cum not. C. de pact. & in l. nemo poteſt. ff. de leg. j. in c. ſi diligenti de foro competen. in l. neque pignus in §. j. infrà eo. vbi Deo dante etiam uidebimus.
2 Publicū † verò intelligitur duobus modis, ſecundū Deci. hic. alios duos ponit Iaſo. in dict. l. ius publicum. non nulla ad propoſitū tradunt etiā doct. in l. j. ff. ſolut. matr. ponentes quæ dicatur publica vtilitas.

Et quemadmodum iuri publico priuatorum pactis derogari non poteſt, ita priuatorum conſenſus non poteſt iuriſdictionem, quæ de publico introducta eſt, tollere. l. priuatorum. C. de iuriſd. omn. iud. Verùm
3 illa verba, nec ex † ſolenni iure, in princi. iſtius regulæ poſita, de iure ciuili l. xij. tab. intelliguntur: ex quo ſolennes actiones deſcenderunt: vt dicitur in l. ij. in §. deinde ex his. ſupra de orig. iur. quæ tamen ſolennitas & formulæ impetrandarū actionum hodie ſublatæ ſunt. vt patet ex titu. C. de formul. cum adductis per Mod. Aſten. in tracta. de forma ſub rub. qualis eſſe deb. for. & Alciat. lib. iiij. diſpun. c. vlti. facit. c. dilecti. cum not. de iudi. Et vix inuenies alium text. mentionem facientem de ſolenni iure. facit tamen, text. l. & ſi nihil. infra eodem. ibi nihil facile mutandum ex ſolennibus, & ſolenne dicebatur ius legis duodecim tabularū, quia cum magna ſolennitate fereba tur lex: vt dixi in l. ij. in verb. poſtea ne diutius. & in verb. exactis el ij. ſuprà de orig. iur. Et quāuis per pactū priuatorū iuri publico derogari nō
4 poſſit, † id tamen per ſtatutum fieri poteſt: vt hîc per gloſſ. & Deci. affirmantes etiam vniuerſitatem contra ius publicum ſtatuere poſſe: de quo per Bart. in l. omnes populi. colum. viij. verſ. tertiò iuxta prædicta quæro. ff. de iuſti. & iure. & ibi Iaſ. in j. q. Bar. & Moder. Bonon. in ij. fol. Abb. in c. quod clericis. col. fi. de foro cōpet. Calder. cōſil. xviij. Alexan. cōſi. lxxxiij. clxxvij. ccxvj. lib. ij. corn. conſil. clv. col. ij. lib. iiij. pulchrè tan
5 gentes, † vtrum omnes populi poſſint contra ius commune ſtatuere, de quo etiam per Bald. lib. j. in conſ.

clx.Alberi. de Roſa. in prima parte
ſtatutorum.in vij.q. Mod.Aſten.in
tracta.excluſiuo fœmi. ſtan.agna.q.
v.col.iiij.Dec.in c.eccleſia.col.iij.&
x.verſi.nec obſt.de conſtitu. & in.c.
ſi duo. col.ij. de appella. Rip. lib.j.
reſponſorum.c.xi.& Ioan.de Plate.
in l.ſi quid extra ordinem.C. de le-
gat.lib.x.Cuius tñ deciſio confundi
tur ex communi præalleg. ſcribẽtiũ
6 doctrina : † multa itaque per ſtatu-
tum fieri poſſunt, quæ per pactũ fie
ri nequeunt:ut hic per Dec. id pluri
bus deciſionibus approbantẽ.Quod
aũt teſtandi facultas per ſtatutũ tol-
li poſsit:vt ipſe Deci. hic uoluit,fir-
mat & defendit idem Deci. Soci. &
Moder.in l.pactum quod dotali.C.
de pact.& dixi in repeti.l. fin.eo.tit.
Procedunt aũt prædicta, vbi agitur
de rogatione iuris publici ſimplici-
ter,ſecus ſi turpe aliquid & cõtra bo
nos mores: quia etiam negatiuè ua-
leret argumentum de pacto ad ſtatu
tum:ꝙ ſi non poteſt fieri pacto, nec
etiam ſtatuto,ut hic per Deci.Ratio
7 †vtriuſque membri ad manum eſſe
uidetur: ideò enim per ſtatutum iu-
ri publico derogari põt : quia ſit le-
ge permittẽte.d.l. omnes populi. id
quod priuatis denegauit.d.l. ius pu-
blicum.quãdo autem turpe aliquid
& contra bonos mores eſſet,mirum
non eſt, ſi per ſtatutum id fieri non
poteſt.Lex enim Dei donum eſt:ut
ſuprà de leg.l.ij.& diuinitus ꝓmul-
gari dicitur.l.fin.cum glo.in uerbo,
diuinitus.C.de præſcrip.long.tẽpo.
vnde ut dicitur. in c. erit autem lex.
debet eſſe æqua,iuſta,ſancta,& poſ-
ſibilis, et leges dicũtur ſacratiſsimę.
l.leges.C.de legib.Affirmatiuè uerò
8 argumẽtum tenet. † fieri poteſt per
pactum, ergo & per ſtatutũ , vbi eſt
eadem ratio, ſecus ſi diuerſa : ut hic
per Decium. ſed quomòdo intelligi
hoc debeat latiùs declaraui in l. iu-
ra ſanguinis. ſuprà eodem.
9 Secundò not. obligationũ † cau-
ſas pactione & conuentione partiũ
immutari poſſe , tam ipſo iure,quã
per exceptionem . Dicuntur autẽ
cauſæ obligationum diuerſimodè ,
uno modo in l. obligationum ferè.
ff.de actio.& oblig. Obligationum,
inquit ibi Iuriſconſultus , ferè qua-
tuor ſunt cauſæ , aut enim i his dies
eſt:aut conditio: aut modus: uel ac-
ceſsio. Hoc modo hic non credo ac
cipi.Aliter capimus cauſas obligatio
num, quæ naſcuntur ex contractu,
maleficio, aut ex uarijs figuris cauſa
rum:iuxta l.j.ff.de actio. & obligat.
Iuriſconſultus hic, ut arbitror,cau-
ſas obligationum pro contractibus
capit:qui quidem contractus obliga
tionum naſcentium ex ipſis contra-
ctibus cauſæ ſunt legemque ex con-
uentione accipiunt, & à conuentio-
ne regulantur.l.contractus.ubi dixi-
mus in not.ſupra eodem. nõ eſt igi-
tur mirũ ſi poſſunt pactione immu-
tari,illorumque natura alterari . Et
ꝙ hic Iuriſconſultus intellexerit de
contractibus, non de delictis, patet
ex ſequentibus ibi,actionũ &c.vult
ergo dicere iſte tex. ꝙ ius publicum
pactis priuatorũ immutari non po-
teſt:ius uerò obligationũ & contra-
ctuum,vt reſpiciunt priuatam vtili-
tatem,immutari bene poteſt, tam à
principio q̃ ex poſt facto . et quẽad-
modũ hic ſentit glo. plus minúſue,
prout partes conuenire uoluerint ,

ueniat in contractu: cũ ſit etiam regula iuris antiqui, poſſe quem renũciare his quæ pro ſe introducta fuerunt l.pen.C.de pact. Quantum au-
10 tem † ad obligationes quæ ex delictis naſcuntur, ante commiſſum delictum pactum paciſci nõ poteſt, ne detur materia delinquendi, poſtea uerò ſic, à ceſſante ratione, ut hic ꝑ glo. Tertio not. ibi, quia actionũ
11 modus. rationem † quare pactis priuatorum iuris ſolennis immutatio fieri nequeat: quia ius cum ſolennitate actionum modum introduxit, quomodò ſcilicet & qualiter actiones dentur. ideò pactionibus priuatorũ id infirmari non poteſt, ut una uidelicet, ꝓ alia detur, aut aliter cõpetat, quàm à iure ſit diſpoſitũ. N. ſi cum inchoatur, pactio inter eos conuenerit, quia tunc contractus formã & ſubſtantiam capit à partium conuentione, ideò actio competit ſecundum conuentionem partiũ: contractus enim, ut diximus, regulatur à conuentione. Et hoc caſu in pactionibus non infirmatur actionũ modus: uerùm cõtractus à pactionibus formatur, regulaturque: ex quibus inde actiones dantur pro qualitate, & natura contractuum inter partes initorum.

SVMMARIVM.

1 *Diuus unde dicatur.*
2 *Antoninus Imperator, quare dictus ſit pius.*
3 *L.i.ff.uſufruct.quemad.cauea.quando habeat locum.*
*L.filio.ff.ut legat.nomi.cauea. declaratur.*

L. XXVIII. VLPIANVS.

DIVVS Pius reſcripſit, eos qui ex liberalitate ſua cõueniuntur: in id quod facere poſſunt, condemnandos.

1 DIVVS † dictus quaſi, diuinus: ꝙ uirtute ſua diuinitatem mereretur.
2 Pius † dictus eſt hic Antoninus xiij. Romanorũ Imperator eo ꝙ piè ſanctèque uixerit, nihilque temporibus ſuis aſperum fecerit: uerùm rempublicam tranquillè, benèque gubernauerit: ut Paul. Oroſius, & Iulius Capitolinus in Antonino ſcribunt.

Eſt clara & ſumpta ex legibus per glo. alleg. Deci. hic ordinauit quinque limitationes, cum nonnullis declarationibus in materia. §. item ſi quis. inſtit. de actio. vbi Arc. Iaſo. & cæteri alia quædã tradunt, & Iaſon. in l. inter eos. in ij. not. ff. de re iudi.
3 † Et eſt diligenter not. deciſio Soci. hic per Deci. relata. quam tradit per text. pulchrum in l. filio. ff. ut legat. nomi. caueat. de quo uide ẽt Barb. in c. fi. col. xcvij. vt lite non conteſt. Soci. cõſi. xviij. col. ij. lib. iiij. & Deci. in authen. ex teſtamento. col. j. C. de colla.

SVMMARIVM.

1 *Limitationes Dec. nõ ſunt de regula.*
2 *Alienatio rerum minoris facta ſine decreto, ſuperueniẽte maiori ætate, & tẽpore quinquẽnij, confirmatur. L. fin. C. ſi maior fac. alie. rat. habe ornatur.*
3 *Donatio facta rectori urbis, ſuperueniẽte tẽpore quinquẽnij uel ratifica*

*tione poſt depoſitam adminiſtratio-nem confirmatur.*

4 *Inſtitutio facta ſpreto patrono, conualidatur ex nunc per lapſum temporis præſentandi.*

5 *Tacita pupillaris an matre in medio exiſtente comprehendatur ſub expreſſa uulgari.*

6 *Accidentia cum tractu temporis confirmant actum nullum.*

## L.XXIX VLPIANVS.

QVOD ab initio uitioſum eſt, non poteſt tractu temporis conualeſcere.

ISTA regula quæ clara eſt, traditur etiã in c.nõ firmatur.de regul. iur. in vj. Et ſumpta eſt ex legibus per glo.alleg.lex verò pen.infra eod. quæ idem dicere videtur, differt à præſenti:quia hæc generaliter loquitur, & ſic tam in cõtractibus, quàm in vltimis voluntatibus, & iudicijs, prout etiam facit ſommus pontifex in d. c. non firmatur. regula verò, d.l.penul. in hæredum inſtitutionibus ſpecialiter loquitur.

Per hanc regulam inferri poteſt, ad infinitas quæſtiones: vt per gloſ. & doct. hìc, & in d.c.non firmatur. Dec. hìc tres limitationes & quaſdã
1 declarationes congerit, quæ † quidẽ limitationes & ſi in ſe veræ ſint, nõ tamẽ ſunt de regula noſtræ legis: & ideò ineptæ. Prima enim de tempore, cuius initij hominis memoria nõ extat in contrarium, non eſt bona: ex quo de initio non apparet, & regula loquitur quãdo initium eſt vitioſum, & paria ſunt non eſſe, vel eſſe, & nõ apparere. vulga.l. duo ſunt Titij.ff.de teſta.tut. Eundè defectũ patitur ſecunda limitatio. nã procedit vbi actus eſt validus, & regula loquitur quando eſt nullus. Tertia quando cauſa confirmans ſuperuenit, non eſt etiam de terminis regulæ loquentis de ſolo tẽporis tractu, quo modo intelligitur.l.fin.C.ſi ma
2 ior factus alie.rat.hab. vbi † alienatio vel obligatio rerũ minoris abſque iudicis decreto facta, non valet. ſi tamẽ poſt legitimam ętatẽ, ideſt xxv. annum ſub ſilentio minor alienans tacuerit, amplius retractare non poteſt: verùm perinde eſt ac ſi ab initio cum decreto fuiſſet alienata. Aetas enim maior ſuperueniẽs illa eſt quę alienationem confirmat, ſecundum Dec. quædam doctorum conſilia ad intelligentiam illius l. adducentem. vltra q̃ vide Anchara. cõſil.xxxiiij. colum.fin. Alex. conſil.cxvij. lib.v. Curtium Iuniorem in conſil.50. & ſequẽti. Balb. in tractatu præſcriptionum fol.xiij.colum.ij. verſicul. iſtã quæſtionem. Mod. Aſten. in tractatu de forma.xlix.fol.col.ij.verſ.prædicta concluſio. & Roma. in ſingulari 778. Iudex. vbi citat d.l.fi.pro limitatione regulæ præſentis. ſed, vt dixi, loquitur quando cauſa confirmans ſuperuenit. Ego dico vltra ſuperuenientiam ætatis legitimæ concurrere etiam tractũ temporis quinquennij: ex quibus lex ſpecialiter cõfirmationem inducit. Eſt etiã alius ſimilis caſus in d.l. vnic.C. de contract.iudic. vbi † donatio facta habẽ-
3 ti adminiſtrationem in vrbe nõ ſubſiſtit, niſi poſt depoſitam adminiſtrationem ratificata fuerit, vel poſt depoſitam

depoſitam ipſam adminiſtrationem præterierit quinquennium. & text. illum pro illa limitatione ſignat Roma. loco præalleg. Sed ibi ceſſauit pariter impedimentum adminiſtrationis officij, & ſic ſuperuenit habilitas cum acceſſione tractus quinquennij, hæc ſunt, quæ ibi donationis, quæ ab initio nulla erat, validitatẽ inducunt & operantur. An autẽ & quãdo habilitas ſuperueniẽs actũ inualidũ conualidet: prout ex nũc, vel prout ex tunc, quædam hic ponit Dec. materia eſt brocardica. vide Felin. in capitulo cùm dilectus. col. j. & ij. de accuſat. Moder. Bonon. in l. penulti. ſol. ij. de quæſtio. Felin. in capitul. cùm Bertoldus. colum. v. in quarta limitatio. de re iudicata. In-
4 ſtitutio, † inquit, facta ſpreto patrono eſt nulla. capitul. decernimus. xvj. q. vij. niſi poſt collationem factã nõ vocato patrono lapſum ſit tempus præſentandi: quia, cùm à prima collatione Epiſcopus recedere non poſſit, tenetur vt ex nunc illam ratã habere, ex quo collatio ad ipſum extitit deuoluta. nã ſuperuenit patroni negligentia, quæ irreuocabiliter conualidat id quod erat eo inſtante irritabile, vel irritum, non autem id operatur ſolum tempus. ſic non obſtat, inquit, regula præſentis legis, quæ procedit quãdo ad firmitatem actus nulli ſolum tempus allegatur, ſecus ſi allegetur alius effectus etiam oneris ex tempore, vt eſt negligentia: Felin. ibidem.

Limita etiam vt per Lancel. Politum in tractatu ſubſtitutionum, folio xxvij. colum. ij. ver. attamen hæc
5 ſolutio. quærit, ibi vtrum † matre in medio ſtante ſub expreſſa vulgari cõtineatur tacita pupillaris. Bart. inquit in l. centurio. ff. de vulgari. tenet partem affirmatiuam, licet non admittatur contra matrem, ſed dormiat, per l. fin. C. de inſtitutio & ſubſtitutio. præſuppoſita præſenti regula, quòd quæ ab initio non valent &c. Certũ eſt enim, quòd matre in medio ſtante tempore cõceptæ vulgaris, & morte inde ſublata, locus eſt pupillari. d. l. final. ergo ſequitur quòd ab initio inerat, alioqui non cõualeſceret, dicit Politus, oppoſitũ defendẽs diſputãdo, & hãc regulã locũ habere ait in diſpoſitione à teſtatore expreſſa: non autẽ in ea quã lex ſubaudit ſua interpretatione, cũ legis poteſtas huic regulæ non ſubiaceat, vt facit teſtatoris voluntas: matre ergo in medio ſtante lex ſubauditam ſubſtitutionẽ talem facere nõ audet. Si verò moriatur tunc ſtatim ſubaudit quod poteſt, anteà verò mortis illum infœlicẽ caſum nõ expectandum minimè cõſiderat lex. ſi enim iſtam pupillarẽ cõtra rigorẽ & verborum tenorẽ ſubaudit, pari inquit, ratione põt ſubaudire quo tẽpore voluerit: quia in lege initium ſuæ interpretationis iure infinitum nõ eſt: ergo nec regula iſta dicto caſu poteſt ſecundũ eũ allegari. Dato quòd hæc opinio, quam non teneo, procederet, adhuc bona nõ eſſẽ limitatio ad hanc regulam loquentem, vbi à principio quid nullum fuit & inualidum, an tractu temporis cõualidetur. In caſu enim prędicto pupillaris ſubſtitutio valida ſemper fuiſſet tempore quo ſubaudita fuiſſet, & ſic non eſſet tractandum de conualidatione.

dationе.Fateor quod lex aliquo ſpeciali caſu,ratione certa quod ab initio nullũ fuit,pôt tractu tẽporis ualidum facere quis dubitat. prædictis adde etiã Abba.in c.uenerabilis.col. xj.uerſ.ex hac glo.de except.notantẽ quòd id quod nullũ eſt quò ad veritatẽ & opinionẽ,tractu temporis nõ confirmatur: ſed quod eſt nullũ quãtum ad ueritatẽ, ſed quò ad opinionem aliquod cõfirmari poteſt,nõ ut in ueritate teneat, ſed ut præcludatꝫ uia dicendi nullum: ſic intelligendo gloſ.illã. Et adhuc ſub tali ſenſu iſta regula nõ limitatur,ſed reſtringitur, ſeu declaratur eo caſu nõ procedere. Poſtremò tres alias limitationes ad iſtam regulam ponit Phil. Franc. in dict.c. non firmatur. quæ tamen nõ ſunt de terminis regulæ:& ꝓut glo.
6 & docto.ibi declarant,nõ† eſt ſolus temporis tractus,qui inducat conualidationẽ actus nulli, ſed alia accidẽtia.Et ſunt notabilia uerba illius pulchræ glo.circa medium:dum generaliter ſoluendo ad dicta cõtraria, inquit, illud quod ab initio nullũ eſt, non firmari ſolo temporis tractu, ſecundũ has regulas, ſicut enim tẽpus non eſt modus inducendæ nec tollẽdæ obligationis, ſic nec reparandæ, ait:iuribus ibi alleg. ſed nouo ſubſequenti cõſenſu interdũ tacito interdum expreſſo. ſublata,inquit, cauſa impedimenti benè firmari, ut in cõtrarijs.ad quæ adde ea quæ poſui ſupra in l. uelle non creditur. in ulti. col. dum tractaui de mandato.

* *Denique ad declarationẽ præſentis regulæ uidete Ruinum in conſ. 93.lib.3.& Angel.in l. adoptio non iure.ſ.de adopt.ubi ad praxim rem reducendo, de confirmatione plura ſcribit: & an cõtractus confirmatio peti poſſit à ſuperiore, ut ſententiæ & decreti petitur confirmatio.]

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium ſolo conſenſu contrahitur.& quomodò probetur.*
2 *Papa matrimonium conſummatum per copulam non poteſt diſpenſare: quia eſt indiuiduum iure diuino. nu.6.*
3 *Vxor ante copulam poteſt religionem inuito viro intrare: ſecus poſt.*
4 *Matrimonium quò ad ſui eſſentiam copulam non requirit, & inſtitutum fuit in ſtatu innocentiæ.nu.5.*
7 *Verba an ſint neceſſaria in contractu nuptiarum.*
8 *Nuptiæ uerbum quid ſignificet.*
9 *Filia nubens indigno, an dote fiat indigna.*
10 *Nuptiæ replent terram: uirginitas paradiſum.*

L. XXX. VLPIANVS.

NVPTIAS non concubitus, ſed conſenſus facit.

HAEC regula clara eſt & ſumpta ex legibus per glo.alleg.Dec.hic trahens ad hũc locũ materiã nuptiarũ,&matrimonij,plura ſcribit.uerũ quia legentes,cõſulentes,repetentes, & tractatus componentes plenè de ipſa materia ſcripſerunt, ideò eam hìc non inculcabo.

1 Solus† igitur conſenſus matrimoniũ facit,& ſine illo minimè contrahitur:ut hìc & in c.fin.ubi text.not. de ſpon.

de ſpon.duorũ & in l.patre.furioſo. ff. de his qui ſunt ſui uel alien. iur. ubi furioſus ratione deficientis conſenſus matrimoniũ contrahere non poteſt: ut ibi per Iaſo.in j. col. * Et cùm triplex ſit conſenſus, præcedens inhærens & accedens: ut poſt. Bal. tradit Barb.in cap.cùm conſuetudines, colum.5.de cõſuet. regula iſtius legis de conſenſu inhærente per modũ ſubſtantiæ intelligitur ut ibi per eos.& ideo matrimoniũ non contrahit per uerba de præſenti iocosè uel ludi cauſa prolata: ut per Io. Andr. in cap.fi.de diſpo.impub.& Lodou. Gozad. in conſ.77. col.2.quia deficit conſenſus uerus & inhęrens.]

Quomodò autem talis conſenſus, & matrimonium concludenter probetur ex cohabitatione, & alijs ſignis, ponunt Cano.in c.illud.de pſumpt. ſumma Angel. in uerbo matrimonium.el j.cum ſimilib. ſi tamen copula acceſſerit eſt maioris roboris

2 & firmitatis, cum etiam† Papa illud tunc diſſoluere non poſſit, neque diſpenſare: ſecùs quãdo per copulã nõ eſſet confirmatum, ex cauſa ſcilicet, c.ex publico.cũ glo.& not.per Abb.

3 de conuer.coniu. Præterea† uxor nõdum cognita, etiam uiro renitente, raligionẽ ingredi poteſt: ſecùs ſi fuiſſet carnaliter cognita.d. c. ex publico.& c.uerũ.de conuer.cõiug. Ideò malè loquitur hîc in j. col. Deci. dũ ad perfectionem matrimonij copulam requiri ait. Abb. enim in d.c.ex publico.col.iij.not.ex glo.fin. quòd

4 † matrimoniũ quò ad ſui eſſentiã, commixtionẽ carnalem neceſſariò nõ requirit. Eſt ergo, dicit, matrimonium uerũ ante copulã: ut probatur in c. j. de uoto. in vj. ubi dicitur,

5 quòd † matrimonium inſtitutum fuit à Deo in ſtatu innocentiæ, ſicque tempore inſtitutionis conſummatum non fuit, & inter Mariam & Ioſeph uerum fuit matrimonium, copula tamen minimè interueniente, cum uirgo ſemper remanſerit: ut latè habetur in ſumma Angel.in uerbo matrimonium.el ij.§.uigeſimotertio.uerba autem inſtitutionis ponuntur in c. fraternitatis.xxxv. q.x. Accedant ad confirmationem prædictorum not.per d.Præpoſi.in d.c. fi. col. fin. ubi defendendo communem opinionem doct. facientium differentiam, an matrimonium ſit per copulam confirmatum & conſumatum uel non: ut in primo caſu diſſolui non poſſit, neque fieri diſpenſatio: ſecùs in ſecundo ex cauſa.

6 negari minimè poſſe dicit, † quin matrimonium de iure diuino magis indiuiduum ſit quando per copulam eſt cõſummatum, quàm ubi ſolo conſenſu contractum eſt. nam per copulam fiũt duo in carne una. quæ eſt potiſſima cauſa reddens matrimoniũ indiuiduum.d.c. uerũ. de conuer. coniu. habetque tunc ſuum complemẽtum propter quod à Deo inſtitutum fuit ad procreandam ſobolem & euitandam fornicationem quæ in copula conſiſtunt. Præterea ex quo non reperitur à Deo diſpẽſatum contra matrimonium per copulam conſummatum, ſed benè reperitur diſpenſatum cõtra matrimoniũ ſimpliciter cõtractũ.d.c. uerũ.& c.ex publico. eccleſia quę Chriſtũ imitatur.c.ſignificaſti.de electio.facit etiã ipſa differentiam inter ſimpliciter contra-

contractum, & conſummatū per copulam:ut ibi per Præpoſi.Soci.in cōſi.xxviij.lib.j.Deci.cōſi.cxij. circa fi. & Ripam lib.ij. reſpōſo.c.j.&ij. Vt igitur ex prædictis apparet, uerū & legitimum matrimonium ſolus conſenſus facit ut hîc:ſed copula accedēte perficitur & conſummatur, ut diſ
7 ſolui non poſsit. † Sed utrum in cōtractu nuptiarū neceſſaria ſint uerba? Bart.hîc ſequi uidetur glo. uolentem quòd ſic in princ.l. cùm notiſsimi.C.de præſcrip.xxx.anno.ſed cōmuniter eſt reprobata:ut per Cano.in c.cum apud.de ſponſa. Bald. conſi.xxvij.lib.j.Aret. conſil.xiij.in iij.dubio.Alex.in l. de pupillo.in §. meminiſſe.ad ſi.ff.de no.ope.nunc. oēs ſcribentes in l.ex facto.in princ. ff.de vulg.Moder.Taurin. in rubr. C.de pact.& in l.cum quid.colū.xj.
8 ff.ſi cer. pet. Et quia † de nuptijs hîc mētio fit, multipliciter ſumitur ea uox:ut per Abb.in c. tertio loco. col.fi.de præſumpt.ubi aliquādo capi dicit pro eo quod vulgò dicitur, le nozze, ad quas accedere non debent, qui non ſunt uocati, ſeu inuitati: ut ait Areti.in conſi.xiij.colū.iij. allegans tex.in c. noſtrates.xxx.q.v.
9 Poſtremò † ad l.ſi filiā. cum adductis hîc per Dec.in materia illius legis, addas Alex.in conſi.ccix.lib.v. ubi tradit de filia nubente indigno, an dote ſe faciat indignam, & pariter ad materiam. authen. ſed ſi poſt 25.annos.C.de inoffi.teſt. adde quæ
10 ſcribit Deci.conſi.231. Et ſicut † nuptiæ replent terram, immortalitatemq́ue humano generi præſtāt: ita uirginitas paradiſum replet. c. nuptiæ.xxxij.q.j.

SVMMARIVM.

1 *Facta infecta per pactum uel ſtipulationem fieri non poſſe.*
2 *Deus, & lex per uiam fictionis facta pro infectis facere poſſunt.*
3 *Virginitas an & quomodò poſſit reſtitui per Deum.*
4 *Deus an poſſit peccare.*
5 *Facta quomodò per fictionē poſſint fieri infecta. et an procedat in his quæ ſunt facti. nu.6.*

L. XXXI. VLPIANVS.

VERVM eſt neque pacta, neq; ſtipulationes factū poſſe tollere: quod enim impoſſibile eſt, neque pacto, neque ſtipulatione poteſt comprehendi: ut utilem actionē, aut factum efficere poſſit.

IN tex.ibi, factū efficere, pactū, potiùs quàm factum, legi debere arbitror. nullus enim eſt bonus ſenſus. Vultq́ue hîc Iuriſconſult.dicere, neque pacto, neque ſtipulatione fieri poſſe, ut factum nō ſit factū: quia impoſsibile eſt, & impoſsibiliū nulla eſt obligatio. unde mirum non eſt ſi, ut ait hîc Iuriſconſul.id neque pacto, neque ſtipulatione comprehēdi poteſt: ita ut actionē utilem, aut pactum utile poſsit efficere impoſsibilitate inſpecta & attenta. Diuidit in duas partes. In prima ponit dictū. In ſecunda quę eſt ibi, quod.n. limitationem ponit. Sumpta eſt ex legibus per glo.alleg.cum ſimilibus.
1 Nota ergo † neque per pactum, neque per ſtipulationem fieri poſſe quòd

quòd factum nõ ſit factum, nec per teſtatorem, neque per legem ſecundum glo.imò nec per Deum qui priuatur hoc ſolo, ut facta infecta poſſit facere, ſiue ingenita quæ produxit:ut hîc per Deci. & fuerunt accumulata per Iaſ. & alios in l.j. in §.ſi uir.ff.de acqui.poſſeſ.quia,ſecundũ theologos ibi relatos, hoc contradictionem implicaret: factum, & non factum. Et Deus non poteſt ea quæ contradictionẽ implicant.ut ibi per
2 eos. ſed † Deus & lex benè poſſunt per modum & uiam fictionis facere pro infectis haberi facta : ut hîc per Decium, Iaſo. & alios in d.§. ſi uir. & in l.non dubium.C.de legi.Vidẽtur autem malè loqui Decius,& Ia-
3 ſo. & alij dicentes † uirginitatem à Deo reſtitui nõ poſſe.ſequẽtes quod Hiero.dixiſſe refertur,in cap.ſi Paulus.xxxij. quæſt.v. audacter inquit, dicam, cum omnia poſſit Deus,uirginem ſuſcitare non poteſt poſt ruinam . quamuis enim Deus nequeat facere quin fuerit corrupta per prædicta,uirginitatem tamẽ poteſt corruptè reſtituere, cum omnia poſſit. ideò glo.in prin.l.unicę.C. de rapt. uirgin.in uerbo,non poteſt.ait,ꝙ licèt ab homine uirginitas ablata reſtitui nõ poſſit, à Deo tamen ſic. Et dictum Hierony. aliter intelligi debere dicit Hug. quemadmodum refert Archi.in dict.c.Paulus. Dicebat Hierony. hyperbolicè loqui in laudem uirginitatis,& illi tex.contradicebat.Alij ſecundum Archi.dicunt, ꝙ duplex eſt ſtatus uirginum ſcilicèt ſtatus integritatis,& ſtatus dignitatis:& Deus aiunt, reparare poteſt id eſt ad ſtatum uirginitatis reducere per amotionem omnis corruptionis, ſed eam reparare non poteſt id eſt ad ſtatum dignitatis uirginum reuocare. In hoc enim conſiſtit virginum dignitas, quæ nunquam corruptæ fuerunt . Et hoc Deus nõ põt facere,quin corrupta,nõ fuerit corrupta.& opinionem iſtam ſequi uidetur glo in d.c.ſi Paulus.alij aliter exponunt: ut ibi per Archi.Ex concluſione prædicta non poſſe Deum facere quin factum ſit factum, infertur ad no. quæſtionem ut per Soci. & Iaſo.in d.§.ſi vir.& Corn. in con-
ſil.clxxxj.lib.j.dicentem,Deum † nõ poſſe peccare:quia peccatum potiùs detrahit potentiæ faciendi bonum, uel abſtinendi à malo, vnde nõ poſſe facere quod malum eſt,impotentiæ non adſcribitur:ſecũdum Theologos,ut ibi per eum:pariter tangentem,an de blaſphemia condemnari poſſit ille qui dixit, ſi ſappontaſſe noſtra donna, tu mi rẽderai quello mi hai tolto,ſtante ſtatuto,ꝙ ꝓ qualibet blaſphemia quis tali puniatur pœna.Fuit etiam qui facete dixerit, hoc Deum priuari ne poſſit ſecum ad prandium maiorem dominum, quam ipſe ſit, inuitare. Quomo-
dò autem † per uiam fictionis poſſit fieri,ut facta pro infectis habeantur, cùm fictio ſuper impoſſibili nõ cadat, ſitq; impoſſibile: ut hîc dicit tex.facta infecta fieri . Reſpon. non poſſe legẽ fingere impoſſibile in ſuo genere, ut quòd filius ſit maior patre,aut quòd furioſus cõſentiat.Sed benè fictio legis ĩ eo cadit,quod impoſſibile eſt in aliquo indiuiduo, & particulari caſu , non in ſuo genere poſſibile ſit. Vnde ſæpè lex fingit mortuum

mortuũ uiuere: licet hoc ſit impoſſibile quo ad ipſum motiuũ, cum tamen poſsibile ſit in genere, quòd homo ſimilis uiueret. Dec. hic, latiùs Alexan. & alij in d. §. ſi uir. & per Barto. & repetentes in l. ſi is qui pro * emptore. ff. de uſuca.* & pulchrè per Curt. in l. ſingularia, col. 12. ſuprà ſi
6 cert. pet.] Et ſi opponas iterũ, † quòd fictio non cadit ſuper his quæ meri facti ſunt. l. in bello. §. factæ. ff. de capti. qui loqui uidetur per uiam fictionis, quòd ius facere nequeat, ut facta pro infectis habeantur. ad idé l. denique. ff. ex quibus cauſis maio. ubi cauſa facti poſtliminio in eum locum non habet: ut ibi per gloſſ. Reſpondeo, quòd imò locum habet fictio, etiam in his quæ ſunt facti l. retro. & l. in omnibus. ff. de captiuis & poſtli. reuer. in l. retro. dicitur, per fictionem poſtliminij fingi, ab hoſtibus reuerſum, ſemper in ciuitate fuiſſe: quod eſſe uel non eſſe in ciuitate, facti proculdubio eſt. in d. l. in omnibus. lex Cornelia fingit eũ, qui apud hoſtes deceſſit, præambul a hora captiuitatis deceſsiſſe, quod facti eſt. Et ubi inuenitur legem non fingere ſuper his quæ facti ſunt, uel eſt quia ceſſat æquitas, ex qua inducta eſt fictio. l. poſtliminium. ff. de captiu. l. denique, & §. factę. ſupra alle. aut eſt ex defectu extremorum. l. cum hæredes. §. j. ff. de acquir. poſ. & declarat Barto. in repe. d. l. ſi is qui pro emptore. in tribus primis oppo. & Mod. Peru. in d. §. ſi uir. in iij. col.

## SVMMARIVM.

1 *Serui quo ad ius ciuile habentur pro nullis, etiam in teſtando ad pias cauſas.*
2 *Ius ciuile hic quomodò intelligatur.*
3 *Seruitus per quem, & quo iure fuerit introducta.*
4 *Seruorum ſtatus quo iure fuit annihilatus.*
5 *Ius naturale duplex.*
6 *Accidentia non faciunt diuerſam ſpeciem: ſed ſubſtantia.*

L. XXXII. VLPIANVS.

QVOD attinet ad ius ciuile, ſerui pro nullis habentur: non tamen & iure naturali: quia quod ad ius naturale attinet, omnes homines æquales ſunt.

SVMPTA fuit ex legibus per glo. alleg. Diuiditur in duas partes. In prima ponitur bimẽbre dictum. In ſecunda, quæ eſt ibi, quia quod, aſsignat rationem ſecundi dicti. Nota quantum attinet † ad ius ciuile, ſeruum pro nullo haberi. Seruitus enim de iure ciuili comparatur morti. l. ſeruituté. infrà eod. ideò in perſonam ſeruilem ciuilis obligatio non cadit. l. in perſonam. ſuprà eod. Et a ciuilibus officijs repelluntur ſerui. l. in omnibus. infrà eod. Et a teſtaméti factione, etiam ad piam cauſam, licèt per ius ciuile ad ſeruitutis ſtatum redactus quis fuerit: ut per Alex. in conſ. clxxxij. lib. v. & tandem de ipſis ſeruis idem eſt iudicium, quod de equis, & aſinis: ita Paulus de Caſtr. in l. omnia. in fin. * per illum text. de leg. ij.* Et in l. ſi id ſuprà de condit. indeb. ideo proceſſus coram

ſus coram eo factus nõ ualet, ut per Paul.Caſtr.in.l.cum prętor.§ ij. ſuprà de iudic. Magiſtratus tamen municipalis non poteſt à ſeruo ſupplitium ſumere.l. magiſtratibus. ſuprà de iuriſd. omn.iudic.quia iudicium ſanguinis maioribus magiſtratibus reſeruatũ erat.l.j.ſuprà de offi.eius.]

2 Glo.hic iuris † ciuilis appellatione, omne ius pręter naturale intelligit:& conſequẽter etiam gentium & prætorium comprehendi. Latius tradit Iaſ.poſt gloſſ.in l. ſi id quod. ff.de cõdict.indeb. declarando qualiter ſtatus ſerui annihilatus eſt, tam de iure ciuili, quàm prætorio, & gẽtium ſecundario. Sed hanc declarationem reprehendit Fortu. Garzia in l.manumiſsiones.col.pe.ff.de iuſtit.& iure. quia iuſgentium in iure diſtinguitur ubique à iure ciuili. Pro certo interpretatio glo. & doctor. repugnat uerbis noſtræ legis, loquentis ſimpliciter de iure ciuili. Non tñ diſcedo ab eo quòd dr̃, de iure ciuili circa ſeruorum ſtatum, locum etiam habere & procedere de iure primęuo ac gentiũ ſecundario, ut poſt alios ſcribit Iaſon in l. ſi id quod. ubi ſequitur & defendit doctrinam Barto. de iure gentium primæuo & ſecundario. De quo uidenda ſunt quę ſcripſi in rubri. ſuprà de orig.iur. quibus adde Aquen.in l.j. in §.gentium. ſupra de iuſtit.& iur. Hinc, inquit, uſque ad legem manumiſsiones, tractatur de iure gentium primæuo, quod nihil aliud eſt quàm naturalis inſtinctus, qui hominibus ineſt, ſicut cuilibet animanti. unde illud ius gentium primæuum rectè ius naturale appellatur. in c.ius naturale.diſt.j. ſed in lege, ait, manumiſsiones uſque ad l. ius ciuile. tractatur de iure gentium ſecundario, quod nihil aliud eſt quam conſtitutiones quędam ab hominibus exigente neceſsitate & naturali ratione promouente factæ, unde illud appellari poteſt actiuum primum uerò paſsiuum. quæ differentia & diſtinctio probatur eodem modo inſtitu. de iure naturali gentium & ciuili. nam in §. ius autem ciuile. de iuregentium primæuo tractatur, poſtmodum in §. ius aũt gentiũ. tractatur de iure gentium ſecundario. ex quibus iuribus apparet ſeruitutem introductam fuiſſe de hoc iuregentium ſecundario, non de primæuo, quod ius naturale appellatur. §. ſingulorum. inſtitu. de rerum diuiſion. & poſt beatum Thomam ſcribit Cardina. Alexan. in canon. iuſgentium. colum.j. diſtinctio.j. decreti. Et ſi dicas, quòd † imò ſeruitus 3 introducta fuit per Noe propter ebrietatem, & ſic ante iuſgentium ſecundarium. ut ex text. in can. ſexto die. xxxv. diſtin. ergo eſt de iure gentium primæuo. Glo. in c. ita quorundam. de iudæ. Bartho. Veronen. in tract. ſeruitut. in prima rub. de ſeruit. perſo. & Aquen. in d.l. manumiſsiones. col.ij. dicunt, quòd ſeruitus quædam eſt de iure diuino, ſecundum quod peccans efficitur peccati ſeruus. c. cum redemptor. xij. q. ij. Alia eſt noui teſtamenti, per quã in ſeruitutem redacti ſunt Iudęi (qui de lege ueteri erant) per paſsionem Chriſti. c. & ſi Iudæos. ad fi. de Iudę. Alia ex l. naturę introducta propter ebrietatem, ut prædixi: quæ non eſt proprie

propriè ſeruitus, ſed ſubiectio quædam, qua inſipienres parùm quòd prudẽtes, ſapiẽtibus prudẽtibuſque ſubijciuntur. Quarta ſeruitus eſt de iuregentium: de qua loquitur text. l. ex hoc iure. & l. manumiſsiones. ff. de iuſt. & iur. Quinta eſt de iure ciuili de qua in §. ſerui. inſtit. de iure perſon. Sexta ultimaque de iure canonico, de qua in prealle. c. ita quorundam. Tres primæ ſeruitutũ ſpecies materiæ noſtræ nõ conueniũt. tres ſequentes in unum reincidunt: & ſi enim à iure ciuili & canonico, certi modi introducti ſint per quos ſeruus quis efficiatur, ſeruitus tamẽ ipſa ſemper de iure gentium remanet, quemadmodum de dominio in dictis legibus dicitur. Secundò not.
4 quòd † de iure naturæ ſtatus ſeruorum non eſt annihilatus: cum eo iure omnes homines ęquales ſint. quę enim naturæ ſunt, faciunt. & ſicut cæteri, qui de iure ciuili caput habent, bibunt ſcilicet, comedunt, audiunt, loquuntur, intelligunt, moriuntur, creſcunt & decreſcunt. ſecũdũ glo. hîc in fi. Ideò naturalis obligatio in ſeruũ cadit. d. l. ſi id quod. & ſcripſimus ſupra ĩ xxij. regula incipi. in perſonam. in naturali enim iure ex inſtinctu naturæ omnia erãt communia, nec ſecundum tale ius erat dare ſeruitutẽ, ſed omniũ una erat libertas. cano. ius naturale. j. diſtinctio. ex quo infert ibi Cardina. Alexand. ꝙ qui diceret aliquem ſeruum ſuum, probare teneretur, cùm iure naturali quilibet liber naſcat. d. l. manumiſsiones. Fortunatus tamen Garzia in d. l. manumiſsiones. col. fin. nec iure, inquit, naturæ oẽs homines ſunt æquales, quia alij natura prudentes, alij ingenio obtuſi, ebetiores alij, quidam pulchri, nonnulli deformes, quîdã animo & corpore magni, multi omninò parui. æqualitas ergo referenda eſt ad ea quæ iuris ſunt & acquiſibilia, quem admodum acquirit dominus, ita acquirit ſeruus: quamuis poſtea maximè de iure ciuili non ita retineat. l. placet. ff. de acquiren. hære. l. frater à fratre. ff. de condict. indeb. cum not. Nec credas, inquit Fortu. uelle hûc text. aſſerere iure naturæ ſeruum liberum, nam ſi ſeruus natus eſt, liber non eſt. l. ij. ff. de natu. reſtit. ſed hoc dici in naturalibus ſeruum ita hominem eſſe ut liberum. Et ideò ſi cõſentit ſic obligari acquirereque, dũ ſibi conſentitur, ac ſi liber eſſet: ut
5 dixi. Ius † autem naturale duplex eſt: unum quod in homine cadit, aliud quod etiam in brutis cadit. inſtitu. de iure natura. in prin. eum ibi not. per glo. & doct. & per Cardin. Alexan. in canon. ius naturale. col. j. diſt. j. dum ex illo tex. not. ius naturale ſemper ęquum, iuſtumque eſſe. quod intelligit de iure naturali in homine, non autem in brutis cadente. Illud enim iuſtum & ęquum dici non poteſt, quia in brutis iuſtitia, aut æquitas non cadit: ut per eum.

Tertiò nota ibi. omnes homines ęquales ſunt de iure naturali. quòd
6 † accidentia non faciunt diuerſam ſpeciem: hominum enim quidã ſunt albi, aliqui nigri, nonnulli magni, plures parui: & tamen omnes homines æquales dicit. accidentia ergo predicta non faciunt differre ſpecie: ſed differentia in ſubſtãtia illa facit diuerſam

diuerſam ſpeciem. hoc enim ꝗ homo eſt animal rationale, à brutis facit nos differre: hoc uerò quòd eſt mortale, ab angelis nos differre: ita Bar. in l. j. in prin. in iij. colum. ff. de acqu. poſſ. facit tex. nota. in l. fi. ff. de fund. inſtru. ꝗ plus & minus nõ faciunt differre ſpecie. * ſecundũ communiter Doct. ut per Bar. in l. imperium, in quinto gradu meri imperij, ubi Alex. col. pe. Dec. viij. & per eundem Dec. in c. ij. ad fin. de iudi. in c. cęterum. col. vij. eo. & in c. poſt reſtitutionẽ, col. j. de ꝓba. Brun. Aſten. in tracta. de augm. fol. iij. & iiij. & Bal. in l. ſi ꝗ exconſenſu, col. iij. C. de epiſcopali aud. ubi dicit ꝗ diuerſitas in quantitate non conſtituit diuerſam ſpeciem. Et in d. l. imperiũ, in ij. lectu. col. 51. dicit ꝗ diſtinctio qualitatis non mutat aliquid in ſubſtantia, ſed differt mediocritate non iu genere, ut dicit in d l. fi. ergo vult Bal. ꝗ differãt ſpecie. prout clarè dixit idem Bal. in d. l. fi. & Curt. in d. l. imperium, in quinto gradu meri imperij. Cuius contrarium dicunt Bar. Bal. & communiter Doct. in locis prælleg. & Bar. in d. l. fi. more legiſtarum loquendo accipit genus ꝓ ſpecie, poſteà ſpeciem pro quantitate, ut patet ex ibi ſequentibus & ex fine l. ibi, mediocritate non genere. ſimiliter conditio non facit differre ſpecie, ut not. Soci. in prin. l. Marcellus. per illum text. ad Trebell. Et ad declarationem tex. prædictæ l. fi. uidete etiã Dec. in l. unica, col. 51. ubi Curt. iij. C. de ſent. quæ pro eo. declarantes quæ propriè conſtituant ſpecies. Poſtremò hanc regulam declara & limita, ut per Dec. in d. l. imperium, col. penul. ſuprà de iur. om. iud. & dicam infrà in l. ſeruitutem. uidete etiam Mod. Taur. in rub. ſuprà de iure iur.]

## SVMMARIVM.

1 *Verbum potiri quid ſignificet.*

2 *Actoris cauſa durior eſt, quàm rei. Intellige ut hic.*

3 *Legitima an ſit cauſa lucratiua. Et quid de dote. num. 4.*

5 *Lucrum quòd defertur per ſtatutum marito uxore decedente, an dicatur lucratiuum uel oneroſum: aduentitium uel profectitium.*

## L. XXXIII. POMPONIVS.

IN EO quod uel is qui petit, uel is à quo petitur, lucri potiturus eſt: durior ẽ cauſa petitoris.

1 EST autem † potiri, tenere, & quaſi in poteſtate habere. Et cũ genitiuo iungitur, ut hoc tex. hinc etiã Salu. Cui fatum foret vrbis potiri. Aliquando eſt obtinere, & in poteſtatem uendicare, iungiturque ablatiuo: ut Cæſar tandẽ potitus eſt Gallia. Et ſecundum gloſſ. huiuſce legis exemplificari hæc regula optimè poteſt. in l. ſi. C. de rei uendi. nõ autem ſumitur ex illa lege, quia ut ex inſcriptione earundem legum apparet, cõiuncta lectione hiſtoriarum in propoſito ſeruientiũ, iſta antiquior fuit illa. ideò ex ea nõ potuit capi, ſed benè ex l. is qui deſtinauit. ff. de rei uẽdic. & §. j. l. primæ. ff. uti poſſidetis.

2 Not. ergo ex iſta regula, ꝗ † ſiue actor,

N

actor, ſiue reus de lucro tractet, durior eſt cauſa petitoris. facit.l. fauorabiliores. & in l.pen. infrà eo. ubi materiam latiùs explicabimus, & ubi ambo de lucro tractant. ſed ſi actor tractaret de damno euitando, conuentus de lucro, fauorabilior eſſet cauſa petitoris, & durior cauſa conuenti.l.non debet.§. in re. cum glo.infra eo.

Ex iſto text.mentionem lucri facientе, occaſionem epiſcopatus Dec. de cauſa & titulo lucratiuis quædã tetigit. Adde ſcriben tes omnes in l. unica.C.de impo.lucr.deſcrip. libr. x.ubi eſt text.in hac materia principalis.Alex.& Iaſ.in l.inter ſtipulantem.in §.ſi rẽ.ff.de uerb.oblig.Cur. Seni.in conſi.lix.colum.fin. glo. & Doct.in l.pen.ff.de condict.ob cau. quę dicit lucrum eſſe uoluntatem adimplere.Bald.ad fin.l.ij.C. de reuoc.his quæ in fraud.credit. dũ ait,
3 † legitimam intelligi ſemper deducto ære alieno: & dici tit. lucratiuũ reſpectu creditorum. unde concludit,quòd obligatio legalis dicitur titu.lucratiuus: & ita conſuluit.Iaſ.in conſi.clxxxj.lib.ij.Eſt ergo legitima quota bonorum,non quota hæreditatis.l.Papinianus.§.quarta. ubi omnes ſcribentes notant.ff. de inoffi. teſtam.Alex.pulchrè in l. fi. colum. ij.C.de edicto diui. Afflict. in deciſione regni clxij.& ccclij. Iaſ. in authen.nouiſsima.col.pen.C.de inoſ. teſtam.Ripa ubi limi.poſt Aret. in l.j.colum.xxviij. nume. clviij. ff. de
4 uulgar. Titulus † uerò dotis onero-ſus dicitur: ut per Dec.in cõſi. cclx. Omitto plura quæ in propoſito dicere poſſem, cùm materia uulgaris ſit & cunctis obuia.

Poſtmodum latè tractat hic Dec.
5 nunquid lucrum dotis, quod maritus facit ex forma ſtatuti ob mortẽ uxoris, dicatur ex cauſa lucratiua, uel oneroſa, aduentitiumq́; aut profectitium? concludens ꝙ quamuis titulus dotis oneroſus dicatur, quia pro oneribus matrimonij dos datur, lucrum tamen tale inſpecta ca proxima,dicitur ex cauſa lucratiua, & aduentitium potiùs quã profectitium.Contrarium tñ conſuluit ipſe Dec.in conſ.lvij.ſed malè & contra cõem, ut ex relatis per ipſummet ibi dem liquet,& per Corn. in auth. ex teſtamento.col.iiij.C.de collat. ubi rñdet motiuis Rom.quibus conſultationem ſuã fundauit Dec.& hanc eſſe cõem opin.teſtatur Bal. Nouel. in trac.de dote,fol.xxj.in xxxvij.ſpeciali, referens ſic uidiſſe conſultum per alios.Et ideò Dec. poſt modum opinionẽ mutauit contrarium concludendo,ut hîc uides.& in l.j. col. ult.C.de ſec.nup. & latiùs in conſil. cclx.ubi ſecundum hanc cõem opi. conſuluit, ſecundum quam ego etiã aliàs conſultus reſpondi.Et certè qñ ſtatuta,ut communiter fit, ob mortem uxoris lucrum marito deferrét, ſomnium uideretur dicere, ꝙ acquiratur patri, contra uerba & mẽtem ſtatutorum, & quia uerè aduentitiũ lucrum eſt.

## SVMMARIVM.

1 *Stipulatio aũ ſit contractus.*
2 *In contractibus primò attenditur quod actum eſt,tam expreſsè quàm tacitè.nu.3.*

*Actum*

4 *Actum tacitè quomodò intelligatur. & nume.5*
*Glo.l.i.§.i.ff.de ſuperfi.ornatur poſt nume.4*
6 *Colonus qui ſecundum conſuetudinem prædia non coluit, tenetur ad intereſſe.*
*Diſpoſitio quelibet recipit interpretationem à conſuetudine.*
7 *In contractibus an conſuetudo contrahentis, inde regionis attēdātur.*
*L.uel uniuerſorum.ff.de pign. actio. ornatur.*
8 *Conſuetudo ad uitium et peccatum tendens, non ualet, neque excuſat.*
9 *Conſuetudo attenditur in ſocidis animalium.*
10 *Notarius, cui commiſſa fuerunt inſtrumenta notarij defuncti, quomodò poſsit extendere inſtrumentum iuxta conſuetudinem.*
11 *In contractibus poſt conſuetudinem regionis quod minimum eſt, ſequitur.*
12 *Conſuetudo diuerſa probatur per inſtrumenta diuerſi tenoris.*

L. XXXIIII. VLPIANVS.

SEMPER in ſtipulationibus & in cęteris cōtractibus, id ſequimur quod actū eſt: unde ſi nō appareat quid actum erit, conſequens eſt ut id ſequamur, quod in regione in qua id actū eſt, frequentatur. Quid ergo ſi neque regionis mos appareat, quia uarius fuit: ad id quod minimū eſt, redigenda ſumma eſt.

ISTA lex ponit trimembrē diſtinctionem, ideò pōt diuidi in tres partes, prout ſunt tria dicta. Secūda ibi, unde. Tertia ibi. quid ergo. Sumitur hęc regula in qualibet ſui parte, ex legibus per glo. & Deci. citatis & aliis infrà alleg. In text. ibi, in ſtipulationibus, & in cæteris contracti
1 bus. Stipulatio † ergo, ut hîc ait gl. contractus eſt, largè tamē & impropriè. & ſequūtur cōiter Doc. ex quo nō eſt obligatorius, niſi ex parte promittētis. per d.l. Labeo.§. contractū ſ.tit. proxi. & l.v.ff.de uerbo. oblig. ubi contractus ad ſtipulationem fit æquiparatio. de quo articulo p Iaſ. in l.ſtipulationum aliæ. in princ. ff. de uerb. obli. & Galiaulam in repe. rubr. ff. de uerb. obli. fol. viij. in uer. quintò quæritur. & per Moder. omnes in l.j.ff.ſi cer.pet.
2 Nota primò, † quòd in ſtipulationibus & contractibus potiùs inſpicitur quod actum, quā quod dictum eſt: ut hîc per Dec. mens enim, & voluntas totū faciunt tā in contractibus, quàm in ultimis uoluntatibus: ut hîc & in l.iij.C.de lib.præt. & C. plus ualere quod agitur. toto tit. & in §.diſponat. in auth. de nup. & in l. in conditionibus. in princ. ff. de cō di. & demon. cum aliis quæ adduxi in l.ſemper in obſcuris. ſ. eod.
3 Actum † intelligitur non ſolùm expreſsè: uerùm etiam tacitè: ſecundum glo. & Bar. hîc Alex. Aretin. & alios in locis infrà alleg. facit regula l.cum quid.ff.ſi cert.pet. quòd taciti & expreſſi par eſt uirtus. Et licèt Deci. hîc poſt Aretin. procedere id dicat in his quæ ſunt de natura contractus, & potiùs ex prouiſione

legis, quã ex diſpoſitione contrahentiũ de qua nos loquimur, quia tex. ibi dicit, agi intelligitur, & pro cauto habetur: generaliter tamẽ locum habet tàm in cõtractibus, quàm in ultimis uoluntatibus: ut ibi per Iaſ. & alios. Præterea, cum hominum uoluntati adeò inſeruiat lex, ut teſtãtis uoluntas totum faciat, iuribus prealleg. & latè diximus in l. ſemper in obſcuris. ſupra eo. quid refert expreſſa ſit uel tacita, dummodò de ea conſtet & appareat: cum nõ referat quid ex æquipollẽtibus fiat. l. ſi mater. C. de inſtit. & ſubſt. ſub condit. fact. ſed ſi non appareret de uoluntate, ut quia penitus in mẽte retenta fuerit, non attenderetur, uerùm ſcripturæ ſtandum eſſet. ut hîc per Decium.

4 Actum † tacitè intelligitur, quod ex qualitate rei colligitur. Vnde ſi tibi librum uendidi florenis decem, nõ facta declaratione de quibus florenis: hoc diſcerneretur ex qualitate ualoris libri: ſecundum glo. hîc ſum mè ad multa per Bartol. notatam. Subiungentem propterea, quòd ſi uendo tibi talem domum uſque ad talem aliam domũ, & dubitetur utrum dictio uſque, ſtet incluſiuè, & ſic comprehendat illam aliam domum: hoc diſcernetur ex qualitate pretij, & rerum. Similem deciſionẽ ponit Angel. in l. quicquid adſtringendæ. ff. de verb. obligat. ſequitur Alexã. inferens ad alias quæſtiones lib. iiij. conſi. xxvj. & xcix. colum. ij. & conſil. xlvij. col. ij. & lxviij. & cxl. etiam col. ij. lib. v. & Aret. conſil. vj. col. iiij. in prin. extollens doctrinam Bart. hîc. dicendo, ꝙ in cõtractibus, licèt ex ſignificatu uerborũ res aliqua cõprehenderetur, ſi tamen pretij qualitate & quantitate attenta, nõ ſit uериſimile de ea re partes ſenſiſſe, non cõprehenditur. Intelligendo vbi verba illa aliquando in alio ſignificatu poſita reperiãtur, uel poſſe poni: vt ibi per eum adducentem glo. not. in §. j. l. j. in uerbo, agendo. ff. de ſuperh. volentem ex quantitate pretij & mercedis diſcerni emptorem à conductore. Quam glo. extollere exornareque poſſes ex dict. Ro. in cõſi. 396. Ancha. conſi. 402. Alex. præalleg. conſi. xxvj. col. fi. lib. iiij. & conſi. 120. col. j. vol. ij. & conſ. xxxix. col. ij. & xlvij. colũ. ij. & lxviij. in v. vol. Aret. conſi. vj. col. iiij. Barb. conſil. xxxvj. col. iij. lib. j. & conſil. liiij. col. ij. vol. iiij. Socin. conſi. xlvij. col. iiij. vol. j. & conſi. cxv. col. iij. vol. ij. Iaſo. latè in l. ex conuentione. C. de

5 pact. Actũ † pariter intelligitũ, quod ex more regionis, & conſuetudinis eſt: ſecundũ glo. & Bart. hic, qui pulchra ponit exempla, cuius concluſio notabilis eſt, dum vult, quòd ſi uendita re mobili ad põdus, aut immobili ad menſuram, inter contrahentes oriatur contentio ad quod pondus aut menſuram ponderari menſurarique res debeat, attendenda ſit conſuetudo, & menſura loci contractus: per hãc regulam & l. ſi fundus. ff. de euict. ſequit̃ Deci. hîc. & in terminis pract. Papien. in lib. in cauſa uenditionis, ſuper uerbo, perticarũ. ad fi. Sed idem pract. in j. lib. in glo. cui coheret. in fi. ab hac opinione recedere uidetur, dum poſt hanc opinionem relatam, ſubiungit alios uerò dicere inſpici locum illũ in quo

viget

viget menſura vtilior pro emptore: per l.ueteribus.ff.de pact. Alios autem obſeruari debere menſurã, quæ ſit communior & generalior in uniuerſa regione, ut ibi per eum. Alios locum ſituationis rei, per deciſionẽ Oldra.in conſi. clxviij. ad primam. vbi ſi quis impetrauit ſibi cõferri beneficium uſque ad certam ſummam Turonenſium paruorum, quęrit an attẽdi debeat æſtimatio reſpectu loci factæ gratiæ, uel ſiti beneficii? & reſpondet attendi debere æſtimationem loci, ubi ſitum eſt beneficium: argum.l.fi.ff.de tritic.& l.vinum.in fi.ff.ſi cert.peta.ea etiã ratione, quia actus, cuius expeditio in certum locum cõfertur, in loco illo iuris fictione celebratus cenſetur l.contraxiſſe. ff.de actio.& oblig. refert etiã Alex. conſi.xxxvii.lib.v.quamuis non referat prædictam vltimam rationem Oldra. Sed non eſt recedendũ à deciſione Bart.hic, quæ cõmuniter approbatur: per hanc regulam, & alia iura præalleg.& vltra adduct.etiam hic per Deci. vide Alex.in d.conſil. xxxvii. Moder.Aſten.in tractatu de augmento in vltima cõclu.in x.col. cum ſequenti in verſi.aliquando uerò, & in verſi.& ſi ſit diuerſa conſuetudo.pulchrè Soci.in conſi.xcvj.lib. ii. quod ſecundum ordinem continuatiuum eſt conſi.ccxlvii.* Et Moder.Taurin.in d.l.uinum, col.xvi. & pleniùs in l. cunctos populos.C. de ſumma Trinit.]

Nec obſt.l. vinum.cũ ſimil. quia loquitur in moroſo odio ipſius moræ ut per Moder. Aſten.loco præalleg.& l.contraxiſſe, per Oldr. alleg. procedit reſpectu fori, reſpectu uerò menſuræ per contrahentes ſubintellectæ loquitur regula legis noſtræ cum doctrina Bartol.ſecundum Socin.loco præalleg.& propterea Alexan.in conſ. proximè relato, ſi bene conſideretur, recedit à deciſi. Oldr. adhærens vltimæ doctrinæ Bartol. hic. Facit etiam ad prædicta text.cũ ibi not.per Bart.& Paul. de Caſt.in l.ſi merces.in §.conductor.ff. locat.

6 De colono † ad intereſſe obligato, ſi debito tempore ſecundum cõſuetudinem non coluit, quælibet enim diſpoſitio de mundo interpretationem à conſuetudine capit: ſecũdum Innocen.Abb. & alios. & probatur in l.quod ſi nolit.in §.quia aſsidua. ff.de ædil.edict.plura adducit hic remiſsiuè Deci. pleniùs ponit Fel. in proœ.decret.fol.i.& alia allegaui in repet.l.ſi quis maior.col.x.num.72. C.de tranſactio. Et ſi dicas iſtud de conſuetudine hic poni tanquam diuerſum à conuentione, ut cõſtat ex ordine literæ ibi, vnde ſi non apparet. Reſponde, uerum eſſe intelligendo de cõuentione expreſſa: ſecus in tacita, prout loquimur nos.cũ enim vt dixi, omnis diſpoſitio à conſuetudine interpretationem accipiat, ſequitur de neceſsitate uoluiſſe partes actum ſecundum conſuetudinẽ facere, ſicque ſcripturam confici. Pri-

7 mò tamen † inſpici debet mos & cõſuetudo contrahentis, deinde regionis, de qua loquitur regula: ſecundum Decium hic. & uidetur text.in l. hæredes palàm in §. ſed ſi notam. ff.de teſta.& in l. ſi ſeruus plurium. in §.fin.vbi Areti.not.ff. de legat.i. & ff.de legat.iii.l.nummis. Mihi tamen uidetur conſiderationem Dec.

confundi per hunc textum uolentem primò inſpici debere quod actum eſt: ſecundò quod in regione celebrati actus frequentatur: non autem uult deberi conſiderari ſecundo loco conſuetudinem contrahentis. Non obſtant iura præallegata dicentia, ante omnia patrisfamiliâs conſuetudinem, deinde regionis, ſpectari: quia loquuntur in ultimis uoluntatibus & in depen dentibus à uoluntate unius, in quibus ad declarandum mentem & uoluntatem ipſius relinquentis fatemur inſpici debere primo ipſius legantis conſuetudinem. & idem quando agitur de interpretando mandatum ab alio datum: quia intelligitur ſecundum conſuetudinem ipſius mandantis, uel poteſtatem aliquam dantis.l. uel uniuerſorum. ff.de pignoratitia actio.Sed nos hîc loquimur in contractibus, qui dependent à uoluntate duorum, & in quibus interpretatio fit contra proferentem.l.ueteribus.ff.de pact. In his terminis intelligo procedere quod hîc dicitur. ut primò quod actum eſt, deinde quod in regione frequentatur inſpici debeat:& hanc opinionem tenere uidetur Curtius poſt Seuerin.ab eo allegatum in tractatu de conſuetudin.xij.quęſtio.in quarta col. licèt de prædictis mentionem non faciat, nec Dec. Et ad l.uel uniuerſorum,declarando, ampliando, & limitando, plura ponunt Roman.in conſilio. xciiij. colum.fina. Aret.conſilio xj.ad finem, & conſi.clx.colum.ſecunda, & in l. ſi procurator. in fin.C. de procurato.Barbat.conſil.xviii.colum. j. uolum.ij.Dec.conſilio clxxv.colum.v. Curt.in præalleg.tract. de conſuetudi.fol.xvij.colum.ij.in uerſic.ſecundò limita.& in xij.quæſt.& fol. xxj. colum.iiij.in uer. quarta limitatio. & in d.quæſt.xij.tangit,an talis conſuetudo debeat eſſe præſcripta. Et ponit caſum in quo non inſpicitur conſuetudo loci, uel regionis actus celebrati: ſed conuerſationis diſponentis, ut in teſtante: quia inſpicitur potiùs conſuetudo loci ubi uerſatus eſt, quàm ubi teſtatur, per iura præalleg.ut ibi per eum poſt Cor

8 neum.Conſuetudo tamen † reproba ad uitium & peccatum tendens, attendenda non eſſet, nec ualeret, neque excuſaret, exempli gratia. Si conſuetudo eſſet extrahendi capitale de primis fructibus animalium ſocidæ ſeu ſocietatis: illicita enim eſt: ut habetur in ſumma Angel. in uerbo ſocietas. el ſecundo. in §. iij. aut ſi conſuetudo diſponeret capita le ſaluum eſſe debere, & quòd periculum ſit recipientis: ut per Socin.

9 in conſilio cxvj.uolum.ij. & in † dictis ſocidis animalium ualent conſuetudines.Angel.in tract. ſocietatum, ad fin. probaturque in lege ſi paſcenda.C. de pact. arguendo de pacto ad conſuetudinem: quod argumen.tenet.l.non impoſsibile. ff. de pact. ſocietaſque ſecundum conſuetudinẽ contracta uidetur.§.quia aſſidua. cum aliis ſuprà allegatis, ideo cum in his partibus ad triennium communiter dentur ſocida, ſi ſimpliciter & ſine præfinitione temporis data fuerint, ſubintrat conſuetudo declarans cenſeri data ad triennium. Et inquantum Deci. hîc circa

circa finem commenti cõcludit poſt
10 Alexand. quòd † tabellio, cui fue runt commiſſæ rogationes & inſtrumenta notarii defuncti, poſsit extendere inſtrumentum ſecuudum conſuetudinem loci contractus: uide in hoc articulo Felin. meliùs declarantem, & diſtiuguentem. in cap. cùm P. tabellio. in vj. quæſtio. de fide inſtrumen.

Secundò nota ex iſto text. quòd
11 ſi de more regionis non appareat, quia uarius fuit ad minimum redigi ſumma debet, quodque minimum eſt ſequimur. declarando, ut latè ſcripſi in l. ſemper in obſcuris. ſuprà eod.

Sed opponitur, quia ſi mos uarius fuit, conſuetudo attendi debet ultima, non conſiderata aliqua præſcriptione. §. j. l. Mella. ff. de alimen. & cibar. leg. ſiue loquamur de conſuetudine patrisfamiliâs quæ dicitur conſuetudo non ſolennis, nec præſcripta, ſiue loquamùr de conſuetudine regionis ſolenni: ut per Aretin. in d. l. ſi ſeruus. in §. final. & Curt. in præalleg. tractatu de conſuetu. ſol. xxj. colum. prima uerſicu. ſecunda ſit concluſio. & columna quarta, uerſic. quarta limitatio. cum aliis quę adduxi ad declarationem & intelligentiam. d. §. ſed ſi alimenta. in l. diem functo. in primo notabil. in xiiij. colum. ff. de offic. aſſeſ. in ij. lect. patauina. Quibus adde etiam Paul. de Caſtr. in conſi. cxcvj. ut plenè, colum. fin. in antiquis. ubi ponit, quòd ſi homines talis loci ius habent depaſcendi in tali fundo, ſecundum quod ſoliti ſunt, hoc de ultima conſuetudine intelligitur, uerificenturque uerba illa ſoliti ſunt, in facto per teiennium, uel etiam per annum, licèt uerbum conſuetum, pro ſui uerificatione decennium requirat: ut ibi per eum. quomodò ergo poſsibile eſt apparere de more quando uarius fuit? Dici poteſt hunc text. loqui de more & conſuetudine regionis, in qua adeò uarij actus fuere, ut de aliqua ſolenni conſuetudine prima ultimave, prout hîc exigitur, conſtare non poſsit: ideò ad minimum, ut hîc dicitur, tunc redigenda ſumma eſt. * Item adde Vitalem in tracta. clauſ. in clauſula an renunciari poſſit aliquibus legibus particularibus. & Modern. Bonon. in d. l. diem functo, in tertio not. ubi ponunt quòd attendi debet fauorabilior conſuetudo.] Et in practica notanda diligenter ſunt dicta Bartol. hîc in fin.
12 concludentis † conſtare ex productione inſtrumentorum diuerſi tenoris de more uario, & conſuetudine diuerſa apparere. hinc ſcribit Alexand. in conſilio cxxvij. uiſo inſtrumento. ad fin. in quinto uolumine, quòd ſi in aliquibus inſtrumentis appoſita reperiatur aliqua clauſula, in aliis uerò non, iuri communi tunc ſtandum ſit. & ſequitur Curt. alia adducens in tract. de conſuet. ſol. xxj. col. j. uer. ſecunda ſit concluſio.

SVMMARIVM.

1 *Reſolutio actus eius eſt natura, cuius eſt productio.*

2 *Teſtamentum ſolẽniter factum cum quot teſtibus reuocetur.*
*L.milites.§. ueteranus. ff. de milit. teſta.ornatur.*

3 *Miſsio in poſſesſionem eſt mixti imperij pariter & reuocatio.*

4 *Condemnare & abſoluere, delegare & reuocare delegationem, an ſint eiuſdem iuriſdictionis.*

5 *Acquiſitio & amiſsio poſſesſionis an procedant à pari.*

6 *Legatum ex forma ſtatuti poteſt probari per duos teſtes: idem in reuocatione legati.*

7 *Hæc regula quando non procedat. et num.9.& 10.*

8 *Matrimonium et alia ſpiritualia facilius conſtruuntur, quàm deſtruuntur.*

11 *Regula iſtius tituli procedunt ſecundum communiter accidentia.*

L. XXXV. VLPIANVS.

NIHIL tam naturale eſt, quã eodẽ genere quodque diſſoluere, quo colligatũ eſt. Ideò uerborum obligatio, uerbis tollitur: nudi conſenſus obligatio, contrario cõſenſu diſſoluitur.

PONITVR iſta regula etiam in c.i.de regul.iur. in antiquis. in l. prout quiſque.ff.de ſolu.& in l.ferè quibuſcunque. infrà eo. & in aliis iuribus tam per glo.hic, quàm in d. c.i. adductis: à quibus ſumitur iſta regula. Quæ diuiditur in duas partes. In prima ponit dictum. In ſecunda quæ eſt ibi, ideò, duobus modis exemplificat. Plura alia ſimilia ponunt glo. in locis prçallega. Dec. hic & Moder. Aſten. in tract. de forma. fol.91. in artic. quas res, perſonas, & quos actus comprehendat. in verſi. ademptio etiam totalis. Iaſ. in l.omnium. in v. notabi. C. de teſta. & in rubri. ff. de acquir. poſſ. vbi etiã po-
1 nunt, quòd † reuocatio & reſolutio actus eius eſt naturæ, cuius eſt conceſsio & productio: & quòd eadem ſolennitas quæ requiritur in conficiendo actum, requiritur etiã in diſſoluendo. unumquodque enim eo uinculo diſſoluitur, quo ligatur, vt
2 diximus. Teſtamentum † itaque in præſentia ſeptem teſtium factum: ut hic inquit Deci. & Iaſo. in conſi. infrà allega. non reuocatur cum duobus teſtibus, ſed requiruntur ſeptẽ l. hæredes palàm. §. ſi quid poſt. cum glo. in verbo mutare. ff. de teſt. & gl. in l. cum proponeretur. ff. de leg. ii. plenè ponunt Moder. Peruſ. in rub. ff. de acquir. poſſeſ. Imò nec cum ſeptem, ſi teſtator diceret ſe reuocare dictum eius teſtamentum, aut nolle ualere. §. ex eo ſolo. inſti. quib. mod. teſta. infir. oportet enim, quòd dicat nolle ualere, aut reuocare, eo quia vult & intendit inteſtatus decedere l. milites. in §. veteranus. ff. de milita. teſta. l. ſi iure. ff. de legat. iii. ubi Barc. rationem pulchrè aſsignat: & latè tractat Alex. in conſil. 104. col. fin. lib. ii. & conſi. xxx. col. fin. lib. iij. Barb. conſi. 39. & 60. col. x. & ſequẽ. volum. ii. & xxxix. volu. iii. Corne. Roma. & alii ſcribentes in l. ſancimus. C. de teſta. Iaſo. in conſil. 142.
3 lib. iiij. Et † quemadmodum miſſio in poſſ. mixti imperii eſt. l ea q. ff. ad municipa. l. iubere. ff. de iuriſd.

om.

om. iudi. eodē modo reuocatio miſſionis in poſſeſſionem mixti imperij erit. §. ſi fortè. ad fi. cum glo. iiij. ff. de damno infect. ut in d. l. iubere. Paul. de Caſt. & Iaſ. & Deci. volunt allegantes Bald. in l. iudex. C. cōmi. uel epiſt. per illum tex. ubi miſsio in poſſeſsionem. & ipſius miſsionis reuocatio procedūt à pari. Abſolutio ſimiliter & condemnatio in eadem ſpecie iuriſdictionis ſunt: ſecūdum Bald. ibi. pleniusque in ſequenti regula, nemo qui condemnare. Deci. tradit. Hinc Iaſo. in l. imperium. colum. vj. circa diffinitionē meri imperij poſt Bal. & Gulielm. de Cun. fir
4 mat, † quòd ſicut cōdemnare delinquētes eſt meri imperij: ita abſoluere à pœna delicti erit meri imperij. Pariter ut delegatio iuriſdictionis eſt: ita reuocatio delegati. glo. c. ſi de legatus. in uerbo reuocandum, de officio delega. in vj. ſecundum Riminald. Aquen. & alios i d. l. imperiū.
5 in primis chartis. Et cum † quibus modis acquirimus, eiſdem in contrariū actis amittimus. ut igitur nulla poſſeſsio acquiri niſi animo & corpore poteſt: ita nulla amittitur, niſi in qua utrunque in contrarium actum eſt, ut dicit not. tex. in d. l. ferè. & in l. quemadmodum. ff. de acquir. poſſeſ. & in §. in amitteda. l. iij. eod. tit. Quòd procedit ſi à corpore incipias, ſed ſi incipias ab animo, is ſolus ſufficit. glo. in d. l. ferè. Abb. in d. c. j. Areti. Soci. & alij in d. l. quemadmodum. & in d. §. in amittenda. rationem ibi adducunt.

Hinc etiam eſt, quòd ſicuti diſponitur in l. fi. C. de fideicom. per iuramentum hæredis probari poſſe, an legatum factum fuerit, ubi à principio negatur factum: ita per iuramētum ipſius legatarij probari poterit, an reuocatum fuerit, quando à principio negauit reuocationem legati. Bal. ibi in vlti. colum. iterum ex hoc
6 inferens † quòd diſponente ſtatuto poſſe per duos teſtes legatum probari: ſimiliter reuocatio uel error eiuſdem legati probari poterit: ut Hercul. Peruſi. latiùs proſequitur in rubri. de acquir. poſſeſ. colum. iij. per hanc regulam, & aliā de contrarijs, quorum eadem eſt diſciplina: ut ſcripſi in l. ſecūdum naturam. ſuprà eo. Faciunt etiam iſta ad quæſtionem, Factum fuit per inferiores ſtatutū, & confirmatum per ſuperiorem, vtrum in caſſatione & reuocatione neceſſarius erit ipſius ſuperioris conſenſus? Vide latè Crotu in c. j. col. iij. de conſtitu. in vj.

Limitantur prædicta ut procedant, vbi in confectione actus de neceſſitate aliquid requiritur, ut pariter in reuocatione adhiberi debeat:
7 † ſecus ſi ex abundanti aliqua ſolennitas adhibita fuerit, quia non eſt neceſſaria in reuocatione, propterea in confectione teſtamenti adhibiti fuerint decem teſtes, non erunt tot neceſſarij in reuocatione, ſed ſufficient ſeptem, ut hîc per Deci. & per Areti. in d. l. hæredes palàm. in §. ſi quid poſt. ff. de teſta. & Mod. Aſten. in tract. de forma. loco præalleg. faciunt plura quæ ſcribit Crotus loco proximè allegato.

8 Præſens † regula cum præallega. non procedit in matrimonio, quod ſolo conſenſu contrahitur, & tamen per contrarium cōſenſum non diſſoluitur.

ſoluitur, ut hic per Deci. priùs per
glo.in d.c.j.de regu. iur. Eſt enim
maximum ſacramentum, & poſt-
quam contractum eſt, illius diſſolu
tio in poteſtate hominum non eſt,
ut per Abb. in dict.cap. j. idemque
eſt in baptiſmo, ordine, & omni-
bus aliis ſpiritualibus in quibus cha
racter imprimitur: ut hîc per De-
cium in fin. & Abb. poſt glo. loco
9 prælleg.Item † fallit in delictis, in
quibus non liberatur delinquẽs per
contraria delicta, ſecundum glo. in
d.l.ferè. Conſidera quomodò talis
contrarietas poſsit in delictis cade-
re: quia ſi una pars delictum con-
tinet, contraria non continebit de-
lictum, cùm contrariorum contra-
ria ſit natura, ut diximus ſuprà.Itẽ
10 † non procedit hæc regula in acqui
ſitione & repudiatione bonorũ poſ
ſeſsionis; quorum primum exigit
decretum uel præſentiam iudicis.l.
fina.C.qui admit. ſecundum not.l.
unic.C.quando non peten.par. Sed
quicquid contra Iaſo. dicat ibi Dec.
ad fin.rubr. prædicta non refragan-
tur huic regulæ, quæ loquitur de
diſſolutione rei iam ligatæ: ſed ubi
bonorum poſſeſsio non fuit icũ de-
creto, uel præſentia iudicis acquiſi-
ta, uana eſt dubitatio ex hac regula
ſumpta, cur ſine præſentia ipſius iu
dicis repudiari poſsit propter diuer-
ſitatem rationis exiſtẽtem inter prę
dicta, ut per Curt.in d.l.unic.col.ij.
deducendo melius ut ibi dixi.

Poſtremò notandum eſt ſecun-
11 dum glo.hîc & in d.l.ferè.has † re-
gulas procedere, ſecundum commu
niter accidentia: & quia modus iſte
diſſoluendi magis naturalis eſt, quã
do eo modo, quo inducitur, tolli-
tur: tamẽ & diſſolui etiam aliis mo
dis poteſt: ut per eaſdem gloſſ.ideò
iuriſconſultus in d.l.ferè.utitur tem
peramento illo, ferè.Facit etiam pro
declaratione regulę quod ſcribit So
cin.in l.ſingularia.in ij.col.ff.ſi cer-
tum pet.& quę ſcripſi in repeti.l.ij.
nu.xv.C.de pact.inter empt.& uen
dit.appoſit.

## SVMMARIVM.

1 *Quod quis cenſetur in culpa, ſi ſe im-
miſceat rei ad ſe non pertinenti.*
2 *Confeſſor ignorans, malè facit con-
fiteri.*
3 *Culpabilis non excuſatur dicendo ſe
iocosè feciſſe: niſi adſit conſuetudo.*

## L. XXXVI. POMPONIVS.

CVLPA eſt, immiſcere ſe
rei ad ſe non pertinenti.

EST clara, & ponitur pariter in
c.non eſt ſine culpa. de reg.iur.lib.
vj. ubi gloſſator meliùs quàm hîc
declarauit, inferendo ad nonnulla
quæ hîc tranſcripſit Dec.ſoluens cõ
traria ibi per glo.formata, ponde-
rando naturam uerbi, pertinere: ut
1 glo.præalleg. Cenſetur † quis itaqȝ
in culpa, ſi ſe immiſceat rei ad ſe nõ
pertinenti, ſiue ad eum non perti-
neat ratione modi: ut in c.ad audiẽ
tiam.de homi. ſiue ratione facti. vt
in cap.continebatur.eod. tit. ut per
Ioan.Mon.Ioan.And.& Phil.Fránc.
6 in d.cap.non eſt. Ideò † malè facit
confeſſor ignorans audiendo con-
feſsionem proximi.cap.j.& ſequen.

xxxviij.

xxviij.diſtin.& Ozias Rex,quia in templo incenſum offerre uoluit, leprâ percuſſus fuit.2. Paralip. 26. & ideò cæcus non iudicat de colore.

3 Nec † excuſaretur talis culpabilis uolens dicere ſe iocosè feciſſe. cap.j. de præſumptio.tradit Pariſ.in conſ. xxj.col.fin.lib.iij. Conſuetudine tamen excluditur talis culpa.l. pignus C.de pignor.actio.l. quid ſit fugitiuus.in §.apud Labeonem.ff.de ædili.edict.l.ij.ff.ad macedon.Ludoui. Gozadin. in conſil.lxiij. colum.iij. Ea uerò tantùm, quæ immediatè à culpa noſtra deſcendunt, imputari nobis poſſunt. Abbas in c.quia diuerſitatem.de conceſ.præb. Ludou. Gozad.in conſi.xxvii.colum.iiij. Et iſtam regulam inducit ad duas quæſtiones. Ioan.And.in d.c.non eſt.in mercur.de clerico coram ſeculari iudice in cauſa ſanguinis patrocinante, ut ſecuta morte irregularitatem incurrat. Et teſtis, qui non iuratus teſtimonium tulit, ut pœna falſi teneatur.

## SVMMARIVM.

1 *Hæc regula an procedat quādo quis non poteſt condemnare ex defectu iuriſdictionis.*

2 *Negatiua præpoſita uerbo, poteſt, neceſſitatem præciſam inducit.*

3 *In materia correctoria ablata poteſtate condemnandi, non adimitur poteſtas abſoluendi.*

4 *Hæc regula limitatur.& nu.5.6*

L. XXXVII. VLPIANVS.

NEMO qui condēnare nō poteſt, abſoluere poteſt.

CONDEMNATIO igitur & abſolutio à pari procedunt: & qui non poteſt condemnare, non poteſt etiam abſoluere. Ad idem text. in l. ſolet.ff.de officio proconſul. & leg. & in l.iij.ubi latè Iaſ.ff.de re iud.& in c.non poteſt.ubi Felin.tradit etiā de re iudi.Aret.Socin.& alii in rub. ff.de acquirend.poſſeſſ. & Socin. in conſi.cxx.colum.iij.lib.j. facit regula iij.ſuprà eod.cum his quæ ibi diximus de natura oppoſitorū,& correlatiuorum.

1 Hæc regula de plano procedit † quādo eſt defectus iuriſdictionis: quia cùm abſolutio & condemnatio ſint in eadem ſpecie iuriſdictionis,mirum non eſt,ſi primum non potens,non poſſit etiam ſecundum: ut hìc per Dec. poſt glo. tenentem, ꝙ hoc modo in genere intelligēdo præſens regula nunquam fallit. Iſtū intellectum ad hanc legem poſuêre etiam Oldr.& Alber.de Roſa. in d. l.iij.ut ibi in ult.col.Iaſ. refert dicēs aduertendum:quia in hac regula Iuriſconſultus ait,nemo qui condēnare non poteſt,abſoluere poteſt.& ſic qui non habet poteſtatem,& iuriſdictionem ſecundum Oldr. & Alber. cum iuriſdictio ſit poteſtas de publico introducta,ut per eos. Confir-

2 mo, quia † negatiua præpoſita uerbo poteſt, neceſſitatem præciſam inducit, & remouet omnem potentiam ab actu.cap.i.cum ibi nota.per Abbatem in ultimo notabil.de cauſa poſſeſſionis & proprietatis. tradit Iaſo. in l. Gallus. in princip. in glo.poſſe.ff.de libe.& poſthum.Sed intelligentia iſta mihi non placet: quia; de indubitabili eſſet. ſi enim intel-

intelligeremus in non habente poteſtatem & iuriſdictionem, quòd talis condemnare non poſſet nec abſoluere, cui hoc dubium eſſet? certe nulli. Caſum igitur ponere iudice ad certum genus cauſarum deputato ea lege à principio, ne in talibus cauſis condemnare poſsit, pro certo in illis nec abſoluere poterit per hanc regulã, eius eſt enim abſoluere, cuius condemnare. cap. uerbum Dei. de pœnit. diſtinctio. j.

Limitatur regula prædicta nõ poſſe abſoluere, qui condemnare non poteſt, pluribus modis. Et primò,
3 †quando ius utranque poteſtatem uni dat, inde ius nouum correctorium eidem condemnandi poteſtatem aufert abſque certa ſolennitate remanet enim poteſtas abſoluendi incorrecta. glo. eſt ſing. in cle. j. in uerbo eos. de hæret. approbata ibi per Card. & Imol. Hanc limitationẽ ſequitur Gemi. in c. inferior. col. fi. xxj. diſtinct. Feli. tamen in d. c. non poteſt. col. j. poſt Anch. Are. & Soci. ibi relatos contrarium tenet. Iaſ. latè diſputat articulum in d. l. iij. tandem ſequitur opinionem illius gl. in caſu ſuo: quia ſic intelligendo reducimur ad ius primæuum quantũ ad abſolutionem. de facili enim quę libet res ad ſui primam naturam reuertitur, quia in iſtis correlatiuis eſt diuerſa ratio, fauorabiliores enim ſumus reis quam actoribus, ſicque proniores ad abſoluendum, quam ad condemnationem. hanc opinionem ſequitur hic Dec. Card. uerò Alex. in d. c. inferior. col. fi. dicit glo. illam ſaluari in caſu ſuo, ſpecialéque eſſe in inquiſitione hæreſis, ut licèt inquiſitor ſine Epiſcopo condemnare non poſsit, abſoluere tamen ualeat, fauore abſolutionis in tam periculoſa materia, ut eſt condemnatio de hæreſi grauiſsimas pœnas ſecum trahente. hocque ſentit ibi tex. qui uenit temperando ſæuitiam inquiſitorum principaliter, licèt dicat etiam de ordinarijs & eorum ſæuitiam moderetur. ſicque cle. illa cum glo. ſecundum Card. ponit ſpecialẽ caſum, per quem non receditur à regula. Ex quibus patet gloſ. præalleg. in caſu ſuo communiter approbatã eſſe, & pariter limit. modo prædicto rectèque intelligendo.

4 Fallit ſecundò regula † in habente poteſtatẽ abſoluẽdi ex priuilegio: quia talis ligare nequit. unde ligatus qui non ſubditos abſoluit. c. pe. de offic. leg. eoſdem non excommunicat. c. ij. de ſenten. excom. in vj. Et prior hieroſolimitani ordinis ex priuilegio generaliter abſoluere põt, non tamen excommunicare; ut per Felin. in d. c. nõ poteſt. & Car. Alex. * in d. c. inferior. col. fin. * & Deci. in l. in actionibus, in vij. not. ſuprà de in lit. iuran.

5 Tertiò limita † ubi ſublata eſſet abſoluendi poteſtas: quia remaneret poteſtas condemnandi iam cõceſſa? ut hic per Deci. ad fi. ſaluantem iſto caſu opini. Petri de Ancha. Areti. & Socin. Quæ conſideratio, parum iuuat non enim ipſi in his terminis loquuntur, in ſe tamen bona eſt.

6 Quartò limitatur in † iudice laico, qui ſolus poteſt clericum abſoluere à delicto ſeculari, & tamen ſolus ſine epiſcopo condemnare non poteſt, imò debet ad epiſcopum remittere.

mittere.§. illud palam.cum gloſſ. in
in auth.ut cleri.apud propri.epiſco-
pos.& in auth.clericus.C.de epiſco.
& cler.ſequitur Iaſo. in d.l.iij.col. j.
Sed miror, quia iura ille hodie cor-
recta ſunt tam per iura canonica q̃
per iura ciuilia: cũ laicus clericum
nõ iudicet. authen. ſtatuimus.C.de
epiſc.& cleri.c.ij.& iij.cum ſimil.de
foro compet. & in c. eccleſia ſanctæ
Mariæ. cum ibi not. de conſtitu. &
conſuluit Deci.in conſi.700.

SVMMARIVM.

1 *Nemo iure naturæ cum alterius detrimento locupletior fieri debet.*

2 *L.ſi negotia.ff. de nego. geſt. quando procedat.*

L. XXXVIII. POMPONIVS.

SICVTI pœna, ex delicto defuncti hæres teneri non debet,ita nec lucrum facere: ſi quid ex ea re ad eum perueniſſet.

SVMITVR hęc regula ex legi
bus per glo.alleg.Clara eſt,& in na-
turali ratione fundata, ne ex eodem
facto lucrum habeat, qui damnum
non ſentit,nec ſentire poteſt.l.ſecun
dum naturã.ſ.eo. ubi plura in pro-
poſito ſeruientia ſcripſimus.materiã
autem iſtius regulæ plenius tractant
glo.Bald.& alii ſcribentes.in l.unic.
C.ne ex delict.defunct.Dec.in l. pu.
pillum.in §.in hæredes.ſ.eo.Et quę
dam ſimilia in quibus locupletior
factus obligatur,quamuis alias non
teneatur, congerit hic Deci.& ſunt
1 fundata in iure naturæ,† neminem
cum alterius detrimento locupletio
rem fieri debere, uolente.ff. de con-
di.indeb.l.nam hoc natura.& infrà
eod.tit.l.iure naturæ.& c. locupleta
ri.de regu.iur.in vj.in quibus locis
glo.& doct. plenius tractant. Facit
etiam text.not.in l.j. ad fi.ff. depoſ.
& latius uidebimus in d.l.iure natu
ræ. ubi Deci. repetit in effectu quæ
hic dixit.At in l.ſi negotia.ff. de ne-
2 go.geſt.ubi ex † actu, quo damnum
ſentire non cogitur,lucrari quis po-
teſt,contingit illud ſecundum Dec.
propter culpam eius,qui inſolita ag
greſſus eſt negotia. quod tempera-
bis,ſecundum quod ad finem ſubiũ
git ibi Iuriſcon.& ad illius legis de-
clarationem, ultra quæ ibi ſcribit
Paul.de Caſt.uide Curt.Iun.in con
ſilio.xix.

SVMMARIVM.

1 *Metus quid ſit.*

2 *Metus debet in conſtantem cadere: & quomodo intelligitur.*

3 *Timor grauaminis idem operatur, quòd grauamen ipſum.*

4 *Comminatio principis an iuſtum metum cauſet.*

5 *Metus quomodo probetur.Et an proteſtatio ſit neceſſaria.nu.6*

6 *Proteſtatio, ſi clandeſtinè facta ſit, prodeſt.*

8 *Proteſtatio effectum appellationis ſecum trahit.*

9 *Proteſtatio neceſſaria non eſt,ſed utiles,& nu.10.*

11 *Proteſtatio in notorijs non requiritur.Et quid ſi impedimentum peruenis*

*uenit facto iudicis.nu.12.& 13.*

14 *Metus quomodò & qualiter purgetur.*

15 *Pro facto quando habeatur, quòd factum non fuit per metum.*

L. XXXIX. POMPONIVS.

IN omnibus cauſis pro facto accipitur id, in quo quis alium perhorreſcit, quo minùs fiat.

SVMITVR hæc ex legibus per glo.alleg.quæ plures concordantes citat.& eſt clara.Dec.hic per quatuor qõnes examinat materiam metus,quæ licèt trita amplaq; ſit,utilis tamen eſt in actu practico. quã quidem materiam ultrà ea quæ Doct. ſcribunt in tit.ff. quod met. cau. & C.de his qui per metum non appe. & in l.interpoſitas.C.de tranſ. & in c.fi.de appel.examinant Spec.in tit. quod met.cau. Aret.& Iaſ.in §. quadrupli.inſti.de actio.plenè Vital. de Camb.in tract.clauſ. in clauſula nõ ui,non met.fol.lvj.cum ſeq. docentes ẽt practicam.& miror, ꝙ de illis Deci.hic nullam fecerit mẽtionem.

1 Eſt autem † metus (ut à diffinitione proficiſcatur diſputatio) inſtãtis periculi, uel futuri cã, mentis trepidatio.l.j.ff.quod met.cau. alias diffinitiones ponit Bal.in c.j.col.iij. qui feud.dare poſ.ut autem ibi eſt text. quod metus cã geſtũ erit, prętor ratum non habet. quæ uerba, ſecundum Bald.in rubr.de contro. inueſ. ad fi.in ore prætoris per Spiritũ ſanctum poſita fuere.

Circa primum articulum tactũ 2 Deci. qualis metus requiratur: uera eſt & cõis doct.concluſio.† ꝙ iuſtus 2 & probabilis eſſe debet in conſtantẽ uirum cadens, iuribus per eũ alleg. conſiderando metum ſecundũ qualitatem & conditionem perſonę metũ paſſæ, ſiue maſculus ſit, ſiue fœmina: ut poſt Inn.hic tradit Dec. & in c.fi.col.fi.de appe.& in c.cãm matrimonii.col.j.de offi.deleg. † idemq; 3 operatur timor grauaminis, quod grauamen ipſum c.j.in uerb.timentes.de dil.Corſ.in ſuis ſing.in uerb. metus. & ſimiliter idẽ operatur metus peſtis, uel belli, quod peſtis uel bellum ipſum.l.ij.cũ no.C. de tranſac.maximè in exactione uectigaliũ: ut pulchrè per Cic.in prin.orationũ ſuarum.In quo aũt differat metus à ui habetur in ſumma Ang. in uerb. metus,& per Iaſ.in l. pacta nouiſsima.col.pe.C.de pact. De ueritate illationum Dec.uide eundẽ in conſil. xcij.& ccxix.& Vital. loco prælleg. ubi latiùs,quã hic faciat Dec. tractat de timore excõicationis,an & qñ iu 4 ſtum merũ cauſet.Et an † cõminatio indignationis principis inducat iuſtum metum,ponit Ful.in cõſ. cxcj.

5 Circa ſecundum articulum † qualiter metus deducatur, articuletur, & probetur:latiùs tradunt Ang. & Iaſ.præall. & ſcriben.in d.l. interpoſitas.& Dec.in d.c.cãm matrimonii & in c.fi.de appel.& in conſi. ccxix. concludentes cõiter ꝙ ſola preſentia patris, mariti, ſimiliumve perſonarum iuſtum metũ non cauſat ſufficientem ad reſcindendum actum, ſeu matrimonium carnale, uel ſpirituale niſi de minis ꝓcedentibus probetur.Et no.cautelam tradunt, quæ

in

in actu practico ſæpe ſeruatur, ut iudicis & cõſanguineorũ adhibeatur præſentia quæ ceſſare facit omnem ſuſpicionem fraudis & metus.

Tertius articulus eſt de proteſta-
6 tione,† an ſit neceſſaria? Dec.cõcludit ꝙ non: metus tñ probationẽ ex tali proteſtatione coadiuuari dicẽs. de quo per eundem in d.c.fi.col.pe. & in conſil.ccxix.col.ij.Bart.& ſcribentes in l.de pupillo.in §.ſi quis ipſi prætori.ff.de nou.oper.nun.Ripá in c.cum M.Ferrarien.nu.xcij.& ſequ.de conſti.ubi concludit metum aliter probari debere, quã per proteſtationem,niſi in dependentibus à uoluntate ſolius proteſtantis:uel qñ ſit in præſentia partis non contradicentis: & ꝙ ſi probetur metus ſine proteſtatione irritabitur actus.l.j.& tot.tit.ff.quod met.cã.& c.ad audiẽ
7 tiam.extra quod met.cau. Et † talis proteſtatio,quamuis clandeſtinè facta prodeſt contra inferentem metum,uel cãm præſtantẽ. non in præiudicium tertii.c.j.cũ no.quod metus cã. Dec. hic. & Vitalis loco prę-alleg.de quo articul.uide Alex.in §. duo fratres.col.xxviij.uerſi.ſed iuxta.& conſil.clxxvij.col.pe. lib.ij.oẽs ſcribẽtes in l.qui in aliena.in.§. Celſus.ff.de acqu.poſ.Soc.conſi.cclxiij. artic.iij.lib.ij.Dec.in d.c.cãm matrimonii.& conſi.lxiiij.col.ij. & conſi. ccxix.col.ij.Ripa in repet.d.c.cũ M. col.lij.cum ſequ.Curt.Iun.in conſi. cxxvj.& dicit not.Bald.in l.ij.C. de
8 his qui per met.iud.non appel.ꝙ†ſi facta proteſtatione de appellatione non interpoſita propter metum iudicis ceſſet timor.ĩ.decem dies, iterum appellare nõ erit neceſſarium: quia proteſtatio effectũ appellationis ſecum traxit, ideò eam geminare non oportet.cautè tamen facit appellando,quia ſic faciendo nõ tenetur metum probare:ſecus ſi proteſtatus fuerit. nam in proceſſu cãæ metus probandus erit, aut ex euidentibus demonſtrationibus, uel ex pſpicuis ſignis,ut in l.dolum.C. de dol. ſequitur Peruſ.in d.c.fi.col.v.& Fel.in c.ex tranſmiſſa.col.ij.de pręſc.

9 In alia verò materia, a.n † proteſtatio ſit neceſſaria, ubi aliquis impeditus eſt actũ in termino facere? uidetur ꝙ ſic,per text.in d.c. fin. in uerbo conteſtatione facta. & in l.fi. C.de his qui per met.iudic. non appel.cum ſimilibus,quæ proteſtationem requirere uidentur. Quicquid glo.hic dixerit,Dec.concludit proteſtationem utilem eſſe, ſed non neceſſariam. idem aſſerit tenere in d. c.fin. ubi tamen neceſſariam dicit, qñ facto iudicis,qui impeditus eſſet Balb.in tract.præſcript. fol. lxvj. in uerſic.tertius caſus.poſt Inno. concludit, ꝙ non ſufficit probare impedimentum, niſi probetur ꝙ ipſum impedimentum fuit cauſa non agẽdi,in quo utilis eſt proteſtatio, non ergo neceſſaria.De hoc no.art. uide Abb.& Fel.in prælle.c.ex tranſmiſſa.ſcribentes in l.fin.§.illud.per illũ text.C.de temp.appel.Barb. in cap. plerunque.col.vj.de reſcript.Iaſ. in l.properandum.in §.ſinautem altraque.C.de iud.Peruſ.in d.c.fin.& in c.ex ratione,col.iiij.de appel.Afflic. in deciſ.regni 50.Deci.conſi. cclvj. Pariſ.in d.c.ex tranſmiſſa col.iii. & ſeq.Mod.repe.in §. morte. col. lxv. cũ ſeq.& latè Ripam in tract.de pe-ſte.

ſte.fol.28.in ſexto dubio. Reſolutio præallegata ſcribentium communis 10 eſt, † quòd proteſtatio nõ ſit neceſſaria, ſed utilis per l.ij.ff.ſi quis cau. & §.dies.l.j.ff.quando appellan. ſit l.j.§.ſi reus.ff. de eo per quem factũ erit.& l. arbiter ſi calendis.ff. de arbitr.requiritur enim ſolùm ad oſtẽdendum, quòd animus impediti erat actum perficere, ſi potuiſſet. Vnde ſi alio modo quàm per proteſtationem conſtare poſsit de tali animo ſatis eſt, quia non refert quid ex æquipollentibus fiat.c.in his. de uerbo.ſignifi.l.ſi mater.C. de inſtit. & ſubſt.ſub cond.fact. dummodò igitur de impedimento & diligentia aliter conſtare poſsit, ſatis eſt. Sed qñ 11 † impedimentum notorium fuit & nihil profuiſſet diligentia, ut quãdo ſemper uiguit bellum, aut notoria peſtilentia & ius non reddebatur, nec agitur de conſtituendo aduerſarium in mora, ſed de ſe excũſando à negligentia petendi, non eſt opus diligentia neque proteſtatione: quia non tenetur quis facere, quod factum non releuat.l.fin. ff. quis ord. in bono.poſſ.

Maior contrarietas, quæ ſit inter 12 doct.in materia iſta, eſt quãdo † impedimentum prouenit facto iudicis quia plures ſunt tenentes requiri hoc caſu proteſtationem: ut per Felin.& Pariſ.prçalleg. Communis tamen doct.opinio uidetur eſſe in oppoſi.per iura prælleg. ut per Deci. hîc & in conſil.ccccluj.& Ripam loco præalleg. ubi communem cõcluſionem quòd impeditus facere actũ in termino excuſetur, quamuis de impedimento nõ fuerit proteſtatus, ita quòd proteſtatio non ſit neceſſa13 ria, fallentiam ponit † quando impeditus actum facere uellet alio in loco & coram aliis perſonis, quam coram illis, coram quibus tenebatur: poteſtari tunc debet, quòd ibi & coram illis perſonis actum facit: quia impeditur coram perſonis & in loco à iure deputato actũ ipſum expedire: ita procedit text.d.c. ſi. & d.l.fin. Ratio fallentiæ eſt, quia cum actus talis fieri poſſit, & pro libito uoluntatis, & ex neceſsitate impedimenti, item ex diuerſis cauſis, & ad diuerſos fines, requiritur proteſtatio animi declaratoria: ut ſciatur, quòd ex neceſsitate & ad effectum certum actus ipſe expeditur: ut in d. l.fina.dicitur. Et prædictę opinioni adhæreo. nihilominus ante factum laudarem ad euitandum opiniones doctorum fieri ſolennem proteſtationem de impedimento, quòdque per eum non ſtetit nec ſtat. Et fieri debet tempore congruo, ac publicè, & impedimenti cauſam continere; ut poſt Peruſi. tradit Fel. in d.c.ex tranſmiſſa.colũ.iij.in fin. & ut dicit Abb.in d.cap.plerunque, diligentia probabitur per proteſtationem, & ſic licèt non ſit de forma eſſentiali, erit tamen de forma probatoria: ut uult etiam Paul.de Caſt. in conſilio xxj.in cauſa.col.pe.in antiq.

14 Circa quartum articulum, † quomodò, & qualiter metus purgetur: conſiderandum eſt, ut inquit Deci. quòd metus purgatur ex libera uoluntate, quæ poſtea expreſsè uel tacitè ex aliquo actu deprehenditur, & ideò metus, qui in promittendo interuenit, tollitur & purgatur ex ſolutione

lutione ſponte facta.l. ij. C. quod metus cauſa. præſertim ſi ex interuallo facta fuit, & ceſſante cauſa metus, ut ibi per Bald. Alex.& Dec. hic plura alleg. ad notabilemq́ue quæſtionem inferentem.& per Alex. in conſil.xciij.colum.ij.lib.v. Barb. in conſi.liiij.fol.ulti. lib.j. ubi de purgatione metus per ratificationē uel renunciationem factam, ceſſante cā metus, tradunt. Et de hac materia uide Iaſonem in conſil.lxxij.lib.j.& clxv.& ccxxvij.col.pen.uol.ij. Deci. in conſil.ccxix.& ccccxcviij. Poſtre-
15 mò ad hanc regulam, ꝙ † pro facto habetur illud, quod nō fuit factum propter metum uel impedimeutū, gloſſ. aſsignat duas limitationes, de quibus uide Soci.in l. iure ciuili. ff. de condi.& demon.& Corn.in l.fi. C.de condi.inſer. Et ad materiā huius legis uidēda etiam ſunt quæ traduntur per glo.& doct.in l.nihil cō ſenſui.infrà eo.tit.& Alcia.in tract. præſumpt. in vij. præſumpt. tertiæ regulæ, ubi tractat de probatione metus.

## SVMMARIVM.

1 *Voluntas nulla, quomodò intelligatur.*

2 *Prodigus quis dicatur.*

3 *Luxurioſè uiuens, an dicatur prodigus.*

4 *Prodigo non petenti curator datur, & ſubſtituitur exemplariter: ut in furioſo.*

5 *Beneficia pupillo conceſſa, extenduntur ad prodigum. Gloſſ.l.ij.C.de cura.fur. ornatur.*

6 *Prodigus & furioſus teſtari prohibentur etiam pro anima, limita ut hic.*

7 *Prodigo & furioſo curator datiuus non poteſt conſtitui, quando adeſt legitimus & habilis.*

8 *Curator prodigo conſtitutus cenſetur à lege, ſed non ipſo iure.*

9 *Prodigo ad ſanos mores redeunte ceſſat cura, ſed non ipſo iure.*

10 *Alienationes factæ per eum, cui interdictum fuit minus legitimè, non tenent. & quid ſi interuenerit iuramentum. nu. 19*

11 *Prodigus quando æquiparetur pupillo: uel adulto curatori habenti nume. 12*

13 *Prodigus in delictis non excuſatur: ſecus in furioſo.*

14 *Maius uitium eſt prodigi quàm furioſi.*

15 *Prodigus matrimonium contrahere poteſt, & obligatur in dote, ſi factus eſt locupletior. nu. 16.*

17 *Prodigus in datione curatoris citari debet, ſecus in furioſo. nu. 18.*

### L. XL. POMPONIVS.

FVRIOSI: uel eius, cui bonis interdicitur, nulla uoluntas eſt.

SVMITVR ex l. Fulcinius. in §. idemq́ue. ff. ex quib. cauſ. in poſſ. eatur. & ex l. is cui bonis. ff. de uerb.
1 oblig. Et intellige † uoluntatē nullam eſſe, id eſt, pro nulla in iure haberi, ideò dicit Iuriſconſultus in d. l. Fulcinius. in §. adeò, in furioſo occultationem non dari. non enim ſe occultat, qui ſuus non eſt. Dec. hic in materia quædam congerit, mate-

ria diffuſa eſt utilis & quotidiana,& ordinariè per doctor. examinata in d.l.is cui bonis.ff.de uerb.oblig. ibi propterea uidendum eſt.Quantum ad furioſum recurrendum eſt ad ea quæ diximus in l.in negotijs, ſuprà eodem.

Hic de prodigo,& quomodo, ac qualiter æquiparetur furioſo pauca uidebimus.

2 Prodigus † dicitur, qui ſupra uires propriæ ſubſtantiæ expendit, in ſumptibus nullam conſideratione habens. Vel aliter dic,prodigum eũ eſſe,qui neque tempus, neque fine, aut modum expenſarum habet: ſed bona ſua diſsipando, & lacerando profundit:ut dicit text. in l.j.§.j. ff. de cura.fur.ſequitur Dec.hic,& Iaſ. in d.l.is cui.col.j.citat Ang.in auth. ut deter.ſit nu.cler. ubi per illũ tex. in §.cum uerò. docet practicam articulandi,& probandi quem prodigum.Aquen.tamen ad fin.commenti prædictę.l.is cui bonis. dicit relinqui arbitrio iudicis, quis dicatur ꝓdigus: tale tamen arbitrium debet eſſe à iure regulatum prout arbitriũ boni uiri: faciunt quæ de probatione prodigi ſcribit hic Dec.& in conſil.cclxxiiij.ubi repetit omnia hic dicta,uide etiam Paul.de Caſt.in conſil.cclxxiij.aliàs cclxxv.incip. à ſecũdo.colum.ij.in antiquis. De prodigalitate,inquit,ſtari declarationi iudicis: non ſic de ætate. idem uoluit Aquen.in d.l.is cui bonis. colũ. iij.

3 An autem † luxurioſè uiuens,prodigus dicatur? Reſponde ꝙ ſic,reſpectu honoris,& famæ: non autem reſpectu bonorum. & ideò ſi luxurioſè uiueret, ętiam quò ad diſsipationem patrimonij eidem curator non daretur: ut per Aquenſ. loco prꝏalleg.facit illud ſatyrici.Prodiga non ſentit pereuntem fœmina cenſum.

Prodigus igitur à lege æquiparatur furioſo: ut hic, & in d.l. is cui, cũ aliis ibi per Iaſ.adductis. Et fundata eſt talis ſimilitudo in iure, ac ratione naturali: quia & ſi ex ſermonibus prodigi menti cõpotes uideantur,quantum tamen ad bona, furioſorum faciunt exitum: ut dicit in l. is qui.ad ſi.ff.de tut.& cur.not. Alexan.in d.l. is cui col.fi. ideò mirum non eſt ſi æquiparantur: propter

4 quod † prodigo non petenti curator dari põt,& ſubſtitui exẽplariter: quemadmodum filio furioſo. Deci. hic & prius per Iaſo.in d.l.is cui. in

5 vj.not.ponentem poſt Alexan. † ꝙ omnia beneficia conceſſa pupillo, extenduntur ad prodigum,per glo. no.in.l.ij.in uerbo, agnatum.C. de cura.furio.de quo uide Rom. conſ. clxxxix.col.iij.Alex.in l. Marcellus. in princ.ij.col.ff.ad treb.in l. Centurio.col.ij.ff.de uulg.in l. impuberibus.ff.de acq.hære.Feli. in c. cùm non liceat.colũ.iij.de præſcr.& in c. cauſam.col.iij.& i c.paſtoralis.c. ij. de iud.Fran.de Curte in repet.l. admonendi.c.vij.ff.de iureiur. Mod. in l.humanitatis.C.de impu,& alijs ſubſti.Balb.Taurin. in tract.præſcr. fol.65.in 34.caſu. ubi ponit de præſcriptione,quę contra prodigũ non currit,ſed dormit: prout etiam facit

6 reſpectu furioſi. Rurſus † quemadmodum furioſus teſtari non põt:ita nec prodigus.l.is cui.ff.de teſtam.& inſtit.quibus non eſt permiſſum face.

ca.teſt.§.item furioſus,& ad pias cās & pro anima quia inhabilis eſt ihabilitate ſurgente ex naturali ratione ut furioſus. ita conſuluit Alex.not. in conſi.clxxxij.lib. v. & uoluit etiā Phil.Franc.quicquid alij ſentiant, in rub.de teſt.lib.vj.in iiij.colū. ubi poſt Bald.& Imol.limitat, niſi ſtatu tum aliter diſponeret. Item limi. in ingrediente monaſterium: quia, ex quo ingreſſus permittitur, uidetur permiſſa diſpoſitio teſtamētaria, ut acceſſoria ad ingreſſum.arg.c.acceſſorium.de regu. iur.in vj.ita Lapus alleg.in ij.dub.

Et ex prædictis pariter limitari poſſunt ea,quæ poſt alios ſcribit Iaſo.in l.j.in j.lect.colum.fin.C.de ſacroſanct.eccle.ꝙ diſpoſitiones teſtamentariæ loquentes de teſtamētis, non comprehendunt teſtamenta ad pias cauſas condita: ut nō procedāt quando loquerentur de inhabilitate à ratione naturali ſurgente. Et quemadmodum pater furioſus bona filij non adminiſtrat, eodem modo ſi pater prodigus ſit, & diſpenſet bona filij,remouetur ab adminiſtratione, & filio per l.conſulitur.ut per Soci.in conſi.xxxiiij. in quarto prin

7 ci.artic.uol.j. Item † quemadmodū mentecapto & furioſo à lege prouiſum eſt de agnato, ut tutelam ſuſcipiat cum iuramento, inuentario, & alijs ſolennitatibus, de quibus in l. tam dementis. & in l. de creationibus.C.de epiſc.aud.& in l.fin.C.de cur.fur.& iudex ad datiuum deueni re non poteſt, poſtquam lex de legitimo prouidit,niſi prius conſtito de curatoris defectu uel inſufficientia. Anch.in conſi.cccxiiij.incip.uideretur. Ita eſt etiā in cura prodigi quæ legitima eſt: quia ex l.xij.tab. prodigi in cura agnatorum ſunt.§. furioſi.inſtit.de curat. utpote quibus eorum hæreditas defertur.ut inſtit. de legi.agna.tut.in princ. Et curatori datiuo nunquam locus eſt,niſi legitimis deficientibus, aut inhabilibus conſtitutis: ut per glo.& Ang. in d. §.furioſi. ſufficit tamen quòd legitimus præſens ſit dationi talis curatoris & expreſsè uel tacitè conſentiat. ut per Paul. de Caſt.in cōſi.cclxxiij. alias cclxxv.incip.à ſecūdo. colum.

8 ij.in antiquis. Et talis † curator conſtitutus prodigo cenſetur à lege, nō ipſo iure,ſed facta interdictione, interuenienteq; plena cauſę cognitione, ac decreta adminiſtratione bonorum curatori prodigi: quicquid Imo.ſenſerit: ut per Aret. in d.l.is cui lege,circa fi. & per Aquen. in d. l.is cui bonis.col. iij. etiam quòd eſſet notoriè prodigus: ut per Alex. Iaſ.& Aquen.in d.l.is cui bonis, ſi-

9 cuti ecōtrariò † ad ſanos mores prodigo redeunte dicta cura non ceſſat,nec prodigus adminiſtrationem recuperat, niſi ſuper hoc iudicialis & declaratoria ſententia præceſſerit: ut per Iaſ.in d.l.is cui bonis.colum.v.ubi Aquen.iiij.licèt aliqui aliter dicant. & talis curator tenetur curam ſuſcipere, & rōnem adminiſtrationis reddere:ut ꝑ Dec.in cōſi.

10 cclxxiiij. Et ſi † bonis alicuius tanquā prodigi interdictū fuerit,& pro digo curator datus,ſed minus legitime ex cā aliqua, uel defectu, licèt datio curatoris nō ſubſiſtat, alienationes tñ factæ non tenēt Paul.de Caſ. in cōſi.prælleg. & probatur in d.l.

is cui bonis. ſecūdum inductionem Aret.ibi.in j.& ij.colum . Aliquan-
11 do † prodigus æquiparatur pupillo quantum ad ſtipulandum & ſibi acquirendum: ut hic per Dec. & Alexan.in d.l.is cui bonis.col.j.ubi Iaſ. in ij.no.meliùs ſentiens ex illo text. not.prodigum, cui interdictum eſt bonis, quantum ad ſtipulandum & acquirendum ſibi, æquiparari diſcreto uiro. Quantum autem ad alienationem uel obligationem, æquiparari pupillo & furioſo : & conſequenter claudicat contractus ueluti in perſona pupilli.l.Iulianus.§.ſi à pupillo.ff.de act.empt.imputandúque eſſe contrahenti cum ſimilibus per-
12 ſonis.Sed † l. ſi curatorem habens, C.de in integ.reſtit.mino . æquiparat prodigum, cui bonis interdictū eſt, adulto curatorem habēti. Quod intelligitur in actibus uiuentium, ſecus in actibus morientium, ſecundū Bart.ibi.ſequitur ſimpliciter Iaſ. in d.l.is cui bonis.col.iij. authoritas enim talis curatoris adulto dati non reſpicit actus ultimę uoluntatis, qui debent effectum ſentire poſt mortē adulti.l. Aurelius.§. grauis.ff. de lib.leg.unde quò ad actus illos perinde eſt ac ſi adultus curatore careret, quo caſu eius bona adminiſtrate poſſet.d.l.ſi curatorē.& poſt Bar. tradit Aret.in l.is cui lege.col. j. ff. de teſtam.Et procedunt prædicta in
13 contractibus : ſecus † in delictis, in quibus prodigus punitur, ut quilibet alius: cùm uitium coniunctum uitio non excuſet maleficium:ut hic per Dec.poſt Bald. Ang. & alios & eſt communis doct.ſententia:ut per Iaſ.in d.l.is cui.col.viij.ubi Aquen. iiij.Quòd enim prodigus non obligetur contrahendo, introductū fuit in eius fauorem, ne ipſius bona diſſipentur:quo fauore delinquens dignus non eſt: ut poſt Bart. & Paul. de Caſtr.ſcribit ibi Iaſ. limitans, ut per eum: & prius per Aret. ibi circa finem, commenti.Sed furioſus ſuus non eſt: ut ſuprà dixi, & ſatis furore ipſo punitur, ideò etiam in delictis
14 excuſatur . Eſt etiam † maius uitiū prodigi, quàm furioſi : quia prodigus facilius quàm furioſus ad ſanos mores reducitur : ut enim in epiſtola Alphonſi ad Philippum Mediolani Ducem ſcribitur, ſententia eſt philoſophorum, eum, qui ſemel inſaniuit, nunquam reduci ad ſanitatem : refert Iaſo. in d.l.is cui. col.v. Eſt etiam inter prædictos differentia, quia non ita deprehendi poteſt prodigalitas, ſicut furor: nec eſt ita enorme uitium . ut probatur in l. is qui.ff.de tut. & curat.dat. ab his. & uoluit Aquen.in d.l.is cui bonis. in j.colum.

15 Item † cùm furioſus non poſſit contrahere matrimonium ratione deficientis conſenſus.l.à patre furioſo.ubi Iaſ.in j.colum. ff. de his qui ſunt ſui uel alie.iur. an idem erit in prodigo, qui furioſo æquiparatur, doct.non declarant. Prima facie uidebatur, quòd ſic : quia matrimonium eſt ſpecies ſeruitutis.l.ij. ff. de lib.homi.exhib. ad iſtud propoſitū adducta per Alex.in conſi.lxxj. lib. ij.& obligat perſonam quæ cunctis rebus pretioſior eſt, & inæſtimabilis.l.liber homo.ff. ad legem Aquiliam, ergo prodigus tam arctam & arduam obligationem contrahere

non

non poterit. Oppoſitum uerius arbitror: quia ut in ſuperioribus dictũ fuit, & in alio propoſito ſcribit Aquen. in d. l. is cui bonis. colum. iiij. prodigus conſenſu non caret, quo nuptiæ contrahuntur. l. nuptias. ſuprà eod. Nec dicitur modo aliquo capite diminutus. Bald. in l. certum. colum. penul. C. unde legi. nec actus iſte tendit ad diminutionem ſui patrimonij, imò ad utilitatem publicã l. j. ff. ſoluto matr. & hoc præſertim procederet ubi matrimonium eſſet ſibi conueniens, per ea, quę in alio propoſito tamen refert Iaſ. in d. l. is
16 cui. col. ij. Reſpectu uerò † dotis, ſi ad illius reſtitutionẽ ſe obligauerit, non uidetur, quòd obligatio ſubſiſtat, per hanc regulam, & d. l. is cui, bonis. niſi quatenus prodigus effectus eſſet ex ea locupletior. arg. l. j. in fine. ff. depoſit. cum aliis quæ poſt Decium adduximus in præcedenti regula cum ſimilibus. & contrahenti imputandum eſſet reſpectu bonorum, quæ prodigi & diſsipari poſſunt, ſi curatoris authoritatem non adhibuit. Confirmo, nam prodigus religionem ingredi poteſt, & conſequenter ſpirituale matrimoniũ contrahere, ut per Lapum alleg. xxvj. Philip. Franc. loco ſupra alleg. & Iaſo. poſt Albe. in auth. ingreſsi. col. j. C. de ſacroſ. eccl. ubi dicũt bona uenire acceſſoriè, & monaſterio applicari. ſi poteſt ſpirituale matrimoniũ contrahere: ergo & carnale, ut per
* Lapum pręalleg. * Et utrum luſori ueluti prodigo poſsit interdici bonis, Dec. in d. c. paſtoralis, col. fi.]
17 Poſtremò uidendum eſt † an in datione curatoris prodigo citandus ſit prodigus ipſe? Dec. hic ad finem tenet quòd non: quia talem actum impedire non poteſt: ergo neceſſaria non eſt illius citatio, per regulam l. qui poteſt. ſ. eodem quicquid dixerint Ang. Alexand. & Socin. & hanc opinionem ſequitur etiam cõſulendo Dec. ipſe in conſil. cclxxiiij. ad finem, per prædictam rationem, & æquiparationem hic factam. Ad oppoſitum eſt communis: ut per Aquen. in d. l. is cui bonis. colum. iiij. quia cum agatur de præiudicio ipſius prodigi cui curator dandus eſt, debet citari, per regulam. l. de uno. ff. de re iudic. & l. nam ita diuus. ff. de adoptionibus. Non obſtat, quòd iſta datio curatoris poſsit fieri & expediri eo inuito: ergo & illo abſente ac ignorante. Reſpondeo, quòd regula procedit ubi eſt eadẽ ratio, aliàs ſecus. l. ſi in tres. ff. de arbitris, ſed in propoſito noſtro non eſt eadem ratio: quia ſi citabitur, fortè defendet cauſam ſuam, & ſic actiones ſuas iuſtificabit, quòd non iudicabitur prodigus, & iudicem trahet in ſuam ſententiam: ita quòd ratio. l. ſi in tres, hic optimè quadrat & cõueuit. Vel etiam reſpon. quòd regula procedit, ubi ſimpliciter & abſolutè quid fieri poteſt me inuito, ut pariter me ignorante fieri ualeat: ſecus quando fieri nequit, niſi cauſa cognita, iudiceque permittente, ut in caſu noſtro: iuxta l. obſeruare. ff. de curat. fur. & tradita per Aquẽ. in d. l. is cui bonis. colum. iij. tunc enim regula prædicta non procedit: ut per Aret. in l. ij. in §. fin. col. fina. ff. ſoluto matrimonio. Non obſtat ęquiparatio in lege noſtra facta: pro

cedit enim poſtquam fuit bonis prodigi interdictum, non autem ante, prout in propoſito noſtro, cùm poſſit eſſe in iudicio, ſibiq́ue competat poteſtas & facultas adminiſtrãdi ſua l. Iulianus. à contrario ſenſu. ff. de curatore furioſi, cum not. per Aret. in l. is cui bonis. col. iij. Quinimò Aret. in d. l. is cui bonis. colum. iij. firmat, defendereq́ue nititur, etiam

18 † furioſum in datione talis curatoris citari debere cùm de illius agatur præiudicio. Sed hoc falſum eſt, & contra ſententiam à doctoribus communiter receptam: quia cum careat conſenſu, in iudicio non ſtabit, uocandi tamen erunt illius propinqui: ut per Aquen. in dicta l. is cui bonis. colum. fina. & conſuluit Alexand. lib. ij. in conſil. lxxxvj. An autem contractus prodigi iuramento firmetur, uide per docto. in d. l. is cui.

## SVMMARIVM.

1 *Actor non debet eſſe melioris conditionis, quàm reus.*

2 *Reus uolens ſuperflua probatione onerari, admitti debet.*

### L. XLI. VLPIANVS.

NON debet actori licere, quod reo nõ permittitur.

1 ET ſic † non debet melioris cõditionis eſſe actor, quàm reus. exemplificando ut hîc per glo. & Dec. & glo. not. in c. non licèt actori. de reg. iur. in vj. ubi ponitur etiam iſta regula. Ad idem text. in c. ij. de mut. petit. ibi, cum actoris & rei eadẽ ſit conditio, ſeruanda eſt æqualitas in iudiciis. c. in iudiciis. de reg. iur. eod. lib. vj. ſecundum Philip. Franc. & alios ibi, ſed ille text. rectè intelligendo aliud dicit, perſonarum uidelicet acceptationem, nõ debere eſſe in iudicijs, magnumq́; ita eſſe iudicandũ ut paruum nec aliter cum regibus, aliter cum alijs eſſe in iudicijs agendum: ut declarat text. c. nouit. de iudic. De æqualitate igitur inter actorem & reum ſeruanda meliùs probatur in d. c. ij. & in l. ubi falſi. C. ad leg. Corneliam de falſis: ubi dicitur ꝙ iudex inter litigantes medius eſſe debet, nec unum à dextris alium à ſiniſtris habere: ſecundum glo. ibi. Ad idem l. fi. C. de fruct. & lit. expẽ. ubi ſecundum communem intellectum, dicitur, in iudiciis ſeruari debere æqualitatem, nec iudiciũ claudicare conueniens eſſe: ut per Phil. Fran. in d. c. in iudicijs. & Aquen. in princ. l. iij. ff. quod quisque iur. Verus tamen ſenſus illius text. l. fin. ſcilicet alius eſt, ut ibi declarat Pau. de Caſt. & Dec. in l. nõ eſt nouum. C. de æden. Ex hoc, quòd inter actorẽ & reum ſeruanda ſit æqualitas in iudicio, & quòd prærogatiuæ uni ex litigatoribus conceſſæ, etiam alteri competant, inferri poteſt ad determinationem quarundam quæſtionum: ut hic per Deci. Felin. plura alia congerit in rubr. de reſcript. colum. j. & in cap. ij. de mut. peti. Per hanc regulam infert hic glo. & in d. 2 c. non licet. ad fin. † quod ſi reus antequàm actor puta probauerit eius intentionem, uelit exceptionem probare,

bare, & ſe ſuperflua probatione onerare, mos ei gerendus eſt.de quo uide Ioan. Andr.in Specul. de probat.in §.ij.& Felin.in cap. cum cauſa.colum.j.de re iudic. Circa caſus ſpeciales poſitos per gloſſ. hic & in d.c.non licet. dicendum eſt, ut per eaſdem glo.

SVMMARIVM.

1 *Aduentitium lucrum quid ſit.*
2 *Lucri & damni diſpar eſt ratio, & quando.nu.3.*

§. In re obſcura meliùs eſt fauere repetitioni, quàm aduentitio lucro.

1 CAPITVR hic † aduẽtitium lucrũ, pro omni lucro quod ex fortunæ liberalitate aduenit: iuxta.l. cùm oportet. in princ. C. de bonis quæ lib.ubi ponitur quomodò differant aduentitia, & profectitia, de quo etiam in.l.profectitia.ff. de iure dotium. Sumi autem potuit præſens regula à l.Proculus.ff. de damno infect.& à.l.qui autem.in princ. ff.de his quæ in fraud.cred. cum ſi-
2 milibus.Lucri † enim & damni ſemper in iure diſpar fuit habita ratio: iuribus prælleg. cum accumulatis per Decium in xxxiij.regula ſ. eod. & per Federic. de Senis.in ix. quæſtio.Barb.in conſi.xxiij.col.ij. lib.j. & xlj.col.vij.& xvj.in eo. & conſil. xxj.in certo dubio.uolu.iij. & inter conſilia Soci.iiij.lib.in conſi.lxxvij. col.fin.ſcribentes in l.cum quidam. per illum text.ſ.de iure fiſc. & Dec.
3 in conſil.260. Sed confundi † uidetur hęc regula per.33.ſ.eo.dum ait, ꝙ ſiue is qui petit, ſiue is à quo petitur de lucro tractet, durior eſt cauſa petitoris.glo.hic quam Deci. ſequitur intelligit quando repetẽs de damno euitando tractat, aliàs ſi de lucro uterque tractaret, procederet regula d.l.in eo. ut durior eſſet cauſa petitoris. Confirmari poteſt: quia damni & lucri, ut dictum eſt, diſpar eſt ratio. Et ſi uterque de lucro tractaret, potior eſſet cauſa conuenti, cui iura magis cęteris paribus fauẽt l.fauorabiliores.& l.in pari.ſ.eo.titu.& ꝙ fauendum ſit recuperatorio iudicio rem perſequẽtibus, pulchrè etiam ponit Cicero in ij.char.v.lib. Verrinarum.

SVMMARIVM.

1 *Ceſſante lege ſufficit allegare rationem naturalem.*
2 *Hæres iuſtam ignorantiam habet in rebus defuncti.Fallit.nume. 9.12. 13.& 14.*
3 *Hæres qui propter canonem non ſolutum cecidit à iure ſuo, reſtituitur in integrum ex clauſula, ſi qua mihi, & c.& nu.5.*
4 *Clauſula, ſi qua mihi iuſta cauſa ete. competit contra præſcriptionem cẽtum annorum.*
6 *Hæres denegans reſtitutionem rei cõductæ, non patitur pænam.l. pen. C.unde ui.*
7 *Hæres uendens fundum emphyteuti cum non cadit à iure ſuo. Idem de feudatario feudum alienante. numero.8.*
10 *Suus hæres immiſcendo ſe in bonis patris, quando cẽſeatur habere noti*

ſingulari : ut per gloſſ. in d. c. cum quis.

2 Nota ergo † quòd hęres in rebus & geſtis defuncti iuſtam & probabilem habet ignorantiam : quia in facto alieno tolerabilis eſt ipſa ignorātia.l.fin.ff.pro ſuo.l.ſi mulier, ſuprà ad Velleian.d.c.cùm quis. & cap.ab excommunicato . ubi traditur, de reſcriptis.

Contrarium in propoſito noſtro uidebatur dicendum: quia hæres & defunctus cenſentur una & eadem perſona.§.j.in auth . de iureiurand. à mor.præſt.Et ex perſona ſucceſſoris non mutatur conditio obligationis.l.ij.§.ex his.ff.de uerb.oblig. ergo ignorantia improbabilis.Reſpōde ſecundum Anch.in conſ.cexliiij. incip. quia quæſtio.procedere prædicta iuris fictione , non ſecundum ueritatem,quæ hìc conſideratur . iō dicit Bald.in l.ſcire. ad fin. C. ut in poſſeſ.legat.& in l.generaliter.C.de rebus credit.nouus hęres, noui mores & noua anima:quodque alia eſt conſcientia defuncti , alia hæredis . ſępe enim bono ſuccedit improbus. ut latè ſcripſi in repe.l.ij.C. de pact. inter empt.& uendit.nume. 251. & dicit etiam Aret.in conſi.112.conſideratis.col.ij.quòd in hærede præſumitur ignorantia & bona fides, niſi aliquid demōſtretur, quod ſit ignorantiæ excluſiuum .

3 Ex prædictis infertur, quòd † hæredi , qui à iure ſuo cecidit ratione canonis non ſoluti , propter talem ignorantiam tanquàm inſto impedimento detento & impedito , impartitur reſtitutio ex generali clauſula, ſi qua mihi iuſta cauſa eſſe uidebitur, in integrum reſtituam.Decius hìc,& latiùs Curt. ſenior in cōſilio 59 . Quæ quidem † reſtitutio ex clauſula prędicta ſecundum uerā & communem doct . concluſionem conceditur etiam aduerſus præſcriptionem quadraginta annorū, imò centum annorum : ut latè ſcripſi in repet.d.l.ij.C.de pact. inter emptorem & uendi.q.viij.& lxxiiij. Bald. in d.c.cùm quis . intelligit prędicta procedere quando ex legis diſpoſitione res incidit in communionem, prout eſt,quando hæres emphyteutæ ignorans eſſe emphyteutam , eccleſiæ uel prælato canonem nō per ſoluit: ſecus ſi ex diſpoſitione defuncti in commiſſum inciderit: ut quia appoſitum fuiſſet pactum,quòd nō facta ſolutione res ad eccleſiam reuerteretur: quia tunc hæres non reſtitueretur in integrum.l. Aemilius ff.de minoribus .

4

5 † Sed & ſi hæres ex proprio priuilegio,aut ex edicto de minoribus, reſtituendus non ſit.d. l. Aemilius. tamen propter iuſtam ignorantiam ex generali clauſula,ſi qua mihi alia iuſta cauſa eſſe uidebitur, in integr. reſtituam,de qua in l.j. in fin. ff. ex quibus cauſis maio.in integrum reſtituendus eſt : ut poſt alios ſcribit Phil.Franc.in d.c.cùm quis.& Iaſo. in l.ii.col.lxxv.nume.222.C.de iure emph.& latius demonſtraui in repetit.d.l.ij.C.de pact.inter emp. & uēdit.in lxxvij.q.

Infertur etiam per prædicta, ꝙ
6 † hæres, qui à defuncto rem conductam non reſtituit, ignorans conductionem,non teneatur pœna.l.pen. C.unde ui. ſecundum Decium , uide

de ibi ſcribentes & textum ſimilem in l.ſi quis cõductionis titulo, cum dictis Bartol. & aliorum. C. locati. quem declara & limita: ut per Romanum in conſil.cccxcij.colũ. ij. & Felinum in cap.inter dilectos. colũ. penultim.de fide inſtrumentorum.
7 Similiter † ſi hæres emphyteutæ emphyteũſim ignorans fundum emphyteuticum diſtraxerit, non cadit à iure ſuo,& dominus reuocare uolens ſcientiam probare tenebitur:ſecũdum Bal.ſequitur & reputat not. Dec.hic.& non ſunt multi dies, ꝙ propterea defendi quendam clientulum à pœna priuationis unius domus emphyteoticæ per hæredẽ non habita licentia directi dominij alienati.Quibus adde Iacob. de ſancto Georgio in tract.ſuo de feu.in uerbo,& cum pacto, ꝙ de ipſo feudo. in fi.ubi in materia alienationis ſeu di unum ſummè notari mandat, de
8 † uaſallo qui per alienationem ſeudi illud perdit, quando ſcienter ſcilicet alienat, aliàs ſecus: & eſt text. no.in c.j.de contro.inter domin. & emp.& ponit ẽt Iaſ. de emphyteuſi pariter loquens,in l.fin.char.penul. in xv.q.C. de iure emphyt.ſit ergo, dicit Iacob.cautus in practica aduocatus,ut libellando dicat,ꝙ talis uaſallus ſciens rem eſſe feudalem eam
9 alienauit.Limitantur prædicta † qñ ageretur de contentis in teſtamẽto, quorum notitiam & ſcientiam hæres præſumitur habere.l.non eſt ferendus.ff.de tranſact.Dec.hic ſequitur cõcluſionem Bal. ꝙ poſt aditionem,uel immixtionem,hęres etiam ſuus pręſumatur de teſtamento ſciẽtiam & notitiam habere: ut hic per eum. & latius per eundem in l. eius qui in prouincia.in §.fin.col.ij.ff. ſi certum pet.ubi dicit doct. in hoc articulo uario modo loqui.ipſe diſtinguit aliquos caſus,poſtmodũ ab illa diſtinctione recedere uidetur, aliter concludendo: ut per eum ibi & in ſuo conſil.cclxxxvij.& ccciij. Sed ea
10 † concluſio Bald. ſimpliciter intellecta: ut Dec.facit,ꝙ illi quibus à lege & à natura, parentum hæreditas defertur,poſt immixtionem cenſeãtur habere ſcientiam & notitiã contentorum in teſtamento ab illis cõdito, uera non eſt, omniq́ue probabili ratione caret.cũ enim lege permittẽte & impunè immiſcere ſe poſſint bonis parentum & maiorũ ſuorum, licèt nullum appareat illorum teſtamentum. quidnam impellere nos debet ad dicendum cenſeri poſt talem immixtionem habitam eſſe notitiam & ſcientiam contentorum in teſtamento? certè nihil. Potius ergo ignorantiam, quàm ſcientiã præſumam: iuxta capitulum, præſumitur. de regulis iuris in ſexto. etiam quòd teſtamentum fuerit nuncupatiuum: quicquid dixerit Dec. in pręallegata.l. eius qui in prouincia.in ultima columna, non enim probat hoc eſſe, quod ab hoc contingit abeſſe: cùm probatio dẽat de neceſsitate concludere.l. nõ hoc.C. unde cognati. & cap. in præſentia. de probationibus, niſi quando immixtio facta fuiſſet uirtute teſtamenti: quia tunc erit conecturandum habitam eſſe notitiam cõtentorum in teſtamento:ut per Alex.cõſi. iiij. col.pen.lib.ij.& doct. in locis præallcg. Et iſto caſu procedere & ſalua-

ri

ri poſſet opinio Bald. & Dec. aliâs non. Communis ſcribentium ſententia eſt cum Bart. in d.l. eius qui
11 in prouincia. & in §.duo fratres. † quòd in ſuis pręſumatur ignorãtia contentorum in teſtamento: in extraneis uerò ſcientia, niſi ex coniecturis aliud appareat: ut per Iaſon. poſt alios in d.§.duo fratres.colum. xxij.cum ſeq.in iij.q.Bart.& in d. l. eius qui. in uerſi. fin.col.j.& ij.ubi dicit in iudicando & conſulendo non eſſe recedendum ab opinione Bart.quæ ſeruatur in practica, & quam conſulendo pluries ſecutum ſe fuiſſe teſtatur, & ſi de hoc inter conſilia ipſius nihil tactum inueniam.Mod.Papien.in d.l. eius qui. in v. not. ſequentes opinionẽ Bart. eam in utroque membro ſuſtinent: arguendo à communiter accidentibus, quod argumentum ualidũ eſt in iure, quia non dicit Bart. ꝙ hæres extraneus contenta in teſtamẽto neceſſario ſciat,ſed ꝙ in dubio ſcire præſumitur.à communiter enim accidentibus extranei non adeunt hæreditatem ſibi delatam, niſi cognitis contentis in teſtamento: ſecus in ſuis. eſt ergo probatio à communiter accidentibus, quæ ualet & tenet l. neque natales.C.de proba.Multæ autem ſunt coniecturę,quibus ignorantia excluditur,& ſcientia contentorum in teſtamento pręſumptiuè habetur, & recipitur,ut per Alex.in prælleg.conſi.iiij.colum.pe.& Deci.in d.l.eius. colum. fin. & in conſil.prælleg.

Secundò intelligitur hæc regula ubi de damno euitando agitur:quia excuſatur hęres propter ignorantiã,
12 ut hîc,ſecus † ſi ageretur de cauſa lucratiua: quia non excuſaretur hæres propter ignorantiam.§. ſi res legata.inſtit.de leg.quamuis dici poſſit, ꝙ ibi concurrebat cum cauſa lucratiua hæredis factum, quod legatario nocere non debet: ut per Are. ibi in fin.commenti,& Dec.hîc. tu uide tex.à quo ſumptus fuit.§. ſi res in.l.ſi quis inquilinos.in §. j. ff. de leg.j.ubi Paul.de Caſt. contrariũ dicendum uidebatur,inquit, quia hæres nec poſsidebat,nec dolo poſſidere deſierat: unde ſicuti mortuo ſeruo liberatur hæres.l.cum res.in fin. ff.de leg.j.ita & tunc liberatus uidebatur.Sed oppoſitum eſt uerius, & quod dictum eſt, procederet, ſi ſeruus mortuus eſſet ſine facto hęredis.In dictis iuribus facto ſuo periret ſeu præſtari poſſe deſierat, ideò mirum non eſt, ſi ad æſtimationem tenetur. * ut etiam per Alex. in.l.ſi ſeruum,in princip.in j.col. de uerb. obl.] Poſtremò aduerte, quia ut mihi uidetur, prędicta malè quadrant pro limitatione iſtius regulæ.procedit enim iſte text. etiam in caſu de quo ſuprà,quod hæres iuſtã habuerit ignorantiæ cauſam:ſeruum, quẽ legatum alteri fuiſſe ignorauerat, manumittendo: quia cùm in ius & locum alterius ſucceſſerit, ratione naturali iuſtam poteſt in geſtis per defunctum ignorantiam prætendere, quamuis propter cauſam lucratiuam & eius factum ad æſtimationẽ teneatur: iuribus pręalleg.Item pro hac limitatione facit,quod ĩ propoſito ſcribit Pau.de Caſt.in.l.ij.ad fi. C.de fruct.& lit.expen.

13 Tertiò iſta regula limitatur,† ut procedat

per d.l.ſi quis inficiatus. Adde Feli.
in cap.cùm contingat.colum.v.& ſe
16 quen.de reſcrip.ubi ponit,ꝙ † quã-
do debet alicui fieri notitia alicuius
ſcripturę uel actus, ſi ex reductione
illius actus ad notitiam obligetur
ad aliquid præiudiciale,notitia fie-
ri debet cum ſolennitate de qua in
clemen.cauſam, de elect. porrecta
uidelicet authentica ſcriptura, uel
perlecto illius tenore, copiaque in-
de facta ſi petita fuerit, uel ſi abſens
eſt fiat paocuratori:aut ad domum.
Subiungitque poſt Cardin.hoc ma-
gnam æquitatem in ſe habere,ut ta
liter fiat intimatio: aliâs uerbo, &
minus pfectè fieri poſſet, quod par
ti non plenè informatę multum prę
iudicaret: ut ibi per Fel. & per Iaſo.
in l.quod te.colum.pen. & fina.ff.ſi
certum petatur.dum inquit,intelli-
ge doctrinam Bartol. quando ſcri-
ptura oſtenderetur ad finem inter-
pellationis: ſecus ſi ad fidem proba
tionis: quia parti tunc danda eſſet
copia,aliâs non probaret.Vide eun-
dem Iaſonem in l.de pupillo. in §.
qui procuratorio.de oper. no. nun.
dum ponderat.l.ſi quis inficiatus.in
uerbo cognouerit.ut neceſſariò non
exigatur productio inſtrumenti: cũ
per teſtes,& alios modos id cogno-
ſci poſsit, prout etiam tenuit in d.l.
quod te. loco prælleg. Vide etiam
Corſet.in ſuis ſing.in uerb.procura
ſor. ubi per hanc doctrinam Barto.
dicit, ꝙ ille qui tanquàm procura-
tor, uel hæres cõſequi aliquid uult,
probare debet ſe talem: cũ iſta ſint
facti, alias in mora quis non conſti-
tuitur, ecce quòd non requirit in-
ſtrumentum,ſed eſt cautela, ut uo-
luit Barto.Et ſubiungit Corſet.loco
prælleg.poſt Bald.& Barb. doctri-
nam Bart procedere in actu extraiu
diciali,ſecus in iudiciali,ubi de man
dato eſt neceſſe opponere, aliàs con
ſtituitur conuentus in mora. ut ibi
per eum.Colligit etiã ex dictis Bar.
Alex.in prælleg. §. qui procurato-
71 rio. † cautius eſſe ꝙ proteſtatio ſem
per fiat ex iudicis commiſsione,quia
tunc licèt non conſtet de ueritate e-
ius quod in ſcriptura proteſtationis
continetur, parendum eſt proteſta-
tioni abſque alia productiõe inſtru-
menti,uel copiæ: per l.fin.ff. de lege
commi. quod Alex.not.reputat pro
intelligentia d.l.ſi quis inficiatus.&
* doctrinæ Bart.hic. *de quibus uide
etiam Moder. Taurin. in d.l.quod
te. colum.xiiij.ubi Rip.18. & in ca.
cum M.fol.18.in 8.quæſt. & fol.21.
in iij.concluſ.de conſtit.] Ex prædi-
18 ctis quoque infertur, † ꝙ ſi incita-
tus & ille cui fit proteſtatio, ſciret
ueritatem, parere teneretur: quia
certus non eſt ulterius certiorandus
l.j.in fin.ff.de act.empti. tradit Ri-
pa in repe.dicti c.cum M.num.159.
uerſicu. decima concluſione conſe-
runt etiam huic doctrinę Bart.quæ
dam quę ſcribunt Moder.repetent.
in d.§.morte, colum. xciiij. cum ſe-
quenti.

Secundò principaliter infertur.
19 ꝙ cum reus habens iuſtam cauſam
litigandi,licèt ſuccumbat,ab expen-
ſis excuſetur.l.qui ſolidum.§.etiam,
cum not.per Bart.ff.de leg.ii.& tra-
dunt omnes in.§. ſin autem alteru-
tra, l.properandum.C. de iud. poſ-
ſe quem habere iuſtam cauſam liti-
gandi uſque ad certum tempus, po-
ſteà

ſteà non : exempli gratia, uſque ad aperturam teſtiū, uel uſque ad productionem alicuius inſtrumenti, tuncque incipere iniuſtam habere litigandi cauſam : quia fortè ex dictis teſtium, uel ex inſtrumento cognoſcet actorem iuſtitiam fouere, quod prius probabiliter ignorauit : ideò condemnabitur in expenſis poſt illam diem factis. Vnde cautela eſt, mox & ſine procraſtinatione inſtrumentum producere. & cautela eſt pro reo, ſtatim quòd cognoſcit in iudicio fouere malā cauſam diſcedat à lite, & ab expenſis excuſabitur.

Dec. hìc latè inſiſtit concludens,
20 ꝙ licèt † uerum ſit propter iuſtam cauſam excuſari ab expenſis antea factis à lite deſiſtentem poſt productionem inſtrumenti, uel publicationem teſtium: tñ ſi reus his non obſtantibus litem proſequutus fuerit, & ſuccubuerit, uideri debere condēnari in omnibus expenſis factis tam ante, quàm poſt productionem & publicationē prædictas: quia ex quo litem proſequitur non obſtante productione inſtrumēti uel publicatione teſtium, uerisimiliter litigaſſet, ét ꝙ de iſtis à principio litis habuiſſet notitiam. & ceſſat ratio conſiderata quando deſtitit, ideò malam litem ſemper uidetur ꝓſecutus: unde ſuccumbens in expenſis totius litis condemnatur, ſecundum Dec. hìc, per deciſionem Rom. in ſing. 401. alio
21 ſero, ubi uult, ꝙ † ſi debitor citať & abſque interpellatione extra iudiciali confiteatur debitum in iudicio, non condemnabitur in expenſis citationis, libelli & alijs antea factis : eo quia ſicut citatus coram iudice confitetur debitum : ita uerisimiliter feciſſet interpellatus, ita quòd culpa actoris expenſæ tales uidētur factæ, ideò ſibi imputari debere, per regulam damnum, de reg. iur. in vj. ſecus dicit Rom. ſi debitor conuentus negauerit debitum, quia in omnibus expenſis tunc condemnari debet, licèt non fuerit extraiudicialiter interpellatus : quia ſicut in iudicio negauit debitum, pariter ratione naturali negaſſet interpellatus : quam quidem rationem ſufficit allegare, ut in princ. iſtius regulæ dictum eſt. Facit text. no. in l. ſed & ſi lege. in §. quod ſi ab initio. ff. de pet. hæret. parū, inquit Iuriſconſultus, refert, an à principio dolosè quis in hæreditate uerſatus ſit, an ex poſt facto uerſari cœperit. Facit quod ſcribit Bart. in conſi. xcj. in quæſtione. colum. ij. ꝙ ad hoc ut quis propter iniuſtum titulum excuſetur à pœna oportet, ut ſtatim cognita iniuſtitia tituli & cauſæ deſiſtat. Eandem determinationē poſſe fieri ſubdit Dec. de eo quod dicitur in c. exceptionē. de excep. de reo qui malitiosè diſtulit except. excommunicationis opponere, ut actor expenſis uexaretur, ut in expenſis per actorem factis condemnari debeat. Et pariter de illo
22 † qui calumniosè diſtulit inſtrumentum producere, ut non audiatur niſi refectis expenſis, ut intelligatur quando aduerſarius cui expenſæ ſoluendæ ſunt a lite deſtitit: ſecus ſi in iuſtam litem proſequatur: quia uerisimiliter etiam à principio oppoſita exceptione excommunicationis, uel producto inſtrumento à lite nō deſti-

deſtitiſſet, unde eo caſu malitia rei non producentis inſtrumentum actori præiudicium non facit, ideò uidetur ceſſare ratio d.c.exceptionẽ ut hic latius per eum, qui eandem opinionem ſequitur in conſil.ccxlj. col.fin.firmans, ꝙ ubi conuentus in proceſſu de clericatu oppoſuit, & actor à lite non deſtitit, in omnibus expenſis condemnari debeat, etiam ante allegatum clericale priuilegiũ factis: quia uerilimile eſt quod litigaſſet etiam ſi à principio de clericatu foret facta fides, ut ibi per eum. Sed quicquid dicat Dec. non eſt recedendum ab opinione Bar.& communi, præſertim per hunc tex.& d. l.ſi quis inficiatus. ubi antequàm ſe iniuſtitiam fouere cognouerit, depoſitum denegando, nihil dolo malo fecit.& ultra dicta Decij uide Iaſ.in l.properandum. in.§. ſinautem alterutra.colum.vj.in ij.q.C. de iud. Paul.de Caſt.in l.deſtitiſſe.ff.de iudi.Feli.in d.c. exceptionem colum. penul.& in c.paſtoralis.colum.fi.de iudi.& in c.fi.col.pen. de calum. in quibus locis doctrinam hãc, & practicam Bar.pluribus authoritatibus corroborat. Et generaliter cõcludit
23 † non debere quem condemnari in expenſis factis, antequam conſtaret ex actis ipſum iniuſtã fouere cãm: ſed in factis poſtmodũ.Et iudicẽ admonet, ut cautus ſit in cõdẽnatione expenſarũ, habeatq; rõnem tpis, & ad tps in quo condemnãdus fuit in malitia, aut in mala fide cõſtitutus. Et ab illo tpe citra in expenſis eum condemnet, non in expen. anteà factis: quia multi, inquit, non temerè litigant uſq; ad publicationẽ proceſ poſteà uerò ſic. Accedit no.p Aquin §.nihil cõe.col.v.uer.addit tñ Are.ubi poſt illũ ait, ꝙ renunciãs liti tanquã indebitè motę, condemnandus eſt in expenſis, niſi habuerit iuſtã cãm litigandi uſq; ad renũciationẽ, ut quia productũ fuit ſolutionis inſtrumẽtũ, quã ipſe ignorare poterat. Fortius ſubiungens, ꝙ ne dũ dicto caſu ab expenſis abſolueretur actor, quinimò reus condẽnandus eſſet ſi malitioſè opponere diſtuliſſet. d.c.exceptionẽ.cũ no.ibi & per Iaſ. in d.§.ſinaũt alterutra.in ij.q. Bart. Non obſtat deciſio Roma. ſuper qua fundatur cõcluſio & cõſultatio Decij, quia i caſu illo nulla ẽ rõ, cur debitor ſuccũbens in oibus expenſis condẽnari non debeat tã rõne ſuccũbentiæ, quã temeritatis in litigando d.§.fin aũt alterutra.& l. eũ quẽ temerè.ff.de iud.& c.finem litibus.de dolo & contu. ſecus qñ conuentus habuit cãm iuſtã recuſandi & litigãdi uſque ad aliquod tps, putã uſque ad productionẽ alicuius inſtrumenti, aut uſque ad teſtiũ publicationẽ: quia cũ uſque ad illud tps nihil dolo temereve fecerit, cõdemnari aut puniri non debet.d.l.ſi quis inficiatus.& l.eũ quẽ temerè.facit tex c. cognoſcentes.de conſt.rẽ quę culpa caret in dãnum, ait, uocari non conuenit:& ſatis eſt ꝙ puniatur pro tpe ſequenti, in quo reperiẽ eſſe in culpa, & temeritati obnoxius. maximè i caſu Rom.ubi interpellatio extraiudicialis ex vrbanitate, nõ ex neceſsitate fit: iuxta l.quidã hiberus. ff.de ſeru. urb.præd.Nec refragaẽ ꝙ non deſiſtẽdo, uerũ cãm proſequẽdo, uideaẽ demõſtrare animum ſuũ fuiſſe, cãm iuiquam

iniquam proſequi, etiam ꝙ à principio ſciuiſſet ea quæ poſteà cognouit, cùm non deſiſtat. Negari enim id poteſt: quia ſi de prædictis à principio notitiam habuiſſet, forſitam iudicium non intraſſet: ſed poſtquam ingreſſus eſt, uult experiri fortunam, cùm dubius ſit euentus litis l.quod debetur.ff.de pec. Prætereà eſto, animum talem ex litis proſecutione demõſtrari: facit ne hoc quid iuſtam litigandi cauſam ad tempus uſque illud de quo ſuprà nõ habuerit? certè non: ideò ſequitur neceſſariò reſpectu prædicti temporis ceſſationis, temeritatis, & concurrentiæ iuſtè litigandi cauſæ non eſſe faciendam condemnationem expenſarum.

24 Et pro limitatione † primi membri deciſionis Roma.præalleg. in d. l.quidam hiberus, fundatæ, uide omninò Paul.de Caſt.in l.ſi reus paratus.ff.de procur.& in l. deſtituiſſe ff.de iudi.Felin. tripliciter limitantẽ in cap.ii.de accuſa. & in cap. nouit. colum.fin.de iudi. ubi etiam Deci. aliter limitant. Modern.Taurin.in l.certi condictio:in princip.ff. ſi certum petatur.

Ex quibus inferri poſſe uidetur ad aliã not.& utilem quęſtionẽ, de

25 † poſſeſſore bonę fidei, qui defuncto ſe proximiorem erroneè, puta, credens, uel hæreditatem illius ſibi ſpectare, poſſeſsionem rerum hæreditariarum apprehenderit, & fructus perceperit, quos pro cultura & cura ſuos propter bonam fidem fecit: iuxta tex.§. ſi quis à non domino. inſtit.de rerum diuiſ. inde conuentus à uerò hærede facta fide de teſtamẽto litigauerit, ſententiamque condemnatoriam expectauerit, & illius executionem, quòd tamen non teneatur ad reſtitutionem fructuum quos percepit in bona fide ſtans, quouſque pro cultura & cura ſuos fecit, ſed tantùm à tempore malè fidei citra.

Quantum uerò ad ea quæ diximus de differente malitioſè opponere uel producere aliquid, in expenſis condemnando: uidebis cumulata per Pariſ.& in d.c.exceptionem. nu.xxij.cum ſeq.

Vltimò aduerte, quia ſecundum Bart.hîc in fin. ea quæ dicta ſunt de iuſta cauſa litigandi excuſante ab expenſis, procedunt in reo: ſecus in actore, qui certus eſſe debet ante quã agat: ut hic dicitur. hinc Paul. de Caſt.in d.l.deſtitiſſe.ff.de iud.actor uerò, ait, nunquam excuſatur ab expenſis, & etiã quòd iuſtam uideatur habuiſſe ignorantiam: quia debet perquirere, aliàs punitur uti temerariè litigans, non tanquam calumniator, d.l. eum quem temerè. Quòd tamen ita generaliter & præciſè ſcribit Paul.de Caſt. uerum nõ eſt: cum etiam ex parte actoris iuſta poſſit eſſe litigandi cauſa, qui proptereà cognita iniuſtitia ſtatim deſiſtendo ab expenſis excuſari debet: ſecundum Bartol.hic ad fin.& Card. in conſi.xciiii. quem ſequitur Deci. hic.col.ii.& in fin.commenti. Adde & ponderate.text.in cap. calumniã. de pœn.qui diſponit calumniam:& audaciam temerè litigantium expẽſarum damno plecti debere. & loquitur generaliter tam in actore, quam in reo. Si igitur calumnia temeritasque

meritaſque abſit, & iuſta adſit in actore litigandi cauſa, etiam ipſe ab expenſis excuſabitur.

Verum tamen ex quo in eius poteſtate eſt quando agat, & antequã ingrediatur iudicium certus eſſe debeat, ut dicunt Bart. & docto. Iuſta magis litigandi cauſa in actore, quã in reo requiritur, arbitrio tamen iudicis totum relinquitur. arg. l. j. cũ ſim. ff. de iure delib.

SVMMARIVM.

1 *Cumulatio in exceptionibus admittitur. & nu. 8. Amplia. n. 2. 3. 4. Limita. nu. 9. 12. 13. 14. 15.*

5 *Homicidium negans, ſi fuerit conuictus poteſt excipere ad ſui defenſionem feciſſe.*

6 *Homicidium confitens ad ſui defenſionem feciſſe, tenetur probare defenſionem, aliter punitur.*

7 *Negans debitum, ſi fuerit conuictus an poſsit bonis cedere.*

10 *Cautela ad proponẽdum contrarias exceptiones.*

11 *Actiones oppoſitæ uel remedia contraria, an & quomodo poſsint cumulari.*

16 *Negatio dicitur defenſio.*

L. XLIII. VLPIANVS.

NEMO ex ijs, qui negat ſe debere, prohibetur etiam alia defenſione uti, niſi lex impediat.

SVMITVR ex legibus per glo. alleg. clara eſt, quamuis materia ſit ualdè diffuſa, & plenè à ſcribẽtibus tractata in l. edita. in materia cum relationis. C. de eden. per Sa... in l. j. C. de fur. Paul. de Caſt. & Soci. in l. is qui. & in l. is qui. & in l. nemo. ff. de excep. Canoniſtas in c. nullus pluribus, de reg. iur. in vj. in c. auditis, de præſcrip. & in c. paſtoralis, de except. & Ang. Aret. in §. idẽ iuris. fol. iiij. inſti. de except.

Nota quòd licèt actor cumulare non poſsit, & ſimul pluribus ac uarijs actionibus uti contra eundem, l. quod in hæredem. §. eligere. ff. de tribut. & de elect. in vj. cap. ut qui
1 duas. attamen reus † pluribus & diuerſis exceptionibus uti poteſt, & ſic admittitur cumulatio in exceptionibus: ut etiam in d. l. nemo. & in locis præalleg. traditur. & in cap. inter monaſterium. de re iudi. & in l. quidam conſulebant. etiam de re iudic.
2 ff. Et procedit † regula quamuis opposuerit quis facti exceptionẽ: exempli gratia, negando ſe teneri, quia nunquam debuit, aut quia ſoluit, & ita hic loquitur Iuriſcõſultus, quòd notari mandat glo. in facti quæſtione ſic obtinuiſſe dicens, quæ uerba nota, quia forſitan alibi ſimile uer-
3 bum non dixit. Item procedit † non ſolùm in diuerſis, ſed etiam in contrarijs exceptionibus, niſi prohibeat lex: ut hic, & in d. c. nullus pluribus. & præalleg. l. nemo. ſecundum gloſ. & ſcribentes in locis præalleg. Et
4 quod fortiùs eſt, ſiue † conditionaliter & ſucceſsiuè proponantur, ut quia negetur debitum: & ſi probari contingat, opponitur exceptio ſolutionis, uel pacti de non petendo. l. ſi quidem, cum glo. C. de except. Siue ſimpliciter & purè proponantur contrariæ

trariæ exceptiones, ſolutionis, præſcriptionis, uel priuilegij: de quibus in d.c.auditis. quia in dubio ſubdiſiunctiuè propoſitæ cenſetur: caſu uidelicèt, quo una non probetur, alia propoſita & oppoſita, ita quòd de una ad aliam ſit tràſitus. dictum eſt ſingulare Innoc.in d. c. auditis. communiter per doct. approbatum: ut hìc per Dec. & Soc.in d.l. nemo. & alios ſcribètes tam logiſtas quàm canoniſtas. in locis ſuprà allegatis. Quinimò licèt prima inſtantia malitioſè quis exceptionem talem proponere diſtuliſſet, & uti defenſione, adhuc in cauſa appellationis opponere, excipere, & proponere poterit, ac ad talem defenſionem tranſitum facere, ſecundum receptiorem ſententiam: ut per Soci.in l. is qui. ff.de except.

5 Et per hanc regulam infertùr, ꝙ accuſatus de homicidio, ſi negauerit & fuerit conuictus, poteſt alia defenſione uti, excipiendo ad ſui defenſionē ſe illud feciſſe: ut poſt Bar. & alios hìc ſcribit Dec. Veraque eſt & cōmuniter recepta ſentētia, quicquid Ioan.de Ana.ſcripſerit: ut per Soc.in d.l.nemo.col.fi.Phil. Franc. in d.c.nullus pluribus.& Feli. in d. c.paſtoralis.colū.vij. ubi Dec.vj. & Pariſ.xvij.de excep.

6 Et eſt not.incidenter, quòd † ēt ſi à principio accuſatus ad ſui defenſionem diceret homicidium feciſſe, teneretur defenſionem allegatā probare, aliàs de homicidio taliter confeſſus puniendus eſſet, quia lex præſumit, quòd dolo fecerit.l.j.C.de ſicar.ut per Soc.pulchrè in l.non utique.ff.de except.& Aquen. in repetitio.l.ut uim.colum.xx. ff. de iuſti. & iure.Dec.in c.cùm uenerabilis.colum.x.de except.

7 Pariter † debitor qui negauit debitum, ſi conuictus fuerit, tranſire poterit ad beneficiū ceſsionis per hanc regulam, quicquid dixerit Angel. Aret.ut hìc per Dec.Sed Iaſ.in.§.fin.inſtit.de actio. ſequitur Angel. remittens tamen ſe ad diſtinctionem Bal. etiam per Deci.allegatam in l.j.col. j.C.qui bon. ced.poſ.quæ pro deciſione prædicta facit: dum uult, quòd ante ſententiam poſsit conuictus debitum confitendo beneficium ceſsionis allegare, etiam quòd non habuerit iuſtam cauſam litigandi: ſed poſt ſententiam ita demum ſi iuſtam cauſam litigandi habuerit. & plures caſus ubi beneficiū iuris perditur propter negationem, Iaſ.ponit in l. ſicut. in §.quod autem.ff.de re iudi. de præſenti tamen nullam mentionem faciens. Pro dicta concluſione Bald. Salic. Deciique & communi facit, quia ſi reus negat factum per actorem propoſitum, talem negationem eſſe punibilem non reperitur in iure, niſi in caſibus à iure expreſsis ſecundum communiter ſcribentes: ut per Soc.in d.l.nemo.circa fi.ff.de except.ſed iſte caſus non eſt de illis, ergo &c. Vt ergo ex prædictis apparet

8 † poteſt quis duplici iure ſe defendere & iuuare: priuilegio puta, & iure cōi: uel duplici titulo: priuilegio ſcilicet & preſcriptione: ut tradunt ēt Philip.Franc.& alii in d.cap. nullus pluribus.& Gem.in c.ſunt perſonæ uer.quod ſi tales. per illum text. de priuil.in vj.ubi no.circa acquiſitionem eiuſdem iuris, poſſe quem duplici

plici iure ſe iuuare. Hinc ēt dicit Feli. in c. paſtoralis. col. v. de except. ꝙ ſe defendens poteſt ſucceſsiuè pluribus uti titulis: de quo pulchrè per eundem Fel. in c. in noſtra. colū. ij. uerſi. titulus multiplicatur. de reſcr. Pariter duplici legitimatione, doctoratuque duplici, & multiplicatis appellationibus ſe iuuare quis pōt: ut per Dec. in conſi. lv. colū. iij. & in c. bonæ. col. j. & fin. de appel. Limita
9 modò hanc regulam, †ubi reus pro poneret exceptiones cōtrarias in facto, ſiue præciſe contrarias, & incōpatibiles, puta, ſi opponeret de pacto facto certa die in hac ciuitate, & de ſolutione eadem die facta in ciuitate Venetiarum, quia repelleretur. ſecundum Raph. Com. & Soc. in d. l. nemo. ad fin. commenti. per l. ſcripturæ. C. de fide inſtr. & l. ubi repugnantia. ꝟ. eo. per rerum enim naturam hæc prohibentur: ideò nulla lege firmari poſſunt. d. l. ubi repugnātia. Et idem poſt Dyn. & Salic. uult in effectu Ang. Are. in §. idem iuris colū. xv. inſti. de except. dicens, ꝙ ſi conditionaliter & ſucceſsiue contrariæ exceptiones proponantur, id à iure permittitur. ſi uerò ſimpliciter, uel non ſunt penitus contrarię priuatiuè, quia aliquo reſpectu & caſu poſſunt ſe compati: exempli gratia, ſi nego ſimpliciter me teneri aut debere, & oppono etiā pacti exceptionem, eligere non cogor aut declarare, cur in genere dixerim me non teneri, aut debere. Hæc. n. non ſunt penitus contraria, quia uerba illa non teneri, aut debere, effectum potius concernunt, quàm uerba. l. pen. §. decedere. ff. ne quis eum qui. Aut ſunt oppoſitæ priuatiue omni reſpectu & caſu, & etiam reus eligere tūc cogitur: cum incompaſsibilia non ſint ſimul uera. d. l. ubi repugnātia. Ex quo Angel. practicantes admo-
10 net † ut diuerſas aut contrarias exceptiones conditionaliter & ſucceſſiuè proponant, & opponant, negando puta debitum: & ſi probetur, ſolutionis uel pacti de non petendo opponatur exceptio. Aut negando homicidium imputatum, & ſi probetur, ad neceſſariam defenſionem allegetur factum. Et in ſimili etiam practicatur per condemnatum dicētem ſententiam nullam, & ſi qua ſit appellantem: & in alio etiam libello in quo dicit quis ſententiam nullam, uel petit reſtitui in integrum:
11 ut hîc per Decium. Sed † an, quomodo, & qualiter duæ actiones oppoſitæ uel duo remedia contraria ſubordinatè cumulari poſsint: tradit Rom. in conſi. cccxcij. col. ij. Alexā. conſilio lviij. colum. j. libro quinto, omnes ſcribentes in l. ædita. in materia cumulationis. C. de edend. Et quomodò pronunciare debeat appellationis iudex, ubi quis dixit ſententiam nullam, & ſi qua erat appellabat, declarat Alex. in conſil. ccxxx. libr. vj.

Secundò principaliter limita re-
13 gulam cum prædictis † reſpectu probationis: quia licèt contrariæ exceptiones opponi ſimul poſsint, probari tñ non: ita ꝙ licèt ad excipiendum quis admittatur, non tñ admittitur ad probandū cōtraria: ut poſt Canon. ſcribit Soc. in d. l. nemo. in princ. & Fel. in c. imputari. per illū textum, de fide inſtrumentorū in v.

declaratione, ubi ſublimitat. & in capitulo paſtoralis.colum.v.eodem tit.ubi poſt Bald.ſcribit, quòd ſi ad probandum admiſſus fuerit, tenet probatio. facit quod ſcribit Alexander in l.ſi alienam.colum.ij.ff. ſolu. matrimonio.

Tertiò reſtringe procedere prædicta † in pluribus exceptionibus cō-
13 trarijs: ſecus eſſet in una contraria exceptione, ubi reus non audiretur contrariā proponens.l.ij.uerſic. ſed alius.cum not.ibi per Ang.ff.quando appel.ſit. cum alijs hic per Dec. alleg.& per Felin.in d. c. paſtoralis. col.v.& Pariſ.xiiij.de except.probaturque hæc reſtrictio ſatis cōcludenter.in d.l.ubi repugnantia.cum præ alleg. ſed reſpectu huiuſce regulę loquentis de proponente plures exceptiones contrarias: limitatio iſta non eſt bona.

14 Quartò † limita quādo onus probationis proponenti contrarias exceptiones incumberet,& actor non grauaretur onere probandi,ut in exceptione præſcriptionis, & priuilegij,ac pacti de non petendo: ut hîc, & in dicta regula, nullus pluribus. & in c.auditis.prælle.ſecus ſi actor grauaretur onere probandi, ut quia reus pecuniam numeratam eſſe negat,& etiam ſoluiſſe dicit, nam iſtę exceptiones ſimul proponi non poſſunt. ſecundum Bart.in d. l. nemo. & ſequitur ſimpliciter Phil.Fran.in d.c.nullus pluribus. Dec. uerò in d. c.paſtoralis, & hîc,firmat oppoſitū: quia in utroque caſu eadem uidetur contrarietas,quæ uia exceptionis admittitur,ut hîc per eum. Recedendum non eſt ab opinione Bart. quæ communis eſt, & quam poſt plures ibi citatos ſequuntur Soci.in d.l. nemo.Feli.in d.c.paſtoralis. colum.v. ubi Pariſ.xiiij. Et eſt etiam iſtud ratione ordinis,ſeu ex neceſsitate ordinis opponendi, ut declarat Barto.in l.nemo.& Bald.in l. peremptorias. col.pen.C.ſenten.reſcin.non poſ. ſequitur Soci.loco præalleg. & conſequenter quamuis utroque caſu, ut Dec.ait,eadem ſit contrarietas, hîc plus eſt:quia accedit & concurrit ordinis neceſsitas.

15 Quintam limitationem ſecū fert regula, † quando lex eſſet impedimento.exempla ſunt in gloſſ.& clarius proſequitur glo.in d.capit.nullus pluribus, lex enim huiuſcemodi iudiciorum & ordinum domina eſt l.deprecario.ff.ad leg. rhod. de iac. facit text.in c.leges.C.de legib. cum ſimilibus.

16 Poſtremò not.ex tex. ibi, alia defenſione uti. quòd † negatio dicitur defenſio propter dictionem, alia, quæ ſimilitudinem denotat:proprie tamen dicitur exceptio.Decius. hîc ad fin.commenti. quod per probabiles & palpabiles rationes probant Socin.in rubr.ff.de except.Fel. Dec.& alij Mod.in rubr. extra eo.tit.de except.

SVMMARIVM.

1 *Actor ex pluribus actionibus ad idē concurrentibus unam tantum eligere tenetur.*

2 *Actor quando poſsit conficere libellum incertum.*

§. Quotiens concurrũt plures actiones eiuſdem rei nomine: una tantùm quis experiri debet.

In glo. ſunt concordantes. Licet ergo, ut in princ. huius legis dictum fuit, reus pluribus exceptioni-
1 bus uti poſsit: actor tamen † qui remedium præuidere potuit, plures actiones eiuſdem rei nomine proponere uel intentare non poteſt, ſed ut hic dicitur, una tantùm experiri.
2 Vnde † quando impeditur, puta facto aduerſarij, ex quo à ſeipſo certificari non poteſt, admittitur libellus incertus. l. j. §. qui autem. ff. quorum leg. prætereà, ut ait Bart. hæc regula continet longam & amplam materiam cumulationis, quæ ordinariè examinatur, ubi latè ſcripſi in l. ædita. C. de eden.

SVMMARIVM.

1 *Hæres qui ex proprio delicto conuenitur, tenetur inſolidum.*

2 *Hæres quandoque tenetur ex dolo defuncti de eo quod ad eum peruenit.*

3 *Hæc regula quomodò procedat.*

L. XLIIII. VLPIANVS.

TOTIENS in hæredem damus actionem, de eo quod ad eum peruenit, quotiens ex dolo defuncti conuenitur, non quotiens ex ſuo.

1 Haeres igitur, † qui ex ſuo dolo, & ex proprio delicto conuenitur, inſolidum tenetur, etiam quòd ad eum nihil peruenerit: ſed ex dolo defuncti non, ſed de eo tantùm quod ad eum peruenit: ut hic & in l. quod in hæredem. §. ſi ſeruo. ff. de tribut. à quo præſens regula ad uerbum deſumpta fuit. nec mirum eſt: conſtitutio enim ciuilis eſt, pœnalibus actionibus hæredes non teneri. l. j. ff. de pri. deli. neque minus natura hoc dictat, ſecundum glo. ibi. Et quemadmodum dicit text. not. inſtitu. de perpet. & temp. act. in §. non autem. non omnes actiones, quæ in aliquem aut ipſo iure ciuili competunt, aut à prætore dantur in hæredem, equè competunt, aut dari ſolent. Eſt enim, inquit, certiſsima iuris regula ex maleficijs pœnales actiones in hæredem nõ competere: ueluti furti, ui bonorum raptorum, iniuriarum, damni, & legis Aquiliæ niſi uerò de eo quod ad hæredem peruenit, in eum daretur actione, locupletaretur cũ aliena iactura & damno proximi, quod eſſet abſurdum & contra ius naturę. Quandoque
2 † tamen etiam de eo quod ad eum non peruenit ex dolo defuncti tenetur hæres, ut in condictione furtiua propter frequentiam furtorum. Deci. hic. Bart. & alij in l. j. ff. de priua. delict. Præterea, & ſi regulariter, ut hic dicitur, ex dolo defuncti non teneamur, niſi pro ea parte quæ ad nos peruenit, datur tamen depoſiti actio in hæredem ex dolo defuncti inſolidum: cùm dolus ex contractu, & rei perſecutione deſcendit: ita dicit Iuriſconſultus in. l. ſi hominem in §. datur. ff. depoſi. & ita intelligitur

3 tur † hæc regula de dolo extra contractum commiſſo: ſecus ſi in contractu.d.§.datur. De materia verò iſtius regulæ latius tradunt ſcribentes.in d.l.j.ff.de priuat.delic.in præ alleg.§.non autem.& in l. unic. C. ex delict.defunc.& Aretin.in rubr. ff.de acquir.hære.

SVMMARIVM.

1 *Res propria pignorari non poteſt.Limita dupliciter.nu.2.*

3 *Depoſitum,precarium, & locatio in re propria non fit.Limita,nu.4. 6.*

5 *Exceptio proprietatis non admittitur in poſſeſſorio reſtituendæ,etiam quòd excipiens incontinenti uellet eam probare.*

*L.ſi quis conditionis.C.loc.declaratur,& ornatur.*

7 *Conducere reſpectu proprietatis, uel poſſeſsionis,quando quis dicatur.*

*L.pen.C.depoſ.l.planè.ff. eod. de quo depoſito loquantur. nu.8.*

9 *Emptio rei propriæ non ualet.Intellige ut nu.10.& 11.*

*L.ſi tibi.§.ſi hi quorum.ff.man. quo modò intelligatur.*

L. XLV. VLPIANVS.

NEQVE pignus, neq; depoſitum, neq; precariũ, neq; emptio, neq; locatio rei ſuę conſiſtere poteſt.

EST clara,& ſumpta ex legibus per glo.alleg.

1 Nota ergo primò,† rem propriã alicui pignorari non poſſe. concordat tex.in l.ſi rem alienam. la ij. & ibi not.ff.de pignor.actio. Et eſt ratio: quia ſicuti quod meum eſt, amplius meum fieri non poteſt:ideò rẽ propriam ſibi dari inutiliter quis ſtipulatur: ita habenti plenum & totale ius in aliqua re, ius aliquod ex cõſtitutione pignoris acquiri non po-

2 teſt: ut hic per Dec.dupliciter † limitantem: primò, quando res eſt irreuocabiliter & perfectè mea, ſecus ſi reuocabiliter aut minus perfectè. Secundò quando quis haberet dominium de iure communi, ſecus ſi de iure ſpeciali: ut etiam per eundem Dec.in l.non ut ex pluribus. per illum text.ỹ. eod. * Limita tertiò ut text.procedat in re propria omni iure,aliàs ſecus. ut pulchre per Ioan. Anan.in cap. conqueſtus. colum. j. per illum text.de uſur. quæ limitatio optimè probatur per rationem de qua ſuprà,& infrà ſtatim dicam. Vide etiam Moder.de Fano in trac. de pignor.in ultimo membro quintæ partis princ.colum.iij. Item limita ut per Bart.in l.mulier. in fine ſuprà qui potior.in pign.hab.] Pro ratione aſsignata ad regulã,facit quod dicitur de plenitudine,quòd nõ indiget adiectione.vj.q.j.c.omnia. ad limitationes prędictas adde quę ſcribunt Moder.de Fano in tract.de pigno.fol.xlvij.col.iij.uerſic. ſecundò fallit.nu.clxxiij.& fol.lxvj. colũ. iij. uerſi.ſed dubitatur.num.lxxix. cum ſeq.ubi propterea concludunt,ꝙ fideicommiſſarius uniuerſalis poſt factam reſtitutionem uerbo,agere poteſt hypothecaria, ſed non poſt factam realem reſtitutionem: quia tunc perfecte eſt dominus.l. reſtituta.& l.facta. in princ.ff. ad Trebellia.

ſia. licet dubitauerit de hoc & cogi tandum reliquerit Iaſ.in l.j.C.com mu.de leg.

3 Secundò nota, † depoſitum, precarium, & locationem propriç rei non tenere, nec ſubſiſtere: ad idē eſt text. not.in l.qui rem.ff.depoſi. ubi etiam commodatum additur. Ex depoſito, commodato, locato, uel precario rei ſuæ (dicit Iuriſconſultus) non poteſt quis conueniri actione ex tali contractu: quia eſt inualidus. Adde alium text. elegantiſſimum, & aureis literis ſcribendum in l.bona fides.ff.depoſ. ad propoſitum noſtrum facit fin.uerſi. ſimile, inquit, depoſitum nec ex iure gentium conſiſtet, cuius hæc eſt poteſtas, ut alii non domino ſua ipſius res, quaſi aliena cuſtodienda detur. Et generaliter quare in omnibus prædictis caſibus non ſubſiſtat contractus, nec detur actio ex tali cōtractu contra dominum rei, poteſt dici eſſe: quia in re ſua quilibet eſt moderator & arbiter.uulg.l.in re.C.mand. ideò nimirum ſi cōtra ipſum rei dominū, actio non datur.

Paul.de Caſt.& Alex. intelligunt

4 prædicta procedere † quando ageretur actione ex dictis cōtractibus deſcendente ut repellatur actor, quia contractus non tenet: ſecus dicunt ſi agatur condictione ex l. ſi quis cōductionis.C.loca. quæ in contractu locationis directa competit: ſed utilis etiam in aliis, in quibus ad reſtitutionem eiuſdem rei contrahitur obligatio: ut ibi not.& in d.l. ſi rem alienam.§.de pig.act.tūc obijci mihi non poſſet exceptio de dominio tertii, nec de proprio: quia uidetur

5 quodammodo † agi poſſeſſorio reſtituendæ, in quo non admittitur etiam exceptio proprietatis, licet excipiens paratus eſſet incontinenti probare: quia ſpoliatus ante omnia reſtituendus eſt.l.ſi quis à ſe fundū C.ad legem Iul.de ui. ut per Paul. de Caſt.in d.l.ſi rem.Alexā. & alios in locis infrà alleg.Dec.contradicit: quia ex qno non ſubſiſtit cōtractus, non uidetur habere locum quod dicitur in d.l.ſi quis cōductionis. Vel ſaltem conſideratio Paul.& Alex.intelligenda uidetur, quando ſcienter facta fuiſſet conductio ab ipſo domino: ſecus ſi ignoranter: ut per Cur. Sen.in conſil.lxxj.col.vj. Imol. in l. ſi alienam.ff.ſol.matr.arbitrabatur, quòd licet de dominio tertij opponi non poſſet.l.indebite.§.fin.ff. de cond.indeb.ſecus tamen eſſet in dominio conuenti. Quod poſt Roma. reprehendit ibi Aret.ad fi.commenti, per text. d.l.ſi quis conductionis. ſic inducēdo, nam dicitur ibi, quòd agenti condictione ex lege, ad rē locatam, exceptio dominij opponi nō poteſt: ſed fieri debet prius reſtitutio, & poſteà de proprietate quæri. ſi text.ille de dominio tertij loqueretur, non diceret poſt rem reſtitutā agi de proprietate per reſtituentem poſſe. ſi enim ad eum non pertineret dominium, quomodò de proprietate poſſet agere? Eandem opinion.poſt Bar.ſequitur Alexand. in d.l.ſi alienam. colum. ij. & iij.& in l.ſi aliquam rem.col.fin.ff.de acqu. poſſeſſ.ubi multas utilitates congerit reſultantes ex hoc, quòd contractus rei ſuç non ſubſiſtat, quāuis remedio.d.l.ſi quis cōductiōis.rei ſuç

poſſit locator poſſeſsionē conſequi. Quibus pariter aſſentiuntur Aquē. in d.l.ſi aliquam.colum.fin. & Fel. in c.inter dilectos.colū. pen.de fide inſtr.ubi dicit,quòd non ſolùm cōdemnaretur eo caſu conuentus ad reſtitutionem rei: imò & ad æſtimationem ipſius rei,per l. cōductores. C.loca.quæ procedit non ſolùm in conductore,uerum etiam in hærede & ſucceſſore ipſius. uide etiam dominos Rotę ſublimitātes deciſ. 233. in nouis.& confirmat Alex. conſil. xij.lib.iiij. concludendo prælleg.l. ſi quis conductionis.loqui, quando contra conductorem uel illius hæredem ageretur perſonali actione ſeu condictione ex illa l. ſi quis conductionis.ſecus ſi ageretur contra ſingularem ſucceſſorem conductoris, aut ſi poſſeſſor actione reali conueniretur rōne dominij agentis, quod aliter quàm per inſtrumentum prædictę locationis probandum eſſet: ut ibi per Alex.& Soc.conſi.15. col. pen.uol.ij.quod ſecūdum ordinem continuatiuum eſt conſi. clxvij. ubi extollit not.Salic.in d.l. ſi quis conductionis. quòd eo modo conuentus nōn poteſt excipere de dominio etiam quòd incontinenti illud probare paratus ſit,p prædicta. de quo etiam per Iaſ.in conſi.clviij. colū.j. uol.ij.& Matth.de Afflict. in deci. Regni.xij.ubi ponit,quòd confeſsio extraiudicialis parte abſente facta, & depoſitio unius teſtis de locatione rei petitæ conditione d. l. ſi quis conductionis. coniunguntur, & teneri quem faciunt ad reſtitutionem rei locatæ ex remedio prædictæ legis,& plura ſcribit Curt. ſenior in conſil.lxxj.in primo artic. Et conſequenter quicquid hic Dec. dicat, licèt contractus locationis rei proprię non ſubſiſtat: habet tamen locū remedium.l.ſi quis conductionis. ratione prædicta & ne illudantur locatores. Et licèt prędicta non referant,Moder. Taurinen. in ſpecie reprehendunt Dec.hic in l.ij.in prin. in iiij.colum.ff.ſi certum pet.reſpōdentes motiuo ipſius Dec. ꝙ etiam in d.l.ſi quis conductionis. contractus nullus erat,& tamen de dominio conuenti,ut ſuprà uidimus, opponi non poteſt: ſed ſi ex locato actum fuiſſet,potuiſſet agens repelli, ut Dec.& præalleg.dicunt, ſed agendo ad poſſeſsionem condictione ex lege illa, nequaquam, odio ſcilicet ſpolii,ut dictum eſt. Nec differētia quam facit Deci. inter ſcienter recipientem depoſitum uel conductionem rei ſuæ, & recipientem ignoranter, procedit. talis enim differentia attenderetur, ſi recipiens ultra dominium haberet poſſeſsionem, quā perderet aliàs.d.l.ſi rem aliquam.ff. de acquir.poſſeſſ. ſecundum prædictos Moder.Taur.ſic loqui dicentes Curt.in conſil.pręalleg.Sed quia dictum doctoris intelligi debet ſecundum allegata per eum.Bart.in l.nō ſolùm.in §. ſi liberationis uerba.ff. de lib.leg.& Curt.per Dec.alleg.loquitur in prædictis terminis quādo conductor erat dominus & poſſeſſor,ut etiam ſtatim dicam; malè uidetur improbari Decij declaratio, quia iuxta prędictos terminos intelligi debet.ſed ſi conductor nō eſſet poſſeſſor,ſed dominus:uerum eſſet, quòd ſiue ſcienter, ſiue ignoranter à poſ-

à poſſeſſore conducat, locum ſibi uẽdicat diſpoſitio. d.l. ſi quis conductionis: ut ibi per Curt. in iiij. uol. quia cùm antea non haberẽt poſſeſſionem, ratio nulla eſt, cur petenti ex remedio d.l. ſi quis, non debeat illam reſtituere: & inde ſi uoluerit de proprietate litigare. De prædicto articulo uide Curt. in præd. alleg. conſilio. lxxj. in prima diffic. ubi poſt Iacob. But. Petrũ de Bellapertica. Cy. Alber. & Salic. & communiter ſcribentes concludit, quòd ſi locator ageret ad rei reſtituendam poſſeſſionem, ſi conductor dominus erat & poſſeſſor tempore conductionis, & ignorabat referens quęſtionem poſſeſsionis & proprietatis, audietur: quia non debet reſtituere quod nõ perdidit. nam neque dominio, neque poſſeſsione. l. ſi id quod. & l. ſi aliquam rẽ. ff. de acq. poſſ. priuatur. ſic enim conducens, ſi ignoret ſe poſſidere, poſſeſsionem non perdit, nec uoluiſſe uidetur deſiſſe poſsidere, quia deficit animus poſſeſsionis perdendæ, ſecundum omnes in d.l. ſi aliquam. ſicque iſto caſu in conducẽte ignoranter, locum habere non poteſt diſpoſitio d.l. ſi quis conductionis. ſecus ſi ſcienter conduxiſſet & animus ſic conducentis eſſet poſſeſſionem transferre, animusque locantis acquirere. in locatorem enim trãſlata tunc eſſet poſſeſsio: ut ibi per eum. tu uide Alex. in d. l. ſi aliquã. colum. pen. tenentem poſt Bartol. & alios, quòd iſto caſu conductor poſſeſsionem perdat, & locatori acquiratur. Quando itaque ſcienter rem meam conduco tanquam meam, & à me poſſeſſam, non perdo dominium. l. ei à quo. in uerbo locationẽ. cum glo. ff. de uſucapio. & eſt communis ſcribentium ſententia: ut per Alex. in d. l. ſi aliquam. col. vj. & ſequen. poſſeſsionem tamen perdo, quia ex conducto eam habere cogitaui, & deſinere poſsidere: ut ibi per Alex. in viij. colum. firmantem quoque iſto caſu non ſubſiſtere locationis & cõductionis contractum. d. l. ei à quo. & l. ſuæ rei. ff. de contrah. empt. & eſt textus hîc in regula præſenti, reſtituenda tamen eſſet poſſeſſio agenti remedio. d. l. ſi quis cõductionis. quia ut dictum eſt, ſpoliatus ante omnia reſtituendum eſt.

6 Intellige quando † conduceret reſpectum proprietatis: ſecus ſi reſpectu poſſeſsionis quam habeat, quia ſubſiſteret tunc contractus locationis & conductionis. d. l. ſi aliquã rẽ. tradit Paul. de Caſt. in l. qui rem. ff. depo. ſequitur ſimpliciter Dec. hîc, & ſcribentes in d. l. ſi aliquam. conducere † aut reſpectu proprietatis uideor, quando conduco fundum uel rem: reſpectu uerò poſſeſsionis, quando poſſeſsionem conduco: in dubio uideor cõducere reſpectu proprietatis, & nihilominus uidetur etiam facta conductio reſpectu poſſeſsionis: ut per Alexand. in d. l. ſi aliquam. colum. pe. ubi not. declarat, quòd licèt conductio facta uideatur reſpectu proprietatis & poſſeſsionis quando tamen conductor eſt dominus & rem ſimpliciter conducit uel ſcienter, licèt tunc facta uideatur reſpectu proprietatis & poſſeſsionis, non ualet conductio, quamuis ualeret, ſi dictum fuiſſet reſpectu poſſeſſionis: quia cùm ualere nequeat pro

7

prietatis

prietatis reſpectu, nõ ualebit etiam reſpectu poſſeſsionis.& ſequitur ibi dem Aquen.colum.penult. quia ſi non ualet expreſſum, non ualet etiã tacitum.arg.l.iij.§. qui habet.ff. de ſeru.ruſtic.præd.ut etiã ibi per Alexan.in iiij.col.

Si quis igitur poſsidet rem ſuam, & ſcienter eam conducat, reſpectu poſſeſsionis tantum, locationis, & conductionis contractus ſubſiſtit.l. ſuæ rei.ff.de contrahen.empt. uidetur enim ſic cõducens poſsidere uelle deſinere, & in alium poſſeſsionẽ transferre.l.qui bona. & in l. interdum.ff.de acquiren.poſſ. ideò nimirum ſi talis contractus ualet: ſecus eſſet in contractu emptionis. ut hîc & in d.l.ſuæ rei.ac §. rei ſuæ.l. ſi in emptione.ff.de contrahend. empt. ubi eſt caſus de emptione poſſeſsionis rei ſuæ penes uenditorem fortè exiſtentis, qui ualet:ſecus ergo ſi poſſeſsio ſit penes emptorem. nam ſi uolo emere poſſeſsionem rei, quæ mea erat,& apud me emptio nõ ualet,iuribus allegatis. actus enim emptionis,non eſt actus per quem emptor ſe uelle deſinere poſsidere declaret,aut in venditorem transferre: imò ecõtrariò uult acquirere, ſeque penes habere.unde non ualet. quia ad perdẽdum poſſeſsionem emptio non tendit: ſed contractus conductionis factus à poſsidente eſt actus qui ad hoc tendit,ut cõductor poſsidere deſinat.d.l.interdum.§.ſi. prout no.declarat Alex.in d.l.ſi aliquã. col.x.Sed dices tu,nonne regula iſta etiam loquitur. ꝙ non ualeat? Reſpon.procedere qñ reſpectu proprietatis ſit conductio: ut patet ibi, rei ſuæ. quo caſu, ut in ſuperioribus dictum eſt non ſubſiſtit: ſecus quãdo reſpectu poſſeſsionis: quia conducens uidetur uelle deſinere poſsidere & in alium transferre, ab illo inde tenere.poſſeſsio ergo, quę apud me erat,conduci à me poteſt:emi uerò non. ratione præalleg. Et conſequenter emptio & locatio à regula noſtra parificata iſto caſu à pari nõ procedunt. Reſpondere tamen potes, ꝙ æquiparatio eſt reſpectu proprietatis,quo caſu à pari bene procedunt non autem reſpectu poſſeſsionis, quo quidem reſpectu à pari nõ ambulant,pec rationem prædictã.

Ex his & dictis ꝑ doct.i locis præalleg.habes pleraſque limitationes ad d.l.ſi quis conductionis. & ultrà uide pulchrè Iaſon.in conſi.clviij.libr.ij.ubi conſuluit,conductorẽ obiicere poſſe locatori exceptionem dominij, & ſic domino agenti, idque ex dominio ſibi nouiter acquiſito, & locationis titulo extincto. ut ibi per eum.

Reſtat tandem difficultas, quia hic text.uult contra agentem ad reſtitutionem depoſiti,dominij quæ-
8 ſtionem referri poſſe, contra text.l. pen.C.depoſit.& l.planè.ff.eod. tit. Pro ſolutione uide Alex.in l.ſi alienam.prçalleg.colum.ij.Modern.Papien.in l.bona fides, colum.ſi.ff.de poſit.ubi reiecta ſolutio.Alexand.licet eum non nominent, multum ſe inuoluunt aliter reſpondentes: ſed eorum ſolutio cõfunditur ex dictis Alexand.loco præallegato. Vt arbitror accommodari poteſt ſolutio ex dictis ſuprà in princ.ij.nota.& Pau. de Caſt.in l.qui rem.ff.depo. quod ſi

ſi agatur actione depoſiti, obſtat exceptio dominij: quia non potuit in re propria depoſitarii depoſitũ fieri prohibēte lege. & ſic cùm exceptio talis arguat depoſitum non fuiſſe, mirum non eſt ſi opponi pôt, quia iura præallegata uolentia exceptionem dominii opponi non poſſe aduerſus petentem reſtitutionem depoſiti, intelliguntur de uero & proprio depoſito, quale non eſt iſtud de quo loquimur, ergo &c. Si autem agatur utili condictione ex remedio dictæ l. ſi quis conductionis. ad reſtitutionem depoſiti, tunc ſecus, per ea quæ in ſuperioribus latè diximus.

9 Tertiò nota ex hac regula, † ꝙ non ualet emptio rei propriæ, concordat text. in l. rei ſuæ. & in §. rei ſuæ. l. ſi in emptione. ff. de contrahē. empt. l. ſi aliquam rem. ff. de acquir. poſſ. & in l. cum res. C. de contrahē. empt. cùm aliis ibidem per gloſſ. allegatis. Intelligiturque hoc ſiue ſciēter, ſiue ignoranter talis contractus cele-
10 bretur: niſi † ut dixi, ratione poſſeſſionis penes uenditorem exiſtentis: uel alterius iuris deficientis. ut hîc per Decium, & per gloſſ. in d. l. cum res. addentem emptionem ſub conditione contractam, de quibus per Bald. & ſcribentes ibi. & licet iſte nõ ſint propriè limitationes: ut etiam hîc ſentit Dec. quia emptio in caſibus prædictis de iure non exiſtente penes emptorem fit, ideò nimirũ ſi huiuſcemodi emptio ſubſiſtit, ut in ſuperioribus diximus. Vltimò intel-
11 ligitur regula † in domino, qui rem ſuam emeret, ſecus ſi alteri mandaret emendam: quia poteſt per aliũ, quod non poteſt per ſeipſum. l. ſi tibi. § ſi hi quorum. ff. manda. Intelligendo quando emptio fieret nomine mandatarii, non nomine mandātis: ut ibi per Paul. de Caſtro, ſecundum Dec. hîc, qui contrarium tenet concurrentibus duobus de quibus in illo text. ut hîc per eum. Aduerte quia ſecundum impreſsionem libri mei, Paul. de Caſtro ibi nihil ſcribit, ſed bene in l. debitor. in princi. ff. de pign. actio. & Moder. de Fano in tract. de pignorib. fol. lij. colũ. ij. uerſic. decimò limita. ubi dicunt, ꝙ licet emptio rei ſuæ non ualeat, eo quòd res ſua amplius ſua fieri non poteſt: mandatum tamen alicui factum de emendo rem mandātis nomine ipſius mandatarii, ualet, quia mandatarius tunc emendo nomine ꝓprio acquirit ſibi dominiũ, quod poſteà in mandantem transferre actione mandati tenetur. ita intelligitur text. §. ſi hi quorum. ſuprà alleg. ſecundum eos. Quod magis mihi placet, quia cùm mandatum fuiſſe dicatur, ut res uenales prædictas mandatarij emerent, potius nomine proprio quàm alieno, & ſic mandantis intelligi debet. argumen. l. & magis. ff. de ſolutio. Item quia text. ille dicit, mandatum non ſubſiſtere ſecundum meram rationem & iuris rigorem. ſi intelligeretur mandatariis ementibus nomine mandantis, cuius res erat, non ſolùm ſecũdum meram rationem & rigorem, ſed ēt ſecundum æquitatem non ſubſiſteret actus, cùm rei propriæ non teneat emptio, ex quo ſemel dominus amplius dominus fieri nõ poteſt, ſiue loquamur de rigore iuris, ſiue de æquitate.

ęquitate. Et uerba illa, rem tuam emas: & rei propriæ emptio, poſita in prællegato.§.ſi hi quorum. intelligēda ſunt per interpoſitam perſonam ementem, te ſcilicet mandante, ut ex pręcedentibus liquet.

SVMMARIVM.

1 *Hæc regula ampliatur.*
2 *Venditor promittens ſoluere tributa rei uenditæ, ualet pactum.*

§. Priuatorum conuentio iuri publico non derogat.

SVMITVR ex l.ius publicum. & ex.§.ſi paciſcar.l.iuriſgentium.ff. de pact.ad idem text.in l.inter debitorem.illo eod.tit.& in l.nec ex prætorio.ſ.hoc tit.ubi examinaui ea q̃ hic tangit gloſſ.de uniuerſitate contra ius publicum ſtatuente. Et licèt
1 †text.præſentis regulæ loquatur de iure publico, idem eſt tamen de iure priuatorum, cui pacto aliorum derogari non poteſt.l.ſi unus.§. ante omnia.ff.de pact.l.pacto ſucceſſorum.C.de pact. Si igitur inter emptorem & uenditorem conuenerit, ut onus tributi rei uenditæ ſpectet ad uenditorem, non autem ad emptorem, ſiue uendita fuerit res libera ab omni onere fiſcali tributique & collectarum, in præiudicium fiſci, ſeu iuris publici, huiuſcemodi pactum non ualet.d.c.inter debito-
2 rem. Sed ſi uenditor † promiſiſſet ſoluere fiſco, ſeu rei publicæ ualeret inter eos, & uirtute talis pacti compelli poſſet uenditor ab emptore ad ſoluendum: ut per Paul.de Caſt. in d.l.inter emptorem, colum. ij. Sed conſidera quomodò hic §.ad propoſitum faciat in hac lege. & de ſuperfluitate argui poſſe uidetur. hic enim de conuentione priuatorum dicitur, & tamen prius diſpoſitum reperitur in d.l.nec ex p̄torio. in prin. Fortè dici poteſt hunc.§. poſitū hic fuiſſe ad comprobationem regulæ poſitæ in princ.l. ideò uidetur, neque pignus, neque depoſitū, neque cęteros contractus ibidem nominatos in re propria conſiſtere poſſe, licèt partes ſuper prædictis conuenerint: quia pactis priuatorum ius publicum non immututur. Et non dicitur ſuperfluere, cùm lex ponat in principio aliam regulam, ad cuius comprobationem: ut dixi, hic.§.ſubiungitur. Ex hac regula inferri poſſet ad multas notabiles quęſtiones, de quibus per Crotum in repet.l.nemo poteſt, per illum text. in primis chartis.ff.de leg.j.

SVMMARIVM.

1 *Pœna poteſt exigi & retineri.*
2 *Retentio facilius permittitur, quàm petitio.*
3 *Pœna in foro conſcientiæ non poteſt retineri. Intellige.nu.4.5.8. & 9. Glo.fin.in c.fraternitatis.xij.q.ij. ornatur, & declaratur.*
6 *Pœna in foro conſcientiæ ex parte unius tantum poteſt retineri, & numero.7.*
10 *Pœna ſtatuta in foro conſcīētiæ quādo exigatur ante ſententiam, & nume.11.*

L. XLVI. CAIVS.

QVOD à quoquam pœnæ nomine exactũ eſt, id eidem reſtituere nemo cogitur.

CLARA eſt. & ſumitur ex legi
1 bus per glo.alleg. Nota ergo† poſſe
pœnam exigi, exactamque retineri,
quod dictum ſecundo loco, carere
uidetur probabili dubio, cùm faci-
lius permittatur retentio, quàm pe-
titio detur.l.per retentionem.C. de
uſuris.l.ij.cum not.per Bald. in iij.
not.C.de fideiuſſ. hocque in ſimili
not. Ang.& Alex.ac Dec. in l.præci
bus.in glo.fin.C.de impube. & alijs
ſubſtit.& Capra in q.not.in conſil.
xix.incip.& ſi uiſo.ubi concludit, ꝙ
mulier quæ prohibetur petere,non
2 prohibetur retinere : † quia facilius
conceditur retentio, quam petitio,
patet etiam in excommunicato qui
retinere poteſt, licèt prohibeatur pe
tere.c.intelleximus.de iudic. iuncto
cap.cùm inter.de exception. & not.
in l.amplius non peti.ff.rem rat. ha
ber. Dici poteſt fuiſſe dubitatum
poſt exactionem factam, fortè reo
non opponente exceptionem ali-
quam, an exactor compellendus ſit
ad reſtitutionem, & reſpondetur
quòd non.

Hæc regula ſecundum Deci,pro-
3 cedit † in foro contentioſo, ſecus in
foro conſcientiæ : ubi pœna retine-
ri non poteſt : quia non debetur in
eo foro.gloſſ.famigerata in c. frater
nitatis.xij.q.ij. ad quam nonnulla
hic congerit Dec. concludens pun-
ctum in hoc conſiſtere, an lex iuſta
ſit uel iniuſta: quia ſi iuſta, ut quia
pœna delicti non ſit exceſſiua, uerũ
delicto commenſurata, peti & reti-
neri poterit etiam in foro conſcien-
tiæ, aliâs non. idem latius ſcribens
concludit ipſe Dec.in cap.j. colum.
viij.in prima lect.& colum.v. in ſe-
cunda lectu.de conſt. Reduciturque
forus conſcientiæ ad terminos iuris
naturalis,& gentium : & quos natu
ra non obligat, conſcientia non li-
gat : ut poſt Bald.Abb.Fel. & alios,
ſcribit ibi Dec.

Ex quorum dictis habes ꝙ gloſſ.
d.c.fraternitatis, communiter eſt ap
probata,& tradit etiam Corn.in cõ
ſilio infrà alleg.Alex. in l. ſi pœnæ.
C.de cond.indeb.plenius Corſc. in
ſingul.ſuis in uerbo Pœna. ſingula-
ri incip.In foro conſcientiæ. inquo,
ut ait, ſufficit ſimplex reſtitutio, &
latius de his adhuc ſcribit Feli. in c.
audiuimus de ſimo. ubi rationes di
cti prælleg.glo.& quaſdam limita-
tiones aſsignat : quas etiam ſequi-
tur Dec.in dicto cap.j. in princ. ꝙ
4 † diſceptatio deciſionis prędictę gl.
c.fraternitatis.procedit in pœnis le-
galibus: ſecus in conuentionalibus,
quę etiam in foro conſcientiæ debẽ
tur, quia ueniunt ex contractu, &
uerum ſpontaneumque conſenſum
habent : ut poſt Anch. ſcribunt Fe-
li.& Dec.in locis prælleg.& Dec.in
conſi.ccxcviij.colum.j. Corrobora-
tur, quia licèt iuſta cauſa litigandi à
legalibus pœnjs excuſet, non tamen
excuſat à conuentionalibus.gloſſ.in
l.non ſolùm.de rei uend.Corſet. la-
te in ſingul.in uerbo Pœna. Intelli-
ge niſi tales pœnæ conuentionalis

contra

contra iuſtitiam eſſet: ut quia excederet quadruplum, quia ultra ipſum quadruplum non poſſet exigi, etiam quòd promiſsio iuramento firmata eſſet: ut pulchre per Ancharan.in conſil.cxlviij.incip.apud an-
5 tiquos.Secūdò † ut locum habeat in ſolutione pœnæ ex parte utriuſque, quæ lucrum conſerat damnum paſſo: ſecus ſi eſſet mera pœna ex parte ſoluentis, ſed non ex parte recipientis. exempli gratia, in ſatisfaciē do damno paſſo, ſine lucro damnificantis. Felin. in d.cap.audiuimus. circa finem. ubi temperat, niſi da-
6 mnum leui aut leuiſsima cúlpa datum eſſet, quia in foro conſcientiæ non teneretur illud reſarcire: ita ſingulariter Innocen.in capit. ſicut dignum.de homicid. ſequitur Roma. in ſingulari cvj.Aquen.in l.j.colū. v.ff.de legi.Corſet.in ſingul.in uerbo forum conſcientiæ, & Feli.in d. cap.ſicut. intelligentes iſtud dictum quādo damnū datum eſſet in omit-
7 tendo. Item intelligas † niſi pœna maior eſſet quàm damnum, ſecundum quoſdàm: ut habes in ſumma Angel.in uerbo pœna. uerſiculo decimonono, ubi tamen dicitur excuſari etiam perſonas eccleſiaſticas, plus pœnę exigentes, quàm illatum fuerit damnum, ſubſiſtente cauſa exactionis maioris pœnæ, & iuris ordo ſeruatur, nec intentio eſt corrupta, ut hoc faciant, uidelicet propter auaritiam, ſed propter iuſtitiam: tutius tamen eſſet illud plus pauperibus erogare, ut ibidē ſcribitur. Ter-
8 tiò limitant, † niſi legalis pœna ſubrogata eſſet loco inæſtimabilis, intereſſe impoſsibilis reſtitutionis, puta pro membro debilitato, aut præciſo: quia cum ablatūm effectualiter reſtitui nequeat, ablasi loco ſubrogatur pœna. unde quemadmodum impeditur abſolutio non reſtituendo ablatum aptum reſtitui, ita non reſtituendo. ſubrogatum loco illius: ita Felin.poſt Ancharan.loco præalleg.

9 Quartò limita † prædictam glo. cap.fraternitatis. ex parte debitoris, vt in foro conſcientię non teneatur ad pœnam: ſecus ex parte creditoris, qui cum bona conſcientia eam petere exigereq́ue poteſt: ita loquitur text. ille cum gloſſ. ſecundum Corne.in conſil.xxviij.colum. fina. & conſi.lxix.colum.ult.uolum.ij.& uolum.iij.& conſi.ij.colum.penult. & quamuis Deci. hanc diſtinctionē & limitationem improbet in cap.j. colum.viij.de conſtitu.quia ſi in foro conſcientiæ non debetur pœna: ergo nec exigi poteſt: cum in correlatiuis in uno diſpoſitum, cenſetur diſpoſitum & in alio.l.fina.C.de indic.uid.tollen.attamen Mod. Taurinen.in l.rogaſti. in §.ſi tibi. colū. pendlt.ff.ſi certum petat.eam defendunt, quia regula dict.l.fin. locum non habet, ubi ratio diuerſitatis adeſt, prout in propoſito noſtro, quia ex parte creditoris non ſoluentis ante quam exigatur, non eſt mala fides opinari enim poteſt creditorem nō curare de exactione pœnę, quatenus ſcilicet eſt ultra intereſſe, & ratione talis credulitatis non peccat: creditor autem licitè exigit, quia hoc facit authoritate legis ciuilis & canonicæ, ideò peccare non dicitur.cap. qui peccat.xxiiij.quæſtion.iiij.& ita ſcribit

ſcribit ipſe Corn.in d.conſil.lxix.circa fin.ſubiungens quòd ideò Arch. Hoſt.Ioannes Andreas,Abb.Imol. & alii hanc partem firmant, quòd etiam in foro conſcientiæ pœnę poſſunt exigi: & quòd cap.fraternitatis loquitur de perfectione,non ex debito. Pro qua opinione facit, quia etiam leges ciuiles modò non ſint nutritiuæ peccati, attendi debent, & ligant etiam in foro conſcientiæ, & animæ: cum fundatæ ſint in ratione naturali,& Dei omnipotentis àuthoritate promulgatę:ut per Iſer. in tit.de pace iuramen.firman. in §. j.pulchrè Iaſ.in ſecunda lectur.l. nemo poteſt. columna decimaoctaua ff.de legatis.j.ideò nimirùm ſi creditor ſalua conſcientia talem pœnam exigere,retinereq; poteſt,& ad prædicta uide etiàm Pariſ.in conſi.xxxiiij.lib.j.& xix.lib.ij.

Poſtremò circa prędicta,uide Caietanum in ſua ſummula in uerbo,
20 pœna,ubi ait, † quòd licèt pœnam
ſtatutam ſubire in foro conſcientiæ quis non teneatur, niſi poſtquã ad illam à iudice condemnatus eſt:hoc tamen fallit in duobus caſibus, in cenſuris uidelicet,& in teſtamentis: ideò & excommunicatus, & ſuſpenſus,& interdictus, & irregularis eſt, quiſquis contra latam à canone de huiuſcemodi ſententiam facit, abſque alia declaratione iudicis. Et rur
21 ſus † uidua uon caſtè uiuens cũ ma
la conſcientia & damnata, perſeuerat domina & uſufructuaria, iuxta legatum mariti ſub conditione, ſi caſtè uixerit,ſibi factum : unde tenetur de conſumptis poſtquàm non uixit caſtè, etiam ſi nullus iudex humanus ad hoc compellat. Et iſtud ſubtiliter conſideratum non eſſe, ideò quia pœna teſtamentaria infligitur ſine executore,ſed eo quòd euenerit caſus in quo ſic diſpoſuit teſtatoris uoluntas, ex quo ſola mulier habebat quicquid iuris in illis bonis habebat, ut latius ibi per Caietanum.

## SVMMARIVM.

1 *Ex conſilio nemo obligatur: niſi ſit fraudulentum,& num.2.*

3 *Ex conſilio ratione officij tenetur aduocati,medici,& ſimiles.*

4 *Hæc regula non procedit in conſilio doloſo,nec in delictis.nu.6.*

5 *Religioſus franciſcanus ob conſilium doloſum datum pontifici, fuit in inferno damnatus.*

6 *Conſilium datum aliàs delictum cõmiſſuro,an & quomodò obligetur. Et quid in atrocioribus nu.7.ſi ſpecialis pœna impoſita eſſet,nu. 8. & in interdicto unde ui.nu.9.*

10 *Mandatum differt à conſilio.*

11 *Debens iudicare ſecundum cõſilium iuſperiti, quando teneatur eum ſequi. & quid ſi conſultores diſcordant.num.12.*

13 *Iudex peritus non tenetur cauſam iudicandam alteri committere : niſi ſtatuto caueatur,& tunc an debeant dari confidentes & ſuſpecti. nume.14.*

15 *Iudex eligens malum conſultorem, parti ad intereſſe tenetur.*

16 *Iudex peritus poteſt ſibi eligere conſultorem : ſed neutri parti ſuſpectum.nu.17.*

18 *Iudices imperiti debẽt ſuper punctis iuris*

*iuris cum conſilio ſapientum deliberare.*

19 *Conſidentes dantur ſolum de iure ſtatutario: & ſententia prolata abſque conſilio requiſito eſt ipſo iure nulla.*

20 *Cauſa clara an committatur.*

21 *In tranſmiſsione cauſæ conſulendæ tranſmitti debent omnia acta.*

22 *Conſultor an teneatur in conſilio adducere iura & rationes.*

23 *Sententia lata ſecundum conſilium ſapientis, non tranſit in rem iudicatam.*

24 *Princeps non poteſt mandare officiali ſui uaſalli, ut procedat de conſilio talis.*

## L. XVII. POMPONIVS.

CONSILII non fraudulenti, nulla obligatio eſt. Ceterum ſi dolus & calliditas interceſſerit, de dolo actio competit.

SVMITVR ex §.fi.l.ij.ff.man. cum ſimilib. Et ponitur iſta regula etiam in c.nullus ex conſilio. de regu.iur.in vj. continet utilem materiam in practica: ideò glo. in princ. §.tua tantùm gratia.inſtit. man. notari mandat bonam regulam. Deci. hic multa congerit & accumulat, de quibus prout expediens erit, infrà dicemus.

1 Conſilium igitur † ſtans in finibus conſilij, & nemini nocens, obligatorium non eſt: ſecus ubi conſilium fraudulentum fuit, etiam ſi damni dati impulſiua cauſa fuerit. ſecundum Bald. & Phil. Franc. in d.c. nullus. Ratio regulæ & concluſionis aſsignatur per Iuriſconſultum in d.§.tua. & in §.fin. inſti.má. quia eſt unicuique liberum explorare apud ſe an conſilium ſibi expediat, quod quidem conſilium eſt uoluntatis, præceptum neceſsitatis. capit. quod præcipitur.xiiij.q.j. Requirendumque in dubijs cõſilium eſt. xvj. q.ij.c.uiſis. & x.diſtinct.c.fin. & meritò arguitur, qui conſilia ſapiẽtum & rectè ſuadentium recipere non uult.c.j.lxxxiiij.diſtinct. Ex qua ra-

2 tione infertur, regulã procedere † ẽt quòd ille cui datur conſilium, non fuerit aliàs facturus, cum militet eadem ratio: quia conſilium non neceſsitas. ut hic per gl. & Dec. & Philip. Franc. in d.c. nullus. de quo etiã per Ang. Aret. inſtitu. manda. ad fi. principii. & hoc probat clare tex. in d.§.fi. tam in ſui generalitate, quam in ratione aſsignata, imò ſi conſiliũ neceſsitaret, bona fide conſiliũ præſtans non obligaretur. ſecundum Dec. hic. Quod probari uidetur per iura præalleg. uolentia indiſtinctè ex malo conſilio neminem teneri, niſi doloſe datum fuerit. intelligendo in contractibus, ut prædicta iura

3 loquuntur: ſecus † in conſilio quãdo ratione officii datur, ut in aſſeſſore, medico, aduocato, procuratore, & ſimilibus ratione alicuius artis aut exercitij ſe peritos aſſerentibus: qui & ſi contra conſcientiam nihil fecerint, ſi tamen per imperitiã malum conſilium dederint, tenentur de damno dato, maximè in foro cõſciẽtię, ut hic per Dec. & latius Phil. Franc. in d.c. nullus. colum. j. & per

omnes

omnes in l.ij.per illum text.ff.quod quiſque iur.Dec.conſil.viij. colum. * ij.* Imol.in l.Diuus.§.de re iudic. Aret.inſtit.de actio.in §.curare.col. pen.] Felin.in c.j.col.xij. de conſtit. in c.tua nos.de homi.& in c. ſicut. col.pen.eod.tit.ubi poſt Abb.exclamat aduerſus conſulentes principibus extorſiones,ꝙ ratione talis obli qui conſilij ad reſtitutionem in conſcientia tenetur.Cui ſententię ad ſtipulatur Angelica in uerbo conſiliũ, in fin.dum quærit, quid de proponentibus in cõſiliis aliquid quo proximus iniuſtè damnificatur, ſeu ꝙ fiant iniuſta decreta & ordinamenta? Et reſpondet ad reſtitutionem inſolidum teneri,quando damnum tale datum non fuiſſet,niſi mediante propoſitione tali: hocque ultra mortale peccatum, quod id proponentes commiſerunt. Et not. quòd aduocatus,qui uidet clientulum iniuſtam fouere cauſam, tenetur illi conſulere, & dicere cede liti, quia malam cauſam foues: aliàs in foro conſcientię tenebitur de omni dãno ſecuto: ita Soc.in l.quidam exiſtimauerunt.ff. ſi certum pet.

4 Secundò regula non † procedit in conſilio doloſo, ut litera hic cantat. & etiam in d. c.nullus.ubi Phil. Fran.& plenius quàm Dec.hic not. Exempla ſunt in l. quod ſi cùm ſci-
5 res.cum l.ſeq.ff.de dolo.Et de † conſilio doloſo aliàs Bonifacio pontifici maximo dato per quendam religioſum Franciſcanum, qui propterea in inferno damnatus fuit,refert pulchrè & eleganter dantes Florentinus poeta celeberrimus in Cantu xxvij. Inferni. Dum ait.

*Franceſco uene ad me com'io fui morto*
*Per me. Ma un de neri Cherubini*
*Gli diſſe,no'l portar, non mi far torto.*
*Venirſen' de qua giu, tra noi meſchini*
*Perche diede il conſilio fraudulente*
*Dalquale in qua ſtato gli ſono a crini.*
*Che aſſoluer non ſi puo,chi non ſi pente,*
*Ne pentir,e uoler, inſieme poſſi*
*Per la contradition,che no'l conſente.*

6 Tertio non † procedit regula in delictis: diſtinguendo tamen,an is cui conſilium datur,aliàs facturus erat, uel ne: quia ſecundo caſu pari tenetur pœna,primo autem mitiori pœna punitur.l. non ſolùm.§. ſi mandato. ibi, ſi perſuaſerim alicui aliàs nolenti.ff.de iniur.& in c. ſicut dignum.ibi, ſed non ita ſeuerè.de homi.& eſt communis & receptior ſententia,ut hic per Dec.& Phil. Fran. in d.c.nullus ex conſilio.Feli. in c.j. col.iij.de offic.delega.& etiam in d. c.ſicut.in iij. col.& ſecundum gloſſ. d.c.nullus. non tenetur ei cui dedit conſilium, ſed ei contra quem datũ eſt,& ipſius maleficij nomine,ſed in conſcientia tenetur etiam illi quem ſuo malo cõſilio & perſuaſione peruerſa corrupit, ut habetur in ſumma Ang.in uerbo cõſilium. in prin. labitur tñ ibi autor, dicens ꝙ ſi datum fuerit conſilium ſine ope, aliàs facturo,quem non teneri.§.ope. inſtit.de oblig.quæ ex delict. naſcun. in delictis enim tenetur,non tamen tantùm,nec eadem pœna diſtinguẽdo prout diximus ſuprà,& ideò puniri debebit pœna tñ mitiori iudicis arbitrio. ita intelligi debet text. in dicto §.ope. prout ad illum text. poſt Angel.ſcribit hic Dec. & in capit.j.colum.vj.de offic.deleg.ubi po

fuit ea quæ hic repetendo tranſcripſit. quibus adde etiam Ang. Are. in ſtit. de oblig. quæ ex delict. naſcun. in §. interdum furti. in ult. not. & in fin. commenti. ubi dicit, ꝙ ideò conſultor uel hortans ad furtum, nõ tenetur furti, quia furtum uerbo non cõmittitur. l. ſi quis uxori. §. neque uerbo. ff. de furt. tenetur tamen, & ſic per iudicem extraordinariè puniri poterit.

7 Diſtinctio prædicta † locum nõ habet in atrocioribus, in quibus cõſulens indiſtinctè pari pœna punitur. c. fœlicis. de pœn. clem. j. eod. tit. Nihilominus Feli. in dicto capit. j. j. colum. iij. & in capit. ſicut. colum. iij. ſ. alleg. ſub dubio fortè iura prędicta reſtringenda eſſe ait, ad conſilium aliàs non facturo datum, per d. cap. ſicut. ubi delictum non minus atrox erat quàm in præalleg. iuribus. Dec. hic in ij. colum. nititur defendere prædictam limitationem: quia capitul. ſicut. in ſimplici homicio loquitur. iura pro limitatione adducta loquuntur in homicidio qualificato Cardinalis, uel Archiepiſcopi, & conſequenter in atrociſsimis. Sed nonne homicidium, ut dixit Felin. atrociſsimum eſt delictũ? Certè ſic, licèt illa qualitas Cardinalatus, aut Epiſcopatus adhuc magis delictum exaſperet, horrendumque faciat. præthereà textus in dicta clementi. j. de pœn. in princ. loquitur de percutiente uel banniente Epiſcopum, & de dante ad præmiſſa cõſilium, quòd pari pœna puniuntur. Quis tamen diceret homicidium quamuis ſimplex prædictis in atrocitate delicti non æquiparari? idem Dec. in præalleg. cap. j. colum. vj. alterius phantaſiæ fuit, quòd cõſulens eadem pœna præciſè non puniatur: quia non tantùm deliquit ut principalis, ſed extraordinarie arbitrio iudicis, qui tamen debebit arbitrari dę grauiori pęna, quàm in aliis, prętérquàm in caſibus à iure expreſsis. Et ſic in effectu reſidet cum opinione Felin. Et hęc melior & uerior mihi uidetur, niſi in caſibus à iure expreſsis. eandẽ & parem pœnam infligentibus, prout in l. utrum. ff. de parricid. in l. quiſquis. C. ad leg. Iuliam. maieſtat. in c. fœlicis. in princ. de pœn. in vj. & in clemen. j. illo eo. tit.

8 Secundò non † procedit prædicta diſtinctio, ubi ſpecialis pœna à lege conſulenti imponitur: quia attenditur tunc talis ſpecialis lex, de qua conſtat. l. unic. C. de raptu uirgin. cum dictis Salicet. & Dec. hic & in præalleg. c. j. col. vij. in vij. limitatione de offic. deleg. poſt Felin. ibidẽ in iij. col. Et uidetur de indubitabili quando ita lex pedem figit.

9 Tertia limitatio † eſt de interdicto unde ui, Dec. ſequi uidetur Roma. contrariũ tenentem per textum præalleg. c. ſicut. idem facit in d. c. j. ubi Fel. hanc limitationẽ prius reprobauit: quia ſatis ſpoliare dicitur, qui cõſilio ſuo aliquem ſpoliat. cætera ad iſtud propoſitum dicas, ut hic per Decium, & in d. cap. j. poſt Felin. ibi. & in d. cap. ſicut.

Poſtremò in materia conſilii nõnulla in actu practico utilia notabis

10 & primò, † ꝙ mandatum differt à conſilio. mandator enim obligatur mandando, ſed non conſulens conſulendo. l. ij. ff. mand. not. gl. in præalleg.

alleg.regula nullus. ad fi. Et debens
11 † ptocedere uel iudicare cum conſilio iuriſperiti uel talis, tenetur quidem requirere,ſed non ſequi : ſecus ſi dicatur, de conſilio, uel iuxta, aut ſecundum conſilium : quia ſequi tenetur: ut per Cyn.Bart.& alios in l. id quod pauperibus.C. de Epiſcop. & cleric.ſummam Angel. in uerbo conſilium. uerſic. ſeu.§. quarto . & Philip.Franc.in dicta regula nullus. col.fi.ubi ponit, ꝙ ſi præpoſitiones prædictæ,de,& cum, adiiciantur cō ſenſui aut uoluntati, non differunt, & ſemper requiritur ꝙ conſenſus & uoluntas interueniat, per iura ibi alleg.Eſt enim aliud conſilium, aliud conſenſus.c.cum olim . de arbitr. c. cùm in ueteri.de elec.c.j. ne ſede uacan.libr.vj. ubi uerò conſilium uel conſenſus ſuſpicioni ſupponitur, quid agendum ſit, docet Feli.in c.edoceri.col.pen.de reſcrip.An conſilium pro ferenda ſententia datum,
12 ſequendum ſit: & quod† conſilium diſcordantibus conſultoribus probādum ſit, ac tenendum : uidebis per Phil. Fran.in dicta regula, nullus ex conſilio.Paul.de Caſt.in conſil. xv. col.ij. antiquis.Barb.in cōſ.lxxxviij. col.fi.lib.iij.Felin.plenius in c. cùm uenerabilis. in ult. char . de except.
* Comenſ.in conſi.lv.& Mod.Mediolan.in l.coram.ꝰ.tit.primo.] ſcribentes in l.ſi conuenerit.ff.de re iudic.& in l.duo iudices.ubi Iaſ.colū. ſin.eo.tit.Curt.in l.j.col.xj.ff. ſi certa peta.Ang.in §.j.col.ij.inſtitu. de ſatiſda.tuto.ubi dicunt iudicem conſultoribus diſcordantibus, poſſe uno conſiliorum reiecto aliud acceptare,licet minoris partis, modò ſanius ſit,ſecundum Francū loco præalleg.uide etiam Fel.in c. ſciſcitatus col.vj.de reſcrip.prac.Papien. in forma lib.appell.à diffi.in uerbo petēs. Paul.de Caſt.conſi.lxxxviij. pro declaratione.col.j.in antiquis. & Specu.in tit.de requiſitione conſilij. in
13 quibus locis uolunt, quòd † ſtatuto conſuetudineque circunſcriptis, iudex cauſam per ſe iudicandam alteri committere non tenetur conſulēdam, modò ipſe peritus ſit: aliàs ſecus, tam de iure, quàm de conſuetudine laudabili.Ioan. And. in addit.
14 ad Spec.proximè alleg. Et ubi † ex forma ſtatuti conſilio ſapientis committitur cauſa, id fieri non debet, niſi datis per ambas partes ſuſpectis & confidatis: ſecundum Bald. in l.j.C. de rela.in conſi.ccclxx.lib.j.imò nec conſilium nec ſcriptura mitti debet, niſi confidato.Bald.in addit. ad Specu.proximè alleg.per §. quod ſæpè . in auth.de trien.& ſemiſ. ubi ex illo text.id colligit glo.ſequitur Firm.in reper.in uerſi.conſultor. ad fi. dicēs poſt Bald.conſultorem non eſſe per iudicem eligēdum, niſi citatis prius partibus ad dandum ſuſpectos & cōfidentes: quibus datis poteſt iudex alium non datum pro confidente eligere, dummodò pro ſuſpecto datus non ſit, allegat Ioan.And. Phili. Peruſ.& alios.Sed quod de ſuſpectis & confidentibus, Baldus & prealleg. dicunt, de iure non procedit, niſi ſtatuto uel conſuetudine aliud caueatur,aut diſponatur: ut ꝑ Paul. de Caſt.in l.obſeruandum.ff. de iudi.ideò text.in c.ſtatutum.in §.aſſeſſorem.de reſcript. in vj.uult, quòd delegato aſſeſſore indigente, aſſumi

debeat unus neutri partium ſuſpectus. & ibi gloſſ. colligit practicam, quæ in iudicijs frequentatur dum ſuſpecti traduntur: & ſecundū Ioā. And.& Gemin. ibi, aſſeſſor qui ſuſpectus non eſt, aſſumi poteſt, quãuis non ſit de cōfidentibus in quos fortè non conueniunt partes. ibidē etiam not.cum gloſſ. Philip. Franc. non eſſe dandos confidatos, ſed ſuſpectos: ſecundum Bal. ibi.ſi tamen darentur,iudex non arctaretur,ſubdit ad eligendum confidatos:uerum ſatis eſt eligere nō ſuſpectos: ſecundum Ioan. And. imò ut ſcripſit,inquit, Innocentius,iudex nō tenetur in eligendo conſultorem partes ſe-
15 qui,& ſi † malum conſultorē eligat, parti ad intereſſe tenetur. prædictis adde Lanfran. de Oria.in repetitio, c.quoniam contra.in uerbo interlocutiones. col.iii. de proba. ubi poſt Bald. in l.ii.C.de ſentent.ex pericu. recit. determinat iudicem poſſe ſibi conſultorem iuriſperitum pro cauſa decidenda aſſumere, quãdo ex ſe peritus non eſt ratione ſcientiæ iuris,ut ſunt poteſtates uillarū, & arbitratores qui idiotæ ſunt. Si aūt propter iuris peritiam electus eſſet iudex,ut ſunt uicarii poteſtatum & ſimiles, talis iudex non poteſt partes ad eligendum conſultores compellere: quia de ſe conqueratur, ſi neſciat.l.ii.ff.quod quiſque iur. & ubi cogit iuridicè partes ad eligendum cōſultorem,poteſt pariter cogere ad ſoluendum æqualiter ſalarium cōſultoris. argum. §.fina.l.iiij.fini. regund.niſi ad inſtantiam unius partis tantùm cōſilium peteretur: quia altera pars in expenſis contribuere non teneretur. plus refert uoluiſſe
16 Innocen. quòd † etiam inuitis partibus poſſit iudex ſibi conſultorem eligere, quod non placet Angel. in d.l.ij.& ſi conſultor ſuſpectus eſſet, fortè ob inimicitiam, poteſt, ait,ut ſuſpectus recuſari,aut peti aliū adiūgi:ſtatuta tamen hodie,dicit,prouident. Sed dictum Innocen.de aſſeſſore uel conſultore eligendo nō requiſitis partibus, & fortiùs requiſitis,ſed non conſentientibus, uerius eſt & communiter approbatum,per d.§.aſſeſſorem. ut ibi tenent Archidia.Ioan.And.& Philip.Franc.Hoſtien.in ſumma eiuſdem tit.Barb.in c.ſuper queſtionum. ad fin.§. uerū. de offic. delega.ubi etiam per Felin. declarantem quando conſultorē eo modo aſſumens, de illius imperitia factoq; teneatur. Vides itaque iudicem de iure poſſe ſibi conſultorem eligere, ſeu alteri dummodò nō ſuſpecto cauſam conſulendam cōmit-
17 tere:ideò in §.aſſeſſorē,dicitur,†delegatum tali aſſeſſore indigētem debere neutri parti ſuſpectum aſſumere:non dicit, quòd faciat ſuſpectos & cōfidentes ſibi dari, ſed ꝙ ſuſpectum non aſſumat ad libitum: ergo poteſt illū aſſumere. quòd ſi ſuſpectū elegerit, recuſationi locus erit, propterea rectè faciet ſi ſuſpectū nō aſſumat. ita intelligitur.§.aſſeſſorē, qui licèt loquatur in delegato,procedit tamen etiam in ordinario, & de iure ciuili, cùm lites ſine ſuſpicione ꝓcedere debere, clari iuris ſit.l.aperti ſſimi.C. de iud. & de tribus modis,quibus conſiliū requiritur à iudice:uide Paul.de Caſtr.in d.conſil. incip. pro declaratione. Et ꝙ iudex

non peritus in iure, ꝓcedere debeat de cõſilio Iuriſperiti per eum aſſum pti.ponit etiam Bald.in l.ſolet.in §. legatis. ſuprà de offic. proconſul. & 
18 lega. dicẽs † ꝑtátes terrarũ aliosq́ue imperitos iudices debere ſuper punctis iuris cum conſilio ſapientũ deliberare, & nõ ex ſuo capite procedere. Adde gloſſ. & doctor. in l.ii.C. de ſen.ex peric.recit. quòd in re dubia cum ſapientibus debet iudex cõſilium habere. omnia enim rectè cũ conſilio geruntur.l.non dubiũ. C. de repud. facit tex.notab.in l.ſi auiã C.de ingen.man.ibi,ſi cũ peritioribus tractatum habuiſſem, facilè cognoſceres.de quo tex.uideSpeculat. in titul.de aduoca. in §.nũc ut dixi. col.ij.Barba.in c.propoſuiſti. col.v. de probationib. & Deciũ in l. iuris ignorantia. ad fin.C. qui admitti.
19 Quod igitur fieri uidemus † ſæpè dando ſuſpectos & cõfidentes,quorum conſilio in cauſis proceditur,in iure communi fundatum nõ eſt,ſed ſtatutario uel conſuetudinario: & ſententia tunc prolata abſque conſilio requiſito ipſo iure nulla eſt, etiã quòd prolata eſſet ſecundum caſum legis:ut per Alexan.in conſi.lix. colum.j. libr. iiij. Moder.Aſten. poſt. Bal. in tracta.de for.char.xxxvj.col. iiij.& char.lix. col.iij. Et de conſilio quod requiſitum fuit,debet in actis apparere aliter,quàm per aſſertionẽ iudicis, ad hoc ut ualeat ſententia. Bald.in l.j.C.ne liceat in una eadẽque cauſa tertio prouo. Ioan. Milis in repertorio,in uerſ. ſententia. col. penul.Et ultra prælleg.uide Alex. in conſi.cxlv.lib.v. & clxxv.col.fin. in eo.& lxij.lib.ij. & in l.ſic ſtipulatus.ff.de uerb.obligat. Calca.in cõſ. xliij.col.ij.Felin c. ſi quæſtiones. de ſimo. Moder. Aſten. loco prælleg.
20 fol.lij.colũ.ij. ubi ponunt,an † talis commiſſio deciſionis cauſæ ſapientis conſilio ex forma ſtatuti fieri debeat,quando res clara eſt, uel iudex iam præparauit ſententiam. Et utrũ nulla ſit ſententia,qua iudex pronũciat, prout in conſilio per talem ferendo.Alex. conſil.clxxv.ad fin.lib. ij.& quid agendum partibus in eligendo diſcordantibus, Barto.in §.j. l.j.ff.de uentr.inſpicien.& Felin. in rub.de treu. & pace.col.iiij. Quod ſi partes conſilio talis electi ſtare ꝓmiſerint,an reclamare, appellareúe poterint?Soc.conſi.xxiiij. q.j.uol.j. Felin.in c.cùm uenerabilis. col.xvj. uerſ.fallit ſecundo.de except. & Moder.Aſten.loco prealleg. Huiuſce-
21 modi uerò † conſultori cauſam cõſulendam cõmittens iudex, omnia acta tranſmittere debet, aliâs infamatur, ſi pars lædatur.l. ne cauſas. ubi Paul.de Caſtr. & alij not.C. de appel.Et poſtquàm conſilio ſapientis commiſſa eſt cauſa,nouas probationes uel productiones admittere non debet iudex.Bald.conſi.clxxvi. in fi.lib.j. Bart.in l.ex illo.C. de appellat.& Aret.in cap.tam literis. colum.j. de teſti. Recitet autẽ conſultor in diſcuſſione articuli opiniones doctor.inde ſuam ponat.Abbas in c.quærenti. in princ.ff. de officio
22 delegati. Et an iura † & rationes in conſilio adducere teneatur? Abbas in cap. ſicut ad fin. de re iudicata. & in conſilio ij.Corneus conſil. lxxix.301. & lib.iij. Felinus in dict. capit.ſicut.colum.vij.ubi cõcludunt

Q 3 conſilia

conſilia deciſiua ſine iurium allegationibus fieri debere. & ſi ad iuſtificationem conſultationum contrarium ſæpenumerò faciamus: ut Abbas, & Corneus in prællegatis conſiliis fecere.

Poſtremò notandum eſt, quòd
23 † ſententia lata ſecundum conſiliũ ſapientis, non tranſit in rem iudicatam, quin habito conſilio eminentioris doctoris, & melius ueritate cognita retractari poſsit. Ant. de But. in c. propoſuiſti. de probat. & licèt articulus iſte diſputabilis ſit, pluraque dici in eo poſſent: ut ibi per Feli. & Dec. opinio tamen Ant. de But. communis eſt. Dec. in conſil. cclxxviij. ad ſi. Crot. in tract. de teſti. fol. xv. cum ſequen. in ſecunda limitatione. ubi in cauſa matrimoniali idem eſſe dicit. accedant accumulata ab Hippol. de Marſil. in notab. cxxviij. & cxcv. & per ſcribentes in l. admonendi. ff. de iureiuran. quamuis Curt. Iunior ibi in v. col. nunquam ſibi placuiſſe opinionẽ Ant. de Butr. dicat, in practicaque illã minimè ſeruari, quodque talis ſententia ex priuilegiatis probationibus lata non dicitur. Nõ inuoluam ſilentio pulchram conſultationem Curt. Iun. in conſil. ij. con
24 ſulentis, quòd † princeps, ſeu dominus ſuperior, officiali ſui uaſalli mãdare non poteſt, ut in certis cauſis, uel in aliqua cauſa, procedat de conſilio talis: turbaret enim iuriſdictio nem uaſalli in cognitione cauſarũ primę inſtantiæ, quod minimè licèt. Salubris eſt itaque practica Cancellariæ Sabaudiæ, ſecundum quam aliquando mandatur magiſtratibus uaſallorum, excellentiæ Ducalis, ut procedãt de conſilio iuriſperiti partibus non ſuſpectis, ſimpliciter nemine nominato, cum iſtud iuris ſit, ut ex prędictis liquet, ſed de his ſatis Reliqua in materia uide in l. nemo poteſt mutare, infrà eo.

## SVMMARIVM.

1 *Vaſallus mei uaſalli, meus uaſallus non eſt. Etiam quòd habeat bona mea in feudum. nu. 3. & quomodò procedat. nu. 7.*

2 *Vaſallus feudum alienare non põt: ſecus ſubinfeudare æquè idoneo, & quæ requirantur.*

*Et ſtãte generali conſuetudine in emphyteuſim concedere.*

4 *Vaſallus uaſalli mei fidelitatem mihi iurare non tenetur, ſed uaſallo meo. Nec compellitur ſeruire mihi, ſed ei; & ipſe mihi. nu. 5.*

6 *In alienatione feudi cuius conſenſus requiratur, mediati, uel immediati.*

8 *Homines Baronis alicuius Regis, nõ dicuntur homines Regis.*

9 *Amicus inimici mei, quando habeatur ut meus inimicus.*

§. Socii mei ſocius, meus ſocius non eſt.

Iſta eſt famigerata regula, quæ ſumitur ex l. qui admittitur. cũ duabus leg. ſeq. ff. pro ſoc. ubi not. exẽplum datur. Et pariter homo hominis mei, meus homo non eſt: neque libertus liberti mei, libertus meus eſt. l. Modeſtinus. ff. de uerb. ſign. Ex qua ſumit ibi glo. arg. inſertque

1 ad † uaſallum mei uaſalli, ꝙ meus uaſallus non eſt: quod intelligunt doctores, quando eſt uaſallus uaſalli mei ratiõe alterius rei: ſecus ſi pro eadem re quæ ad dominũ pertinet: ut hîc per Dec. uel ut dicit Bart. in l. Claudius fœlix. ad fi. ff. qui pot. in pign. hab. qñ feudum conſtituitur reſpectu diuerſarum rerũ, aliàs ſecus. ut etiam per Bald. pulchrè in l. j. col. ij. C. commu. de leg. ubi dicit uaſallũ uaſalli mei, nõ eſſe uaſallum meum inſpecta obligatione conuentionis: ſicut nec colonus coloni mei, eſt meus colonus: ſed inſpecta re meus dici poteſt. arg. l. ſolutum. in §. unde ſi domum. ff. de pign. actio. quæ omnia, licèt Deci. taceat, cumulauit prius Felin. in c. quæ in eccleſiarum. col. xxiiij. cum ſequ. in ſexta declara-
2 tione. de conſti. ideò licèt † uaſallus in toto uel in parte feudum alienare nequeat, põt tamẽ alij æquè idoneo ſubinfeudare ſine licẽtia domini. §. illud de prohib. feud. alien. per Fed. §. ſimiliter. in titu. de lege Conr. ſecundum Fel. ibidem. & in d. §. ſimiliter. ponunt doct. quæ requirantur ad hoc ut talis ſubinfeudatio fieri poſsit. de quo per Guid. Papæ in q. clxij. Iaſ. in tit. qui feu. dar. poſ. char. ult. & conſi. ccxxxv. lib. ij. Iacob. de ſancto Georg. in ſua feud. inue. in uerb. ita etiam quòd ipſi uaſal. & in uerſi. cum pacto, de non alienando. col. vj. & vij. & Curt. in tract. feud. in ultima cauſa priuationis feud. in pria regula princ. fol. xxxix. & xl. ubi ẽt ponunt, an attenta ſaltem generali conſuetudine poſsit in emphyteoſim concedere. Hinc dicit Socin. in conſi. lxvj. col. ij. lib. iij. poſt Bald. ꝙ ſic reperietur utile dominium ſuperius, & utile dominium inferius: ſeu ſub illo: quia primus uaſallus non cedit alteri feudum, ſed concedit. faciunt quę ſcribit Zaſius in libello feu. in x. parte de feud. priuat. cõclu. x. Quemadmodum ergo ſocij mei ſocius, ut hic dicitur, ſocius meus non eſt: ita uaſallus uaſalli mei, nõ eſt meus uaſallus. quod ſine dubio procedit quando ſecundus eſt uaſallus ratione alterius rei, quàm feudi
3 à me procedentis: † ſecus ſi pro eadem re, ut ſuprà dixi. Quam opinionem ſequitur Guido Papæ in quæſ. cccccl j. in ſecundo quæſito, ſubiungens non eſſe mirandũ, ſi homines, de quibus ibi per eum, ſint homines Epiſcopi & Regis, quia homo põt eſſe ſeruus plurium. d. l. ſi ſeruus plurium. ff. de leg. j. Eſt enim, inquit, ſpecies ſeruitutis eſſe hominem alterius, non ꝙ ſit ſeruus, ſed quia punitur in perditione feudi, ſi non iuuet dominum: ut ibi per eum. doct. tamen communiter contrarium uolunt, ꝙ uaſallus uaſalli mei, non ſit meus uaſallus, etiam ꝙ primus uaſallus ſecundum acquiſiuerit ex feudo uel parte feudi: ut poſt Specu. & Bald. ſcribit Socin. in d. conſil. lxvj. colum. ij. ideò dicit notanter Bald. in cap. cæterum. colum. j. de iudi. ꝙ ſicut debitoris mei debitor, non eſt meus debitor: quia cum eo nullum pactum habeo. Ita uaſallus uaſalli mei, non eſt uaſallus meus: quia fidelitatem mihi non præſtat, ſed ſibi. ea propter tenet, quòd ſi feudatarius Regis ex illo feudo plures alios acquiſiuerit uaſallos, inter quos de tali cauſa quæſtio uertatur,

non cognoſcet Rex, ſed Regis feudatarius, à quo tales uaſalli feuda recognoſcunt. ſequitur Fel. in d. c. quę in eccleſiarum. loco prȩalleg. & Iaſ. inter conſilia Bruni conſi. viij. colū.
4 fi. Ea propter † ꝙ talis uaſallus mei uaſalli fidelitatem mihi iurare non teneatur, ſed uaſallo meo: ut etiam per Bald. in d. l. j. col. ij. C. commu. deleg. Brun. in conſi. cviij. col. v. adducentem Gofre. & Spec. ordine enim ſucceſsiuo ſibi inuicem prȩſtare, inquit, debent fidelitatem & ſeruitia ex eadem re, nihilque commune habet ultimus cum primo. argu. notatorū in l. ſi uſusfructus. in prin. ff. uſusfruct. quemadmod. cau. & in l. ult. ff. ſi cui plus quàm per legem Falc. ubi legato uſufructu Titio grauato per fideicommiſſum Mœuio reſtituere, Mœuius Titio cauet, & Titius hȩredi, non autem Mœuius. ſic etiam in lege cum à te. ff. de ui & ui armat. ubi illo interdicto nequeo agere pro ui per eum illi illato, qui uim mihi prius intulerat in eadem re, quaſi ex actuum & perſonarum diuerſitate ultimus cum primo nihil habeat commune. facit §. j. l. ſi in lege. ff. loc. ubi res poſterioris conductoris primo locatori non obligatur, ſed ſolūmodò immediato, & ſic ordine ſucceſsiuo: & per conſequens quò ad eum, cum quo nihil contractum fuit, nec aliqua ſubeſt obligatio, de uaſallo ſui uaſalli non pertinet ſe impedire, neque de ſubditis illius ſe intromittere ſecundum Hoſt. ibidem relatum. quibus adde Iacob. de ſancto Geor. in tract. feud. in uerbo, ita etiā quòd ipſi ual. colum. ij. & Franc. de Curt. in tract. feud. fol. xl. in prima regula princ. colum. iij. & iiij. ubi poſt antiquos feudiſtas concludunt ſuperiorem dominum uaſallum ſui uaſalli ad ſibi ſeruiendum non poſſe compellere, ſed requiret primum uaſallum, & primus ſecundum, cuius ſub uaſalli auxilio, domino ſuo ſeruitia prȩſtabit. Et pariter in alienatione
6 † feudi non primi, ſed immediati domini requirendus erit conſenſus: ſecundum Curt. prȩalleg. ſed cōmunis eſt ad oppoſitum, ut per Iacob. in tract. prȩalleg. in uerb. & cum pacto de non alienando. col. vj. & vij. ubi limitat. & per Iaſ. in cōſil. clxxx. lib. ij. Poteſt igitur in hoc pulchro
7 articulo concludi, † quòd uaſallus uaſalli mei, etiam ratione eiuſdem rei feudalis, propriè dici non poſsit vaſallus meus per rationes prȩdictas. Item quia id nulla lege probatur, ideò &c. l. illam C. de collat. & eſt hęc, vt ex prȩdictis liquet, receptior ſententia. Largè uerò & impropriè uaſallus meus dici poteſt re, quę mea eſt, inſpecta: ut dixit Bald. in ſuperioribus relatus, qui proptereà ſubiunxit non teneri ad iurandum mihi fidelitatem, ſed uaſallo meo, ſicque domino ſuo immediato. Ex quo inconuincibili elicitur argumentum, talem non poſſe dici uerè aut propriè uaſallum domini ſuperioris, cum talis teneatur domino ſuo iuramentum fidelitatis prȩſtare ut in tit. qual. uaſ. iur. deb. dom. fide. & tit. ſeq. de for. fid. largè uerò & impropriè ſic, ita procedat quod in locis prȩall. dixit Bald. Ex prȩdictis ſequitur ſecundum Specu. & alios hic
8 per Dec. relatos, † ꝙ homines Baronis

nis alicuius Regis non dicuntur ho mines Regis idem tradit Cur. in tra ƈta. præalleg. ſol. iiij. colum. iij. tales, inquiens, non eſſe homines Regis, ſicut dicitur de ſubditis Epiſcopi reſpectu Archiepiſcopi iij. q. ix. nullus primas. & c. paſtoralis. de offi. ordin. Alc. ét in d. l. Modeſtinus. in fi. ſobriè loqués ſolum refert Dec. hic, & ſequitur, ꝙ tales Regis ſubditi, propriè nõ poſſunt dici: impropriè uerò ſic. eo quòd uerba per prius nõ per poſterius intelligéda ſint. l. qui liberis. §. j. ff. de uulg. Infertur pari-
9 ter ex prædictis, † quòd amicus & domeſticus inimici mei, inimicus meus non dicitur, licèt illi de fide detrahatur quò ad me: niſi cum inimico meo contracta eſſet amicitia in meam perniciem, tunc enim inimicus meus diceretur, & priuationis feudi iuſta eſſet cauſa: ut hic per Dec. ſequitur ſimpliciter Alcia. loco præalle. uide Afflict. in deciſ. regni. cccvij. ad fi. & latius Curt. in præalleg. tract. feu. fol. xxxv. col. iij. in xv. cauſa priuationis feudi.

## SVMMARIVM.

1 *Ira, & iracundia unde dicantur.*
2 *Facta uel dicta calore iracundiæ nõ ualent. Limita nu. 4. 6. 10. 15. 17.*
3 *Ira Dei eſt tranquilla iuſti ſupplicij conſtitutio.*
5 *Iracundia debet probari, quæ eſt difficilis.*
7 *Pœna delicti calore iracundiæ facti minuitur propter iuſtum dolorem. Limita nu. 9.*
8 *Occidenti fugientem, qui eum percuſſit, mitigatur pœna ordinaria.*
11 *Faciens iniuriã alicui calore iracundiæ, eam reuocare poteſt. Et intra quantum tempus, nu. 12. 13.*
*L. ſi uendicari. C. de pœn. declaratur, & ornatur.*
14 *Actio iniuriarum quomodò aboletur.*
16 *Perſeuerantia quomodò probetur.*

## L. XLVIII. PAVLVS.

QVICQVID calore iracũdię uel fit, uel dicitur, non prius ratum eſt, quàm ſi perſeuerantia apparuerit, iudicium animi fuiſſe: Ideoque breui reuerſa uxor, nec diuertiſſe uidetur.

EXTRACTA eſt ex l. iij. ff. de
1 diuort. Dicta † eſt autem ira, ab eo ꝙ à ſe it, & furit, qui iraſcitur. Vnde iram deponens ad ſe redire. dicitur. hinc Terent. Tandem reprime irã, & ad te redi. Iracundia uerò dicitur eo ꝙ iram incendat, ſecundum Feſtũ, ſed pro ira ſæpè ponitur: ut per Cic. lib. iij. Tuſcul. Iracundia eſt ulciſcendi libido, ſic poteſt hic capi, & nobis inuitis naſcitur, ideò nunquã rõni ſuccũbet. oẽs. n. motus qui non uoluntate noſtra fiunt, inuiti & ineuitabiles ſunt: ut horror, frigus, rubor, & ſimiles motus, ut per Senecã in libro de ira ad Nouatũ, ubi quid ab iracundia diſtet ira, docet.
2 Nota, ꝙ † quicquid calore iracũdiæ, uel fit uel dicitur, ratũ firmũq; non eſt, niſi acceſſerit perſeuerãtia, quæ animi indicium oſtendat. Concordat l. iij. ff. de diuor. facit text. l. ſi filiam.

filiam. ibi, ſi non incõſulto calore C.de inof.teſta.& in l.ſi non conuitij.C.de iniur.nam impedit ira animum, ne poſſit cernere uerũ, ut ait ſapiens: & ut dicitur. in c. ꝓductior.
3 de pœnit.diſt.iij.†ira Dei non eſt ut hominis,ideſt perturbatio concitati animi, ſed tranquilla iuſti ſupplicij conſtitutio. in quo grauiter errauit Lactan.in libr. quem de ira Dei inſcripſit. nimirùm igitur ſi quæ eo tẽpore aguntur, non ſubſiſtunt. non enim ſuus eſt ira percitus, ut de furioſo dr,in l.Fulcinius.in §.adeò.ff. ex quibus cau. in poſ.eat. ideò ſicut quod furioſus dicit facitque, ratum non eſt.l.furioſi.ſupra eod.titu. nec quod dicit, aut facit ira percitus. Illud itaque laudabile eſt, in quo ratio totum agit,& furor nihil ſibi uẽdicat. reſtringẽda ſub ratione poteſtas eſt,nec quid agendum priuſquã concitata ad tranquillitatem mens redeat. nam commotionis tempore iuſtũ putat omne quod fecerit.ideò Apoſt. inquit, non uos uindicantes chariſſimi, ſed date locum iræ. hoc eſt,declinetis eam ne nos corripiat. c.illa.& ſeq.xj.quæſtio.iij.

Exemplificari etiam poteſt hæc regula ultra exemplum Iuriſconſulti, de diuortio in exhæredatione filij,uoto,iuramento,confeſſione,accuſatione,profeſſione, acceptatione ſecũdi beneficij,& ſimilibus: ut per Rom.quem hic in apoſt. ad Bar.refert Alexã. & per Dec.ac per Feli. in c.Matthæus.de ſimo.& Iaſ.in l.ſi filiam.C.de inoffic. teſtam.& Bauer. loco infra allegando.

Intelligũtur aũt prædicta, quãdo
4 †iracundia talis eſt, quæ mẽtis alienationem inducit,aliàs ſecus. Ioan. Andr.Abb.& alij in c. dudum. per illum text.de conuer. coniug. Deci. hîc Bauer. infra alleg. Feli. in c. dilecti filii. col.fi.de except. & pleniùs in c.ſicut.de iureiur. ubi poſt Inno. ait, quòd habentia conſenſum alterare,illum ex toto uitiant,& per errorem actus fieri uidetur.l.non fatetur. ff.de confeſ.nec conſentit,qui errat.aliud,inquit,ſi non eſſet tanta iracũdia, quia ſubſiſteret obligatio, probaturque intelligentia iſta per æquiparationem ſupra factã de irato ad furioſum,qui ſuus non eſt. Ex quibus patet,regulam & concluſionem loqui de ira conſenſum taliter alterante, ut quis ſuus non ſit: talis
5 †uerò iracundiæ & furoris exigitur probatio, quæ difficilis eſt, ſecundũ Abb. quẽ refert & ſeqtur Fel. in d. c.ſicut.& tacito Fel. Dec. hic ad fin.

Secundò intellige,ut per Bald.&
6 Sali.in d.l.ſi non conuitii†dicentes, quædã eſſe quæ iuris ſortiuntur effectum,ut contractus,repudiũ,confeſſio,uotum, & ſimilia: & iſta per iracundiam impediuntur,quia non ꝓcedunt ex animo,ſed ex animi alteratione.d.l.iij.de diuor.Quædam iuris non ſortiũtur effectũ,ut maleficia,& tunc non curatur de iracundia:ſic intelligitur ſecundum eos regula nr̃a. quibus aſſentiunt Roma. & Alex.prælleg. Fel.in d.c. dilecti. col.fi.& in d.c.ſicut. Dec. hic & Iaſ. loco prælleg.Si.n.in delictis excuſaret iracũdia,raro punitioni delictorum foret locus,quod abſonum eſſe
7 dicunt.Subiungẽtes tamen,ꝙ † licèt talis iracundia non excuſet: mitigãda tamen eſt pœna, quãdo ex iuſto dolore

dolore prouenit.l. ſi adulterium cũ inceſtu.in §.Imperatores.ff. de adul ter.cum alijs hic alleg. per Dec.Feli. & Iaſ.in locis præalleg.& in cap. ſignificaſti.el ij.de homicid. Aret. in conſ.lxxx.Alex.cõſi.lxxvi.uol.i.Hip pol. in l.i.in §.diuus. el.i.colũ.pen. ff.de ſicar.& in conſ.xxv.& cxxix.& alibi ſæpe.Dec.conſ.cccclxxxii.& in l.ut uim.col.iij.ff.de iuſti.& iur.ubi poſt Butr.& Aret. concludit, ꝙ licèt
8 †prohibitum ſit occidere fugientem qui te ꝑcuſſit, quia id potius ad uindictam quàm ad defenſionem tẽderet, ſi tamen id feceris, de homicidio pœna ordinaria puniri te nõ debere, homicidij pœnam iuſto dolore diminuente. d.§.imperatores. cum prę alleg. Niſi intellige
9 †ex iniuſta cauſa ad uindictam quis ꝓuocatus eſſet, ex accuſatiõe puta blaſphemiæ in ludo dictæ.pœna enim tunc non minuitur.c.inebriauerunt.xv. quæſtio.j.ut per Abb. & Ioan. de Ana. in cap.ii.de maledi. & Iaſo.in d.l.ſi filiam. col.ii.

Tertiò principaliter hanc regulã uolentem inconſultũ iracundię calorem carere uitio, ſecundum gloſſ. in c.cum te.de re iudi. intelligit ibi
10 Imo. †ubi ſine præiudicio aduerſarii actus retractari poteſt. exemplũ in d.l.diuortium.de diuor. & in caſu ca. ſi quis iratus.ii. q.iii. aliàs ſecus:ut in actione iniuriarum, quæ competit etiam pro iniuria illata ex iracundiæ repentino calore. præſumitur enim iniuriandi animus:& ſi reuocari poſſet, nõ reuocaretur prę iudicium & damnum iniuriã paſſi. d.l. ſi non conuitij. & fuit doctrina Sali. ibi, ſecundum Feli.in d.c.cum te.colũ.iij. ubi hanc declarationem extollit. Si quis igitur ſecundũ prædicta, iniurioſa uerba reuocaret, iniuriarum actionẽ non euitaret.tex. tamen d.l. ſi non conuitii. loquitur
11 ſolummodo †de conuitio calore iracundiæ dicto, ut conueniri poſſit iudicio iniuriarũ, qui obloquutus eſt: ſed an hoc procedat facta reuocatione, ibi non dicitur. & uidetur quòd non, cum per reuocationem ſatisfactum uideatur iniuriam paſſo.argu. l.nihil tam naturale.cum ibi no. ſuprà eo. ideo Orianus in rep.c. quoniam contra.in uer.confeſſiones.colum.i.de probat.poſt Ang.& Imol. dicit, ꝙ ſi eum qui uerba protulit iniurioſa pœniteat, probata iracundia ne actione iniuriarum conueniri poſſit, proderit per regulam noſtram, niſi tale quid eſſet quod pœnitentia reuocari nõ poſſet, ut quando ad operam facti fuiſſet deuentum, ſequitur ſimpliciter Marſil. in in ſingu. dcxxvi. utile pro amico reputans:qui in aliquem iniurioſa uerba protuliſſet: & ſic obtinuiſſe in practica aſſerens. quibus adhæret Thom.Ferra.in ſua caut.xxxix.cautelã eſſe dicens, ut antequàm recedatur à loco dictæ iniuriæ, dicatur iniuriam paſſo falſa eſſe, quæ dicta ſunt, quodq; dicentem dixiſſe pœnitet: quia talis reuocatio, ſiue ex iracundia, ſiue ex propoſito illata ſit iniuria, facit ceſſare actionem iniuriarum: ut ibi per eum. Deci.hic ad ſi.de prædictis non faciens mentionem, quærit, infrà
12 † quantum tempus inferens iniuriã excuſare ſe poſſit:reuocando, & pœnitendo, intellige, aliàs non excuſaretur, dicta l.ſi non

non conuitii. & ſequens Lucam de Penna tenet, quòd facere id poſſit infrà triginta dies. arg.l.ſi uindicari.C. de pœn. ubi ſi princeps ſeuerius in aliquẽ uindicari mãdauerit, triginta diebus ab executione ſuperſedendum eſt, ut interim uideatur, an per iracundiam mandatum fuerit: quia ſi per iracundiam, ceſſabit ea temporis intercapedine ac interuallo. concordat c.cum apud Theſſalonicã.xj.q.iij. ubi aſsignatur ratio & cauſa,ob quas Theodoſius Imperator d.l. ſi uindicari. promulgauit,de cuius intellectu & materia uide etiam Feli.in c. iusgẽtium,col.ij. & in c.in cauſis. col.ij. de re.iudi. & in c.ſi quando.col.ij.de reſcript.Iaſ. in l.puniri.colũ.fin.C.ſi contra ius. Marſil.in l.j.in §.ſi.col.xv.ff.de quæſtio.Neuiza.in ſylua nupt.col.pe.& Grãma.Neapol.in uoto.xxxij. præſumitur itaque iracundiam durare triginta diebus: ideò nimirũ. ſi durante eo tempore uerbum per iniuriã inconſulto iracundiæ calore ꝓlatum reuocari poteſt. Quę opinio cum non ſit ratione bona ſuffulta, mihi nequaquam placet.nam diſpoſitio l.ſi uindicari. procedit ubi agitur de uita hominis ex mãdato principis perimẽdi, editaque ſpecialiter fuit propter facinus a Theodoſio apud Theſſalonicam perpetratum, ne ſibi uel ſucceſſoribus ſuis tale quid in poſterum contigeret. Et ſic parum quadrat in propoſito iniurię uerbaliter dictæ,& quòd iracundia tanto tempore durare præſumatur. Præterea iracundia nihil facit ad peremptionẽ actionis iniuriarum. tex.eſt in d.l.ſi non conuitij. ſed reuocatio & pœnitentia uerborũ per iniuriam prolatorum, quæ eſt poſt xxx.dies,fieri poſſe uidetur, cum ius ſimilis reuocationis.xxx. dierũ ſpatio præſcribi nõ reperiatur iure cautum.

13 Vnde ergo credere†poſſem eũ, qui iniuriam dixit aut fecit modo prædicto,pœnitere & reuocare quæ malè dixit uſque ad litis conteſt. ſuper actione iniuriarum factam,non autem poſt.Ratio,quia poſt dictum tempus perfectè & irreuocabiliter acquiſitum eſt ius iniuriam paſſo, etiam ad hæredẽ tranſmiſſibile.l.iniuriarum actio. ult.ff. de iniu.:ideò abſque ſuo conſenſu tolli non poterit.l.id quod noſtrum.ſuprà eo. ſed ante litis conteſtationem cùm perfectè & irreuocabiliter iniuriã paſſo ius quæſitum non ſit,per pœnitentiam uidetur reuocari poſſe: eoque modo ſatis fieri iniuriã paſſo. Tutiùs tamen erit, quòd pœnitẽtia ductus incõtinenti quis reuocet, quia ea quę incontinenti fiunt,ineſſe uidentur.l.lecta.uer.dicebam.ff. ſi certum petat. bene itaque hîc dicit Iuriſconſult.quòd uxor quæ breui reuerſa eſt, diuertiſſe non uidetur. faciunt not.in c.cum uenerabilem.de except.ubi Pariſ.colũ.vij. poſt alios concludit, quòd repentina cõfeſsio, indeliberata,& ſeu calore iracundiæ facta, non præiudicat, reuocarique poteſt etiam de errore minimè edocto; deliberata uerò de errore tantummodo educto, ita ꝙ meliùs utiliusque eſt dictam reuocationẽ incõtinenti facere,quàm poſt perſeuerãtiam & deliberationem creditam.

14 Actio †autem iniuriarum diſsimulatione aboletur, illique annuo ſpatio

tio præſcribitur.§.fina.inſtit.de in-
iur.& d.l.ſi non conuitii,& pulchrè
per Felin.in cap. ſin autem. colum.
fin.de reſcript.

Quartò nõ procedit hæc regula,
15 ubi † poſt calorem iracundiæ perſe-
ueraſſet quis in eadem uoluntate.
dict.cap.ſi quis iratus. ſecundũ Iaſ.
in d.l.ſi filiam.col.ii. ad quod uide-
tur tex.hic,ibi, perſeuerantia appa-
ruerit. ceſſat enim tunc animi con-
citati perturbatio, & alteratæ mẽtis
conſideratio,præſentis regulę fun-
damentum,ut uiſum eſt ſuprà, quę
16 quidem † perſeuerãtia per iteratio-
nem,quę deliberationis ſignum eſt,
induceretur,& excluderet allegatio-
nem iracundiæ.gloſſ.in d.ca. ſi quis
iratus. tradit poſt Bal. Felin.in c. ſi-
cut. præalleg. col.fi.faciunt quæ de
ſecundo iuſſu principis, limitando
l.ſi uindicari. ſcribit Iaſo.in l.puni-
ri.ad fin.C.ſi cõtra ius.Felin.& alii.
in c.ſi quãdo.per illũ tex.de reſcrip.

Quinto & ultimò fallit hæc regu
17 la † in contractu facto cum eccleſia
aut ad pias cauſas, quia ualet non
obſtante calore iracũdiæ.d.c.ſi quis
iratus. ſecundum Iaſo.in d.l. ſi filiã.
col.ij.Roma.in ſing. & Alexan. hic
in apoſtil.ad Bart.& Baue. in tract.
de uirtu. iur. uer.lxxiij. Quod in-
tellige in cõcitato, & aliqualiter per
turbato: ſecus quando eſſet concita-
tio,quæ mentis alienationem indu-
ceret,ſecundum Deci.ſuprà in prin.
l.& Felin. in dict.capit.ſicut. & Ba-
uer. loco præalleg. tunc enim geſta
inconſulto calore iracũdiæ nõ ſub-
ſiſtunt indiſtinctè. militat enim ea-
dem ratio indiſcretionis & cæcita-
tis promittentis, uel contrahentis, ſecundũm prædictos,quæ geſtorum nullitatem inducit.

## SVMMARIVM.

1 *Ex maleficio ſerui nõ quæritur actio domino.*

2 *Acquiſita illicitè per filium & monachum, patri & monaſterio non acquiruntur.*

3 *Idem de acquiſitis per unũ ex ſocijs.*

4 *In generali conceſſione,non ueniunt illicita.*

*L. ſi pater.cum ſimi.ff.quæ in frau. credi.ornatur.*

## L. XLIX. PAVLVS.

ALTERIVS circumuentio alij non prębet actionẽ.

EXEMPLIFICARI multipliciter poteſt propter generalitatẽ & obſcuritatem eius. Prima intelligentia gloſſ.ꝙ ob dolum non competat actio cum effectu, quia repellitur agens doli exceptione: nõ placet mihi,quia text. hic uult, ꝙ non competat actio:in caſu uerò gloſſ. compereret,quamuis per doli exceptionem excludatur. Secunda intelligentia de dolo mediatoris dante cauſam contractui,eumque nullum reddente, ideoque actionẽ non cõpetere:pariter non placet,ſolũ enim procedit in cõtractibus bonæ fidei, regula uerò hæc generalis eſt ad omnem circunuentionem . præterea l. & eleganter, cum materia loquitur de dolo contrahẽtis,noſtra uerò de dolo & circunuentione tertii.Magis placet exemplum Decij hic per l.qđ

ſeruus

1 ſeruus.in fi.ff.de acquir.poſſeſ. † ex maleficio ſerui non quæritur actio domino. & eſt ratio,quia in illicitis dominus non uidetur conſentire. arg.l.ſi pater.ff. de his quæ in frau. cred.& l.procurator. uer. ꝙ ſi inde-
2 bitum.ff.de cond.indeb.ideò ſi † filius uſuras exerceat,patri non acquirit. & ſimiliter per monachum illicitè acquiſita monaſterio non acquiruntur: ut poſt Bart. & alios ſcribit Arct.in d.l.quod ſeruus.col.fin.Exẽplificari etiam poteſt in §.pœnæ.l.ſi fratres.& in l. quod autem ex furto.
3 ff.pro ſocio. † ubi ex cauſis illicitis acquiſita, aliis ſocijs etiam omnium bonorum non acquiruntur, nec ſocietati conferuntur, neque ad ea actionem habent alij ſocij. Et ſicuti ex dolo & circunuentione propria nihil conſequi quiſpiã debet.l.fi. cũ gl.ff.de dolo.ita nec ex dolo, aut circunuentione alterius ut hîc dicitur.

Notandaque eſt concluſio quam breuiter hic uoluit Dec.ꝙ in illicitis quis conſentire non cenſeatur & in
4 † quauis generali conceſsione uel diſpoſitione nõ ueniunt illicita, nec ea quæ in poteſtate concedentis uel diſponentis non ſunt.d.l.ſi pater.cũ ſimilib.quæ uidere poteris per Roma. in conſil.xcij. cxvj.ccix.cccxciij. col.ij.ccccij. & cccxxxvj.colum. iij. Barb.conſil. xxiij.col.j.uol.j.Corn. conſi.lxiiij.uol.iij.Alex.conſil.ij. colum.j.& liiij.col.fi.lxxv.col.j. & ccxix.col.j.ſemper.in iiij.uol.& in v.uolum.conſil.xxxiij.col.fi.& liij.col.ij. Iac.de ſancto Georg.in inueſ. feud. in uerbo,& dicti ual.col. ij. Aquẽ.l. ex facto. colũ.ij.ff.de uulg.Dec.in c. eccleſia ſanctæ Mariæ.col.xx.de con. ſtit.& in l.j.in j.not.ff.de offic. eius Lancel.Galiau.in repetit. l.Centurio.colum.xij.ff.de uulg.quę not.ad d.l.ſi pater.

## SVMMARIVM.

1 *Verbum,ſcientia, hic quomodò accipiatur.*

2 *Futuro facinori quando quis teneatur obuiare. & nume.3. De iure ciuili.nume.10. De iure canonico. numer.11.*

3 *Poteſtas uidens rixantes,& non mittens familiam quando debeat priuari.*

5 *Mutus non obſtans, non manifeſtans, qui poteſt, & tenetur, quòd teneatur ad reſtitutionem malè ablatorum.*

6 *Quis teneatur: non obſtans: non manifeſtans: qui ſint.*

7 *Sciens aliquem domum fracturum & furaturum,non obuians ſine dãno,reus eſt furti.*

6 *Dominus quando teneatur de geſtis per ſeruos,famulos,& filios.nu. 9.*

12 *In crimine læſæ maieſtatis punitur ſciens,qui non reuelauit.*

*Bartoli dictum in l. utrum. ff. de parricid.an ſit uerum.*

13 *In crimine læſæ maieſtatis deficientibus probationibus, an quis cogatur ſubire duellum.*

L. L. VLPIANVS.

CVLPA caret,qui ſcit,ſed prohibere non poteſt.

SVMPTA

SUMPTA fuit ex legibus hic p gloſſ. & Dec. alleg. Ex quorum dictis apparet, tã de iure ciuili quàm canonico hanc regulam procedere, imò & de iure diuino, ut infrà dicetur. Quemadmodum accipi debeat
1 uerbum † ſcientia, ex fine iſtius regulæ ſatis patet, & clarius declaratur in l. in delictis. ff. de noxal. An cum conſilio, uel etiam ſi uiderit tantũ prohibere autem nõ potuerit. quid enim ſi contemnat ſeruus dominũ, uel cum trans flumen ſeruus ſit, uidentem quidem, ſed inuito domino noxiam noceat? Rectius itaque dicitur, ſententiam eius accipiendam, qui poteſt prohibere: poſſeque illud quis non dicitur, quod eſt contra bonos mores. l. iij. §. idem cum Pollidius. ff. de uſur. aut quod commodè facere non poteſt. l. nepos Proculo. ſ. tit. proximo. Quod ergo dici
2 tur † teneri quẽ futuro facinori obuiare, intelligitur quando poteſt ſecundum bonos mores, & ſine rubore, ac commodè. Felin. in c. quantę. col. j. de ſenten. excom. & in c. j. col. ij. de officio deleg. Ad confirmationem præſentis regulę facit alia l. nullum crimen. infrà eod. ubi uidetur hæc repeti, dum dicit, nullũ crimen patitur is, qui non prohibet, cùm prohibere non poſſit. Et ſi de ſuperfluitate opponeretur? Reſpondeo eum qui ſcit, ſed prohibere non poteſt, culpa carere: ita procedit quod hic dicitur. ibi aliud determinatur, talem commiſſi criminis pœnã minimè pati, ſiue non debere puniri, cum culpa careat, ut hic dictum fuit, facit text. in c. cognoſcentes. de conſtit. ibi, rem, quæ culpa caret, in dãnum uocari non conuenit. A contrario autem ſenſu in iſtis regulis,
3 aliud eſſe liquet, † quando quis ſcit & non prohibet, cùm poteſt intellige, & ratione officii tenetur: ut per Bald. & Flor. in l. ij. ff. de nox. & Deci. ad fin. d. l. nullum. quod melius j. declarabimus. ſcrupulo enim ſocietatis occultæ non caret, qui cùm poſſet manifeſto facinori obuiare, deſijt. xxiij. q. iij. c. non inferenda. & c. qui põt. & c. quantæ. ad fi. de ſent. excommunic. habens itaque in aliquem poteſtatem, ſi uideat alteri eũ uim inferre, & non prohibeat, pro conſentiente & faciente reputatur. glo. in d. c. quantæ. ualdè ibi no. per Fel. col. j. & in c. j. col. ij. de offi. dele. Ad ſingulare dictum Bart. & Bald. & prius Cyn. in l. ij. ff. de nox. quod
4 † ſi ptãs uel officialis rixantes & ad arma ruentes uidet, & familiam pro obuiãdo non mittat, deponi ob hãc cauſam licitè poteſt: niſi (ſecundum Felin. ibi) ad aliud faciendum familiam miſiſſet, aut familia potens nõ eſſet ad ſedandam talem rixã. Quæ quidem declaratio optimè probari uidetur per iſtam regulam, culpa eum carere dicentẽ, qui ſcit & prohibere non poteſt. in caſibus. n. à Feli. cõſideratis, licèt officialis ſciret, prohibere non poterat. Dec. hic licèt de dictis Feli. non faciat mentionem, refert Bald. uelle in. d. l. ij. ꝙ non obuians maleficio ubi ad eum prohibere ſpectat, illud ipſum perpetrare uideatur: quodque procurator dominum in pœnam incidere facit, quãuis ſpeciale mandatum non habeat, ſi dñs ſcit & patitur. Confirmatur prædicta concluſio, ꝙ ſciens & non prohibens

prohibens teneatur quando poteſt & tenetur,ex his quæ theologi ſcri-
5 bunt in materia † reſtitutionis, quæ de neceſsitate ſalutis fieri debet, iuxta regulam, non remittitur peccatum,niſi reſtituatur male ablatū, quòd ad reſtitutionem talem obligetur mutus non obſtans, non manifeſtans,hoc eſt qui poteſt,& tenetur loqui,conſulendo,reprehendendo, præcipiendo &c.talis enim quia cauſa eſt non directæ ſeu poſitiuæ, ſed indirectæ & priuatiuæ iniuſtæ acceptionis:ſicut in curia, ſeu ſomnus naucleri, cauſa eſt ſubuerſionis nauis: ideò ad reſtitutionem tenetur.Rectè autem dicant,qui poteſt, & tenetur:quia potens ſi non teneatur,arguendus nō eſt.patet in Deo, qui cuilibet hominis peccato obuiare poteſt:ſed cùm non teneatur, illi non imputatur aliquod noſtrum peccatum. Et ne uacilles quærendo
6 †quis eſt qui tenetur,ſcitè dicunt illos ſolos eſſe,quibus ex officio præcipere,conſulereque incumbit. Et idem intelligunt in aliis duobus,nō obſtans,non manifeſtans: non obſtans, hoc eſt non præbens auxiliū impeditiuum iniuſte actionis cum poteſt,& tenetur:quia ſic eſſet indirectè cauſa priuatiua actionis iniquæ.& propterea domini temporales,qui in terris eorum crebreſcentibus latrociniis non obſtant,damna paſsis ad reſtitutionē tenētur, quia poſſunt ut ex officio ad hoc teneantur,cùm eſſe debeāt iuſti cuſtodes. Non manifeſtans, inuaſorem puta, uel tunc,uel poſtea,ita quòd ſit cauſa iniuſtæ actionis uel detentionis. ideò teſtis quod poteſt non manifeſtans,quia ex officio eidem incumbit,ad reſtitutionem damni, quod patitur proximus ob manifeſtationem non factam, tenetur. Et licèt regulariter uerum ſit, in prædictis caſibus,muti non obſtantis, & non manifeſtantis,quòd illi ſoli, quibus loqui obſtare,aut manifeſtare ex officio incumbit, comprehendantur: uerumtamen quoque eſt etiam illos comprehendi,qui ex occurrenti urgentis neceſsitatis periculo manifeſtè tenentur,& poſſunt abſque dam
7 no & periculo ſuo:† ut ſi quis ſciat aliquem inuaſurum domum Titii, rapturumque ſeu fracturum, & niſi ſignificet,ſequetur damnum,cū poſſit abſque periculo & damno prouidere:ſi non facit,reus eſt furti: ſicut homicidii reus eſſet,ſi eo modo ſciret homicidium futurum, prouidereque poſſet & non faceret. Caieta. referens theologos in ſua ſummula in uerbo reſtitutio. Et propterea
8 † ſi ſeruus domino ſciente & non prohibente cum poſſet, hominem occiderit,tenetur dominus:quia ipſe occidiſſe uidetur.d.l.ii.de noxali. Quod pariter uidetur procedere in ſeruitoribus & famulis:quia factum ab illis domino ſciente. & non prohibente imputatur domino: ſecundum Dec.in d.l.nullum.per deciſionem Bar.in l.de pupillo.in §.ſi quis ipſi prætori.in x.q.ff.de nou. oper. nuncia. ſecùs ſi inſcio domino, uel prohibere non ualente delictum cōmiſſum fuerit:tunc enim ſecundum communem & ueram cōcluſionem de talibus familiæ & ſeruitorum delictis,non tenetur dominus: ut per Cornc.in conſi.xl.lib.j. Feli. in cap.

Petrus.de homic.ubi latè hãc materiam tractat,ſic firmans. quod extollit Dec.in d.l.nullum.de nobili tenẽte ſeruitores malę uocis, cõditionis & famę,ut de illorum delictis teneatur, nec audiatur ignorantiam allegans, cùm debuerit cõſiderare ea facilè euenire poſſe,& per ſimiles perſonas committi.Dicũt ẽt Iaſ.& Moder.Papien.in l.j.C.de ſer.fugit.per deciſionem Bar.in l.ſi ſeruus ſeruũ. in §.Proculus.ff.ad leg. Aquil. ꝙ ſi famulus alicuius ignem mitteret in domum conductam, dominus non teneretur niſi habuiſſet ſeruos noxios, ac malæ conditionis: quia tũc in culpa eſſet tenendo in domo ſimiles perſonas,propterea obligaretur. per text.in d.§.Proculus. quod not. Aret.tamen in c.conſtitutus.in viij. no. de teſti.tenet ſcientiam,& patiẽtiam domini non inducere mandatum,licèt delictum prohibere potuerit: & ꝙ iſta non ſit ſufficiens probatio contra dominum ſi criminaliter agatur:ut ibi per eum.communis tamẽ,ut dixi,eſt ad oppoſitum.De de-
9 licto autem † commiſſo à filio uidẽte patre & non prohibente, nec clamante contra filium, tenetur pater ipſe.Curtius Senior pulchrè in cõſi. xlj.ſuper proceſſu.facit quod ſcribit Paul.de Caſt.in conſi.ccccxxij. quia ſcio.in nouis.de delicto ciuiũ, quos cõmunitas prohibere potuit, ut prę ſumptio ſit contra communitatem.

Præterea ad declarationem dictarum regularum de duobus quæ per gloſſ.tanguntur uidendum eſt, an de iure ciuili, delicto teneatur quis obuiare, & alium ſi poteſt, defendere: & ſimiliter quid de iure canonico. Communis opinio doctor.
10 eſt cum glo.hic, quod † non teneatur quis obuiare delicto, & aliũ defendere, etiam clamando uel reuelando. Dec. hìc,& in c.j.de offi.delega.& in l.ut uim.colum.penul.ff.de iuſt.& iur.Fel.in d.c.quantæ. & plenius in d.c.j.col.ij.Aquen. in repe. d.l.ut uim.char.ult. ponunt ibi Fel. & Aquen. regulam cum aliquibus limitationibus, quibus addi poteſt alia, quando commodè & ſine ſui periculo quis ſit, & prohibere poteſt, ut ſi non fecerit, teneatur: ut per Dec.hìc. & in d.l.ut uim.colũ. penult. & hæc concluſio communiter uidetur iſto caſu per doct. approbata, ut patet ex relatis per Dec. in prædictis locis. faciunt quæ theologi ſuperius relati tradunt. ſi quis tamen obuiare deſierit, cum poſſet, in atrocioribus non puniretur pœna qua punitur faciens, ſed mitiori & extraordinaria: ſecundum Felin. in prædictis locis. Sed in ſecreto iuris cõcluſio, ubique per Dec. approbata, quòd de iure ciuili teneatur quiſpiam de delicto, cui cum poſſet non obuiauit,per regulas prædictas uerior uidetur: ſumpto argumen. à contrario ſenſu: iunctiſque prædictis, quod ubi commode & ſine periculo obuiare quis poteſt, ad id ſecundum communiter ſcribentes obligetur, nec alius eſt iſtarum regularum contrarius ſenſus, ſi ponderes uim uerbi, poſſe, iuxta ſuperius relata, ſed quicquid ſit attentis limitationibus per Felin.& Aquen.præallegat, ad concluſionẽ aſſignatus quibus caſus importantes includuntur, non eſt in his facienda magna uis.

11 De iure uerò canonico † tenetur quis delicto obuiare: ut hic per gl. & Dec. iuribus per eos allega. & per Feli. prius in d.c. quantæ. & in d.c. j. col. ij. de offi. deleg. ubi plus dicit, quòd de iure canonico tenetur quis obuiare præiudicio proximi, ipſo proximo etiam inuito à quo poteſt repetere expoſita. exempli gratia, ex penſas in infirmitate alicuius factas: iuxta glo. lxxxiij. diſtinctio. in ſumma. declarando tamen, ut plenè per Feli. in locis prçalleg. ubi etiam uult in dubio potius negligētiam quàm
12 dolum præſumi. Quid autem † de ſciente & non reuelante tractatum aut proditionem contra principem ſeu patriã an indiſtinctè teneatur? Bartol. in l. utrum. ff. de parricid. tenuit quòd ſic: & multi ſequuti ſunt: ut per Firmia. in ſuo repertorio in uerbo ſcire. numer. 14. Baldus aliique plures dixere animam Bar. propter illud dictum in inferno cruciari, neque talem ſcientiam puniri debere, niſi ſciens probationem delicti habuiſſet. Et iſta opinio contra Bartolum cōmunior ueriorque uidetur: ut hic per Dec. & Felinum in locis præallegat. Aquen. in repetit. dict. l. ut uim. ſolio ultim. & in l. qui accuſare. in princip. C. de edend. ubi pro hac ſententia adducit tex in clemen. ij. cum gloſſ. in uerbo ualeat. de hæret. & per Cardinal. Alexand. in cap. ſi quis Papa. lxxix. diſtinctio. Hippol. de Marſil. in nota. clxiiij. Modern. Mediolan. in l. iiij. in §. Cato. in iiij. notab. ff. de uerborum obligatio. & Ripam in tracta. de peſte. fol. xcij. in ultim. colum. xj. quæſtionis. Ego autem fœdere diſtinctionis has cōcordarem opiniones, ut communis procedat in uia ac per modũ accuſationis, quam non tenetur inſtituere etiam in crimine læſæ maieſtatis ille qui probare non poteſt: ſecus autem ſit per uiam ſimplicis admonitionis principi uel reipublicę præbendæ: ita etiam ſentire uidetur Alciat. loco præalleg. Et licèt doctor. generaliter contra Bartol. dicant, quòd talis conſcius reuelare non tenetur, æqua tamen uidetur prædicta diſtinctio. pro qua etiam facit: quia in foro conſcientiæ ille qui poteſt obuiare delicto proximũ præmonendo ut caueat, ſi nō facit, peccat, & tenetur in foro conſcientiæ, & animæ. Abbas in cap. j. col. ſin. de reſtit. ſpolia. & ſi neceſſariam diceremus copiam probandi reuelationi prædictæ, nunquàm locus eſſet, cùm ſecretè tractentur & ordinentur ſimilia. Amico ſemper conſulerem ne ſe in periculum conijceret, uerum principi uel reipub. ſcientiam eius detegeret, atque nudaret non accuſando quempiam, ſed ſecretè admonendo ut à tali inconuenienti cauerent, reuelãdo quicquid ſciret de tali re, quod ſi facere non poſſet, excuſaretur, per hanc regulam cum aliis præallegat. & tradita per Curt. in tract. feud. ſol. xxxvij. in xxvj. cauſa priuationis ſeud. Non omitto multos (quemadmodum de amiclis dicitur, periiſſe tacendo) etiam illuſtres & famigeratos uiros temporibus noſtris, qui principibus & dominis ſuis tractatus contra eos factos non reuelarunt, quorum nomina & cognomina ſi uellem dicere poſſem. Ex prędictis etiam apparet,

13 paret, † quòd in crimine lęſæ maie-
ſtatis deficientibus probationibus
non cogitur quis ſubire duellum, a-
liàs teneretur accuſare reum offeré-
do ſe probaturũ in duello. De qua
quidem materia duelli aliqua dicen
tur in l.fauorabiliores,infrà eodem.
* * Vltimò nota pulchram gloſſ. hic,
quæ ait ſecundum Moder. Medio-
lan.in tract.præſumpt.in xxxix.præ-
ſumpt.tertiæ regulę, quòd duobus
rixantibus, non debet quis ſe inter-
ponere per modum per quem de-
fenſio redderetur debilior. & ſi occi
deretur, ſibi eſſet imputandum: &
diceretur factum ad defenſionem.
allegando plura alia, ut ibi per eum
quod nota.]

## SVMMARIVM.

1 *Defendere quis non dicitur, ſi defen ſio non duret.*

2 *Momentanea in conſideratione legis non ſunt.*

3 *Matrimonium contractum in articulo mortis ualet.*

4 *Verbum, reſtituere, hic quomodò intelligatur. & nu. 5.*

6 *Verbum, capere, & accipere, quomodò accipiantur.*

L. LI. CAIVS.

NON uidetur quiſquam id capere, quod ei neceſſe eſt alij reſtituere.

CONCORDANT iura alleg. per gloſſ. & Dec. hic facit. l. cùm dotem. ff. ad l. Falcid. & multa quæ allegaui in l. non uidetur cœpiſſe. quæ
eſt xiij. ſuprà eod. Probari etiam ali
ter poteſt quod hîc dicitur: quia ut
clari iuris eſt, uerba cum effectu in
telligenda ſunt: ſed quod alii reſti-
tuendum uenit, parum utilitatis af-
1 fert. nec † dicitur quis defendere, ſi
defenſio non duret. l.ij. ad fin. ff. ex
quibus cauſ. in poſ. ea. ideò nimirũ
ſi tale quid capi non uidetur. pon-
deraque uerbum, uidetur, in regula
poſitum, quod fictionem denotat:
quaſi dicat, capit quidem conſidera
to facto, ſed attento effectu reſtitu-
tionis alteri faciendæ fingitur non
capere. hic præſentis regulæ uerus
2 ſenſus eſt. Sicque etiam patet, † mo-
mentaneam acquiſitionem in conſi
deratione legis non eſſe, ad idem l.
fin. in fi. C. de bonis quæ lib. & ff. de
ſolu. l. qui ſic. De qua materia, an &
quando, ea, quæ momento durãt,
in conſideratione habeantur, uide
Bald. in l. cum quæſtio. in fi. C. de le-
ga. Roma. in conſil. cclvj. & ccxcix.
Barb. conſi. xij. num. xxv. lib. j. Aret.
conſi. 50. colum. iij. & lxiiij. col. iiij.
in fi. & col. fin. Alexand. conſil. xliij.
col. fi. lib. iiij. & in l. ſingularia. colũ.
fi. ff. ſi cer. pet. Soc. conſi. liij. col. fin.
uol. iiij. Rim. in l. traditionibus. col.
j. C. de pact. Iacob. in tract. feud. in
uerbo, & fœminis. colum. ij. Iaſon
in l. non tantum. C. de leg. Dec. in l.
cum prætor, per illum tex. infrà eo.
& in l. ſi tibi pecuniam. circa fin. ff.
ſi certum petat. Curt. in l. unum fo
lio. j. eodem titulo, & in tract. feu-
do. fol. xliij. uerſic. ſed circa præmiſ-
ſa. & in tertia parte fol. iij. uerſicu.
xxvij. quæro. cum uerſic. ſeq. Dec. in
cap. in præſent. a. col. xxxvj. uerſ. iſta
tamen concluſio. de prob. Aquẽ. in

tit.qui ſeu.da.poſ.fol.x.ad fi. ubi po
3 nunt, de † matrimonio duraturo tẽ
poris momento, per exiſtentem in
articulo mortis, puta contracto, an
* ſubſiſtat. * Et conſuluit Rui.in con
ſil.lxxviij.lib.iij.& Pariſ.conſi. xxix.
col.j.lib.ij.& conſi.xiij. eodem lib.]
Et quemadmodum ex prædictis
patet, & hîc declarat Decius licèt de
præalleg.non faciat uerbum, regula
4 iſta intelligitur † quando illicò &
incontinenti quis alii reſtituere te-
netur: ſecus ſi ex interuallo ita quòd
medio tempore utilitatem cõſequa-
tur: quia medii temporis conſidera
tur interuſurium.l. Sulpitius.ff. de
don.inter uir.& uxor. cum aliis hîc
per Dec.alleg. & in d.l.ſi tibi.
5 Rurſus intellige † & declara, ut
per glo.in l. dolo facit.ff. de except.
doli.& per Iaſo.in l.ſi donaturus.in
§.ſi quis indebitam.in iij.& iiij. no.
ff.de cond.ob cauſ. & ſubtiliter per
Aret.in l.j.cum filio.col.vj.& vij.ff.
de leg.j.& Soci.in l.rem quæ nobis.
col.antepen.de acquir. poſſ. faciunt
quæ Dec.ſcribit in conſil. ccccxxiiij.
6 Et differunt † capere, & accipere.l.
aliud eſt capere.ſ.titul.j. & declarat
hîc Dec.quem ſequitur Alciat.in d.
l.aliud.ſed ut plurimum iſta confun
duntur, tam in iure, quàm penes
poetas, & oratores.Et niſi Iuriſcon-
ſultus eam differentiam ibi conſti-
tuiſſet, uix audiretur, qui id dicere uellet.

SVMMARIVM.

1 *Defendere quis non dicitur tribus modis.*

2 *Interrogatorijs per iudicem factis re cuſans reſpondere, poteſt puniri.*

3 *Verbum defenſio, quomodò intelligitur tam in contractibus, quàm in principe.& nu.4.& 8.*

5 *Armorum uſus priuatis eſt interdictus.*

6 *Promittens defendere caſtrum, intelligitur ubi uis iniuſta infertur.*

7 *Defenſio cum moderamine, & factum ad defenſionem, quando dicatur.*

8 *Defendere me promittens, curare debet ne me offendat.*

L. LII. VLPIANVS.

NON uidetur defendere non tantùm qui latitat: ſed & is qui præſens negat ſe defendere: aut non uult ſuſcipere actiones.

SVMPTA fuit ex legibus per
glo.alleg.Edictum uerò prætoris po
ſitum in l.ij.quibus ex cauſ. in poſ.
ea.unde extrahitur hæc regula, opti
mè interpretatur Cic. in commenta
riis cauſarũ in xij.oratione pro Pu-
1 bl. Quinctio. No. duobus † modis
dici quem nõ defendere. Primo qñ
latitat:ut hîc per Deci. declarantem
quid ſit latitare: materia trita eſt.
Et pondera ꝙ hîc uerbum uidetur,
refert ueritatem, cum pro ueritate
non defendat qui latitat. Secundo
modo dicitur non defendere, qui a-
ctiones & defenſionem ſuſcipere re
cuſat.pariter præſens, qui rñdere nõ
uult, dicitur prætorem contemnere
& contumax eſſe.l.de ætate.§.qui ta
cuit.cum not.ff.de interrog. act. &
xj.q.iij.c.certum. ſecundũ Dec.hic,
quod

2 quod nota † contra recuſantē inter rogatorijs ſibi per iudicem in criminali cauſa factis rñdere, ut iudicem contemnere dicatur : & ideò puniri poſsit,& cogi rñdere.facit l.unic. cū ibi dictis per me ſuprà ſi quis ius di cen.non obtēp. Tertiò non dicitur defendere,qui in ſuſcepta defenſione non perſeuerat.d.l.ij.ad fi.& no. ēt hic Dec.nec mirum,quia nihil actum eſſe dicitur,cùm aliquid ſuper eſt agendum.l.pe.in fi.C.ad Syllan. nō.n.qui incœperit, ſed qui uſq; in finē perſeuerauit. ( ut in Euangelio dicitur) ſaluus erit. Et eſt defenſio,
3 † ut hic ſubiungit Dec.generale uerbum utranque defenſionem iuris & facti comprehendens . ideò promittens aliquē defendere,utranque defenſionem promiſiſſe cenſetur, acſi expreſsè dixiſſet de iure & de facto : quod intelligitur,ut ea quæ ſunt facti in iudicio faciat, ut comparere, teſtes producere,expēſas ſoluere, & alia in facto conſiſtentia : nō autem intelligitur quod armata manu defendat,præterquam in principe quēpiam ſub defenſione ſua recipientē: ut hìc per Dec. & prius per Iaſ. in l. ſtipulatio iſta.in princ.in ult.col. ff. de uerb. oblig. & hanc longam eſſe quæſt.dicit Fel.in c.ego.colū.iij. de iureiur.& in c.olim.col.fi. de accuſ. & ego latius poſui in proœ. ff. in princ.Communis eſt, ut ibi dixi, &
4 ex prædictis liquet, ꝙ † promittens defendere de iure & de facto in materia contractuum,non teneatur cū armis defendere,ſed tantùm ea quæ facti ſunt in iudicio facere.natura enim iudicialis defenſionis talis eſt ēt in principio,ut per Iaſ. & alios prææalleg. Extra uerò materiam contractuum, in principe ſub protectione & defenſione ſua quempiā recipiente,uenit defenſio cum armis , ſecus in priuata perſona : ut per ſcribētes in d.l.ſtipulatio iſta. & in aliis locis prædictis . Quæ opinio confirmari
5 poteſt: quia † armorum uſus priuato legitur interdictus.l.uni.C.ut arma.uſus,libr.xj. unde cùm hoc in eius poteſtate non ſit, non debet permiſſum cenſeri, per ea quę diximus ſ.in l.alterius circunuentio.in fi. Et in hac ditione Sabaudiæ puniuntur priuati quempiam ſub protectione & ſalua guardia recipientes,& ſimiliter ſe ſubmittentes : ut in tertio libro ducalium decretorum ſub rub. de guardijs & prohibitione, & pro-
6 mittens † caſtrum alicuius defendere, intelligitur quando uis iniuſtē fit,ſecūdum Alex.ut hic Dec. refert. Hinc etiam dicit Imol.in l. quidam cum filium.col.vj.de uerb.obli.ꝙ ſi is, cui talis legitur facta promiſsio , delictum cōmittat,propter quod cōtra eum dirigitur exercitus,ad defenſionem nō tenetur . plura cumulaui in loco prælleg. ubi poſui ēt de eccleſia,quæ pro aliquo defenſionem promiſit,ꝙ cū armis defendere non debet,neque tenetur. Quæ uerò di-
7 catur † defenſio cum moderamine: uide per Bald.in l.j.colū. xvij. C.de confeſ.Abb.in c.j.col.vj. de reſtitut. ſpolia.omnes Moder.in l.ut uim.ff. de iuſti.& iur.Et quando dicatur factum ad defenſionem , & magis ad defenſionem quàm ad uindictam , tradit Dec.in conſi. cccclxx. dciij. & dclxxvij.

8 Ille autem † qui me defendere

promiſit, ne me offendat curare de bet.text.eſt notab.in l.altius.ff. ſi ſer uit.uendic. & in l. frater à fratre.ff. de cond.indeb.ubi Alex. & alij notant ponentes, an contra ſeipſum & deſcendētes ſuos talis eo caſu teneatur: de quo etiam per Felin. in d. c. olim.col.iij.plura alia in materia de fenſionis, ponit remiſsiuè Firmia.in repert. in uerbo Defendere. & in uerbo Defenſio.

SVMMARIVM.

1 *Soluens ſcienter indebitum, cenſetur donare.*

L. LIII. PAVLVS.

CVIVS per errorem dati repetitio eſt: eius conſultò dati, donatio eſt.

SVMPTA eſt ex l.j.ff.de condi ctio.indeb. diffuſamque & difficilē materiam condictionis indebiti con tinet: quam ordinariè examinant ſcribentes in l.cùm quis.C.de iur.& fact.igno.in l.indebitum.C. de con di.indeb.& in l. j.§.eo.tit.de condi. indeb.ubi Iaſ.poſuit omnia quæ hic ſcripſit Dec.& plura alia, ideò ibi ui dendum. Satis igitur erit præſentem

1 regulam intelligere, quòd † ſi cōſul tò & ſcienter indebitum ſoluerit, cē ſetur donare: ideò repetere non po teſt, cùm in re ſua quilibet ſit moderator & arbiter.uulg.l.in re.C. man dat.Et quod ſemel placuit, amplius diſplicere non debet.cap. quod ſemel. de reg. iur. in vj. nec donatio ſemel facta, reuocari poteſt, niſi ex certis cauſis: ut in tit. C. de reuocā. donat.propterea nimirum ſi taliter donatum repeti non poteſt, nec reuocari.

SVMMARIVM.

1 *In conceſsione caſtri cum iuribus ad eum ſpectantibus, ueniunt molendi na in aquis caſtri exiſtentia, ſi ſunt concedentis.*

2 *Hæc regula quando non procedat.*

3 *Verbum conferre, et transferre, quod ſignificent.*

4 *Dare quem non poſſe quòd nō habet, quomodò intelligatur.*

5 *Baptiſmus poteſt conferri à pagano, qui illum non habet.*

L. LIIII. VLPIANVS.

NEMO plus iuris ad alium transferre poteſt, quàm ipſe habet.

SVMPTA fuit ex l.traditio. ff. de acquir.rer.domin.& eſt principij illius legis ſummarium. quæ fuit creatura Vlpiani, ſicut & materia. Ponitur etiam hæc regula in vj. decret.& habet plures concordantes: notandumque eſt ſummarium Bar. facetè ſumptum ex l. ſi uniuerſæ.C. de legat. Dum ſummat, mal da chi non ha, hoc dicit (ait) la campana

* di ſan Pietro.* ideò dicebat Bald. in l.nullus.C.de decur. lib. x. quòd doctor regularius & indoctus non poteſt facere ſcholarem doctum.un de glo.in ca.cum beatiſsimus.xxiiij. quæſtione.j.mouet ſcholarem ut au diat optimum magiſtrum. de quibus

bus etiam per Barb.in cap. Raynu-
tius, colum.iiij.de teſta. ] Et ſi prin-
1 ceps concordat† mihi caſtrum cum
omnibus iuribus & pertinentijs ad
ipſum caſtrum ſpectantibus, ueniũt
molendina in aquis caſtri exiſtentia
modò ſint concedẽtis: ſecus ſi eſſent
priuatarum perſonarum: quia con-
ceſſa tunc non cenſerentur: ſecun-
dum Bald.& Aluar.in tit. de capit.
qui curiam uendi. per §. primum.l.
Publius.ff.de condi.& demonſt. Et
in generali conceſsione lucratiuo ti
tulo facta, non uenit, niſi ius quod
concedens habet, per regulam no-
ſtram dicit ibidem Bald.& ſequitur
ſimpliciter Iac.in tract.ſeu. in uerb.
de caſtro.ad fin.j.col.

2 Hæc regula † patitur multas limi
tationes de quibus in glo. & melius
in d.cap.nemo.in vj. Bald. & Ang.
Aretin. pro declaratione præſentis
regulæ differentiam faciebant inter
3 † conferre, & transferre. ut poſsit
aliquando quis dare conferreque
quod non habet, ut in Epiſcopo be
neficia conferente, quorum nec do-
minium nec poſſeſsionẽ habet. ſed
ſufficit, quòd conferendi ius habeat
transferre uerò non poſsit.Dec. hîc
reprobat per text.in §.j.inſtit. quib.
alien.licet. ubi creditor dominium
pignoris in alium transfert, quam-
uis penes eum non eſſet ob uolunta
tem debitoris, ita quòd dominium
à domino transferri uidetur.In iudi
ce uerò & Epiſcopo, qui concedunt
quod non habent, accidit hoc ratio-
ne officii, & quia iuris fictione habe
re uidetur. & ſufficit, quòd uerè uel
interpretatiuè quis habeat ſaltem in
potentia ſi non in actu, patet in Ca-
nonicis qui Epiſcopum eligunt, &
in Cardinalibus ſummum Põtificẽ
eligentibus. Differentia Bald.de uer
4 bo transferre, poſſet procedere † ha
bita cõſideratione ad perſonam uo-
lentis transferre, quia ſi penes ſe nõ
ſit, à ſe ad alium transferre non po-
teſt. dicitur enim translatio de per-
ſona ad perſonam, uel de loco ad lo
cum.cap.j.& per totum tit. de tranſ
lat.Epiſcop.ſed conſiderata perſona
alterius tertij, poteſt quis ad alium
transferre quod non habet ab illo,
uidelicèt tertio ad alium cui conce-
dit, aut dat. Hinc dicit Iaſo. in l.j.
in §.in operis in h.ff.de noui operis
nunciat. quòd regula quæ habet,
neminem poſſe mutuo dare, quod
non habet, procedere quando nec
actu nec habitu nec potentia rem
quis habet: ſed ſi uno ex prædictis
modis res haberetur, transferri poſ-
ſet.Abb. poſt Paul.de Eleaza. in ca-
pit.cura.de iur. patron. ea propter
cum dominus potentiam habeat,
ut in re ſua ſeruitutem imponi pa-
ti poſsit, nunciando uerbo nouum
opus transfert in aduerſarium qua-
ſi poſſeſsionem. ſecundum Bartol.
& Iaſon. in loco præallegato. Et phi
loſophicè loquendo dicit Baldus
in l. ſi qua illuſtris. ad finem, C.
ad Orſician. cum tibi do liberta-
tem, formo te in libertate: quia in-
tellectuales. formæ imprimuntur,
nec tamen de ſubiecto informante
diminuitur aliquid, ut quando Im
perator dat legitimitatem, & ſicu-
ti in naturalibus uidemus, quòd
ſol format in materia colores, quos
non habet. & hoc neſciuerunt
gloſſ. noſtræ declarare dicit Bald.

* De qua materia uide omnino pulchrè per Iaſ.in l. qui in aliena.§. interdum.in ult.not. ſuprà de acquir. hæred.]

Poſtremò ad declarationẽ iſtius regulæ.uide gloſ.no.in c.Romanus

5 Pontifex.de conſecr.diſt.iiij.ubi † à pagano,qui ſine baptiſmate eſt, baptiſmus conferri poteſt.reſpon. glo. lege permittente, & iuris authoritate poſſe quẽ dare & transferre quod non habet. quam gloſſ.reputat not. Barb.in cap.quanto.colum. pen. & fin.de conſuet.

SVMMARIVM.

1 *Iuris executio non habet iniuriam.*

2 *Animus nocendi tertio quando arguatur.*

3 *In ſuo quis ædificare poteſt,& tollere ædificia uſque ad cælum.*
*L.altius.C.de ſeruit.& aqua. declaratur,& ornatur.*
*L. Proculus.ff.de dam.infect.quomodò intelligatur.*

4 *Caminum ædificari in domo non poteſt, quando fumus nocet uicino,niſi conſtituta ſit ſeruitus.nu.6.*

5 *Neceſſarij fornix exiſtens in area uicini,debet refici per uicinum.*

L. LV. CAIVS.

NVLLVS uidetur dolo facere,qui ſuo iure utitur.

MELIVS quàm per glo.exemplificari poteſt in legibus hic per Deci.alleg.& prius per glo. in l.ſi donaturus. in §.ſi quis indebitam. ff. de condict. ob cauſ. ex quibus ſumpta eſt regula iſta. Et dicit text. notab. in l.j.in §.denique.ff. de aqua plu. arcen.quòd qui in agro ſuo fodiens fontem uicini auertit, de dolo non tenetur, ſi non animo nocendi uicino,ſed agrum ſuum meliorem faciẽdi id egit. beneque hic dicit Iuriſcõſultus non uideri ſic agentem dolo facere: quaſi dicat in dubio, & iuris præſumptione nullus uidetur id dolo facere. Hinc etiam dicitur in §.j.l.iniuriarum.ff.de iniur. iure publico utentem, non uideri id face-

1 re iniuriæ inferendę cauſa: † quia iuris executio non habet iniuriam. & generaliter ut dicitur in l.iij.ff.de libe.homi.exhib. qui aliquid faciendi iuſtam cauſam habet, non uidetur dolo malo facere. niſi enim

2 † ex magna, & euidenti calliditate non datur actio de dolo, qui non præſumitur, niſi probetur.l.j. ad fi. ff.de dolo.l.quotiens.§.qui dolo.ff. de probat.ſecus ergo quando manifeſtè, ſeu per coniecturas appareret, quòd animo nocendi id principaliter fit, ut ex prædictis patet:de quo per Roman.in conſil. liiij. & lxviij. Felin.& alios in cap.ſin autem,de reſcr.Parpa.in repe.l.ſi quis maior. in vj.q.col.ſi.C.de tranſ.& Dec.in conſil.ccxlv.col.pen.

3 Qua ratione † poteſt in ſuo quis ędificare, & ad cælum uſque altius ædificium ſuum tollere,etiam quòd uicini lumina obſcurentur.l. Proculus.ff.de dam.infect.l.altius.ubi omnes no.C.de ſeru.& aqu.niſi animo nocendi uicino principaliter faceret: ut per Decium hic. & in l. domum.ad fin.infrà eo.Vbi limitationem aliã ponit, niſi in ſuo ædificans

aliquid

aliquid in alienũ immittat, per text. not. in l. ſicut. in §. ſi ſeruit. uend. de qita materia plura ſcribit Alexan. in conſ. clxxiiij. lib. ij. & in conſi. lv. colum. ii. uol. iiij. & conſ. ix. lib. vi. Iaſ. conſ. xcviij. libr. i. & conſil. cl. libr. ij. Dec. conſil. cci. Curt. iun. conſ. lxxx. Iaſo. in l. quo minus. col. v. ff. de flu. & Hipp. de Marſil. in ſuo not. cliij. Eſtque ualdè not. tex. in d. l. Proculus. ad quęſtiones in dies occurrentes, ꝙ ſi in uicino agro tuo foſſa uel cuniculo aquam meam euoces, mihique abducas, te non teneri etiam ꝙ de damno infecto promiſeris: limitãdo tamen, ut per Paul. de Caſt. in conſ. v. col. fi. in antiquis.

4 Ex p̄dictis colligitur, †non licere in domo propria caminũ ædificare ſeu furnellũ, ex quo poſſit procedere fumus uicino nociuus, quia immitteret in alienum, quod prohibitum eſt. d. §. Ariſto. ut per Cępol. de ſer. urb. pręd. in c. de fornace, de neceſſariis, de balneo, & de fumo. & in quibuſdam apoſt. hic ad Dec. comperio. Et dum in his locis dicitur, illicitũ eſſe aliquid per quod in domum uicini fœtor exeat in ſuo face re, dicebatur præteritis diebus per plures doct. in quadã cauſa diu uen-

5 tilata, ꝙ habens † in muro communi neceſſarium, cuius ſeces uirtute conuentionis antiquæ deſcendebãt in aream uicini, ubi fornix ſeu truina facta fuerat, ne feces exirent, appererẽtve, aut fœtor ꝑueniret, quæ fornix inde corruerat, ita ꝙ uicino nocebat fœtor, reficere fornicem te nebatur, & repararare, ne malus odor uicino obeſſet. Ego fui cõtrariæ opinionis: quia conuentus ad uſum deſtinatum re uſus erat, & penitus carebat culpa. Et ſuprà allegata procedũt, ubi quis in ſuo faceret omni obligatione & ſeruitute circumſcripta. nam iſto caſu non poteſt facere ſi malum odorem in alienũ immittat: ſecus ubi ædificaſſet quis in ſuo: ut in quæſtione prædicta, & aliter ſe obligaſſet in ſolo ſuo ad feces & materiam recipiendum, quia ſibi ꝓuideat, ſi uult, ne ei noceat fœtor: aliàs habet quid ſibi imputet, idque conſiderare debebat à principio & tempore conſtitutæ ſeruitutis recipiẽdi in aream ſuã prędicti neceſſarij feces. talis enim materia bonum ſecũ non affert odorem: ideò ſibi imputet, ſi non uult prouidere. arg l. ſi ut certo. in §. ſed interdum. & l. fina. ff. commo. & uidetur caſus in præalle. §. Ariſto. l. ſicut. ſi ſer. uẽd. dum tex. dicit, non licere ex inferiori parte in ſuperiorem fumum immittere, niſi eius rei talem ſeruitutem admittat. qoando ergo eſt cõſtituta ſeruitus, licèt odorem etiam malum in alienum immittere, quamuis id obſit uicino: & ita per Mag. conſiliũ Ciſmon. principis noſtri iudicatũ fuit. Et ad declarationem d. §. Ariſt. uide Socin. in conſ. cxxxix. lib. i.

## SVMMARIVM.

1 *Dubium quotuplex ſit.*

2 *Benigniora ſequi in dubijs, an ſit pars iuſtitiæ.*

3 *Hæc regula quando procedat. & num. 5.*

4 *Clericus amplexans mulierem quomodò contra eum præſumatur.*

6 *Dubia res quæ ſit, quomodo efficiatur*

*tur, et an ſola negatio rem dubiam faciat.*

7 *Quæſtio in ambiguis an dirimenda ſit ſorte, uel gratificationi locus ſit.*

L. LVI. CAIVS.

SEMPER in dubiis benigniora præferenda ſunt.

1 DVBIVM † quoddam eſt probabile, aliud eſt ſcrupuloſum. hîc de probabili loquitur, cùm ſcilicèt ad utranque partem rationes ſunt quaſi æquales. cui dubio ſe exponere, graue eſt peccatum, ubi eſt mortale. ſecundum Archie. Florenti. in prima parte ſummæ ſuper regula in dubiis. Scrupuloſum, dicit, eſt ubi ex leui ſuſpicione timet quis in aliquo actu peccatum eſſe, ubi non eſt: & iſtud deponendũ eſſe, ait. Bonarum tñ mentium eſt ibi culpã agnoſcere, ubi culpa non eſt, id eſt timere, non tamen aſſerere. c. ad eius. v. diſt. cle. exiui. ad fi. primæ co. de uerb. ſig. Gloſſ. & Deci. hîc concordantes citant. & eſt not. text. in c. eſtote miſericordes. de regul. iur. in antiquis, ubi glo. adduxit omnia, quæ ea tacita tranſcribit hîc Deci. Accedat etiã Augu. in lib. de concor. euangeliſtarum, exponẽs illud Matthæi. Nolite iudicare, & nõ iudicabimini: hoc, inquit, loco nihil aliud præcipi exiſtimo, niſi ut ea facta quæ dubiũ eſt quo animo fiant, in meliorem partem interpretemur. de factis enim medijs; quæ poſſunt bono & malo animo fieri, temerarium eſt iudicare, maximè ut condemnemus. ſequitur Ioan. Picus in Apologia ad fin. i. q. intelligens pariter dictum Aug. de his quę dicuntur, & ita ſpeculatiuis id applicans, concludit, ꝙ in his dictis quæ poſſunt bonum & malũ ſenſum habere, temerarium ſit iudicare, maximè condemnando. Et ad prædictorum declarationem quędã eleganter ſcribit Robertus de Litio in quodã ſermone. xlix. Signarique debet text. l. proximæ. ff. de his quæ in teſt. delen. per dictam gloſſ. allegatus. In re, inquit, dubia benigniorem interpretationem ſequi nõ minus iuſtius, quàm tutius eſt. ad idẽ §. fi. l. ea quæ in partes. infrà eo. ideò in dubijs melius eſt de miſericordia reprehendi, quã de ſeueritate. c. alligant. xxvi. q. ulti. benignitas igitur commẽdetur. uide tex. not. in l. ſi bene. ff. de uſu. Et an ſit † iuſtitiæ pars, ponit S. Thom. ſecunda ſecũdæ, q. lxxx. artic. primo. faciũt quæ ſcripſi in Epiſtola de uita & regimine boni principis, ſub c. de benignitatẽ & humanitate principis. Et licèt text. hîc

3 dicat, ſemper † in dubijs, tamẽ a proprietate uerborum nõ eſſet recedendum: ſecundum Deci. plura allegaui in l. ſemper in obſcuris. & in l. ſemper in ſtipulationibus. ſuprà eo. tit. ubi multas alias cõiecturas poſui ad quas recurrẽdũ eſt antequã ad hanc regulam: ut in d. l. ſemper in obſcuris. diximus. Et bene Iuriſconſul. hîc dicit in dubijs: aliâs ſecus eſt. Hinc

4 eſt, ꝙ licèt † clericus mulierẽ amplexans cauſa bene dicendi id facere pſumatur, hoc intelligitur quãdo pro ſiniſtra parte uehementior non eſt præſumptio, quæ ex conſuetudine & qualitate perſonarum colligi poteſt: tunc enim in deteriorem partẽ

facremus

faceremus interpretationem. Abb. in d.c.eſtote.per c.ij.diſtinc.xiij. In meliorem uerò partem quid accipi, poteſt multipliciter intelligi : ut ibi declarat Abb. dicēs inter cætera, re-
5 gulam†iſtam non procedere in concernentibus periculum animarum: quia debet tunc interpretatio fieri in meliorem.i. in ſecuriorem partē. illa enim melior eſt gloſſ.c.unic. de ſcruti. Fel.plenè in c.auditis.col.antep.de præſcript. Hipp.de Marſil.in no.ſuo clj.& ccxviij.
6 Poſtremò†quia de dubijs hîc tractatur, uidēdum eſſet,quæ res dicatur dubia : quomodo efficiatur dubia : an & in quo differat ab ambiguo,& obſcuro. de ultimis dixi in l. ſemper in obſcuris.ſuprà eo.Quādo autem res dubia dicatur, & an ſola negatio rem dubiā faciat, tradit Iaſ. in l.j.ff.de tranſact. Soc.in rub.ff.de reb.dub.& Fel.in c.fi. ſi clericus laicum.de foro compe.& in c.iij.de teſti. cog. Diuturna uerò conſultatio & magna conſilia requirūtur in dubijs,ſecundum Phil. Ethic.iij. Vtrū
7 † autem in ambiguis quæſtio dirimēda ſit ſorte, uel gratificationi locus ſit:& partibus concordare nolētibus, an & quomodo ſe intromittat iudex : uide Ripam in l.quo minus.col.xi.cum ſeq.ff.de flum.

## SVMMARIVM.

1 *Aequitas non patitur,*[quòd *eſt exactum iterum exigi.* Amplia.*num.* 6.7.*&* 8.*&* intellige.*num.*10.
2 *Bona fides quæ dicatur.*
3 *Executio ſententiæ ſemper per exceptionem ſolutionis impeditur.*
4 *Duas gabellas, nec duplicem collectam,quis non tenetur ſoluere.*
5 *Eccleſia, quæ à poſſeſſore exigit ſuū, an poſſit etiam à prælato exigi.*
8 *Verbum exigere,quō intelligatur.*
9 *Prohibitum exigi,recipi,uel dari,an à ſpontè ſoluentibus capere liceat.*

## L. LVII. CAIVS.

**BONA fides non patitur, ut bis idem exigatur.**

DESVMPTA fuit ex l. Stichū.§. dolo ff. de ſol. & ex.§.cōdemnato.ubi glo.not.l.iiii.ff.de tab. exhi. Facit l. bona fides.ff.depoſi. Bona fides,inquit Iuriſcōſultus,quę exigitur in contractibus,ſummā de-
1 ſiderat æquitatē : †quæ quidē æquitas non patitur, quod eſt exactū,iterum exigi. quia exactione debiti ſemel facta,ſolutione eius, quod debebatur,ſublata eſt omnis oblig. inſti. quibus mod.tol.oblig.in prin.unde exactio ſemel facta contra ius & æquitatem,rurſus itterabitur : & rectè hîc dicitur bonam fidē id non pati. Et Archiepiſcopus Floren. in prima
2 parte ſummæ ſup c. bona †fides.exponit, id eſt conſcientia, & æquitas bona,contra qd facere uſurarios dicit,qui cū receperint capitale ſuum, illud iterum exigunt,dum uſurā petunt, quod eſt quaſi capitale aliud. Ponitur pręſens regula etiā in c.bona fides.de reg.iur.in vi.ubi gloſ. & doct. de quibus Dec. hic mētionem non feciſſe miror. Facit,quia licèt plures rei debendi ſint inſolidum obligati,uno tamen ſoluente omnes liberantur.l.iiii.§.fin.ff.de duo. reis.

cum ſolutione, eius quod debetur, omnis tollatur obligatio. Pariformi
3 ter contra † executionem ſententiæ uel inſtrumenti ex forma alicuius ſtatuti habentis executioné paratá, exceptio ſolutionis ſemper opponi poteſt, ſecúdum ſententiam à doct. cõmuniter receptam: quia bona fides non patitur, bis idem exigi. Dec. hîc & in cap. ex parte. el ij. col. fi. de offi. deleg. & in conſi. cxix. col. j. & in l. non eſt nouum. ad fi. C. de eden. ubi nót. ponit de except. ſolutionis, quæ multùm fauorabilis eſt, ne bis idem ſoluere quis cogatur. ad idem uide Paul. de Caſtr. in l. j. col. iij. C. de iur. & fact. igno. Alexand. conſi. lxxxv. & cxiij. col. ij. lib. v. & conſil.
4 xx. libr. vj. Hinc etiam eſt, † ꝙ duas gabellas de eodem contractu nõ tenetur quis ſoluere. Bald. in §. quòd ſi nemo. colũ. iiij. l. j. ſuprà quod cuiuſque uni. no. Nec duplicem collectam pro eiſdem bonis poteſt communitas, etiam à diuerſis exigere. Bart. in l. j. colũ. v. C. de mulie. & in quo loco libro. x. & Dec. in conſilio cclxxxv. col. ij. Facit etiam hæc regu-
5 la ad quæſtionem, an † ſi eccleſia ſuũ à poſſeſſore fuerit conſecuta, idem poſſit etiam à prælato conſequi: & an res cum pœna ſimul peti poſſit, de quibus per gloſſ. & ſcribentes in d. cap. bona fides.
6 Proceditque iſta regula † prohibitum eſſe bis idem exigi, non ſolùm ab eodem: ſed etiam ab eo qui cauſam habet ab exacto, uel contra exactum habiturus eſſet regreſſum. l. emptor. C. de euict. l. fina. in fin. C. de uſur. rei iudi. ſecundum gloſſ. hîc Dyn. & Philip. Fran. in d. c. bona fides. nec mirum, quia in effectu ab eodem bis idem exigeretur.
7 Rurſus hæc regula † ſibi locum uendicat etiam in pœnis: ut ſemel exactę, iterum non exigantur. l. oés C. de pœn. gloſ. & doct. in d. c. bona fides. & in obligationibus ex maleficio, uel quaſi, quia de eiuſdem hominis facto ſæpius, quæri non debet. l. ſi cui. §. iiſdem. ff. de accuſatio. quod ꝓcedit ſiue per uiam accuſationis, ſiue inquiſitiõis ſemel fuerit cognitum, aut per uiam diſpẽſationis fuerit abſolutio conceſſa: ut hîc p Dec. ſed quia materia eſt diffuſa & incidens, uide Ro. in conſ. ccxiij. ccxxiij. ccclxxv. & cccclxiij. Paul. de Caſt. in conſil. cxix. in antiquis. Barb. in cap. cùm ſit generale. col. iiij. & pluribus ſeq. de foro compe. & in conſi. xxxj. col. ij. lib. iiij. Aret. in conſi. lviij. col. pe. & fin. Alexan. conſil. xj. in quinto dubio. libr. i. Felin. in c. at ſi clerici. in princ. in iiij. col. de iud. Dec. in conſil. cxxxvij. & in d. c. at ſi clerici. in princip. in vii. col. & Archiepiſcopum Floren. in prima parte ſummæ ſup regula bona fides. ubi ait, ꝙ ſicut Deus nõ iudicat bis in idipſum, ſic & qui ſemel iudicatus & punitus eſt, pro illo peccato iterũ puniri nõ debet. Et eum, cui culpam per pœnitentiam remiſit Deus, ad gehẽnam pro illa non punit, quia peccata nõ redeunt, nec quo ad culpá, nec quo ad pęnam. ut ait S. Tho. ſed ſi Deus hîc peccatorem punit, & nõ emendetur, non ſoluit debitũ: ideò Deus punit etiam in inferno, quia nõ eſt ſolutum debitum. Nota etiam, ꝙ
8 † licèt propriè exigere ſit ab inuito extorquere. l. fideicom. §. ſi rem. cum gloſſ.

gloſſ.ff.de legat.iij.l.ij.C.ſoluto ma
trimo. & c.exigit. de cenſib. lib.vi.
adeò ut procurator habens manda-
tum ad exigendum a ſponte ſoluen-
tibus ſolutionem recipere non poſ-
ſit,ſecundũ Speculato. quem ſequi-
tur Philip.Franc.ſtatim allegandus.
tamen hæc regula locum habet etiã
cum debẽs rem non coactè, ſed ſpõ-
tè perſoluit debitum, quia ſatis eſt,
ꝗ ab ipſo inuito exigi poterat, cùm
debitor eſſet: ideo ſi ſemel ſoluit li-
cèt ſpontè,non eſt ab eodem iterum
exigendum:quia id non patitur bo-
na fides:ſecundum Ioan.Andr.in d.
cap.bona fides. Quod ſecundũ Phi-
lip.Fran. ibi, abſque dubio ꝓcedit,
quando ab inuito quis uellet exige-
re: ſed a uolente ſponteq́ue ſoluẽte,
ſecus eſſe dicit, quando ſcienter ſol-
ueretur indebitum, quia eſſet dona-
tio, aliter ſi errore ductus ſolueret,
quia repeti poſſet.l.i.ff. de condict.
inde. & l. cuius per errorem. ſuprà
eodem. Et ſi dicas, ſi ſpontè ſoluit,
non exigitur, quod eſt ab inuito ex-
torquere? Reſponde quòd licèt ꝓ-
prie exigere ſit ab inuito:tamen etiã
a uolente quis dicitur exigere.§.fin.
l. ſi pupilli.ff.de negoc.geſt.l.uerbũ
exacte.ſuprà tit. proxi.tradunt Are-
ti.Iaſo.Aquen.& alii Mod.in l.non
ſolũ. ſuprà ſoluto matrimonio, ubi
bonis rationibus, & legibus cõmu-
niter reprehendunt deciſionem Spe
cul.ſuprà relatam. Sed in alia mate-
9 ria quando † prohibitum eſt exigi,
recipi,uel dari,an a ſpontè ſoluenti
bus capere liceat.uide Ioan.de Ana.
& Feli. in capitulo primo, dilectus.
el ij.de ſimo.& in dicto cap.primo,
in fin.dicit Fel. attendenda eſſe uer-
ba conſtitutionis, & tamen quòd
prohibitum dari propter bonũ pu-
blicum,eſt etiam prohibitum recipi
a ſpontè dantibus:ut ibi per eum, &
per ſcribentes in capitulo ſtatutum.
in uerſicul.inſuper.de reſcrip.in vi.
& ibi dicit in ultima columna Ge-
mi. attendendam eſſe cauſam & ra-
tionem conſtitutionis. tenens pro-
pterea quod ibi ſecuto iudicio poſ-
ſit iudex ab offerente ſpontè aliquid
recipere fraude penitus ceſsãte:quia
cauſa prohibitionis fuit, ut iudiciũ
purè & ſine corruptione iudicis ꝓ-
cederet: unde ceſſante cauſa corru-
ptionis, cum pronunciatum ſit,ceſ-
ſare pariter debet legis prohibitio.
ponderat quoque text. ibi qualiter-
cunque,excludentem quemcunq́ue
modum munerũ:& non dixit quan
docunque, ita quòd nõ uidetur uo-
luiſſe niſi tempus quo iudicium du-
rat. Poſtremò hanc regulam intel-
10 lige in † his, quorum cauſa unica
exactione finitur: ſi uerò obligatio
unica ſolutione non finiatur,exem-
pli gratia in exactione debiti uxoris
ad uirum, & econtrario,regula lo-
cum non habet. Idem in procura-
tione, quam Epiſcopus uiſitans pri-
mo anno exigit, ſecũdo enim anno
iterum uiſitãs iterum illã licitè exi-
git.gloſ.in d.ca.bona fides.Vbi Frã.
dicit in ſecundo notabili procedere
hanc regulam,niſi aliquid debeatur
ex diuerſis cauſis: qa unius exactio
non impeditur tunc per exactionẽ
alterius.l.fundum Cornelianum.ff.
de noua.niſi cauſæ lucratiuæ eſſent:
quia procederet tunc regula l. om-
nes.ff.de actio.& obliga. ſecundum
Ioan.Andr.ibidem.

## SVMMARIVM.

1 *Actio peculii ex maleficio uel quaſi non datur in patrem,& qua ſit ratio.*
*Limita,num.2.3. & 6.*
4 *Locupletior factus quando quis dicatur,& ponitur cautela ad probandum,nu.5.*
7 *Seruus in delictis publicis punitur ut liber.*

### L. LVIII. VLPIANVS.

EX pœnalibus cauſis, non ſolet in patrem de peculio actio dari.

SVMPTA fuit ex §.ſi filiusfa.l.
j.ff.de his qui deiecc.uel effud. & ex
l.iij.in §.ex cauſa furtiua.ff.de pecu.
Et quemadmodum declarat hic De
ci.poſt Bart.in l.j.col.ij.ff.de pec. ra
1 tio quare † ex maleficio uel quaſi
actio de peculio in patrẽ non datur
eſt,quia deficit uoluntas patris pro-
pter quã obligari uidetur quatenus
eſt in peculio.Adde Ang.Are.inſti.
de noxalib.in princ.& in §.fin.col.j.
& inſtitut. de actionibus.in §.actio
nes autem.& in §.prçtereà, ubi po-
nit materiam actionis de peculio.
2 Limitatur hæc regula,† niſi filius
in iudicio ſe defenderit, riteque con
demnatus fuerit:tunc enim pater de
peculio conueniri poteſt, non ex de
licto filii, ſed ex quaſi contractu filii
in iudicio celebrato: ut ſcribit Bart.
in d.l.iij.in §.idẽ ſcribit. quod not.
reputat Aret. in d.§.fi.col. j.
3 Secundò limitatur iſta † regula,
niſi quatenus pater locupletior ex ta
li debito factus fuerit:ſecundum gl.
hîc per tex.clarum in d.l.iij. in §.ex
furtiua.id enim tunc dictat ratio &
4 omnis æquitas.Et dicitur † tunc lo-
cupletior factus, quando probatur
rem uel fructus ad aliquem perue-
niſſe, niſi ipſe de mala conſumptio-
ne probet: ſecundum Decium hîc.
& quamuis taceat, fuerũt omnia di-
cta Iaſo.in l.Neſennius.in §. fundũ
ff.de re iudicata, ubi poſteà, ut etiã
hîc fecit Dec.allegat Franc.Curt.ſe-
niorem in conſi.lxxij. princeps. col.
iiij.ſequentem opinionem Ang. in
conſi.clx.incip.domina Catherina,
aliâs pro deciſione, tenentis contra
rium. Et per bonas rationes probat
ueriorem eſſe opinionem Angel. &
cum Iaſ.& Dec.in fine referant opi-
nionem Curt.& tranſeant,illam ap
5 probare uidentur.Sit igitur† cautus
in actu practico aduocatus, dicunt
præalleg. ut deducat,probetque bo-
næ fidei poſſeſſorẽ, ut fructibus con
ſumptis locupletiorem factũ & ſpe-
ciem locupletationis deducat, quia
non ſufficit deducere & probare, ꝙ
in ſuos uſus conuertit, cùm non ſe-
quatur ex hoc eum factum eſſe locu
pletiorem. potuit enim ſplendidius
uixiſſe.& opinionẽ Ang.ſequitur ẽt
Curt.iunior in conſil.xxviij.
6 Limitatur tertiò † hæc regula in
caſu.§.fi.l.iij.ff.de pecul. & in §. pe.
l.quoties.ff.ad municip. quia ratio-
ne officii publici pater obligatur ꝓ
filio,magis quàm ſit in aliis: ut hic
per Dec.ad fi.& ſubtiliter per Aret.
in conſi.xcij.uiſa conſultatione.
7 Vltimò not.† ꝙ ſeruus in delictis
publicis ligatur,caſtigatur, & puni-
tur,

tur, ut liber. §. omnibus. cũ not. per Bart. in l. hos. ff. de accuſ. & p Ang. Aret. inſti. de noxa. in prin. in. j. col.

SVMMARIVM.

1 *Factum hæredis cenſetur factum defuncti.*

2 *Promittens pro ſe, etiam pro hærede promiſiſſe uidetur. Idem pro facto ſuo. nu. 11.*

3 *Ex perſona hæredis qualitas obligationis non immutatur.*

4 *Vſuræ marito promiſſæ, debētur hæredi, etiam quòd maritus in uita non exegerit.*

5 *Habens executionem paratam etiam ad carceres contra defunctum, quãdo comprehendat hæredem.*

6 *Agens ut hæres Titij, tenetur ſe hæredem illius probare, & quomodò probetur. nu. 7.*

8 *Ius petendi ſupplementum legitimè tranſit ad hæredem filij.*

9 *Hæres grauati diſponere poteſt iuxta licentiam à teſtatore grauato datam.*

10 *Hæres non poteſt aſſerere uerum non eſſe quod defunctus dixit.*

11 *Hæc regula intelligitur adita hæreditate, & per fictionem. nu. 12. & alijs modis. nu. 15. & 21.*

13 *Statutum repellens uſurarium publicum ab agendo, an comprehendat hæredem.*

14 *Hæres ex contumacia defuncti non excommunicatur.*

16 *Hæres repræſentat defunctum, quomodò intelligatur.*

17 *Remedium cap. reintegranda. ij. q. i. quando competat hæredi.*

18 *Donatio facta abſenti, non põt ratificari per hæredem. limita. nu. 19.*

20 *Hæres quandoque ſpeciali aliqua ratione plus iuris habet, quàm defunctus.*

L. LIX. VLPIANVS.

HAEREDEM eiuſdem poteſtatis iurisq; eſſe, cuius fuit defunctus, conſtat.

SVMPTA eſt ex l. hæres in omne ius. ff. de acq. hære. & l. cum hæredes. ff. de acq. poſſ. & l. nihil aliud. ĩ tit. j. facit l. ij. in fi. C. de fruct. & lit. expen. cum ſimi. Et ob talem in omne defuncti ius ſucceſsionem hæres repræſentat perſonam defuncti, cũ quo fingitur eſſe eadem perſona. §. j. in auth. de iureiuran. à mor. præſt.
1 Propterea dicimus † factum hæredis cenſeri factum defuncti: & teſtamentum defuncti ac hæredis, unũ idemque reputari. Et ſermo hæredis, cenſetur ſermo defuncti. Et aliquo in inſtrumento nominato, cenſetur etiam nominatus eius hæres, qui defuncti factum impugnare nõ poteſt, & per eundem hæredem ra-
2 tificari poteſt. Proſeque † promittens, etiam pro hærede promiſiſſe uidetur, ad quem hæredem tranſit pactum cum defuncto factum, ut de prædictis hic per Dec. & in conſilio cclxij. col. ij. & cclxxxj. in ij. dubio. & prius per Socin. conſi. ccxciij. præſens conſultatio. lib. ij. cũ aliis quę allegaui in repe. l. ij. in iij. q. n. xlv. C. de pact. inter empt. & uendit. Hinc
3 dicimus †, ex perſona hęredis conditionem. i. qualitatẽ obligationis nõ immutari. l. ij. §. ex his. ff. de uer. obligatio.

gatio.nec ob cõtractum,qui ex adi-
tione oritur, hæredis obligatio cen-
ſetur diuerſa ab obligatione deſun-
cti,ſed eadem numero : cum eadem
perſona fingantur,propter quam fi-
ctionem hæc regula .uult hęredem
eiuſdem eſſe &c.ſecundum Anchar.
in conſil.xxvi.in quęſtio. ad fin.cõ-
ſulentem,ꝙ ſicuti legatũ à teſtatore
factum compenſatur in portione le-
gatario debita ex diſpoſitione ſtatu-
ti: ita legatum factum à ſubſtituto:
& idem uoluit in conſi.vii.col.ii.
* * Hinc eſt quòd hęres,ut ait Iſocra
tes , nõ ſolùm ſubſtantiam defuncti
tueri debet,uerùm & amicos.Cuius
rei etiã Menedemi Philoſophi ex-
tat exemplũ. Et C.Plin. ad Albinũ
lib.6.epiſtol. id uulgò non obſerua-
ri conqueritur.]
Per hanc regulam conſuluit etiã
4 Dec.in conſi.571. ꝙ uſuræ † marito
pro oneribus matrimonii promiſ-
ſæ, hæredi etiam debentur, licèt de-
functus in uita non exegerit : quia
eadem reputatur perſona. Hinc etiã
5 eſt,quòd ſi†obligatio contra defun-
ctum habuerit executionem paratã
etiam ad carceres , pariformiter illã
habebit contra hæredem : Barto. &
alij in l. poſtulante.ff. ad Trebellia.
conſtito prius quòd ſit hæres, quàm
fiat executio intellige.Bald. in l. per
diuerſas.C.mand.in i.quæſtio. Soc.
conſil.103.libr.i. uolens ſufficere in
ꝓceſſu executiuo id apparere.Paul.
de Caſt.in conſi.299.in antiquis.di-
cens non ualere præceptum hæredi
factum,niſi iudici prius conſtet illũ
eſſe hæredem. de quo uide etiã Are
ti.in l.i.col.penult.ff. ſi cert.peta. &
Felin. in c.quia.v.col. pen.& fin.de

6 iudi. Et generaliter not. † ꝙ agens
tanquàm hæres alicuius, ſe talẽ pro
bare debet, etiam quòd non oppo-
natur:aliâs ſuccumbit.Et pariter cõ-
ueniens aliquem ut hæredem Sem-
pronii,ſi uult obtinere, probare de-
bet illum eſſe hæredem:& an†ſuffi-
ciat probare eum hæredem inſtitu-
tum,& defuncti bona tenere? de his
omnibus uide Paul. de Caſt. in cõſ.
214.& 299.in antiquis. Alexand. in
conſi.xvii.col.ii.& conſi.xxxiiii.col.
ij.& conſ.99.lib.iii.& 183.& 185.lib.
vi.Barbat.conſi.73. col.vi.volu.iiij.
Dec.conſi.61.col.i.& conſi.445.nu.
53.& 449.col.ii.& 471. & 491. hinc
8 eſt etiam.ꝙ †ſicuti filius & facultatẽ
agendi habuit ad ſupplementũ legi
timæ, ita etiam habebit eius hæres.
Iaſo.in l.ſcimus.in princip.C.de in-
officio.teſta.& in l.ſi arrogator.col.
9 vii.C.de adoptio. Et ſi†aliquis inſti
tutus fuerit hæres, & de reſtituendo
hæreditatem grauatus: data ſibi licẽ
tia diſponendi de libris, mille puta:
licèt de illis expreſsè non diſpoſue-
rit, hæres eius diſponere de illis po-
terit & detrahere : prout conſuluit
Bal.nouel. & ſequitur Curt.Iunior
in conſi.iiij. col.iii. quia ſatis cenſe-
tur primus diſpoſuiſſe relinquendo
rem uenientibus ab inteſtato. Facit
quia ſicut emphyteuta per non ſo-
lutionem partis à tota re cadit : ita
& hæres.glo.in l.communi diuidũ-
do.ff.communi diuidun. Similiter
10 non†poteſt hæres defuncti menda-
cium allegare, aſſerendo uerũ non
eſſe quod defunctus dixit. Barto.in
l.rem alienã. in iij.nota.C. de pign.
Bald. in l.cùm res. col.iij.in fin..C.
de proba. Adeoque prædicta uera
ſunt,

11 ſunt, quòd ille † qui pro facto ſuo tantùm promittit, non excludit hæredem, qui eadem cenſetur perſona cum ipſo promittente: ut hîc per Dec. poſt Bart.& alios. & latius per eundem in conſil. cclxxxj. quæ opinio teneri poſſet, ubi præceſsit contractus, de cuius natura ſit, ut pro omnibus quis teneatur: aliâs ſecus, ut per eum. & latius ſcripſi in repetitio. l. ij. in iij. quæſtio. C. de pact. inter empto. & uendito. faciunt quæ ſcribit Aretin. in l. hæres in omne. ff. de acquiren. hæredit. Prædicta tamen intelliguntur adita hæreditate, l. iij. §. ſi quis ita. cum ibi not. per Imol. ff. de hæred. inſtituen. l. ſi ſeruus communis Mœuij. ff. de ſtipul. ſeruo. ut hîc per Dec. ad fi. commenti. adde text. in l. cum hæredes. in princip. ibi, adita hæreditate. cum not. ff. de acquiren. poſſeſſ. & quæ ſuprà dixi de hærede conueniendo & diſtinguendo, quod fieri nequit, niſi prius conſtito quod ipſe ſit hæres.

12 Limitatur prædicta † procedere iuris fictione conſiderata: ſecus inſpecta ueritate, cum certum ſit ea inſpecta perſonas eſſe diuerſas: & ideò in materia in qua uerba propriè ue reque capi debent, hæres non reputatur eadem perſona cũ defuncto. l. qui Romæ. §. Augerius. ff. de uerbo. obl. ut hic per Dec. & Anch. in conſil. ccxliiij. quia quæſt. ubi diſputat,

13 an † ſtatutum uſurarium publicum ab agendo repellens, etiam illius hæredem repellere intelligatur? quod dicẽdum prima facie uidebatur per prædicta, quòd eadem cenſetur perſona cum defuncto. Contrarium dicit Anch. quia ratio repellendi actorem uſurarium publicum, non comitatur eius hæredem, ergo ceſſante ratione legis uel ſtatuti, ceſſabit lex & ſtatutum. Et quod de unitate perſonæ dicitur, eſt, inquit, p fictionem: non autem per ueritatem: & ſtatuta caſum fictum non cõprehendunt: ut ibi per eum. ideò &c. pro-

14 pterea † ex contumacia defuncti nõ excommunicatur hæres: ut per Alexan. & Aret. in l. grege legato. ff. de leg. j. * & regula iſta intelligitur in his, quæ poſſunt ad hæredem tranſire, in aliis non: ut ſuprà de acqui. poſſeſſ. l. cum hæredes. Iccirco, quia ſecretum cordis ſoli Deo notũ, non poteſt ad hæredem tranſire, poteſtas declarandi libellum, puta, quę penès defunctum erat, non tranſit in hæredem, ut hîc per Dec. quamuis contrarium, & malè, tenuerit in l. edita, col. xij. C. de eden.] Quinque

15 † limitationes ad prædicta ordinarii in repetitio. l. ij. in xcij. q. C. de pact. inter empto. & uendit. alias tradũt Lancel. Galiaula & Alciatus in §. ex his. l. ij. ff. de uerbor. oblig. ubi etiam enumerant caſus hic per Decium poſitos, in quibus poteſtas conceſſa defuncto, ad hæredem non porrigitur. De caſu l. fin. C. de reuocand. donat. non expedit fruſtra denigrare papirum. uide latè & declara, ut ibi per Ripam in ſua repetitio. quęſtio. lxj. cum duabus ſequentibus. Et

16 dicta † repręſentatio defuncti non fit, niſi pro ea parte pro qua eſt quis hæres: pro alia poteſt hęres facto defuncti contrauenire. gloſſ. & Bald. in l. cùm à matre. C. de rei uendicatio. & per ſcribentes in locis pręalleg. & per Alexand. in conſil. xxj.

S celum.

colum.ij.& xxxij.ad fin.in tertio uolum.ubi ponit alios caſus in quibus hæres contrauenire poteſt facto defuncti. Et in præſenti materia pulchra uidetur mihi conſideratio Aretin.in conſ.cxxiij.in cauſa.colum.ij. dicentis, hæredem repræſentare perſonam defuncti in iure actiuo & paſsiuo formato in perſona defuncti, quod ad ipſum hæredem transfunditur.d.l.cum à matre. & l.j. ac ij.C.de hære.act.ſed in iure nō creato actiuè aut paſsiuè tempore mortis in perſonam defuncti, hæres non poteſt, inquit, defunctum repræſentare: quia penès illum nunquàm fuit talis obligatio: unde impoſsibile eſt repræſentare quod in eo non fuit: inferendo ad deciſionem quæſtionis ibi relatę. Hinc eſt, quòd

17 † licèt remedium can. reintegranda.iij.quęſtione.j.competat tantùm ſpoliatis,& à poſſeſsione deiectis,ut uerba canonis indicant,& non competat illi qui nunquàm poſſedit: ut plenè per Barbat.in conſil.lviij. colum.penult. uolum-ij.& in conſilio lxxxiij.colum.j.libr.iiij.& Soci. conſil.xlix.colum. fina. uolum. iiij. ubi poſt Bald. & alios ait, quòd hæres qui non fuit poſſeſſor rei, ſi eo remedio ageret, non obtineret, ſed ſuccumberet: aliud tamen eſſet quãdo intentaretur ex perſona defuncti quia tale ius, ſicut cætera ad hæredem tranſit. Socin. plenè in l. rem quæ nobis.colum.vij.ff. de acquirē. poſſeſsio. Intelligendo ut pulchrè per Corneū in conſ.cccxxix.colum. vij.libr.j.quando ille qui defunctus eſt,in uita ſpoliatus fuiſſet: aliàs ſecus. quæ intelligentia optimè probatur per dicta Aretini, loco prællegato. quia niſi defunctus ſpoliatus fuiſſet, ius recuperandi poſſeſſionem nō fuiſſet in perſona defuncti formatum, ideò ad hæredem tranſmiſsibile non eſſet. Quando autem uirtute ſtatuti uel decreti in hæredem continuaretur poſſeſsio, aliud eſſet. Deci.conſilio lxxxiiij.& cccccIxxxviij.colum.iij.Curt.Iun.in conſi,cviij.& cxxvij.col.fin.Iaſ.conſil.lxxxv.lib.iij.& conſ.cxlvj.& clij. lib.iiij. Matth.de Afflic.in deciſi.regni.clxvij.

Notandum etiam eſt, quòd licèt factum nomine defuncti per hęredem ratificari approbariq́ue poſsit,

18 ut dictum ſuprà fuit: donatio † tamen abſenti facta,quæ niſi acceptetur,non ualet, ſi per defunctum acceptata non fuerit, per hęredem ratificari non poteſt: quia hic agitur de conſenſu in uita præſtando, qui morte extinguitur.l.j.§. Scæuola.ff. ſi quis teſt.liber.Et cùm ſit perſonaliſsimus, ad hæredem non tranſit: ideò nimirum ſi ratificare non poteſt.Paul.de Caſt.in conſi. cxcv. uiſis his.colum.iiij.& per Alciat. in d. §.ex his.col.j.& Mod.Taur.in l.hn. col.vij.C.de pact.Si tamen,ut quã-

19 doque fieri uidi,† actus factus fuiſſet,pro Titio puta,hæredibus & ſucceſſoribus ſuis: tunc hæres ratificare, approbareq́ue poſſet, tanquam nomine ſuo factum. Aliquando tū

20 † plus iuris habet hæres, quàm defunctus habuiſſet,ſpeciali aliqua rōne, ut ex iuſta cauſa ignorantiæ rōne ſucceſsionis in ius,& locum alterius ſecundum doct.in d.§.ex his. & ſcripſi in l.qui in alterius.ī.eod.

Poſtremò

21 Poſtremò limita † hanc regulam non procedere in caſu l. ij. C. ſi in fraud.patron.ubi gloſſ.rationem aſſignat.

SVMMARIVM.

1 *Præſens & non contradicens conſentire uidetur. Et quid in abſente. nume. 2. & nu. 4.*

3 *Præſentia donatarij cum taciturnitate, an inducat donationem cauſa mortis ualidam.*

5 *§. Si uerò. l. ſi quid argentum. C. de don. quomodò intelligatur.*

6 *Pactum tacitum, eſt propriè uerum pactum.*

7 *Conſenſus tacitus, eſt propriè conſenſus.*

8 *Ratihabitio retrotrahitur, & mandato comparatur. Amplia.nu.9.15 16. Limita, nu. 19.20.21.*

10 *Statutum loquens de uero actu, non comprehendit ratificatum.*

11 *Ratihabitio mandato comparatur per fictionem, non uerè. Et quò ad effectum, non quò ad ſpeciem actionis. num. 14.*

12 *Mandatum non retrotrahitur in actu completo: quia uerba ſunt inepta. Idem in actu ignorato. numero. 18.*

13 *Ratificatio & conſenſus differunt.*

17 *Ratificatio inducitur etiam facto. L. bonorum. ff. rem ratam hab. ornatur. nu. 20.*

22 *Ratificatio non fit ex inualidis, niſi defectu conſenſus.*

23 *Solennitas an eadem requiratur in confectione, & refectione.*

24 *Ratificās quādo contrauenire poſſit.*

25 *Promittens de rato pro pupillo quomodò & quando intelligatur.*

26 *Promittens de rato pro alio cum pœna, quando obligetur.*

L. LX. VLPIANVS.

SEMPER, qui non prohibet pro ſe interuenire, mādare creditur. Sed & ſi quis ratum habuerit, quod geſtū eſt: obſtringitur actione mandati.

SVMPTA fuit ex legibus per gloſſ.alleg. Præſens † itaque & non 1 contradicens creditur mādare: quia conſentire uidetur, cum de eius utilitate agatur. glo. in l. qui patitur. ſ. mand. tradit Alex. in conſi. lxxx. col. iij. lib. iiij. Corſ. in ſingu. ſuis in uer. compromiſſum. Rui. in l. ij. ſol. pen. ff. de leg. j. Dec. & Mod. Pap. in rub. C. de pact. & ordinariè examinant ſcribentes in l. quæ dotis. ff. ſol. ma-
2 trim. Et quia ratio † adhibiti cōſenſus propter utilitatem prouenientē pariter militare uidetur in abſente, quia ſi actus fiat in utilitatem abſentis data ſcientia abſque contradictione conſenſus prǽſumitur: ideò Dec. hîc hanc regulam generaliter procedere uult. tam in prǽſente quàm in abſente, ſed in additionibus nouiſſimè per ipſum Dec. factis ad rubr. C. de pact. in ult. col. maturius conſiderando, contrariam opin. firmat, dicens talem æquiparationē tolli poſſe, quia præſens contradicere pōt: abſens non, cum ignoret. unde in præſente duo concurrunt, ex quibus arguitur cōſenſus: quia tacet, & de utilitate

litate eius agitur. in abſente unum
tantum:quia de ſua utilitate agitur.
quod ad inducendum conſenſum
non ſufficit. patet quia abſenti non
fit donatio abſque nuncio uel epi-
ſtola.l.abſenti.ff.de don. ꝙ ſi æqui-
paratio prædicta uera eſſet, induce-
retur donatio,cum de abſentis aga-
tur utilitate. & ſequuntur ibi Mod.
Pap.colú.j.ex prædictis infertur ad
3 notab.quæſtionem. in † donatione
cauſa mortis, hodie ſtipulatio non
eſt neceſſaria,ſed ſufficit pactum nu
dum.gl.not.& approbata in §.Mœ-
uio.l.cum pater.ff.de leg.ij. an præ-
ſentia donatarij cum taciturnitate
conſenſum inducat, & ipſius dona-
tionis ualiditatem ? Videbatur ꝙ
ſic, quia cum agatur de utilitate do
natarii præſentis, conſentire cenſe-
tur,per prædicta, & per conſequẽs
interueniſſe pactum uidetur. & ita
conſuluerunt Ang. & Socin. relati
per Dec.hic,& rubr.C.de pact.& in
l.ſenium.col.pen.C.qui teſtam. fac.
poſſ. & in conſil.ccxlv.col.fi. in qui
bus locis ſequendo Aretin.tenuit &
conſuluit contrarium. Quia & ſi eo
caſu præſumatur conſenſus,pactum
inducitur, non tamen expreſſum &
propriè:cum uerba ex parte donata-
rij non interuenerint,ſed pactú præ
ſumptum. Ideò l. ſi quis argentum,
C.de don.in donatione antiqua iu-
ra corrigens, ut pacto nudo perficia
tur,intelligi debet in pacto expreſſo
non in pacto præſumptæ donatio-
nis,ut minus quàm poſſibile ſit, an
tiqua corrigantur iura. Eandem opi
nio.tenuit Io.Crot.in rub.ff.de uer
bo.obli.in ij.lect.inducendo præci-
puè tex.§.j.l.j.ff.de pact. ubi conſen

ſus eſt de eſſentia pacti. uerba enim
in diffinitione poſita, intelligenda
ſunt propriè,cum diffinitio quiddi-
tatem & eſſentiam rei diffinitæ de-
notet.Bart.in l.j.ff.de acqu. poſſeſſ.
Sed conſenſus in diffinitione pacti
poſitus propriè non uerificatur in
uoluntate expreſſa.§. uoluntatem.
cum ibi not.l.ij.ff.ſol.mat. ideò &c.
& l.Labeo.cum l.itẽ quia. ff. de pa-
ct.& l.ij.C.eod. tit. loquuntur, in-
quit,in pacto legali & tacito, quod
non requirit alicuius præſentiam.
Sed recedendum non eſt ab opinio.
Ang.& Socin. quę uera eſt & cõmu
niter approbata,quicquid Dec. alii-
que prealleg. dixerint & conſuluer-
rint: ut per Rui. in d.l.ij.ſol.pen.ff.
de leg.j.Moder.Taur.in rubr.C.de
pact.& in l.rogaſti.in §.ſi tibi.colú.
xj.& xij.ff.ſi cer.pet.ubi contra com
munem Deci.loqui dicũt,quòdque
contra eum in practica iudicaretur.
Et idem tenuit prius Galiau.in rep.
rub.de uerb.oblig.col.xj. cum ſequ.
ubi ſcripta Dec.in rubr.C. de pact.
ſolummodò refert, eumque reprehẽ
dit,pluries in illis partibus Galliæ
tunc contra opin. Deci. conſuluiſſe
dicens.quam opi.contra Dec. latius
pro ſequitur & defendit Curt. Iun.
in rub.C.de pact. Sub umbra igitur
ſubtilis Aret.pernicioſè errarũt De-
4 ci.& Crot.† præſens enim & tacens
cum de ſuo commodo agatur, con-
ſentire uidetur, ſicque paciſci .l.tale
pactum.in prin.ff.de pact. Itẽ quia
taciti & expreſsi par eſt uirtus.l.cum
quid.ff.ſi cer.pet. nec iure probatur
expreſſum conſenſum in pacto re-
quiri: ergo tacitus ſufficit. Ad ratio-
nes Aret. ꝙ ex pręſentia non indu-
catur

catur pactum, ſed pollicitatio. Secun
5 dò † ꝙ l. ſi quis argentum. locũ non
habet in tacita donatione: ut ꝑ eũ.

Reſpondetur ſecundum Rui. & prælleg. ꝙ imò inducitur propriè pactum, licèt tacitum ex parte facientis. Bartolus. & cæteri pro alia rõne Aret. alleg. loquuntur ubi cauſa donationis in pacto nudo non exprimitur, ſed præſumitur: quod ſpeciale eſt, & contra regulas iuris. l. cum de indebito. ff. de proba. l. ſi cum aurum. ff. de ſolu. ex pacto enim nudo non oritur actio, ne circa idem duo ſpecialia concurrant. contra l. j. cum not. C. de dot. promiſ. ſed Angel. loquitur quãdo cauſa & titulus donationis exprimitur, quo caſu ſpeciale non eſt, ꝙ pręſens tacenſque ad ſui commodum cõſentire dicatur, imò eſt ſecundum regulas iuris per prædicta: ea propter ex tacito illo pacto oritur actio, quia hoc ſolum ſpeciale inducitur. Ex prædictis ſatisfactũ
6 apparet oppoſitionibus Decij † de pacto pręſumpto, & in lege interpretato, non ex diſpoſitione contrahentium: quia imò ut dixi, eſt uerũ pactum, & ſecundum proprietatẽ uocabuli. Et ut ſcribunt Moder. Papi. in d. rub. C. de pact. & alii ſuperius relati, conſideratio Dec. confunditur per prædicta. cum enim taciti & expreſſi par ſit uirtus: & pręſumptiones legum liquidiſſimæ probationes dicantur. l. licèt Imperator. ff. de leg. j. l. ſi quis locuplex. ff. de man. teſta. licèt in quaſi contractu ſufficiat conſenſus tacitus, non tamen repugnat quinetiam in uero cõtractu tacitus non ſufficiat. l. qui patitur. & d. l. cũ quid. Ex quo itaque præſẽtia pro conſentiente habetur, cum de ſuo commodo agatur, ſtandum erit regulæ, ꝙ ubi duorum adeſt cõſenſus ſiue tacitus ſiue expreſſus, reſultet pactum, in quo uendicabit ſibi locum d. l. ſi quis argẽtum. attento, ꝙ ſolum hoc ſpeciale inducitur: ut dictum fuit. Ad motiua Croti reſpõ
7 de, ꝙ † conſenſus tacitus, eſt propriè conſenſus per prædicta. Non obſtat §. uoluntatem. quia ibi non agebatur de mero & indubitato tacentis commodo: ideò præſentia non inducit uerum conſenſum: nec apparet quòd de illius ageretur incommodo: ideò conſentire fingitur, ut ibi. cætera, ut per ſcribentes in locis
* prælleg. * De quo articulo latius ſcripſi nouiſſimè in rubr. C. de pac. reprobando opinionem Dec. & ſequacium, aliorumque qui eam opinionem anteà tenuerunt.]

Secundò principaliter not. ex iſto
8 text. † ratihabitionem retrotrahi, & mandato comparari concordat. l. ſi na. C. ad maced. l. licèt. ff. de iud. c. j. de homic. & c. pen. de ſentẽ. excom. lib. vj. c. ratum. & c. ratihabitionem. de reg. iur. eo. lib. ubi gloſſ. & doct. hanc materiam examinant. Eaque
9 comparatio † inducitur etiam, ſi ratihabitio tacitè interueniat, ex curſu longi temporis puta. Bart. & Bald. in l. j. C. qui admi. dicentes tamen, quòd in caſu illius glo. non trahitur retro ut ratihabitio, ſed ut animi declaratio à lege pręſumpta: ut per eos ideò gl. not. in l. quo enim. ff. rẽ rat. hab. dicit ratihabitioni par eſſe non improbare. faciunt quæ ſcribit Fel. in c. j. ad ſi. de treug. & pace. Et benè dicimus mandato comparari. idẽ. n.

S 3 non

non ſunt,ſed ſpecies oppoſitæ: ſicut
10 fictio,& ueritas.Vnde ſi † ſtatutum
loqueretur de uero actu hominis,ra
tificatum non comprehenderet.arg.
l.quid ergo.in prin.ff.de infam.ſecū
dum Bald.& Phil.Franc.in d.c. rati
habitionem . Mandato igitur com-
paratur per fictionem non per ueri-
11 tatem,quia † conſtat ab initio ſpeci
ficum mandatum uerè non interue
niſſet: ut not.Bartol.in l.ſi quis pro
emptore.col.v.ff.de uſucap.Alexan.
conſi.lxxviij.colum.pen.lib.v.repe-
tito in conſil.xxvj.lib.vj. Iaſon in l.
ſi quis mihi bona.in §. iuſſum. col.
pen.ff.de acquir.hæredit. & in d.l.ſi
is qui pro emptore.col.xxxij.cum ſe
qu.uer.nunc tranſeo . ubi latè de ha
bilitate utriuſque extremi à quo &
ad quod, quæ in ratihabitione præ
dicta requiruntur, ut ſolitum opere
tur effectum.In alio etiam ratihabi-
tio operari poteſt poſt actum perfe-
12 ctum: ſecus † in mandato ubi uer-
ba inepta & inconuenientia eſſent:
ut pulchrè declarat Alex. in conſilio
cxlvj.col.iij.lib.v. & in l. Iulianus.
col.j.ff.qui ſatiſd.cog.ubi Ang. illū
textum ſingularem reputans, alibi
ita apertè, dicit non reperiri, quòd
quamuis mandatum retro non tra-
hatur,ut ratihabitio,iſtud tñ proce-
dit illo ſuperueniente in actu non-
dum completo,licèt cœpto,quia re-
tro trahitur.ſequitur Feli. in c.non-
nulli.in.§.ſunt & alij.colū.iiij. extra
de reſcr.dicens idcircò, ꝙ licèt ſuper
ueniens mandatum impetrationem
reſcripti non conualidet: ſi tamē ſu-
peruenerit dum impetrans eſt in ex
peditione ipſius impetrationis iam
cœptæ,ſed nondum completæ, con-
13 ualidabitur actus. Et ſimiliter † dif-
fert ratificatio propriè ſumpta, à cō-
ſenſu: & unius appellatione, alterū
non uenit.glo.quam ibi multū not.
Phil.Franc.in d.c.ratum. hinc eſt ꝙ
conſenſus ſequi poteſt in continēti
& ex interuallo.Iaſo.ubi limitat, in
d.§.iuſſum.col.pen . Et ratihabitio-
14 nem † mandato comparari, intelli-
ge quò ad effectum,non quò ad ſpe
ciem actionis,ut in caſu legis noſtrę
quia ubi quis ratum habet, non ori
tur actio mandati, quicquid hîc di-
cat glo.ſed negotiorum geſtorum.l.
ſi pupilli.§.item quæritur.ff. mand.
ſecundum Bar.hîc & Iaſ.in d.§. iuſ-
ſum.col.pen.& ſcribentes in d.c.rati
habitionem. quæ mandatum non
eſt,ſed illi æquiparatur,& per fictio
nem:cùm conſtet,ut diximus,ab ini
tio non interueniſſe, niſi præſentis
negotia gererentur : quia tunc man-
dati competeret actio : ut hîc ſenſit
glo. & ſcribentes in d.c.ratihabitio-
nem. & probatur in præalleg. l. qui
patitur.ff.mand.
15 Et procedit regula iſta † etiam in
requirentibus ſpeciale mandatum :
per l.quod ſi de ſpeciali.ff. de mino
rib.ut hîc per Dec.Iaſ. loco prælle.
Alex.conſ.lxxviij.col.pen.lib.v. ubi
quaſdam reſtrictiones ponit. & etiā
in conſil.cxlvj.eod.libr. ubi agit de
matrimonio per patrem nomine fi-
lii contracto,ut per filium ratificari
poſsit.prædictam concluſionē com-
probat ēt Dec.in conſi.cclxxxj. Pro-
16 cedunt † etiam predicta in delictis:
ut hîc per Dec. Adde textum clarū
in l.j.in §.ſed & ſi cùm quis.ff. de ui
arm.& in c.j.de homicid.in vj.& in
c.pen.de ſenten.excommu. eod.lib.
ubi

ubi dicitur, ꝙ ſi ratificem delictum
quod meo nomine geſtum non eſt,
ratificatio non ualet, quamuis pec-
cem. Adde Alexan. in conſil. cxlvj. in
v. uol. & pulchrè in l. Iulianus. col. j.
ff. qui ſatiſd. cog. dum ponit quomo
dò in delicto iam conſummato fieri
poſsit ratiſicatio, & tradunt glo. &
Bart. in d. §. ſed & ſi cùm quis. Salı.
in l. non ideò minus. in x. oppo. C.
de accuſ. & Iaſ. in præalleg. §. iuſſum
in penult. colum.
17 Et talis † ratificatio non ſolùm
uerbis, uerùm etiam facto inducitur
& fit. Dec. hîc inferens, quòd per ſo-
lutionem expenſarum factarum in
lite per ſyndicum illegitimè conſti-
tutum, geſta ratificari uidentur. Et
ex perceptione fructuum, ratificatio
poſſeſsionis probatur. Et per reſpon
ſionem uel receptionem cenſus, ra-
tificatio contractus. Et ex actione ex
aliquo contractu intentata, ipſius
contractus ratificatio, ut hic late per
ipſum Dec. & in conſi. lviij. cclxxij.
cctcxix. cccclxxxvj. ccccclxxxvj. & in
l. non uult hęres eſſe. §. eod. Alex. in
conſi. cxxvij. & clxxv. ad fin. lib. v. &
Ioan. Milis in repert. in uerbo præ-
latus. & in uerbo ratificatio. dum po
nit de prelato penſionem recipiente
pro aliquo tempore locationis factę
per prædeceſſorem ſuum, an uidea-
tur locationem ratificare. Et ſi po-
18 ſteà quam † meo nomine agere cœ-
piſti, procuratorem meum te conſti
tuam, omnia per te geſta ratificaſſe
uideor, niſi geſta ignoraſſem: quia
ad ignorata ſiue incognita ratifica-
tio non trahitur. Alex. in d. l. Iulia-
nus. & in conſi. cxij. & cxlvj. libro v.
Bart. & alii in l. fi. C. de epiſc. & cler.
& in. l. licèt. ff. de iud. Curt. Iun. in
conſil. lxiij. & Modern. Taurin. in
auth. ſi quis in aliquo. colum. fin. C.
de eden.
Limitantur prædicta cum regu-
19 la, ut † procedant quando id quod
ratificatur, ratificantis nomine ge-
ſtum fuit: aliàs non ſubſiſtit ratifica
tio. cap. ratum. de reg. iur. in vj. niſi
quò ad ratificantis præiudicium. l. ſi
ſundus. in §. j. ff. de pigno. ut hic per
Dec. & Philip. Franc. in d. c. ratum.
Accedat text. cum ibi not. in c. pen.
de ſent. excommun. ꝙ licèt ratifica-
tio delicti, quod meo nomine & cō
ſenſu non fuit perpetratum, non ua
leat, peccat tamen eo modo ratifi-
cans. Item poteſt id, quod nomine
meo geſtum non eſt, ratificari tan-
quam ſic geſtum, licèt non tāquam
meo nomine geſtum: ut per gloſſ.
Bart. & alios. in l. j. in uerbo ratam.
C. qui admitti.
20 Secundò limitatur regula, † dum
modò ratificatio fiat intra tempus
intra quod actus, qui ratificatur, fie-
ri potuiſſet: aliâs ſecus. per text. in
l. fin. ff. quis ordo in bon. poſſ. ſer. &
l. bonorum. ff. rem ratam hab. decla-
rando, limitandoque aliquibus mo
dis, ut per Dec. hic, & in l. j. C. qui
admi. & in conſi. ccxlvij. cccclx. An-
ch. in conſil. cxxvij. & ccccix. colū. ij.
Raph. Comen. in conſi. cxvj. Corn.
in conſi. xlvj. col. fi. lib. iij. Alex. con-
ſil. cx. uol. j. & conſi. lxxviij. col. pe. &
conſil. lxxxj. col. ij. & conſil. lxxxviij.
colum. pen. lib. v. Aquen. in l. quod
meo. col. j. ff. de acquir. poſſeſſ. Iaſ. in
d. l. is qui pro emptore. colū. xxxvij.
* Affli. in Dec. regni. xxx.* Fel. in c. ex
parte decani. col. iij. de reſcr. & in c.

ueniens,el j.col.ij.de teſtib. &. Dec. in conſ.247.Pariſ.in cõſi.49. uol.j.] quæ omnia bene not. ad materiam
21 d.l.bonorum.Alias † quinque limitationes ad hanc regulam aſsignat hic Dec.Vſque ad tredecim ſubordi nauit.Phil.Franc.in d. regula ratiha bitio.uide etiam Bald.in l.falſus.'co lum.ij.C.de furt.& in l. ſi uxorem. colum.j.C.de conditio.inſer. uolen
22 tem, quòd † ubi nil geritur, ratificatio nil inuenit, ubi figat pedes. & quòd à falſo procuratore in audien tia principis factum, ratificari non poteſt. & idẽ de electione falſi prætoris,& falſi commiſſarij, de quibus uide Felin.in dict.§.ſunt & alij. col. ij. & iij.

Vbi tamen actus nullus eſt defectu conſenſus, ſemper ratificari põt per adhibitiõnem cõſenſus. & ideò ſentẽtia pro falſo procuratore lata, à domino ratificari poteſt.ita Aret. in cap.cauſam quæ.colũ.iiij.de foro competẽ. ratificatio enim uitium in actu priore ſeu contractu exiſtens purgat: ut latè per Cur.in tract.feu. in ſecunda parte,charta.viij.colũ.ij.
23 & iij.Et an † eadem ſolennitas, quæ in confectione actus requiritur, in refectione pariter exigatur: ponit Aret.in conſi.cxxviij. cum ſequẽ. & Marſi.in pract.cauſarum crimin. in §.reſtat.nu.x.
24 An autem † ratificans, aliquo modo contra uenire poſsit? Pau.de Caſt.in conſil.lxx.colũ.iij. in antiq. Barb.in conſi.lxx.& lxxvj.uol.iij. & Dec.in conſi.lx.col.fin.
25 Et pro pupillo † de rato promittens, intelligitur cùm erit adultus. Bar.in l.actor.col.ij.ff.rem rat.hab. Sed Bald.in l.ſi maritum.C. de ſol. in fi.dicit, quòd promittens de rato pro minore, intelligitur cum erit ætatis legitimæ, quæ eſt poſt uigeſimumquintum annum.l.fina. C. de his qui uen.ætatis impet.& requiritur præterea interpellatio & certificatio: aliâs non committitur mora, ut per Dec.in conſilio ij.& per Mo der.in l.uinum,ſuprà ſi cer.pe.Item
26 †promittens de rato pro aliquo ſub pœna & cum iuramento, pœnam non incurrit illo ratificare nolente, dummodò promittens quantum in ſe erat, fecerit: ut per Abb.in capit. Gemma. col.iij.de ſponſ. Niſi promiſiſſet ratificari facere realiter, & cum effectu,ac ſine defectu,aut aliâs tantum nomine pœnæ promiſiſſet, uel tantundem de ſuo aliâs donaſſet ſiue caſum & debitum proprium feciſſet, ut in practica adinuẽtum per peritos eſt: ut per Aret.& alios in l. ita ſtipulatus,la grande.ff.de uerbo. oblig.Fulg.in conſil.clx. colum. iij. Alex.conſil.cxxxvij.colum.j. lib. v. Corn.conſil.lxj.fol.ulti. uolum. iij. Aret.conſil.lxxij.colum. fin. Socin. conſil.xliiij.col.j.& cclxxxviij. colũ. xv.cum ſeq.& Dec.in conſil.cccxiij. cccxxij.& cccc.

## SVMMARIVM.

*Intellectus legis diſcutitur.*

1 *Prohibitus facere, prohibetur reficere quãdo res eſt penitus deſtructa.*

2 *§.Si ſublatum.l.ſeruitutes.ff.de ſeruit.urban.præd.declaratur, & ornatur.*

3 *Reficere domum ſuam non licèt, quãdo aliquid innouaretur.*

2.

L. LXII. VLPIANVS.

DOMVM ſuam reficere unicuique licet, dum nõ officiat inuito alteri, in quo ius non habet.

IVRISCONSVLTVS hic de induſtria obſcurè loqui uidetur. Et hanc regulam non poſſe procedere dicẽdũ uideretur: quia in meo quicquid uolo, etiam ꝙ alteri noceam, facere poſſum.l.altius.C. de ſer. & aqua, & l. nullus uidetur dolo facere.ubi dixi ſuprà eo. propterea gloſ. hic in poſitione caſus uacillat: nec quæ ponit, cõueniunt aut quadrãt uerbis legis loquentis de refectione, non de eleuatione domus. Minus placet exemplum Decij exemplificãtis in capit.conſuluit. de Iudæ. quia loquit̃ de Synagoga, nõ de domo, prout facit regula iſta.preterea ille tex.ſolùm probat differentiam quæ inter facere, & reficere eſt: ꝙ prohibitus facere,& reficere eſt: & ꝙ prohibitus facere,nõ prohibeatur reficere. in quo non erat laborandum in mutuando exemplum à canone, cũ talis differentia infinitis legibus ꝓbetur, ut in l.i.§. ſi quis ædificiũ.ff. de no.oper.nunc. & in l.iii. in §.reficere. cũ ſimi.ff. de itinere actuque priuat.ſed uerbis iſtius legis nõ cõuenit: ibi,non officiat inuito alteri in quo ius nõ habet.neque enucleat ſẽſum iſtius tex. Vnde ego à uerbis, eorumque ꝓprietate non diſcedẽs, ponerem caſum in locatore domus, qui domum ſuam, quæ reparatione indiget, reficere nõ prohibet, modo non officiat cõductori in eo in quo ius non habet reficiendi ſcilicet:quãdo non eſſet neceſſe, demoliri puta, ſed melius ædificare uellet: iuxta text.not.in l.qui inſulam. in princ. ff.loca.& in l.ſi duo.in §.cũ inquilinus.ff.uti poſſ. & i l. domũ.C.loca.

1 Prohibitus† ergo facere,nõ prohibetur reficere, niſi res penitus deſtructa fuiſſet,quia tunc reficiẽs ꝓpriè facere diceretur, de nouoque conſtruere:ut hic per Dec.latius per Fel.in d.c.conſuluit.de Iudæ. & de conſti.in c.cum acceſſiſſent. col.fin. Iaſ.in l.j.in §.ſi quis ædificium.ff.de no.oper.nunt. & in l.quo minus.colum.pen. & fina.ff. de flum. & Modern.Aſten. in tracta.de refectione.

Deci. hic contrarium tenet: per text.in d. cap. conſuluit. ubi Iudæi, qui prohibentur nouas Synagogas ædificare,erigere, reedificareque ſynagogam penitus deſtructam non prohibentur. Item quia remanente ſolo rei,remanent reliquiæ & ueſtigia prioris ædificij, propter quæ reparatio facilis permitti debet:ut hic per eum. & per eundem in dicto ca. cùm acceſſiſſent.col.fin.

2 Sed reſpon. ꝙ licèt ſolũ uel area ædificij pars ſit, † l. ſeruitutes.§. ſi ſublatum.ff. de ſer.urb. predi. ſi tamẽ domus uel res penitus ſit deſtructa, & inde reficiatur ſolum,non fit quin domus nouiter refecta, noua dicatur domus: ut ibi uult tex.& declarat ibidem Paul.de Caſtr.& in l. inter ſtipulãtem. in §.ſacram. ſuprà de uerbo.obligatio.eſt etiam text.in l.domum.ff.de contrahen. emptio. Ideò prohibitus facere, iſto caſu ꝓhibitus erit reficere, cũ propriè dicatur facere: ut per Modern.Aſten.in prealleg.

præalleg.tract.de refectione.fol.j.& ij.licèt de Dec.hic uerbũ non faciat. Ad intelligentiam autem & declarationem illius §.ſi ſublatum. uide Corn.in conſi.lxxv.lib. iij. & Socin.conſi.cxxxviij.cum duobus ſeq. nolu.primo. Ad text.d.c.conſuluit. reſponde tu, ꝙ nihil facit. prohibet enim Iudæis nouas Synagogas conſtruere, ubi prius non habuerunt. ſicque mirum non eſt, ſi etiam deſtructas penitus in eiſdem locis reficere, conſtruere, ſeu facere poſſunt: quia eadem met conſtitutio hoc & patitur, & concedit. Cętera in materia refectionis, dicas, ut per Modernos in præalleg.tract. de refectione.

Secundò intelligitur regula ſecũ-
3 dum glo.& Dec. hic † niſi reficiens immitteret aliquid in alienum. per l.ſicuti.in §.Ariſto.ff.ſi ſeru. uendi. Sed tunc reficiens non ſtaret in terminis merè & propriè refectionis in nouãdo primã formam ędificii. d. c.conſuluit. ſicque pro limitatione præſentis regulę parum conuenit loquentis de mera refectione, ſed latius de hac materia ſcripſi in d.l.nullus uidetur dolo facere.ꝟ.co.

SVMMARIVM.

1 *Quæ hæreditas hic diffiniatur.*
2 *Bonorum poſſeſ.quid ſit.Et quid differat ab hæreditate.*
3 *Hæreditas propriè tantum dicitur ante additionem.& nu.5.*
4 *Renunciatio,quam facit filia patri, an ipſam excludat ab hæreditate fratris.*
6 *Hæreditatis petitio, & interdictum quorum bonorum, quando hæredi detur.*
7 *Hæreditaria bona quæ dicantur.*
8 *Hæreditas an ſit iure gentium aut ciuili.*
9 *Hæreditas non concernit locum, quomodò intelligitur.*

L. LXIII. VLPIANVS.

HAEREDITAS nihil aliud eſt, quàm ſucceſsio in uniuerſum ius, quod defunctus habuit.

REPETITA eſt hæc lex ad uerbum. in l.nihil aliud.ꝟ.tit.j.Vbi glo.tripliciter opponendo hanc regulam declarare nititur.& Alcia. in ſuis interpretationibus inſiſtit dicta Bart.Aret.Iaſ.& aliorum in rub. ff. de acqu.hær. ubi materiam iſtius regulæ examinarunt, referendo. Diffinitur itaque hic, ſecundum Bart. &
1 cõiter ſcribentes præalleg.† Hęreditas iacẽs, prout eſt ius quoddam intellectuale, defuncti perſonam repręſentãs in omnibus iuribus actiuè & paſsiuè, quod ius hęreditas nuncupatur, & mediante hæreditatis aditione inde acquirimus: ſicque nõ de ſucceſsione hominis, ſed de ſucceſſione iuris intelligitur. Nec de iure ſuccedẽdi, ſucceſsioneve ipſa, aut actu ſuccedẽdi: ſed de illo iure, quod poſt mortem defuncti ante hæreditatem aditam loco defuncti ſubrogatur, illiusque perſonam refert: ut et declarat Dec.in conſ. cccccxxviij. col.ij.Et quamuis Alcia.in d.l.nihil hanc declarationem reprobare conetur, uix ſibi perſuadens, ꝙ ſucceſsio intelligi poſsit, id eſt ius ſuccedens, uerum

uerum referri debeat ad bona & iura per defunctum relicta, & per hæredem mediante aditione hæreditatis acquirenda: tamen nõ eſt à communi opinione diſcedẽdũ, pro qua uidetur text.in l.hæreditatis appellatio.& in l.pecuniæ uerbum.§.j.ſ.de uerb.ſign.ubi expreſsè dicitur,ꝙ hæreditas eſt nomen iuris: ſicuti bonorum poſſeſsio. Et ab ipſis hæreditarijs rebus differt.unde qui hæreditatem alienat, euictis aliquibus rebus hæreditariis nihil præſtat.l.ij.in princip.& in multis aliis legibus eiuſdẽ tit.ff.de hære.uel act.uen.non eſt igitur mirum per ſucceſsionem, intelligi in diffinitione prædicta de iure illo intellectuali, quod ſuccedit, defunctique perſonam repræſentat, & ſignificat ius uniuerſale de futuro acquirendum mediance aditione.l.j.cum gl.ff.de rer. diu.& dicit Iaſ.in d.rubr.de acq.hære.col.j.Bart. communiter à ſcribentibus approbari: erraréque mihi uidetur Aret. ibidẽ col.j.reprehendens Bart.per l.iij. ff. de bon.poſſ.per quam apparet ſecũdum Aret.in hac ſucceſsione eſſe cõmoda & incommoda: ergo non ſolùm actiuè, ut dixit Bart.uerum etiã paſsiuè intelligitur. nam reſpon. ꝙ facit pro Bar. qui expreſsè intellexit de iuribus actiuè & paſsiuè,ſed utitur uerbo ſuccedat actiuè, ut declaret & demonſtret intelligi de ſucceſſione iuris, ſed noluit excludere actiones paſsiuas: aliàs ſucceſsio nõ repræſentaret defunctum in omnibus iuribus,quæ defunctus habuit, * ut expreſsè dixit Bart.* & quum hæreditas antequam adeatur,repræſentet perſonam defuncti,non hæredis ſequitur ante hæreditatis aditionẽ bona hæredis non dici, ideò per cõfiſcationem bonorum hæredis in fiſcum non tranſeunt:quia bonorum publicatio non porrigitur ad futura: & ius adeundi non quæſitum, ſed quærendum ius concernit, ut poſt alios ſcribit Dec.ad fin. tit. ſuprà quod quiſque iuris. ] De diffi-
2 nitione † uerò bono.poſſeſſ. de qua in d.l.iij. in.§. bonorum. latè poſt ſcribentes dixi in rub.C. qui admitti. & de differentiis & conueniẽtiis inter hæreditatem & bonor.poſſeſſ. Interque hæreditatem, & bonorum poſſeſſorem,dicam infrà in l.prætor
3 bonorum. Et hæreditas † dicitur antequam ſit per hæredem adita,poſteà non dicitur amplius propriè hæreditas, ſed confunditur cum patrimonio hæredis.l. ſed ſi plures. §. ſi filio.ff.de uulg.& inſtit.de hæred. qual.& differen.in princip.ubi text. optimus. Et cum ius tale hæreditatem appellamus, impropria locutio eſt, ut hic per Dec.circa fin.commẽti. inferentem ad determinationem not. quæſtionis: de qua & aliis uide Iaſo.in d.rubr.ff.de acquiren.hæredit. Iaſ. Aquen. & Moder. in l.j.in §.ueteres. ff.de acquiren.poſſeſſ. Alciat.in d.l.nihil aliud.Dec. in conſi. ccccxxxiij.col.i. ubi poſt Benedict.
4 Capram uult,† quòd ex perſona fratris, & ex nouo iure, filia, quæ patris hæreditati renunciauit, ſuccedere poſsit,etiam ſi per fratrem patris hæreditas adita non fuiſſet: & dicit etiam Alex. in conſil.xlix. àd fin.in iij.uol.quòd hæreditas adita, largè hæreditas dici poſsit: ſecundum etiam communem uſum loquẽdi: & ſimiliter

ſimiliter quando ex mente contrahentis vel diſponentis ex aliquibus coniecturis conſtaret uoluiſſe intelligere de hæreditate adita, ut etiam per alios ſcribẽtes in locis prealleg. * *Limita etiam ut per Dec.in l.preci bus. col.8.C.de impub.&ali. ſubſt. & Galliaul. in rep.l.Centurio. col. xiij.in uerſic. Item paria,de uulg. & pupill.& Soc.Iun.conſil.clxviii.col. xi.lib.ii.] Et tamen hæres defuncti perſonam non repręſentat, niſi poſt aditam hæreditatem, ut dixi ſuprà & in l.hæredem.ſupra eo.titu. Sunt qui arbitrentur † ſolam aditionem nõ facere, quin propriè dicatur hæreditas, ſi non fuerit apprehẽſa hære ditariarum rerum poſſeſsio. Areti. ſubtiliter in dicta rubri.ff. de acqui. hær. Sed contrarium firmauit Paul. de Caſtr.quẽ hic ſequitur Dec.quia per aditionem ſolam, dominium & omnia iura in hæredem tranſeũt.l. cùm hæredes.ff. de acqui.poſ. ideoque ſtatim deſinit eſſe hæreditas, q͞a bona ſunt hæredis qui adiuit. & cõtra Aret. tenet etiam Iaſo.in præalleg.rubr.de acqui. hæred. & in d.§. ueteres.& Alciat.in l. nihil, in ſuperioribus adducta. Aduertas tamen,
6 †quòd licet adita hæreditate deſinat hæreditatis nomen, (propriè loquẽdo) donec tamen hæres adeptus fuerit rerum hæreditariarum poſſeſsionem, competit petitio hęreditatis & interdictum quorum bonorum, nõ autem poſt apprehenſionem poſſeſſionis: ut hic per Dec. & prius per Iaſ.poſt alios in d.§.ueteres. i v.col. * *ex prædictis redditur dubia conſultatio Ant.de Butr.in conſil.lxiij. Viſo.quam ſequitur Cur.in l.qui ſe patris, col.xvj.C.unde lib.uolẽtium nõ procedere libellum in quo poſt aditam hæred.petat quiſpiam declarari talia bona ad eum ſpectari tanquàm hęreditaria. uidetur enim ꝙ poſsit ſaluari, ut procedat, per prædicta: quum libellus ita intelligi debeat, ut ſaluetur, ſe fieri poſsit, ut ſę pe diximus.]

7 Quæ autem † dicantur hæreditaria bona, uel ex hęreditate, ſeu tanquam hæreditaria, uel quaſi hæreditaria: ponit Aret.in l.gerit, in j.no. ff.de acquir.hæred. Alex.conſi.xlix. uolum.iij.& Barb.conſi.xxxvij.col. iiij.lib.iij.

8 Sed an † hæreditas ſit de iure ciui li aut gentiũ: & in foro conſcientię an defuncti perſonam repræſentet? ponit Alcia.in d.l.nihil.& prius Iaſ. in rub.ſ.de acqu.hær.

Vltimò not. quòd per hanc legẽ cum ſimilibus, dicit Salic. in l.cunctos populos.char.ult.C.de ſumma
9 trin. † quòd hæreditas non concernit locum, ſed eſt ſucceſsio in uniuerſum ius defuncti: ideò excluſi ꝑ ſtatutum à ſucceſsione alicuius, excluſi erunt in omni loco: prout dicitur de eo cui iudex bonis interdixit l.is cui.ff.de uerb.oblig. Et ſimiliter in iure accreſcendi, quod locum habet etiam in diuerſis patrimoniis in locis ſeparatis exiſtentibus, propter unitatem iuris hæreditarii uniuerſalis: ut per Rom.in conſi.lxxxj. incipiente, quòd dicti, & per Ioan.Crotum in repetitio.l.re coniuncti. col. xlvj. uerſic.uigeſimo quæritur. Sed labitur Salic. nam hæreditas tanquã quid incorporale, non concernit locũ: ex hoc tamen non ſequitur quin

ob

ob patrimoniorum diuerſitatem, diuerſis legibus, ſeu ſtatutis ſuppoſitorum, ſicque uarias qualitates habentium, diuerſimodè fieri nõ debeat patrimoniorum diuiſio & ſeparatio ſecundum diuerſitatem ſtatutorum ſeu iuris communis & ſtatutorum, quibus hæredes ſubiiciuntur, ut pulchrè per Alex. in conſi. cxxviij. Conſideratis. col. iij. lib. j.

SVMMARIVM.

1 *Morã non incurrit, qui ſine dolo malo litigat ſe defendendo.*
2 *Intellige ut hic. & nn. 3.*
4 *Quanto maior committitur mora in Deum: tanto maior eſt pœna peccati.*

L. LXIIII. IVLIANVS.

QVi ſine dolo malo ad iudicium prouocat, nõ uidetur moram facere.

Svmpta fuit ex legibus per glo. alleg. Facit etiam text. l. non poteſt uideri improbus. cum not. infrà eodem.

1 Nota, † non eſſe in mora qui ſine dolo malo litigat ſe defendendo. ✱ * uel lata culpa ſubaudi. ita hunc text. declarat Bart. in l. quod te, col. pen. in fine. ff. ſi cert. pet. & prius gl. fin. ibi.] Et intelligitur præſens regula quando ſic litigandi iuſtam cauſam habuit: ut quia in ius alterius ſucceſſit, uinculũ obligationis ignorans: ut per gloſſ. facit. l. qui in alterius. ff. eod. propterea talis de interitu non tenetur, nec ad uſuras, nec ad ad alia ad quę tenetur moroſus: iuri
2 bus per glo. alleg. Secus † eſt à contrario ſenſu, ſi iniuſtè litigat: ut dicit text. cum glo. in l. nemo, la j. in §. j. ff. de uerb. obli. ubi moram facere dicitur, qui mauult iniuſtè litigare, quam reſtituere, & ideò de interitu, dicit text. tenetur. Eſt igitur ſalubre quamprimùm in mala fide & mora quęrere conſtituere conueniendum iuxta ea quæ in d. l. qui in alterius. circa practicam Bart. ad l. ſi quis inficiatus, ſcripſimus.

3 Rurſus intelligitur regula iſta † antequam mora ſit commiſſa, ſed poſt non purgatur mora, ſi quis litigare uult. Dec. hic poſt Paul. de Caſtr. in l. fin. per illum text. ff. de cõdi. furt. ubi aliud eſſe dicit, rem hoc caſu offerre: aliud iudicium. ſed iſta intelligentia ſatis ſub prima includebatur & comprehendebatur, dum dictum fuit de iuſtè litigante intelligit regulam, ſecus ſi iniuſtè: ſed qui in mora conſtitutus eſt, iniuſtè litigat, ideò &c. diciturque hic agendo moram potius augere, quàm purgare. c. fi. cum ibi plenè not. de cõſuet. Et eorum quæ ſcribit Hiero. in com
4 mento ſuper Hier. Quanto, † inquit maior eſt numerus temporum, quibus obliuiſcimur Deum, tanto maior eſt pœna peccati, quod nec longitudine ſeculorũ potuerit edomari. ✱ * Facit text. in Authen. Caſſa, & ibi Dec. in ultima colum. C. de ſacro ſan. eccle.]

SVMMARIVM.

1 *Verbum, temerè, quid ſignificet.*
2 *Verbum, negotijs, quid ſignificet.*

3 *Lex ad ea, quæ facilè & frequenter eueniunt, refert ſe tantum.*
4 *Hypocrates cur de podagra non ſcripſit, & Solon de parricidio.*
5 *Dependentia à uoluntate principis impoſsibilia cenſentur.*
*§.i.l.iij.ff.de fideicom.lib.ornatur.*
6 *Lex conſtituitur etiam de caſibus rarò contingentibus: tam per naturam, quàm facto hominis, & numero.* 8.
*L. Antiqui.ff.ſi pars hære.pet. declaratur, & ornatur.*
7 *Proles legitima uſque ad quæ tempera conſideretur.*
9 *Hæc regula quomodò intelligatur.*
10 *Mulier, licèt uirago, nec poſtulare, nec tutorem conſtituere poteſt*

L. LXV. IVLIANVS.

EA quæ rarò accidunt, nõ temerè agendis negotijs computantur.

SVMPTA fuit ex legibus per gloſſ. alleg. Suboſcurus tamen eſt Iuriſconſultus hîc in uerbis regulæ. In
1 tex. ibi † temerè, propriè ſtultè, & inconſultè exponitur. l. eum quem temerè. ff. de iud. hinc Teren. ne quid temerè agas. Aliquando ſine cauſa, ut penès eundem Terẽ. Haud temerè. nonnunquàm pro ferè, uſurpatur: ut per Quint. ibi, illud ingeniorum uelut precor genus nõ temerè unquàm peruenit ad frugem. Hîc, temerè, capi poteſt primo modo, & ultimo: quòd ea quę rarò accidunt, agendis non computantur negotiis temerè, id eſt inconſultè, ſed conſulto: quia uidelicet ad ea quæ ſæpe & frequenter eueniunt, leges ſe referunt. Poteſt etiam ſecundum ultimam expoſitionem ſtare, quòd rarò accidentia ferè non computantur &c. nam aliquando, ut infrà dicam, computantur. In eodem tex. ibi, agẽ
2 dis negotijs. † glo. intelligit, id eſt, legibus quæ de agendis negotijs loquuntur: ſed uiolat text. Tu melius exponas non recedendo à uerbis Iuriſconſulti, quòd ſimilia quæ rarò accidunt non facilè computantur agendis negotiis, per leges ſcilicet, quas futuris negotiis formam dare certum eſt. l. leges & conſtitutiones. C. de legibus.
3 Not. ergo, † ꝙ lex ad ea quę rarò eueniunt, nõ refert ſe, ſed ad ea quæ facilè & frequẽter. l. iij. cum duabus ſequ. ff. de legi. Et quod raro fit, ſicut etiam uera ſapientia docet, nõ obſeruant legislatores: ſed quod fit plerunque & reſpiciunt & medentur, ut in auth. ut ſine prohi. ma. in §. quia uerò multùm. & in l. antiqui ff. ſi pars hæred. peta. Hinc Bald. in d. l. iij. ait, quòd ſicut una hirundo non facit uer, nec una pulchra dies æſtatem: ita nec unus caſus legem.
4 Idcircò † Hypocrates (ſi Plinio credimus) de podagra nihil ſcripſit, quia cùm ætas frugalis eſſet, eũ morbum futurum non putauit. Neque Solon, qui Athenienſibus leges dedit, parricidij ſupplicium ſtatuit, quòd cum caſum euenire poſſe non credidit: ut Cic. in orationibus ſcripſit. Hinc eſt etiam, quòd ſi dico aliquem eſſe mortuum, quem cõſtat natum fuiſſe iam annis centum præteritis, demonſtrando filium illius qui ſit annorum centum, onus probandi

bandi mortem mihi incumbere ui-
debatur:quia contingere poteſt, ul-
tra annos centum aliquem uiuere:
quia nonnulli reperiũtur annorum
uiginti ſuprà centum. ſed quia hoc
raró contingit, lex non præſumit ip
ſum uiuere: & ſic præſumptio de
qua in.l.ij.ff.quemadmodum teſta.
aper.ad hunc caſum non extẽditur.
Paul.de Caſtr.in d.l.iij. ff. de lega.
hocq́ue ut arbitror, ideò eſt: quia li
cèt per naturam eueniat, rariſsimè
tamen euenit. Conſona eſt prędictis
alia concluſio, quòd in conſideratio
ne non habetur, quod de iure ſpe-
ciali fit, & conceditur.l.iiij.§.j.ff. de
fideicom. lib. cum dictis per Deciũ
5 hìc.in fin.etiam dicentis † dependẽ
tia à uoluntate principis, iure quo-
dam ſpeciali cenſeri ac impoſsibilia
niſi ſcilicet conſueta ſint concedi.§.
fin.l.apud Iulianum.ff.de lega.j.De
quo ultra no.ibi per ſcribentes, ui-
de Aret.& alios in l. id quod apud.
ff.eod.tit.& Soci. in l. quidam rele-
gatus.in ult.not. ff.de reb.dub. Præ
tereà ad text.d.l.iiij.in §.j. cum not.
per Bart.adde Roma.in conſi. lviij.
Alex.in conſi.xv.colum.fi.& in con
ſil.lv.uolum.v.& in l.eleganter. in
princ.ff.de condi. indeb. Aretin.in
conſi.clxj.colum. ij.Iaſ.in l.de pupil
lo, in princ.in ij.colum.ff.de nou.o-
per.nunc.in l.ſi infanti.in fin.C. de
iure delib.Aquen.& Dec.in l. poſt-
quam liti.col.fi.C.de pact.Dec.in c.
clerici.ad fi.ij.col.de iudi. & in l.ij.
C.qui admit.
6 Interdum tamen † etiam de caſi-
bus raro contingentibus lex conſti-
tuitur: ut in d.l.antiqui. Ad cuius
declarationem & limitationem ui-
de Alciat.lib.ij.diſpu.c.viij.Rimin.
in l.poſthumo.ad fin.C.de contra-
tabul.Aul.Gell.in noct. Actic. cap.
ij.libr.x.

Et alius caſus eſt in l.ſi maior.C.
7 de legit.hęred.ubi † ſoboles nata ex
uxore quinquagenaria, proles eſt le-
gitima patri ſuo, eidemq́ue ab inte
ſtato ſuccedit, quamuis rarum ſit, &
miraculoſum fœminam illius ętatis
parere: ut habetur ẽt in l. ſi ſterilis.
in princ.cum glo.ff.de act. empt. &
per Fulgo.in conſil.ccxij.ubi tam in
maſculo quàm in fœmina genera-
tionis tempus circa annum ſexageſi
mum, ait, præfigi. Verumtamẽ Plin.
lib.vij.c.xiiij.de naturali hiſtor. re-
fert compertum fuiſſe maſculum uſ
que ad annum lxxxvj.generaſſe. Eſt
etiam alius caſus in l. ſeptimo mẽſe.
ff.de ſta.hom.declarando:ut p Pau.
de Caſt.in l.iij.ff.de legi. Et rõ præ-
dictorum caſuum eſt, ſecundum An
8 gel.in d.l.iij.quia † per naturam illi
caſus eueniunt: quæ natura ſemper
eſt certa, nec ullo hominis facto mu
tari poteſt: unde naturæ caſus ẽt ra
riſsimus inſpici debet. & ſequuntur
ibi Mod.Sed ꝙ idem eſſe debeat, li-
cèt caſus talis raró poſsit euenire,
aut per rerũ naturã non ſoleat, ſed
facto hominis: text.eſt in l.fin.C.de
conſul. lib.xij.ubi patriciatus digni
tatẽ conſecutus paterfa.efficitur, & à
patria poteſtate liberatur, ne impe-
rialis dignitas minui uideatur, ſi fi-
liumfam.in ptãtẽ haberet. & ſi hoc
rarum ſit, ut in honorẽ patriciatus
filiumfa.prouectum quis uideat, tñ
ne tale quid in parte temporis eue-
niat, & ſine legibus inueniatur, hæc
à nobis (ſubiugit text.) ſancita ſunt.

ergo

ergo lex reſpicit caſum etiam rarò euenientem, non natura, ſed fortuna, ac facto & fauore hominum. Propterea Cicero in oratione illa quam pro Sexto Roſc. habuit, poſtquam dixit cur Solon de parricidiis legem non tulerit, ſubiunxit: Quanto maiores noſtri ſapientius, qui cũ intelligerent, nihil eſſe tam ſanctum quod non aliquando uiolaretur audacia, ſupplicium in parricidas ſingulare excogitauerunt: ut quos natura ipſa in officio continere nõ potuiſſet, magnitudine pœnæ maleficio ſubmouerentur.

9 Sapientius igitur uidetur, ꝙ † lex etiam rarò euenientes caſus determinet: ſed quando rariſsimè, ſeu miraculosè huiuſcemodi caſus euenirẽt, nõ eſt mirum, ſi curam de illis non habuit lex: quemadmodum de Lazaro reſuſcitato dixit gloſſ. hic, & in d.l.iij. & Bart. in d.l. ſi maior. qui tamen caſus adhuc determinabuntur per regulas aliarum legũ: ut ibi per Docto. & per Chriſtophorum Portium in §. inſulam. inſtitu. de rerum diuiſi. Tandem ut ſemel finiam dicere poſſumus, & forte melius: leges ad ea, quæ frequenter contingunt adaptari: nec uariari debere ex his quæ rarò in dictis terminis accidũt. Exẽ-

10 pli gratia, Si † mulier poſtulare prohibetur: quia non ſit ſufficientis & integræ prudentiæ, quæ prudens & ſagax reperta fuerit, nõ poſtulabit. Rurſus mulieris iudicium cõſtans, ſtabileque non eſt in eligendo tutorem, quod animi uirilis eſt. l. fœminæ. §. eo. l. j. ff. qui pet. tut. ſi reperiatur una mulier uirilis, cõſtantiſque animi, non propterea tutorem eligere poterit. ſecundum Raph. & Corneum. in d.l. ſi maior.

## SVMMARIVM.

1 *Verbum, cauillari, uariјs modis accipitur.*

2 *Quomodò accipitur hic, et tribus modis fit ſecundum Ariſtotelem.*

3 *Vlpianus hic reprehenditur à Laur. Valla.*

4 *Calumniari & cauillari an ſit idem & num. 6.*

5 *Callidus quis dicatur.*

7 *Leges cauillationes abhorrẽt, & eas calumniare non oportet. nu. 8.*

9 *Inſtantia non perit quando cauſa protelatur cauillationibus aduerſarij.*

10 *Exceptio euidentis calumniæ, æquipollet exceptioni ineptitudinis.*

11 *Cauillatio quandoque toleratur, ut malitijs obuietur.*

*L. in fundo. ff. de rei uendic. declaratur & ornatur. nu. 15.*

12 *Aduocatus iuſtam cauſam fouẽs an uti poſsit cauillationibus. & pars periurio. & nu. 13.*

14 *Aduocati cauſas iniquas defendere non deberent.*

16 *Iudex an poſsit uti cauillationibus contra teſtem.*

17 *Promiſsio facta ſubdito facinoroſo an debeat obſeruari. & nu. 18.*

19 *Fides etiam hoſti data, ſeruari debet.*

20 *L. nam & Seruius. ff. de neg. geſt. quomodò intelligatur.*

21 *Dolus an uirtus quis in hoſte requirat, quomodò accipitur.*

22 *Ex minima mutatione facti totum ius mutari.*

L. LXVI. IVLIANVS.

EA eſt natura cauillationis quam Grçci ſophiſticam appellant, ut ab euidenter ueris per breuiſsimas mutationes diſputatio ad ea quæ euidenter falſa ſunt, perducatur.

HAEC lex ad uerbum etiam ponitur in.l.nam cauillationis.ff.titu.
1 proxi. Et habet † uarias ſignificationes huiuſcemodi uox. Cauillatur enim, qui calumnioſè agit. Cauillatur qui breuiter & falsè aduerſariũ ſermone captat, aut irridet. Cauillatur, qui ſciens ut ſuam ſententiam tueatur, falſa prodit. Cauillatur, ut
2 hîc dicit Iuriſconſultus, qui eo † aſſumpto quod euidenter uerum eſt, diſsimiliter acceptis terminis quod falſum eſt, infert. Idque ut in Elenchis Philip. tradit, fit tribus modis. aut enim argumẽtum peccat in materia, aut in forma, aut in utroque. In materia ut in exemplo glo. hîc intelligentis regulam noſtram, quando arg. peccat primo modo. & ſequitur Alciat. in d.l. natura cauillationis. & deducitur uocabulum ab antiquo uerbo, caluire, quod eſt decipere: ſignificat etiam fruſtrari, fallaciaque & dolo uti, metaphora à caluis tracta, qui eos fruſtrantur à quibus præ capillis prehendi uidẽtur. Cicero autem in ſecundo de oratore, cauillationem, pro generali quodam facetiarum genere, cauillo, dicaculo, & faceta urbanitate accipit: prout referunt & probant Aul. Gel. & Lauren. Valla in ſuis elegantiis.
3 c.cccclxix. ubi † Vlpianum hîc reprehẽdere auſus eſt, ex eo, quòd in hac materia aliter deſcripſit Caius Iuriſconſultus dum inquit, ſi calumnietur, & moretur, & fruſtretur: inde & calumniatores appellati ſunt, qui per fraudem & fruſtrationem alios uexarent litibus: & inde dicta eſt cauillatio. Caius nullam mentionem facit, aut de euidenter ueris, aut de euidẽter falſis, nec de breuitate, nec faciendam fuiſſe putat. cum plerunque cauillatio tecta ſit, & inſidioſa, multis longiſque frequenter ambagibus utens, & quæ uix ab acutis deprehenditur. Quapropter cauillatio, dicit ipſe, eſt ſubdola oratio quam nos conſcii nobis mendacij, uincendi tamen cauſa, proferimus. In hunc, inquit, ſenſum uſi ſemper ſunt Iuriſconſulti, & Quintilianus. Inuenies autem dictam legem Caij in l.ſi calumnietur.ff.tit.j.

Sed argumento Vallæ reſpondet Alciatus libro quarto de uerborum ſignificatione, loqui Vlpianũ quando cauillatio pro argumento ſophiſtico accipitur: & ſic cum peccat in materia: & tunc optimè Vlpianus dicit: & naturam ſophiſticæ cauillationis deſcribit, ut in ſuperioribus retuli. Non tamen mihi diſplicet Lauren. Vallæ deſcriptio, quæ omnem ſpeciem cauillationis in malã partem ſumptę complectitur. Non omitto, quòd Valla poſtquam Vlpianum improbare auſus eſt, Caium pari cenſura corrigere uoluit:
4 dum † ſentire uidetur, idem eſſe calumniari, & cauillari: cùm ſecundũ Martianum Iuriſconſultum accuſa-

tori tantùm tribuatur calumniari:
patet, cum ait: calumniari eſt falſa
crimina intendere, quod per legem
duodecim tabul. declaratur. Calum
niator idem patiatur quod reus, ſi
conuictus eſſet. hinc etiam Hieron.
quamuis Valla non referat. Calum
nia, inquit, eſt, cùm iuſtis homini-
bus crimen impietatis obiicitur. Et
calumnioſus, qui calumniam infer-
re ſolet: ut uult Auguſt. de calũnio-
ſo loquente, qui tendiculas uerbo-
rum requirit. propriè uerò eſt uoca
bulum Iuriſconſultorum, qui illam
capiunt pro uexatione alicuius in li
te per fraudem & fruſtrationem.
Hinc etiam Cicero, exiſtunt ſæpe in
iuriæ calumnia quadam & nimis ca
lida atque malitioſa iuris interpre-
tatione. alij per uſurpationem non-
nũquam pro fallaci & doloſo. Hinc
5 etiam † callidus per duplex ll. aſtu-
tus dicitur, differtque à uerſuto, ꝙ
callidus, ut ait Cicero, ſit ille cuius
acuminis uſu ut manus opera con-
calluit: uerſutus, cuius mens celeri-
ter uerſetur. Sed Caium defendit Al
ciat. loco præallegato: Vallam obli-
què Caium perſtringere ſcribẽs, qui
ſentire uideatur, idem eſſe cauillari,
& calumniari, non uidens quomo-
dò Valla id collegerit. cùm enim cal
uiri, antiquum uerbum fruſtrari eſ-
ſet, cauillatioque & calumnia inde
deducatur, nõ eſt tamen conſequẽs
alterum cum altero idem eſſe: ſicut
cum dicimus à uerto, fit uerſus, &
uerſura, non ſequitur uſuram idem
eſſe, quod uerſum.

Sed phãtaſia Vallæ ſine colore nõ
fuit, quia quicquid dicat Alciat. de
uerbo caluiri, de eo apud Caiũ non
fit mentio. Verùm à uerbo calum-
niari, calumniatores, & cauillationẽ
deduci uoluit. ideò inſerebat Valla,
cùm ab eodem uerbo deſcendant,
ſecundum Caium eiuſdem ſignifica
tionis erunt, quod tamẽ falſum eſt.
Sed conſequentia non tenet ſecun-
dùm Alcia. ut in uerſu uerſura pa-
tet, quę à uerto deducuntur, & ta-
men ſunt diuerſæ ſignificationis: ut
eſt etiam apud Calepinum, & Grã-
6 maticos dictum. Tamen † rectè non
uidetur deduci à uerbo calumniari,
cauillationem. Id enim nuſquã pro-
batur, quinimò ab antiquo uerbo,
caluire, ut diximus, deriuatur. Cogi
tabam tamen Caium Iuriſconſultũ
non dixiſſe cauillationem deduci à
uerbo calumniari, ut Valla & Alci.
ſenſerunt, ſed dicto prius quòd ca-
lumniari eſt morari, & fruſtrari, &
inde appellatos eſſe calumniatores,
qui per fraudem & uexationem a-
lios litibus uexant, ſubiungit, & inde
cauillationem eſſe dictam, non ꝙ
ab eodem uerbo deſcendat, id enim
non dicit, ſed quia de natura cauilla
tionis eſt fallacia doloque uti. quem
admodum de natura calumniæ eſt,
alios per fraudem & fruſtrationem
litibus uexare. ideò calumniæ con-
iunxit cauillationem: quòd inde pa
riter, eodemque modo dicta ſit pro
pter fallaciam, & dolum cauillatio-
nis, ſicuti calumnia propter frau-
dem, & fruſtrationem calumnian-
7 tis. Quas † quidem cauillationes &
abhorrent & reiiciunt iura l. j. ff. de
regu. Catonia. ibi, an cauillamur,
id eſt per cauillationem, & fallaciã
argumentamur. ut in l. ij. in §. tracta
ri. ff. ad tertullian. ibi, uerba cauilla-
tus.

tus. & in capit. uenerabilis. ubi doctor. de iudiciis, & hîc tradit Dec. nimiam, ſcrupuloſamque ſubtilitatẽ, cauillationem eſſe ſcribens, & deridendam, ut hîc per eum & in ſuo conſil. cccccviij. colum. ij. & DCXC. colum. j. Facit quòd dicere ſolemus,
8 † ius ciuile non oportere calumniari, neque uerba eius captari. l. penulti. ff. ad exhibend. cum aliis quæ allegaui, in l. ſecunda, in uerſicu. & cùm placuiſſet. colum. iij. ff. de origi. iur.
9 Hinc etiam eſt, † quòd ubi cauſa protelatur per ſubterfugia & cauillationes aduerſarii, inſtantia non perit. Roman. in conſil. ccxx. Alexand. conſil. xlij. in cauſa & lite. colum. iij. uolum. iij. Dec. in cap. ex ratione. colum. viij. de appellation. De quo tamen articulo, quia non definũt qui contrariam ſententiam amplectantur. uide Alciat. Barb. & Arctin. in dict. cap. uenerabilis. de iudicijs. Alexand. conſil. lxxj. uolum. v. & conſil. 100. colum. j. in eo. Nattam in repetit. clemen. ſæpe. colum. xl. & ſequẽ. de uerbor. ſignificat. & Iaſ. in l. ij. ad fin. princ. ff. de eo per quem factum erit. Et propterea etiam dicimus ex
10 ceptionem † euidentis calumniç æquipollere exceptioni ineptitudinis quam iudex ex officio allegare repellereque poteſt. ita Arctin. in dicta. l. ita ſtipulatus. colum. antepen. circa medium. ff. de uerborum obligatio. faciunt nota. per Aquen. in repetit. l. ut uim. colum. viij. ff. de iuſtit. & iur.
11 Ad obuiandum tamen † malitijs & fraudibus tolerantur cauillationes & admittuntur. argum. l. in fundo. ff. de rei uendi. iuxta gloſ. notab. in cap. cupientes. in uerb. malignantium. de elect. in vj. & in cap. dominus noſter. xxiij. q. ij. quæ uult, quòd
12 ſi † aduocatus iuſtam cauſam foueat, uti poteſt malitiis & cauillationibus: ut hîc per Deci. & in ſuo conſi. cccccviij. colum. ij. & DCXC. colum. prima & per Bologninum in auth. habita. colum. xliiij. C. ne fil. pro patr. & per Anchar. in conſi. cxlv. dum licitum eſſe dicit in lite fraudẽ qualitercunque excludere. & etiam per Alciatum in tracta. de præſumptio. in xxvij. præſumptione, tertiæ regulę. Sed non ſunt prædicta ita ſimpliciter intelligenda, habenti enim iuſtam cauſam pro uictoria reportanda periurium committere nõ licet: ut poſt Sanctum Thomam tradit ſumma Angel. in uerbo interrogationes. uerſic. lxiij. Et gloſſ. in dicto uerſicul. malignantium. intelligit licitum eſſe cauillationes cauillationibus repellere, dum falſa probatio non ſit admixta: ideò contra producentem inſtrumentum falſum, aliud falſum inſtrumentum contra eum producere non debeo, nec eſt licitum. latè Felin. in capit. dilecti. ad fin. de exception. & tradunt omnes Modern. in l. manifeſtæ turpitudinis, in cauſis recuſationis iuramenti. ff. de iureiurand. Et ex dictis ibidem per ſcribentes cognoſces Deci.
13 hîc malè dicere, † quòd ſi mutuum reſtitui, poſſum licitè cum iuramento reſpondere, affirmareque à te me nihil habuiſſe: quia hoc falſum eſt, iurandumque eſſe ſecundum practicas & cautelas ibidem per ſcribentes traditas. Quò tamen ad Deùm, qui cor reſpicit,

ſi quis parum expertus eo modo bona fide & conſcientia iuraſſet, illum damnari non crederem, ſed laudo ſeruari cautelas & practicam de quibus per ſcribentes præallegatos. Et
14 notabitis diligenter uos † aduocati qui cauſas iniuſtas ſuſcipitis non ad uincendum, quia ſcitis cauſam malam & iniquam, ſed ad differẽdum, aut ad concordandum, ſiue ut interim pactio aliqua fiat, excuſari apud tribunal altiſsimi minimè poſſe. quoniam hæc omnia cõſtat eſſe iniqua, & ſimiliter nõ excuſari qui malam cauſam in principali habens, aduerſarium uexat aliquod iuſtum caput aſſumendo, ut ſub hac iuſtitia gradiendo principale iuſtum impediat, aut differat, uel peruertat. opotet enim non ſolùm medium, ſed etiam finem eſſe minimè iniquum, ut per Caietanum in ſua ſummula
15 in uerbo aduocati. Denique † ad declarationem & limitationem.d.l.in fundo.uolentis malitiis hominũ eſſe obuiandum, uide pulchrè Anch. in conſi.cccxxxiij.colnm. ij. Angel. conſi.lxvj.colum.j.Soci.conſil.lxvj. & cviij.colum.vj.uolum.j. Moder. in l.edita.in ultimis col.C.de eden. * & no . quæſtionem ponit Seneca in iij.declamatione v . lib. in declamationibus de fratre maiore, qui tenebatur diuidere, & dare electionẽ minori, in una parte poſuit totum patrimonium, in altera ancillã matrem fratris nothi, qui ad hæreditatem admittebatur : minor elegit matrem & fratrem, circumſcriptionis accuſat tanquàm malitioſè & fraudulenter diuiſerit. quid iuris, uide ibi pulchrè.]

16 Et ſimiliter † propter ſuſpicionẽ contra teſtem militantem debet iudex diligenter illum examinare, quę rẽdo eum inuoluere ſi poteſt, ut hîc per Dec. Pariter ad inueſtigandum ueritatem, poteſt iudex cauillationibus uti, & ad bonum finem ſimulare.cap.afferte.de præſump.& ideò
17 † poteſt delinquenti liberationem promittere, ſi delictum confiteatur, & inde ea promiſsione non ſeruata illum condemnare, prout fecit Alexander III.contra illum Epiſcopũ ſimonia inuolutum : ut ſcribit Feli. in cap.accedens.el ij.ut lit.non conteſt.& in c.afferte.de præſumpt. ubi ſubiungit uidiſſe iudices, qui ſimulationes huiuſcemodi execrantur. Dec.hîc poſt Imol.in conſi.cix.contrarium tenet, quòd reus uirtute cõfeſsionis extortæ per dolum & fraudem condemnari non debeat, per not.in cap.ſanè. de renuncia . & in §.fin.l.item ſi in pretio.ff. loc. Item quia fides data ſeruari debet.l.j. ff. de pact.l.j.§.de conſtit. pecu. etiam quod hoſti data fuerit.c. noli . xxiij. q.j.præſertim per iudicem & referẽtem perſonam publicam. ut hic per ipſum Decium, quem ſequũtur hic quidam apoſtillantes eius ſcripta. adde eundem Dec.in l.unic. in ſeptimo not.C.de ſent.quæ pro eo quod intereſt proferunt. ubi refert Paridem de Puteo in eandem concurrere ſententiam. Pro opinione tamen præcedenti contraria ſentẽtię Imo. faciunt quę pulchrè & elegãter ſcribit Cice.in iij.Offic.cùm inquit, illud quidem neque dedi, neque do fidem infideli cuiquam : idcircò à poeta dici : quia cùm tractaretur

Atreus perſonæ ſeruiendum fuit: ſed ſi hic, inquit, ſibi ſumunt nullã eſſe fidem, quæ infideli data ſit, uideant ne quęratur latebra periurio. Eſt autem etiam ius bellicum fidesque iuriſiurandi ſępe hoſti ſeruanda. quod enim iuratum eſt, ut mẽs conciperet fieri oportere, id obſeruandum eſt, quod aliter id ſi non fecerit nullum periurium eſt: ut ſi prędonibus pactum pro capite pretium non attuleris, nulla fraus eſt: ne ſi iuratus quidem id non feceris. nam pyrata nõ eſt ex perduellium numero definitus, ſed communis hoſtis omnium. cum hoc non fides eſſe debet, nec iuſiurandum commune. nõ enim, ait, falſum iurare, peierare eſt: ſed quod ex animi tui ſententia iuraueris, ſicut uerbis concipitur more noſtro, id non facere periurium eſt. ſcitè enim Euripides, iuraui lingua, mentem iniuratam gero. Regulus uerò non debuit cõditiones, pactionesque bellicas, & hoſtiles pturbare periurio. Cum iuſto enim & legitimo hoſte res gerebatur, aduerſus quem & totum ius ſociale & multa ſunt iura communia, quòd ni ita eſſet, nunquam claros uiros ſenatus uinctos hoſtibus dediſſet.

18 Propterea † uidi aliàs factum fuiſſe ſaluum conductum per Senatum Illuſtriſsimi principis noſtri ſub nomine principis cuidam inſigni latroni & ſeditioſo, qui ſub fiducia ipſius ſecuritatis datæ uenit in ciuitatem Taurini, ubi captus fuit & incontinenti iuſtitiæ traditus ſaluo conductu ad collum eius appenſo: ita uiſum fuit Illuſtri Cancellario tunc exiſtenti. quod tamen factum multi damnabant. Quicquid enim dicat Cicero, opinio Imol. & ſequaciũ

19 communis eſt, & tenenda † propter fidem datam quæ ſeruari debet non ſolum hoſti communi, ſed etiã perſonę priuatæ, & bannito maximè à perſona publica: prout etiam tenet ſumma Ang. in uerb. fides. in prin. Hippol. de Marſil. in practica cauſarum criminalium in §. poſtquàm. colum. ij. & in conſi. xxxij. col. iiij. ubi, hoc dicit eſſe iuri & æquitati conſentaneum, maximè in principe in quo nihil eſt quod magis refulgeat quàm recta fides. & etiam in conſi. cvij. col. ij. Et iſta ſentẽtia & opinio mihi etiam magis placet, ne bona fides uenientem decipiat, & authoritas publica. contra l. j. C. de his qui ueni. ætatis impetr. & dicta p Theolog. ac Old. quem refert & ſequitur Bart. in l. is qui reus. colum. penult. ff. de publi. iudi. ubi dicunt ſaluum conductum conceſſum bannito, debere ſeruari, ne ſub fide publica ille deceptus remaneat. & ſequitur Pariſius. Card. in conſi. lxviij. colũ. xviij. num. clxxvij. lib. iiij. Prædictis adde etiam Iaſ. in l. conuentionum. ff. de pact. ubi in perſona publica fidem dante id tenet, ut illam debeat ſeruare etiam hoſti: ſecus ſi priuata perſona alteri priuato data ſit. niſi aliter, inquit, de conſuetudine obſeruetur: per text. no. in l. nam & Seruius

20 in princ. ff. de neg. geſt. † ſed in caſu illo antequàm tertius liberaretur ea conditione dimiſſus fuit, ut pro omnibus ipſis tribus pecuniam afferret & niſi rediiſſet, ut alii duo pro eo pecuniam darent: ita fides etiam ſocio data fuit, eidemque mandatum de

ſoluendo caſu quo tertius ipſe non reuerteretur. ideò nimirum ſi ad obſeruantiam ſuę promiſsionis tenetur. propterea uerior eſt opinio, quã hîc ad finem tenet Dec. & alii in locis præalleg. quòd de iure fides, etiã hoſti data, per priuatum priuato ſeruanda ſit: prout etiam tenet & latè proſequitur Fortun. Garzia. in d. l. conuentionum. Et illud Virgilianũ
21 † Dolus an uirtus quis in hoſte requirat: procedit in ſolertia, machinatione, & dolo, quibus contra hoſtes uti licet, tam priuatis, quàm publicis perſonis belli, præcipuè ducibus: ſecundum præallegatos, modò tamen non frangant, neque fallant fidem datam. Inuenio etiam, quòd Petrarchã lib. iiij. Epiſtolarum ſeniliũ in prima Epiſtola fol. ij. non poëtę grauiſsimi, ſed paſsionati ore illud ibi dici, ait. Facit quod ſcribit Cicero ſuprà relatus, quòd cùm tractaretur Atreus, perſonę ſeruiẽdum fuit. Et etiam in j. officiorum. ibi, at Atreo dicente plauſus excitatur. eſt enim digna perſona orator, ſed poëtæ quid quemque deceat ex perſona iudicabunt: & in magna uarietate perſonarum etiam uitioſis quid cõueniat & deceat uidebunt: ita quod uerba ex qualitate proferentis intelligenda, capiendaque ſunt. Ex quibus hunc paſſum habetis melius declaratum quàm per præfatos Mod. in tract. præſumpt. in pręalle. xxvij. pręſumpt.

Poſtremò ſcias ex hac lege etiam
22 colligi, † ex minima mutatione facti totum ius mutari: ſecundum Alber. de Roſ. ita per hunc text. dicentem in l. ſi ex plagis. in §. in cliuo capitolino. ff. ad leg. Aquil. & per Decium in l. precibus. col. ij. C. de impub. & aliis ſubſtit.

SVMMARIVM.

1 *Creditor & debitor qui dicantur.*
2 *Hæc regula quomodò procedat.*

L. LXVII. IVLIANVS.

MARCELLVS ait, Deſinit debitoris eſſe, qui nactus eſt exceptionem iuſtam, nec ab ęquitate naturali abhorrentem.

MELIVS, clariusque quã hîc faciat glo. ſe inuoluens circa intellectum pręſentis regulę, põt de plano intelligi per l. debitor. ſ. tit. j. ſecundum Dec. adde etiam l. creditor. eo.
1 tit. ubi † creditor dicitur, qui exceptione ſubmoueri non poteſt: & debitor à quo inuito exigi põt. Si ergo propter aliquam iuſtam exceptionẽ nequeat ab eodem exigi, propriè deſinit eſſe debitor. ideò ſi petente creditore lex ſtatuat etiam in dicta cauſa debitorem in carcerem detrudi, hunc caſum excipiemus, quoniã nec is propriè creditor eſt, qui iuſta exceptione ſubmouetur, nec propriè debitor qui illa ſuffultus eſt, cùm deſinat (ut hic dicitur) debitor eſſe. Facit l. non uidetur cœpiſſe, cum ibi dictis ſuprà eo.

2 Et intelligitur † hæc regula exceptione oppoſita: ſecus ante illius oppoſitionem. ideò text. hic deſinit, rectè dicit: quia ante oppoſitionẽ debitor

bitor erat: ut hic per Decium.

Sed hæc declaratio Decii uidetur 1 contra hunc text. uolentem, ꝙ ille ui iuſtam exceptionem conſecutus eſt, deſinat eſſe debitor, nec exigit oppoſitionem. fateor ꝙ ſuccumbet conuentus, niſi opponat: quia tamē uerisimile eſt reum diligentē in re ſua fore, exceptioneque uſurum, cōſiderato per legem effectu, talis non intelligitur debitor. Bene itaque di- 2 xit Iuriſconſul. nactum efficacē exceptionē deſinere debitorē eſſe: quia ab eo inuito exigi non poteſt.

## SVMMARIVM.

1 *Verba intelliguntur ſecundum naturam contractus.*

2 *Cōtractus cognoſcitur magis ad ſubſtantiam rei de qua agitur, quàm ad denominationem à partibus factam.*

*L. ſi inſulam. ff. de præſcript. uerb. ornatur.*

3 *Verba ad perſonam relata, intelliguntur ſecundum qualitatem perſonæ.*

*L. plenum. §. equitij. ff. de uſu & habita. ornatur.*

4 *Interpretatio potius ſumenda eſt, quòd actus ualeat, quàm quòd pereat.*

*L. quotiens. cum ſimilib. ff. de reb. du. ornatur.*

### L. LXVIII. IVLIANVS.

Quoties idem ſermo duas ſentētias exprimit: ea potiſsimū accipietur, quę rei gerendæ aptior eſt.

Svmitvr ex legibus per glo. alleg. Hinc eſt † ꝙ uerba ſecundum naturam contractus intelliguntur. l. ſi uno. in princ. cum ibi not. per Bartol. ff. loc. & per Dec. hic & in c. cum parati. colum. ij. de excep. Rimi. in l. j. col. ij. ff. de iuriſd. omn. iudi. & ibi Iaſ. ſuper glo. in uerbo poteſt. & plenius Feli. in c. nam concupiſcentiam col. j. & ij. de conſti. Hinc etiam eſt, quòd † ad cognoſcendum diſcernendumque qualitatem contractus, magis attendimus ſubſtantiam rei quæ geritur, quā denominationem à partibus factam: quia rei quæ geritur, hæc aptior eſt & conuenientior ſententia. text. eſt no. in l. inſulam. ff. de præſcrip. uerb. ubi Iaſ. plura accumulat. ultra quæ uide Roma. in conſil. ccccix. col. j. & ſeq. Aret. conſi. clx. in vj. dub. Alex. conſi. cviij. & cxx. libr. iij. & conſi. xl. col. iiij. lib. iiij. Pau. de Caſt. in l. Ariſt. ad fi. princ. ff. de dona. Soc. in l. ij. iu princ. in ult. col. ff. ſi cert. pet. Bologn. in conſil. liiij. Deci. in conſi. cxx. clxiiij. ccclxxxviij. & cccccIxxxix. col. fin. Et ſimiliter dicimus, quòd † uerba ad perſonam re- 3 lata, ſecundum qualitatem perſonæ ad quam referuntur, intelligi debēt: quia huiuſcemodi ſenſus actui gerēdo aptior eſt & conuenientior. l. plenum. §. equitij. ff. de uſu & habit. l. cum filio. ff. de lega. iij. quod poſſem pulchris deciſionibus comprobare, quas ponunt Fulgo. conſilio. xxvij. Paul. de Caſtr. in conſil. cliij. ad fin. in antiquis. Aret. in conſil. lviij. columm. ij. uerſi. non obſtat quòd uerba & in l. quod ſeruus. col. fin. ff. de acquir. poſſ. Barb. in c. quoniā frequēter. in §. porrò. colū. iij. extra ut lite

non conteſt.& in conſi.lxiiij. col. ij. lib.iiij.Soci.in repet.l.cum auus.colum.lv.uerſi.tertius caſus.ff.de cōdi. & demon.& in l. quibus diebus. in §.dominus.in ij.not.eod. tit. Felin. in cap.cauſam quæ,colum.xij. de reſcriptis. & in cap. nonnulli. colum. xv.uerſic.& ſi diceretur.illo eod.tit. & de re iudi.in c.cauſam quæ.colū. fin.Corſet.in ſuo ſing.lvj.incip. aliquis promiſit.Aquen.in l.fin. c.vij. in viij.fallen.de conſt.Iaſ.in l.ſi quādo.in ſi.prin.C.de inof.teſt.& in §. libertos.l.ſed ſi hac.ff.de in ius uoc. & in l.qui Romæ. in §. cohęredes. colum.pen.ff.de uerb.obl.Dec.in c. cum uenerabilis.in ix.not.de excep. in conſil.lxv.col.v.& in conſi. lxiiij. & Hippol.de Marſi.in rub. de probat.colum.v.quæ not.ſunt ad orna-
4 mentum d.§.æquitii.Et quòd † ſermo,qui actum ualere facit,aptior & conuenientior rei gerendę dicatur, uide l.quoties.cum dictis Soci.ff. de reb.dub.l.quoties.cum dictis Iaſ. ff. de uerb.oblig. & in l. contrahenda. infrà eod.& Alcia.in tract. pręſumptio.in xxxiiij.præſumpt.& ſeq. tertiæ regulæ.Iaſ.ubi limitat poſt Are. in l.uerbis ciuilibus. in iij.not.ff.de uulg.& in l.cohæredi.in §.cum filio col.pen.illo eod.tit. & etiam in l.planè.in §.ſi duobus.in primo nota.de lega.j.& Ripam in l.Centurio. nu. cxxviij.ubi aliter limitant.ff.de uulga. *Et Dec.conſi.cclxxxix.colū.fin. Ang.Lanc.Dec.& Moder. in l. j. in glo.j.ſuprà de iudic. & Alexand. in l.ſi ſeruus plurium. in §. fin. de leg. j.ubi notab.extenſionem ad hanc legem ponunt.

SVMMARIVM.

1 *Hæc regula loquitur in beneficio, & nume.4.*

2 *Beneficia, & priuilegia perſonalia cum perſona extinguntur. 4.*

3 *Mutata perſona,res cōditionem,qualitatemque mutat.*

5 *Caſtrum ob merita per principem conceſſum,quando intelligatur perſonale.*

6 *Vicariatus per Papam ad decem annos conceſſus,eſt perſonalis.*

7 *Conceſsio an realis uel perſonalis cēſeatur: & quid in dubio.*

8 *Priuilegium datum perſonæ, ad alias non extenditur, nec de loco ad locum.*

*Fallit in acceſſorijs.nu.11.& quid in correlatiuis.nu.12.*

9 *Priuilegium alicui & deſcendentibus ſeu poſteris datum,quomodò intelligatur.*

10 *Et an trahatur ad bona futura.*

13 *Priuilegium actioni datum, ſemper cum actione tranſit.Idem in executiuis.*

14 *Priuilegium cauſæ & rei,tranſit ad hæredes.*

15 *Exemptio propter numerum.12.liberorum patri data, durat etiā iam mortuis liberis.*

L. LXIX. PAVLVS.

In omnibus cauſis id obſeruatur,ut ubi perſonę cōditio locum facit beneficio: ibi deficiente ea, beneficium quoque

quoque deficiat: ubi uerò genus actionis id deſiderat: ibi, ad quemuis perſecutio eius deuenerit, non deficiat ratio auxilii.

Svmpta eſt ex legibus per glo.alleg.Sed uidetur hæc regula in utroque membro repeti in l.priuilegia.ſſ.eo.tit.propter quod altera de ſuperfluitate uidebatur argui poſſe: miror quòd Dec. hic, nec alibi de hoc uerbum dicat.Arbitror dici poſſe (quicquid hic ſcribat Dec.)intelligens ſemper hanc legem in priuilegio) quòd † imò loquatur in beneficio: ut indicat lectura. quod uerbum largè ſumptum generale eſt, comprehendens etiam priuilegium: ut declarant Paul.de Caſt. & alij in l.fin.ſſ.de conſti.princ.& Alex. in l. quia tale. per illum text.ff.ſolu. matrim.lexuerò priuilegia.loquatur in priuilegiis propriè & in ſpecie: ita quòd illa ſpecialis eſt in priuilegiis: iſta generalis in beneficiis & priuilegiis. Item illa ſolummodò loquitur de tranſmiſsione priuilegii ad hæredem facienda uel non, iſta generalius ad quemuis tranſmiſsio fiat. Rurſus de priuilegio actionis iſta loquitur: illa de priuilegio cauſę. Et ſic ceſſat oppoſitio & argumentũ de ſuperfluitate.

1 (margin at "gio) quòd † imò loquatur")

Circa primum dictum huiuſce regulę,† quòd beneficia & priuilegia perſonalia cum perſona extinguantur. Dec. hic plura accumulauit, quæ pro maiori parte fuerunt Alex. & aliorum in d.l.quia tale.uide etiã Iaſ.in l.Neſennius.ff.de re iudic. & in l.j.& fi.ubi etiam per Aquen. ff. de conſtit.prin.& Cano.latè in cap. priuilegium.de reg.iur.in vj. Hinc etiam eſt,quòd † mutata perſona, res conditionem qualitatemq́ue mutat.c.ij.de immu.eccl. in vj. pulchrè tradit Anch.in conſi.clxxi. incip.caſus.colum.ij.& Præpoſit.in tit.quali.iur.deb.dom.uaſ.fidel.colũ.fin. & Dec.hic ad finem commen. Et quẽadmodum ſuperius dixi præſens regula † (quicquid hic in j.colũ. ſcribat Dec.) habet locum etiam in beneficio principis perſonali, ut cum perſona extinguatur, per hanc legẽ, & præalleg.& tradit Alexan. in d.l. quia tale.col.ij. Nec obſt.d.l.fi. per quam mouetur Dec. qui decipitur, nã loquitur in dubio, & fateor tũc, quòd beneficium principis largè debet interpretari,realeq; cenſeri: ut ibi per Alex.& Fulg.pulchrè in conſil.ccxxv.conſulentem, † ꝙ caſtrum ob merita per principem uni nobili ſimpliciter cõceſſum,poſt eius mortem filiis ſuis pertinet, nec ad principẽ reuerti debet: niſi intellige aliud de conſuetudine obſeruaretur, ut in Gallia, ubi conceſſa per Regem alicui benemerito, poſt illius mortem aliis perſonis per eundem Regem conceduntur.

Quando uerò beneficium perſonale eſt, abſque dubio cum perſona extinguitur, per prædicta. Quod etiam patet ex deciſione Bald.& Alex. præallegatorum,†de officio Vicariatus alicui per Papam ad x. annos cõceſſo,quia non tranſit ad hęredes: ratio, quia perſonale beneficiũ eſt. Et ad † cognoſcendum an ſeruitus, uel conceſsio realis,perſonalisve cẽſeatur,

ſcatur,& iudicetur:uide Alb.de Roſa.& Aquen.in d.l.fina.colum.ante penul.& Iaſ.in l.fin.ff.de noui ope. nun.& in conſil.ccxvij.lib.ij.& lxxxix.libr.iij.Soc.in conſi.xxxv.colum. penult.uolum.j.ubi in dubio priuilegium tam perſonis,quàm loco datum cẽſeri uult. Et quemadmodum priuilegium & beneficium perſonæ
8 datum,extinguitur cũ perſona: † ita uni perſonæ datum ad aliam perſonam coniunctã non extenditur, nec de loco ad locum, aut de contractu ad contractum : ut hic per Dec. & Aquen.in d.l.fin.colum.antepenul.
* * Niſi intelligo inutile redderetur, ſi non fieret extenſio.per tex.notab. in l.ſi ſtipulatus fuero per te. cum ibi not.ſuprà de uerbo.oblig. & per Aret.in l.cum quid.col.fin.ubi Soc. ſuprà ſi cert. pet. ] An autem priui
9 legium † ac beneficium alicui & deſcendentibus ſeu poſteris cõceſſum, ad omnes transſeat deſcendentes tã per lineam maſculinam,quã fœmininam: decidit text. not. in l.j.& ij. ff.de iure immu. Alex.in d.l.quia tale.Imol.in conſi.lxij.ad fin.Socin.in repet.l.cum auus.col.lv.uerſ. tertius caſus.ff.de condi.demonſ.Iaſo.in l. ſtipulatio.in §.hi qui ſunt. colum. ij.ff.de uerb.obli.Dec. ubi multa cõſilia Alex.& aliorũ citat,in c. nouit. in vj.not.de iud.in l.ij.col.ix. & pe. 3 co.& in conſil. ccxxiij.

Qualiter autẽ interpretetur priuilegium & beneficium circa rẽ, ut
10 puta † ſi conceſſum alicui fuerit reſpectu certorum bonorum, uel pro bonis ſuis,an ad futura ſeu ad poſtmodum quæſita extendatur? inuenies & cognoſces ex dictis p Aquẽ. loco proximè alleg.Ioan.And.in regula, qui ſentit.de regul.iur.in mercur.Bald.pulchrè in conſi.cxxvij.uolum.iiii.Paul.de Caſtr.in conſil.cclxxx.in antiquis.Alexan.conſil.clxxviij.& cxciij.in tertio dubio. libr.ij. Socin.conſil.cxvij.colum.fin. lib.ij. ſummam Ang.in uerbo immunitas in princip.Iaſ.in l.quominus. colũ. xxij.ff. de flu. & in l. cum ſtipulatus fuerim.j.§.cũ ſtipulamur. ff. de uerbo.oblig.& in conſi. ſuperius alleg. Bald. concludit immunitatem pro oneribus perſonalibus & realibus conceſſa, ſibi locum uendicare etiã in rebus poſteà quæſitis, de quo latius per Brun.in tract. de augmento ſol.xij.colum.iij.& iiij.& in trac. de rebus ſeu diſpoſitionibus dubiis. folio.xxxj.& ſeq. ſub c. ad quod tẽpus diſpoſitio ſit referenda.Parpal.in repe.l.placet.colum. penult. C.de ſacroſanct.eccl.Iaſ. in conſil. xxv. lib. iij.ubi tenet contra deciſionem Bal. in conſi.prę allegato,& Pariſ. in ca. accedentes.colum.ij.de præſcriptio-
11 nibus.Et quamuis † regulariter ad alias perſonas non porrigatur priuilegium, hoc tamen limitatur non procedere in perſonis acceſſoriis & familiaribus,quibus priuilegiũ competit,quando abſque illis poſſet priuilegium inutile remanere: ut hic p Dec.adde text.in l. ſi ſtipulatus fuero per te non fieri.ff.de uerb.oblig. ubi ſtipulatio, quæ ſtricti iuris eſt, pro una perſona interpoſita, extenditur ad aliam ſine qua ſtipulationis effectus in expreſſa perſona commodè locum habere non poſſet, & plures not. deciſiones congerit ibi Iaſ.Circa quam materiã ſemper uidebis

debis Deci. hic Iaſo. & alios in loco præallegato. Aret. in l. cum quid. co lum. fin. ubi Soc. v. ff. ſi certum pet.
12 Iaſ. † in l. non tantum. ff. de re iudi. Et ibi ponit, an in correlatiuis priui legium uni datum, alteri competat.

Circa ſecundum dictum præſen-
13 tis regulæ de † priuilegio actioni da to, q ſemper cum actione tranſeat. Bald. in conſi. xxij. incipien. tres. lib. ij. not. dicit, quòd ſicuti cedi poteſt actio & iudicis officium. l. ſi mino ris. ff. de adminiſtr. tut. l. quod ſi mi nor. in prin. ff. de mino. Ita actio, & officium iudicis etiam executiuum ex ſententia puta, & creditor ſicuti debitor paratam habet executionē: quia tale eſt (inquit) ius creditoris quale obligatoris: per regulam c. is qui in ius, de reg. iu. in vj. pluraque de ceſsione iſtius iuris executiui ſcri bunt Aretin. in d. l. j. colum. fin. ff. ſi certum pet. Soc. in l. rem quę nobis. colum. vij. ff. de acquir. poſſeſ. Alex. in apoſtil. ad Bart. C. de actio. & ob ligat. in l. j. & Modern. Taurin. in l. debitori. col. ij. C. de pactis. & Mo dar. Papien. in authen. res quæ. in duodecima dubitatione. C. commu nia de leg.
14 De priuilegio uerò cauſæ † ad hæredes tranſeunte, eſt text. in d. l. priuilegia. ſ. co. & ſimiliter de priui legio rei, quod rem ipſam ſequitur, & tranſit ad quemcunque res tran ſeat, eſt text. in l. j. in §. permittitur. ff. de aqua quotidiana & æſtiu. & in l. forma. in §. quamquam. ff. de cen ſib. ut hic per Dec. Generaliter dici mus, quòd res onere aliquo affecta uel qualitate, cũ onere illo uel qua litate annexa tranſit: ut per Anch. in conſil. cccciiij. colum. fin. Bartol. in conſi. clxxx. Soc. in conſi. xcvij. co lum. ij. uolum. j. Bolognin. in conſil. iiij. Iacob. de ſancto Georgio in tra cta. feu. in uerbo. Qui quidem inue ſtiti. Prępoſi. in tit. qualiter iur. deb. dom. uaſ. fidel. colum. fina. & Iaſ. in conſil. xxj. lib j. Ea propter quando ſeruitus realis eſt, id eſt rei impoſi ta, trãſit ad quemcunque res uadat: ut per Iaſ. in d. l. fin. ff. de noui ope ris nunciatione. & per alios ſcriben tes ſuprà allegatos. Quandoque ta-
15 men † priuilegium etiam intuitu perſonarum conceſſum durat, licèt perſonæ ipſe deficiant. exempli gra tia, immunitas & exemptio pro pter numerum duodecim liberorũ patri data, durat ac perſeuerat, licèt moriantur filii. Dec. hic circa fin. & per docto. in l. ſi quis decurio. C. de decur. lib. x. ubi eſt text. no. in mate ria. & per Imo. in conſi. lxxvij. & la tius Iaſ. in l. ſciendum. in §. fi. ff. qui ſatiſd. cog. * latius, & pulchrè per Ripam plures quæſtiones in hac ma teria tangentem in l. ex facto, in pri mis col. ſ. de uulg. & pup.]

## SVMMARIVM.

1 *Inuitus emancipari, uel legitimari non poteſt.*

2 *Contra uoluntatem meam res meæ in meliorem ſtatum commutari nõ poteſt.*

3 *Hæc regula limitatur. & nume. 11. & 17.*

*Officia & honores propter publicam utilitatem in inuitum conferuntur.*

*Soluere*

4 *Soluere pro inuito quis poteſt,& non repetit. Limita in ſoluente pro emphyteuta,nu.10.*
5 *Inuitum corrigere poſſum, & de domo ruente extrahere.*
6 *Medicus infirmum inuitum curat.*
7 *Expenſa facta pro infirmo,uel pro liberatione captiui,poteſt repeti.*
8 *Solutum pro condemnato ad pœnam licèt inuito repeti poteſt.*
9 *Pœna talionis per Romanos fuit ſublata.*
12 *Quæ actio nobis acquiratur ex ſtipulatione notarij,uel ſerui.*
13 *Acquiſita per filium & ſeruum quomodò inuito patre uel domino acquirantur.& num.ſequentibus uſque ad finem.*
14 *Ius adeundi ſoli filio & ſeruo acquiritur. & eſt communis opi.*
15 *Ius adeundi potius quæritur monacho,quàm monaſterio. & eſt communis opinio inter legiſtas,licèt Canoniſtæ oppoſitum uelint.*
16 *Diſpoſitio legis placet,hic alleg. hodie non procedit.*

L. LXX. PAVLVS.

INVITO beneficium non datur.

SVMPTA eſt ex legibus per gl. alleg.facit text.c. ubi. & c. conſuluit lxxiiij.diſtinct.& l.ſi pro re.ff.man. & l.fin.C.de neg.geſt. cum ſimilib.
1 Hinc eſt,† quòd quis inuitus emancipari, uel legitimari non poteſt.l. pen.C.de emancip.lib.l.fi. ff. de his qui ſunt ſui uel alien.iur.Sufficit tamé ratificatio legitimati, etiam poſt mortem patris: ut poſt alios tradit Dec.in conſi.lv.col.iij. De quo articulo emancipationis & legitimationis an requirant conſenſum emancipati & legitimati: & qualis conſenſus ſufficiat etiam de infante loquendo: uide plenè per Barb. in cõſil.xxxiiij.lib.ij.Corn.in cõſi. lxxvij. colum.j.uolum.j.Iaſ.in l.poſthumo colum.j.C.de contratab.Dec.in dictis conſil.lv.cccxvj.& ccclxvij.Iaſo. in conſil.cxxv.& clvj.lib.iij.& Cur. Iun.in conſi.xxij.Hinc eſt,† quòd 2 contra uoluntatem uſuarii, res per proprietarium in meliorem ſtatum commutari non poteſt.l.fin.ff.de uſu & hab. cum aliis de quibus per Alex.in conſi.lv.ad fin.in ij.uolum. & in l.cùm quid.col. j. ubi Moder. Pap.iij.ff.ſi cert. pet. & Dec. in c.ex parte.colum.ij.de reſcript.

Et hęc regula intelligitur quando ſolùm agitur de intereſſe & utilitate eius cui conferendum eſt beneficium: ſecus † ſi de intereſſe alte- 3 rius priuato aut publico agatur. tũc enim etiam in inuitum confertur beneficium.ff.de mun.& hono. per totum.ubi propter publicam utilitatem in inuitum conferuntur honores: ideò ad officia publica etiam inuiti eliguntur: iuxta gloſſ.not. in l. dotem.ad fin.ff.ſolut. matr. de quo per Bal.in l.ij.ff. quod quiſque iur. & in l.ſi quando.colum.iij.ad fi.C. de appella.& in l. hi qui ad ciuilia. colum.iij.ad fin.eod. tit. & per Feli. in rubr.de teſti.cog.Et pro † inuito 4 ſoluere quis poteſt, illumque liberare: quia hoc etiam commodum creditoris reſpicit. & ſic alterius quàm liberati.l.ſolutionem. & l. ſoluere. ff.de

ff.de ſolu.& ſcribunt Bart. & Paul. de Caſt.in l.ſoluendo.ff.de neg.geſ. & Ang.Areti. inſtit.quib.mod.tol. oblig.in princi. in ij.colum.& Dec. hic licet de prædictis mentionẽ non faciat.Hoc tamen caſu ſolutum à liberato repeti non poteſt: ut declarat Bart.in l.ſi Stichum in §. fina.ff. de noua. imputandumque eſt pro recuſante ſoluenti. * Limitando tamen ut per Card.Pariſ.in cõſi. cvij.
5 lib.iij.] Et prædicta ratione † inuitum corrigere poſſum. c. nouit. de iudic.de ui pati non cogor, nec poſſum:ut hic per Dec.& Feli.in c.contingit.colum.ij.de ſenten.excomm. & Card.in c.j.lxxxiij.diſtinct. Dum
6 dicit,quòd medicus † beneficiũ curationis infirmo etiam inuito,ſi poteſt,tenetur impendere, non obſtante quod dicitur in lege noſtra: cùm multa beneficia impediãtur inuitis corporaliter & ſpiritualiter. Violenter enim Angeli extraxerũt Loth & totam eius familiam de ſubuerſione Sodomorum,ne cum impiis ipſi ſimul perirent: ut ſcribitur Gen. xix. & Auguſt.ad Bonifacium ait, quòd furenti frenetico & indiſciplinato filio medicus & pater ſalubriter etiã inuitis beneficia præſtant: medicus illum curando: & pater filium ligãdo.c.ipſa pietas.xxiij.q.iiij. multa enim præſtantur inuitis: quia utilitati eorum conſulitur non uoluntati: quia ipſi inueniuntur ſibi inimici.c.& qui emendat.xlv.diſtinct. faciunt alia quę ſcribit Alex.in apoſt.
7 ad Bartol.ſtatim alleg. Et † expenſa pro infirmo etiam inuito per medicum uel alium facta, repeti poteſt: ſecundum Dec.hic & Feli. in d.c.cõtingit.colum.ij.& latius Alexan. in apoſtil.ad Bart.in l.Stichus.§. alleg. quemadmodum ſi amicus amicum captum ab hoſtibus eximeret & liberaret,ſolutum per eum repetere poſſit.l.liber captus.C.de capt.etiam ꝙ prohibuiſſet,ceſſante hoc caſu regula.l.fi.C.de neg.geſt.ſecundum Bal. ibi,in ij.colum.ubi dicit, quòd ſi amicus meus erat in periculo amiſsionis uitæ,niſi pro illo ſoluiſſem: poſſum illo prohibente ſolutum repetere.l.at ſi quis.in §.item Labeo.ff. de religio.ubi impenſa ſepulturæ intuitu pietatis facta, contra prohibitionem hæredis repeti poteſt:quia non minus,dicit Bal. reipublicæ intereſt homines uiuentes cõſeruari, quàm mortuos ſepeliri. & ſequuntur Salic.& Paul.de Caſt. ibidem & Alex. in Apoſtil.pręalleg. & ita conſuluit Decius in conſi.DCXCJ.ſequens deciſionem Bart.in l.Stichus.ff. de pec.
8 leg.de qua dubitauit hic.quod † pro condemnato in amputatione manus uel pedis niſi centum ſoluerit intra menſem pro ipſo condemnato etiam inuito & recuſante ſoluere quis poteſt, & repetere:maximè, cũ reipubl.interſit homines conſeruari & imperium hominum adiectione ampliari, magis quàm pecuniarum copia: ut dicit text.not.in §. penult. l.fin.ff.de bon.damnat.de quo text. uide Paul.de Caſtr.in conſil. ccxxx. colum.ij.& Socin.in conſil.cxxix.colum.penult.uolum.j.Facit tex.§.pœna autem iniuriarum.inſti. de iniu.
9 ubi † pœna talionis, ut membrum pro membro deberetur, per Romanos propterea ſublata fuit.Seue. pulchrè in repetitio.l.imperium.quæ.ix. ubi

ubi Decius in iiij.col.ff.de iuriſdict.
omnium iudic.facit etiam text. in l.
non tantùm.ff.de appell. dum ait,
creat autem humanitatis ratio om-
nem prouocationem audiri debere,
etiam ſi damnatus reſiſtat, de qua
uide Felin.in c.ij. de re iudica.& in
cap.cum ſuper.colum.j.eodem titu.
ubi multipliciter ampliat, & limi-
tat. Quod tamen dictum eſt pro in
uito poſſe ſolui & illum liberari, tẽ-
10 pera & reſtringe,† ut non procedat
in uolente ſoluere pro emphyteuta,
ne à iure ſuo cadat: nam ſi directus
dominus uult, poteſt ſolutionem ca
nonis recipere à quocunque tertio
ſeu negotiorum geſtore nomine em
phyteutæ ſoluente, ſed non cogitur
inuitus recipere ſolutionem ab ali-
quo, qui legitimam perſonam non
habeat,& conſequenter mandatum
ad ſoluendum: ut ſingulariter deter
minat Bald.in l.acceptam.colum.fi.
C.ne uſur.eo quia emphyteuta tene
tur canonem ſoluere non ſolùm ad
finem liberationis conſequendę, ſed
etiam in recognitionem directi do-
minii exiſtentis penès directum do-
minium.l.ij.cum notatis.C. de iure.
emphyteu. quod fieri non põt per
tertium ſoluentem ſine mãdato em-
phyteutæ.Ex quo ſequitur dominũ
inuitum non cogi à tertio legitimã
perſonam non habente ſolutionem
recipere,& ita conſuluit Iaſo.in con
ſil.xlix.in j.uolum.

Secundò intelligitur hæc regula,
inuito non dari beneficium, ſcilicet
11 directò:† ſecus autem per obliquũ,
& in conſequentiam.l. ẽt inuitis.ff.
de acqu.rerum dom.l.ſeruus uetan-
te.ff.de uerb.oblig.ubi ſeruus acqui
rit domino etiam inuito quicquid
quærit.ita gl.in d.l.ſoluere. & in §.
non põt.l.hoc iure.ff.de donat. Ar-
chid.& Card.in d.c.& qui emẽdat,
in fi.Iaſ.& alii in d.l. ſeruus.& Are.
in l.cum filio.col.ij.& vj.ff.de leg.j.
ubi dicunt hoc eſſe propter effectus
patrię uel dominicæ poteſtatis à le-
ge attributos, qui ſunt, ꝙ quicquid
acquirunt,patri dominoque acqui-
runt: ut ibi & l.placet.ff. de acquir.
* hære.* ac l.j.§.ſi à paren. quis fuer.
mã.l.cum oportet.§.j.C.de bo. quę
lib.l.j.C.qui admi.& Inſt. per quas
perſ.§.j.] qui effectus,legiſque pro-
uiſio per priuatam perſonã tolli di-
rectò non poteſt.l. nemo poteſt. cũ
notatis.ff.de leg.j.Secus ſi acquirere
tur abſque legis diſpoſitione per a-
lium nõ repræſentantem perſonam
noſtram, tunc inuitis nobis non ac-
quiritur, ut hic: quia requiritur ꝙ
interueniat animus noſter,acquiren
dique uoluntas.l.ſi quis ui.in §.dif-
ferentia.ff.de acqui.poſſeſſ. Et ideò
12 † licet utilis ex ſtipulatione notarii
nobis acquiratur actio, hoc tñ intel
ligitur ſecuta ratificatione,aliter nõ;
ut latè per Decium in conſi. ccxxvj.
& plenius dixi in l. ſi librarius. in
uerſi.Item notarius.ſed ex ſtipul.ſer
ui proprii acquiritur directa ſine ac
ceptatione.l.j.ff.de ſtipul.ſeru.Bald.
in l.j.col.pen.C.per quas perſ.nob.
acqu.ob rõnem prædictam,& ſic ac
quiritur nobis etiam inuitis, non tñ
incommutabiliter. nam eam obliga
tionem domino inuito quæſitam à
ſe põt dominus abdicare, & remitte
re: inuitus enim non retinet.l. hoc
iure.§. non poteſt.ff. de donat. Are.
in l.ſi quis mihi.in §.iuſſum.colum.
iiij.

iiij.ff.de acquir.hæred. Iaſ. in l. ſeruus prælleg.& Dec. loco ſuprà adducto. ſicque diſtinguendum eſt in
13 ter † acquiſitionem commutabilẽ, & incommutabilem : reuocabilem & irreuocabilem. acquiſitio enim fit patri & domino ipſo iure etiam inuitis, ſed non incommutabiliter: quia poſſunt ſi uolunt, repudiare. eſ fectualiter enim beneficium nõ confertur, ut hìc dicitur, in inuitum, ſecundum Ang. Aret. inſtit. per quas perſonas nobis acquir. in §. item nobis. & Dec. in l. j. in iij. no. C. qui ad mitti, ubi idem dicit eſſe in bonorũ poſſeſsione: ut per filium & ſeruum acquiratur patri & domino etiã inuitis, non tamen incommutabiliter & irreuocabiliter, ſed reuocabiliter per præallegata. Sed melius ſentiunt Alex. ibidem in iij. notab. & Rimi. in ſecundo poſt Imolam, & alios ibi relatos, qui præſcripta intelligunt in acquiſitionibus afferẽtibus merum commodum, ut acquiſitio fiat patri & domino etiam inuitis, ſed commutabiliter: ſecus in hæreditate uel in bonorũ poſſeſsione, & ſic in ſucceſsionibus: quia habent mixturam oneris. l. ſi hæreditatem. ff. manda. l. iij. ff. de bono. poſſeſſ. ideò non acquiruntur patri aut domino inuitis text. ſunt clari, & aperti in l. qui in aliena. in princ. ff. de acquir. hæred. in l. iij. in §. iuuito. ff. de bono. poſſ. in l. ſeruo inuito. in princ. ff. ad treb. ubi glo. iij. ita declarat. * Et certè illa iura dicunt, inuitis non acquiri prædictas ſucceſsiones, quæ habent oneris mixturam: ergo nullo modo, cum uerba ſint generalia generaliter ſunt intelligenda. uulg. l. de precio. ff. de publ. maximè in bon. poſſ. nam in hæreditate eſt minus dubiũ propter iuſſum in aditione præambula requiſitum. iuxta. §. iuſſum. l. ſi quis mihi bona. ff. de acquir. hær. & ratio diuerſitatis tam in hæreditate, quàm in bonorum poſſeſſ. quare non acquiratur inuitis, aſsignari poteſt: ut per Bald. in l. j. præalleg. in xx. oppoſ. Et intelligere illa iura, ut hic facit Dec. eſt deſtruere. Præterea, ſi eſſet acquiſita ſucceſsio, repudiari non poſſet ſine beneficio reſtitutionis in integr. quod minoribus tantùm conceditur. l. j. C. ſi minor ab hæred. ſe abſtin. nec Aretin. per Dec. relatus diſtinguit, prout ipſe refert: ſed ut ſuprà retuli. quia uerum eſt, quòd etiam ea quæ continẽt merum lucrum, non acquiruntur effectualiter, ſi ille cui fit acquiſitio, nõ uult retinere. d. §. non poteſt. ſed ea quæ habent mixturam operis nullo modo acquiruntur inuitis.

Eſt autem adeò efficax, & uelocitatis incredibilis, acquiſitio prædicta, ut acquiſitum momento non reſideat in perſonis acquirentium: ut dicit tex. in d. l. placet. quod uidetur impoſsibile, quia ſecundum rationẽ naturalem, quæ per legem tolli non põt, ut dicitur in l. ij. ff. de uſufr. earũ rerum quæ uſu conſum. neceſſe eſt quæſita per filiũ & ſeruũ momẽto aliquo in pſonis illorũ ſubſiſtere, & inde in patrẽ dñmque tranſitũ facere: ita ꝙ inter acquiſitionem & trãſitũ aut trãslationem, oportet breue aliquod medium ac tp̃s intercedere.

Diſtinguendum uidetur pro dilucidatiõe illius articuli: aut loquimur ĩ acquiſitionibus, q̃ p actũ naturalẽ

uti

uti numerationem uel traditionem fiunt. Et tunc, ſi acquiſitio facta fuerit nomine patris uel domini recto tramite tales non quęrunt primò ipſis, poſtmodum acquiſita tranſeant de ipſis ad patrem dominumve, ſed immediatè eorum miniſterio cauſatur acquiſitio in perſona patris uel domini, ideò quum ius acquiſitionis nunquàm reſederit in perſona filii aut ſerui, non eſt mirum, ſi nec momento apud illos reſidere dicatur. facit. l. certi conditio. §. ſi nummos. ff. ſi cert. pet. Et probatur, quia ſi acquiſitio, quæ fit per liberam perſonam puta, procuratorem, ita fit ut nullum ius ſibi acquiratur, uerùm cauſetur in perſona eius cui fit acquiſitio. l. quod meo. §. ſi procuratorem. ſ. de acquiren. poſſeſſ. l. certè. §. procurator. de præcar. fortius id dicendum eſt in acquiſitione, quæ fit per filium uel ſeruum, qui propter effectus patriæ uel dominicę poteſtatis à lege attributos potentius (ut dixi) patri & domino acquirunt, quàm faciat procurator. Item, quia prędictæ perſonę patri dominoque acquirunt, repræſentant. §. enim uerò, inſtit. de inutil. ſtipul. & de ſtipula. ſeruo. in princ. Et ita poſt gloſſ. tenet Bart. in l. frater à fratre. colú. vij. in uerſ. Secundò quæro. ſ. de cond. indeb. & ſequuntur cómuniter Doctor. ut per Aret. in l. cum filio, col. vij. & viij. ubi Ruin. xix. & ſequen. & Moderniores Senen. fol. xvj. col. iiij. de leg. j.

Si uerò acquiſitio facta fuerit nomine filii per actum ciuilem, puta, per aditionem hæreditatis, uel agnitionem bonorum poſſeſ. tunc acquiſitio primò fit filio uel ſeruo, inde patri aut domino, ſiue ad illos confeſtim tranſit ſecundum Bart. & præalleg. quicquid dicat Rapha. in d. l. cum filio. Quæ concluſio probatur clarè in l. j. in princ. ſuprà ſi quis à paren. fue. manumiſ. & in d. l. placet dum dicunt, quodcunque acquirit filius acquirit patri: ergo præſupponunt, quòd primò acquiratur filio, inde patri. probatur etiam in §. j. inſtit. per quas perſo. nob. acquir. ibi, ad eos peruenerit.

Quòd uerò per actum ciuilem alteri per alterum directò acquiri nõ poſſit, etiam quòd nudum præſtet miniſterium, probatur in. l. j. cũ no. ibi per Bart. C. per quas perſo. nob. acquir. nam in acquiſitione hæreditatis, cauſa immediata ipſius acquiſitionis, uidelicèt filii aut ſerui uoluntas, quæ eſt facultas facti, non eſt cõmunicabilis patri uel domino: ſed reſidet in perſona ipſorum nomine proprio. unde in perſona patris uel domini non poteſt immediate ius cauſari, niſi prius radicetur in filio aut ſeruo ſecundum quod ſubtiliter declarat Aret. in d. l. cum filio. colũ. vij. bene ergo dicebant Bal. & Cor. in l. j. colum. j. C. qui admitti. quòd dictio etiam, in illo text. poſita, implicat reſpectu ordinis acquirendi, quia primò filio, poſteà patri, non autem reſpectu permanendi, quandoquidem apud filium uel ſeruum non remaneat.

Nec obſtat quòd de momentanea reſidentia ſuprà dicebamus contra d. l. placet. Quia reſpond. quòd poſt acquiſitionem nõ ſubſiſtit momento, quia confeſtim tranſit in patrem

trem dominumve. Et ſic Iuriſconſultus ibi uult, quòd poſt acquiſitionem factam, confeſtim acquiratur ei, cuius eſt in poteſtate. hocque uerum eſt, ſed non negat, quin illud quod acquiritur, ſtet aliquo momẽto in perſonis prædictorum, ut dicam infrà in l.filiusfam.

Rurſus aduerte, quòd prędicta concluſio ſumpta ex.l. placet, cum pręalleg. non procedit in iure, quod datur ad acquirendum, ſiue in iure adeundi aut agnoſcendi bonorum poſſeſſ. quod non acquiritur patri uel domino, ſed filio aut ſeruo: ut in d.l.j.in l.qui in aliena, in princ. de acquir. hęred. in l. ſeruo inuito. §.ad Trebel.& in l.fi. §. quis ordo. cum accumulatis per Bart.in l.is poteſt, colum.iiij.de acquir. hæred. & Bald.in d.l.j.in xviij.oppoſ.dum dicit, ꝙ extincto filio cui delata fuit hęreditas, uel bonorum poſſeſſ. regulariter pater non poteſt adire, uel bonor.poſſeſſ.agnoſcere: quia filius eſt perſona principalis, ideò perſona patris, quæ eſt acceſſoria nihil poteſt. l.cum principalis.§.eod. & ſequuntur ibi Rimin.& Dec. in prima & iij.colum. Ius adeundi reſpectu ſui ipſius dicitur ius acquiſitum, reſpectu alterius ſucceſsionis dicitur quærendum. & quicquid dicat Bart. in quantùm eſt ius acquiritur patri & domino, quemadmodum alia iura: ſecus in quantum eſt facti, quia cohæret perſonæ filii & ſerui.§. ſed cũ factum.inſti.de ſtipul.ſer.l. cum pro ponas, in fin.cum gloſſ.C. de hęre. inſtit.& l.precia rerum, ſuprà ad.l. falcid. ubi dicitur poſſe propterea ſeruum nolle adire, non etiam dominus poteſt, quia non eſt ei ius delatum, nec talis facultas cohærens perſonis prędictorum communicatur patri aut domino, ſecundũ Aretin.in d.l.is poteſt, colum.iiij. de acquir.hæred.& in l.Iulianus.§. de lega.j.Ruin.in d.l.Iulianus, colum.ſina.dicit, uerum non eſſe, quòd ipſum ius adeũdi quæratur patri, quia ſecundum hoc hæreditas deferretur ſoli patri, qui propterea ſolus poſſet adire quemadmodum monaſteriũ inſtituto monacho ſine eo pōt adire: quia ius adeundi quæritur monaſterio, ut ibi per eum. quod falſum eſt, & contra hunc text. Et quic
14 quid † dicat Aret. opinio Barto. eſt communis, quòd ius adeundi ſoli filio & ſeruo acquiratur: per hunc text.& prędicta. Ideò nimirum, ſi pater uel dominus ſine facto & uoluntate prędictorum hęreditatem adire nequeunt, nec bonorum poſſeſſ. agnoſcere.

15 Sed † quòd imò ius adeundi potius quæratur monacho, quam monaſterio, quicquid dicat Ruin. probat text.not. in.l. Deo nobis. C. de Epiſc.& cler.& pulchrè tradit Are. in d.l.is poteſt.colum.iiij.& v.& ita ſe habet communis opinio Legiſtarum, Cano.uerò ad oppoſ. ut dixit Ruin. ut per omnes in c. in præſentia, de proba. ubi Pariſius in penult. charta.

16 Diſpoſitio † autem prædictæ.l. placet. cum præalleg. non procedit hodie. ut C.de bon.quę liber.& de bon.mat.& inſtit. per quas perſon. nob.acquir.

De acquiſitione uerò reuocabili & irreuocabili ſuprà mentionata in alio

alio propoſito uide glo.& Docto.in l.ſi quis ita hæres.ff.de condi. inſtit. Paul.Caſtr.in l.j.col. iij.C. de furt. Aquenſ.id l.iij.in §.ex pluribus. ad fin.ſ.de acquir.poſſ.Deci.in l.j.col. vij.C.de pactis.in l.precibus, in gl. fina.C.de impub.& aliis ſubſtit. & in l.unica ad finem C.quando non pet.par. ubi ſcripſi. & per Corn. in l.apud hoſtes.C.de ſuis & legit. & eundem Deci.in l.j. colum.pen. C. qui admitti.dum loquitur de beneficio abſtinendi.

7 Vltimò† regula iſtius.l.noſtræ ut ex prædictis apparet, intelligitur, quando de intereſſe pecuniario agitur, ſecus ubi de ſalute animæ uel corporis: quia tunc inuito conferri poteſt beneficium.capit. nouit. de iudic.capit.qui emendat.xlv. diſtinct.cap.ipſa pietas, xxiij. quæſtione.iiij.nec mirum,quia ut membrorum ſuorum nemo dominus exiſtit, l.liber homo.ſ.ad l.aquil. ita nec animæ,cuius uita Deus eſt.c.reſuſcitatus,de pœnit.diſtinct.j.

Poſtremò in hac materia uide notabilem cautelam Bart. in l. quidam exiſtimauerunt,in fin.ſ. ſi certum petatur.]

## SVMMARIVM.

1 *Gladij poteſtas delegari non poteſt. Et quæ ſit ratio.*

2 *Pœna mortis & mutilatio membri non poteſt delegari. Et quid de pœna digiti,uel auriculæ,nume.4.*

3 *Mutilatio membri non erat cognita de iure digeſtorum.*

5 *Quæcunque cohertio non poteſt delegari.*

6 *Modica cohertio corporalis delegari poteſt.*

7 *Cauſæ meri & mixti imperij ex conſuetudine delegantur.*

L. LXXI. VLPIANVS.

NEmo poteſt gladij poteſtatem ſibi datam uel cuiuſuis alterius cohertionis ad alium transferre.

SVMPTA eſt ex l. ſolent.ff.de offic.proconſ.& lega. ex §. fin.l. j.ff. de offic.eius,& l.imperium.ff. de iuriſd.omnium iudic. quæ leges omnes ſunt creaturæ Vlpiani, ſicuti & præſens regula, quæ materiam delegationis meri imperij continet,quæ in alio uerſatur pelago, eamque ſæpe tractauimus interpretando d. l. imperium.& titulum de offi.eius ubi plenè ſcripſimus, enucleando breuibus ac paucis uerum, & genuinum omnium legum ipſius tituli ſenſum. ideò hic l. noſtræ intellectum tantummodò declarare conabimur.

1 Nota † gladii poteſtatẽ (quæ merum imperium alibi dicitur, in præalleg.l.imperium.)delegari non poſſe. Ratio eſt, quia ſpecialiter & in priuilegium maioribus magiſtratibus conceſſa fuit, & ideò delegatio prohibita.l.j.in princ. cum ibi not. de offi.eius.

2 Et quamuis † gladii poteſtas ad uitę ademptionem referatur: idem tamen eſt in mutilatione uel abſciſione membri, quia tanta poteſtas exigitur

exigitur in abſciſione alicuius mem bri, quanta in toto corpore punien do: Dec. hîc Feli. in c. ex literis. col. pen. de conſti. ubi animaduerſionẽ, de qua in d. l. imperium. ad mortẽ
3 adaptari dicit. † quod uerum eſt ſecundum iura fforum, ſecundũ quæ pœna mutilationis membri cognita non erat: ut per Rimin. Seuerin. & Moder. Pap. in d. l. imperium. ſecus de iure nouo & nouiſsimo: ſecundũ quæ iura gladii poteſtas conſiſtit in animaduertendo in totum corpus uel in partem: ut per glo. & doct. in d. l. imperium. in uerſi. animaduertendum. & eſt text. in §. ad hoc autẽ id prohibemus. in auth. de collat. & ꝙ æquiparentur quò ad iuriſdictionem pœna mortis, & mutilationis membri ponit Bart. in l. Imperator. la ij. de ſtat. homin. lex igitur noſtra ſecundum iura fforum, & mentem Vlpiani authoris ipſius legis intelligeretur de gladii poteſtate uitã adimente: ſed inſpecto iure nouiſsimo & ſecundum mentem compilatorũ iſtius uolumiois ẽt de mutilatione membri intelligi poterit, per prędicta. Et omninò quod de toto corpore dicitur, locum habet ẽt in parte corporis. Intellige prædicta de mutilatione membri principali manus,
4 uel pedis. ſ. † ſecus in membro ſecundario, digito puta uel auriculã. iſta enim ſunt de minori inferiorique imperio, vt poſt Alb. tradit. Aquen. in d. l. imperium. in ſecundo gradu meri imperii. & ſequitur ibi Gaſpa. Portug. in xliiij. col. ſuę repe. Alii tñ contrarium tenere uidentur: & ꝙ iſta ſint ẽt de mero imperio maiori, cùm pars mẽbri mortificetur: & idẽ iuris ſit partis quò ad partem, quod de toto quo ad totum. l. quæ de tota. ff. de rei uendi. facit. l. in ſeruorũ. ad fin. ff. de pœn. pro eadem opinione uide Dec. in d. l. imperiũ, in quinto gradu meri imperii.

Secundò not. ꝙ ſicuti prohibita
5 eſt delgatio ptãtis gladii, † ita cuiuſuis alterius cohertionis Dec. hîc inſiſtit diſputãdo de qua nã cohertione intelligatur: concludens tandem de corporali, quę delegari non poteſt. qui articulus ordinariẽ examinatur in d. l. imperium. & in d. §. fin. l. j. de offi. eius. & in l. fin. eo. tit. ubi Dec. idẽ tenet quod hic. & maximẽ in d. l. imperium. col. fi. ubi plenius loquitur. Mod. ibidẽ cõiter contrariũ uolũt, quodque text. de cohertione corporali magna intelligatur: ut hic ꝑ
6 gl. aliud † in modica, quia competit omnibus magiſtratibus iure magiſtratus, idcò delegabilis eſt, ꝑ regulã d. l. j. in princ. Et pariter quod hmõi modica cohertio in delegatũ trãſeat qñ ſine ea iuriſdictionem explicare non poſſet. §. fi. & l. fin. prę allegatis, ſecundum uerum ſenſum. rñ. accommodata per gl. & ſcriben. ad tex. noſtræ legis. ibi cuiuſuis alterius cohertionis, ut de cohertione magna itelligatur pro ueritate uiolentiã facit literæ. Nihilominus ut iura iurib. cõcordentur, ea expoſitio tolerari põt, quia modica cohertio pſonalis omnib. magiſtratibus, & iure magiſtratûs competit, ideò delegabilis eſt, ut prædiximus. Et tantò magis ꝙ l. ſolent, præalleg. unde ſumpta eſt noſtra, non dicit cuiuſuis, ſed tantùm cuius alterius: quo caſu uiolentia nõ eſt ſubintelligere, magnæ. corruptẽ,

itaque cuiuſuis. hæc legitur & ſolú eſſe debet, ac legi cuius. Denique vt ſemel finiam, notandum eſt, quòd
7 † cauſæ meri, & mixti imperij ex cõſuetudine indiſtinctè hodie delegantur, etiam quò ad pœnam ultimi ſupplicii. Alber. de Roſ. in prin. d. l. j. in pen. colum. & ibi Dec. in gloſſ. poſsit. circa fin. & alii ſcribentes ibi idem. plura itaque effundere non expedit. & adde quę dicam in libro Exercitationum.

SVMMARIVM.

1 *Fructus et utilitas rei eſt, poſſe etiam pignorare.*
2 *Proprietarius creditor, cui uſusfructus pignori datus fuit, non computat fructus in ſortem.*
3 *Pactum, quod pignus uendi non poteſt, non ualet.*
4 *Creditor uendere pignus non poterit etiam poſt terminum debitore precium offerente.*

L. LXXII. IABOLENVS.

FRVCTVS rei eſt, uel pignori dare licere.

QVEMADMODVM indicat inſcriptio, hęc fuit creatura Iaboleni Iuriſcon. poſita ad uerbum in l. fin. ff. de uſur. ubi eſt melior gloſſ. quàm hic, tot uerbis ſuperfluis non utens. hocque dicere Iuriſconſultus
1 intendit. Quod † ex quo fructus & utilitas rei eſt, poſſe etiam pignorare: ideò uſufructuarius rem pignori dare poterit, cuius uſumfructum habet. Dato, reſpectu ipſius uſusfructus intellige, non reſpectu proprietatis. l. intereſt. cum glo. C. de uſufruct. Et notandum eſt diligenter, quòd ſi
2 † proprietario res pignorata fuiſſet, & reſpectu uſusfructus conſtitutum pignus, quòd creditor non teneretur, tunc fructus in ſortem computare, quaſi cum proprietate cenſeatur tunc conſolidatus uſusfructus. c. conqueſtus. ubi Abb. not. de uſur. & tradunt Moder. de Fano. in tract. de pign. fol. xlix. colum. iiij. uerſ. quo
3 limitatur. num. 217. Item no. † non ualere pactum ne pignus uendi poſſit, tanquam publicæ utilitati repugnans. glo. l. ſi conuenerit. ff. de pig. act. Dec. hic, Modern. de Fano loco præalleg. in vj. parte princip. fol. 50. & Barb. in c. fin. colum. fin. de ſolut.
4 Si tamen † poſt terminum & ante uéditionem debitor ſolutionem offerat, non poteſt ad uenditionẽ procedi: ut per Dec. hic poſt Cardi. & æqua uidetur opinio, cum creditor tunc iuſtam querelæ cauſam nõ habeat, conſiderata attẽtaque oblátione ſolutionis, per quam tollitur omnis obligatio: ut inſti. qui. mo. toll i. obli. in princ.

SVMMARIVM.

1 *Quæ cauſæ cognitionem, & decreti interpoſitionem requirunt, delegari non poſſunt. Limita nu 2.*
3 *Dictio, libellum, quomodò exponatur.*
4 *Cur miſſio in poſſeſsionem non delegatur, ſed bene cognitio.*
5 *Cauſæ cognitio, & interpoſitio decreti ex conſuetudine non delegantur 8*
6 *Conſuetudo tantum habet de potentia, quantum de actu. Et nõ extendetur de caſu ad caſum. nu. 7.*

L.

L. LXXIIII. IABOLENVS.

OMNIA quęcunque cauſę cognitionē deſiderant, per libellum expediri non poſſunt.

SVMPTA eſt ex l.nec quicquā in §.j.de offi.procon. & leg.ubi Iaſ. in ult.col.ponit,quæ Dec. hic tranſcripſit. Si huiuſce regulæ uerba tantummodò conſideranda eſſent, interpretatio regulæ haud difficilis uideretur,quòd ea quæ exigunt cauſę cognitionem,ſicq́ue aduerſarij præſentiam ſeu uocationem ne iniuſtè grauetur,aut lędatur,per ſupplicem libellum expediri non poſſunt, ſed uocanda ſit pars,& ſolenniter procedent.iuxta l.nam ita diuus.ff. de adopt.l.de uno.ff.de re iud.& l.fi.C. ſi per uim uel alio mod. ubi negotiorum merita partium aſſertione panduntur. facit l. minorum.C. de præd.min.& l.diuus.C.de in integ. reſtit.Sed quia hoc modo intelligendo lex eſſet de indubitabili, ideò reijcitur talis interpretatio per omnes,in d.§.ubi decretum.l.nec quicquam.

Nota ergo ſecundum receptam à ſcribentibus ſententiam, quòd om-
1 nia † quę plenam cauſæ cognitionem, & decreti interpoſitionem deſiderant & requirunt,delegari non poſſunt, nec per delegatum expediti. Ad idem text.in d.§.ubi decretū. & in l.cùm hi.in §.ſi prętor.ubi Baldus no.ff.de tranſact.& in l.mandata.cum not.per Dec.ibi in iiij.nota. ff.de offic.eius.& Iaſ. in ult. colum. prædicti.§.ubi decretum.In quibus locis doct.limitant,ex quibus limitationes nonnullas hic refert Deci.
2 Intelligunt'que præfati † ſcribentes regulam iſtam in his, quæ officio iudicis nobili expediuntur:ſecus ſi officio iudicis mercenario iureq́ue actionis expediantur: quia delegari regulariter poſſunt, quamuis plenā cauſæ cognitionem requirant. Rationem ponit Bart.in d.§. ubi decretum.colum.pen.in ij.lectu.quia primo caſu electa uidetur induſtria perſonæ, ſecundo non. ideò nimitum dicit, ſi primo caſu prohibita eſt delegatio,ſecundo autem non.Fulg.tamen Iaſo. & alii ſcribentes fatentur per dictam intelligentiam fieri uio-
3 lentiam tex.exponendo,† libellum, id eſt per delegationem, cùm ſit extranea expoſitio.Alcia.lib.ij.Parad. c.iij.aliter hunc text. interpretatur conſtituendo differentiam inter ſententiam & decretum. ( & fuit Bart. in §.ubi decretum.colum.penult.in prima lect. ubi latius hoc explicans poſt Iacob.de Aret.) dicit,differentiam eſſe inter ſententiam & decretum, quia ſententia eſt deliberatio iudicis continens in ſe cauſę deciſionem, abſolutionemq́ue, uel condemnationem.l.j.ff.de re iudi. Decretum uerò eſt conſiderata,ſeu deliberata prouiſio iudicis, quaſi decretū cum deliberatione uerbum certum. Ex ſententia igitur abſolutio, uel cōdemnatio ſequitur, in decreto iudicis ſolùm authoritatem ſuam interponunt,& quod agitur ſibi iuſtum uideri pronunciant. In his cauſis Iuriſconſ.ſecundum præfatos uult nō ſufficere pro decreto ſubſcriptionē

 iudicis

iudicis ad libellū porrectū,ſed ſolenniter interſeri debere,cum cauſæ cognitionem deſideret. Sed iſtum intellectum relinquamus cum cæteris.text. enim dicit per libellum ſimilia expediri non poſſe:nō autem per ſubſcriptionem ad libellum ſupplicem.hæc enim impropriationem continent,& diuinationem.Eapropter à communi gloſſ.& doctorum intellectu nō recedas per libellum, id eſt epiſtolium, & breuiolum continens prædictorum delegationē:ita ꝙ nulla erit impropriatio.Et ꝙ textus ſic intelligi debeat probant præcedentia,quæ de delegatione loquūtur, & in principio ipſius legis nec quicquam, dicitur, nihil eſſe in prouincia quod proconſul per ſeipſum expedire non poſsit. & inde proſequendo materiam in §. ubi decretum, dicit, quod ea,de quibus ibi, per alium expedire non poteſt, hoc eſt per delegatum, ſed per ſeipſum, conſiderata itaque materia ſubiecta quæ eſt de delegatione, ac legibus immediatè præcedentibus, quæ de tali materia tractant, extraneum ab ſonumque non eſt exponere per libellum,ideſt per delegationem in libello contentam, aliiſque tranſmiſſam ſecūdum ſubiectam materiam. Ex quo patet intellectus præcedentes,qui materię delegationis non accedunt,in propoſito noſtro minimè conuenire,nec procedere, ſecūdum mentem Iuriſconſul.hîc.

Deinde circa difficultatē in qua doctores ſe torquent. Miraturque

4 † Paul.de Caſtr. ut hîc refert Deci. quomodò actualis miſsionis in poſſeſsionem prohibita ſit delegatio, in qua nulla cauſę cognitio requiritur cum tamen cognitio de mittēdo in poſſeſsionem delegari poſsit.l. pen. §.ut bonorum. ſecundum communem intelligentiam.ff.de offic. eius. Reſponde ex dictis Aquen. in l.ij. colum.iij.ff.de iuriſdictio.omnium iudicum.& in l. iubere cauere.colū. ij.& pen.eod.tit. ubi etiam Iaſ. col. iij.Curt.& Dec.in d.§.ut bonorum idcircò miſsionem in poſſeſsionem non poſſe delegari, quia in tali actu miſsionis in poſſeſsionem ſcandala oriri plerunque conſueuêre: propterea conſiderauit legiſlator.ꝙ maioribus magiſtratibus talem immiſsionem facientibus patienter magis acquieſcent hi,contra quos fit miſsio, quàm ſi per delegatos & pedaneos iudices fieret: unde ad euitandum ſcandala noluit lex actualem miſsionem demandari poſſe,licèt ceſſante ratione ſcandali cognitio delegari poſsit.

Nec obſtat quòd talis miſsio etiā per nuncium fiat: ut per Dec. in d. §.ut bonorum.quia repręſentat perſonam mandantis, & ipſe nuncius uerba concipit in perſona committentis, quod non facit delegatus, ut in propoſito declaeat Rimin.in l.j. ſuper glo.in uerbo poſſeſsionem.ff. de iuriſdict.omn.iud. Denique ut ſemel finiam,conſiderandum eſt,an

5 † prædicta hodie procedant: quia ſi ex generali uſu & conſuetudine cauſę meri imperii,etiam quantum ad pœnam ultimi ſupplicii,ut dictū fuit in l.nemo poteſt.ad fi.ſuprà eo: delegabiles ſunt, fortius uidebatur delegari poſſe ea de quibus in hac regula. Niſi dicas,conſuetudinem prædictam

prædictam in cauſis criminalibus & meri imperii uigere, ne in cauſis ſanguinis quis ſe contra uoluntatem immiſceat, nō autem in huiuſcemodi cauſis mixti imperii, quæ plenam cauſæ cognitionem cum interpoſitione decreti exigunt. uel etiam in cauſis ſimplicis iuriſdictionis indelegabilibus.
6 legabilibus. † Conſuetudo enim tātùm habet de potentia, quantum de actu, & non plus: ſecundum Bald. in. c. j. in princ. colum. v. qui feu. da. poſ. Item tantùm habet de effectu & potentia, quantum habet de uſu & non plus, proprioſque terminos facti & uſus non excedit. Bal. in l. fi. C. communia utr. iud. Bart. in l. j. §. ſi quis hoc interdicto. ff. de itin. actuque priu. Iaſo. in conſil. cxcij. ad fin. in ij. uolum. & Alex. conſ. lvij. in
7 iij. uolum. † ubi dicit conſuetudinem propterea non extendi extra caſum ſuum, ſicuti nec ſtatutum. de quibus etiam Balb. in tract. præſcr. & Curt. in tract. de conſu. in pluribus locis.

## SVMMARIVM.

1 *Cui hæreditas defertur, illi onus tutelæ imponitur.*
*Limita 4. modis & nu. 3.*
2 *Statutum quòd agnati cognatis præferantur, præferuntur etiam in tutela.*
3 *Tutela matris & auiæ non regulatur ab hæreditate.*
4 *Tutor an defuncto pupillo abſque agnatis & cognatis ſuccedat.*
5 *Sicut fratri defuncto uocatur frater & mater ita etiam ad tutelam.*

L. LXXIIII. PAVLVS.

QVo tutela redit: eo & hęreditas peruenit: niſi cùm fœminæ hæredes intercedunt.

SVMPTA eſt ex l. j. ff. de leg. tut. licèt Iuriſcon. hìc ordine cōuerſo regulam tradat. Vbi igitur hæreditas, ibi regulariter tutela. d. l. j. & iij. eo. ti. & l. fi. C. de leg. hær. & §. ex his. in auth. de hær. ab inſt. & inſtit. de leg. patr. tut. eo. inquit, ipſo quo hæreditate libertorum, ſi inteſtati deceſsiſſent, iuſſerat lex ad patronos pertinere, crediderūt ueteres uoluiſſe, leges etiam tutelas ad eos pertine-
1 re, quia † plerunque ubi ſucceſsionis eſt emolumentum, ibi etiam tutelę onus eſſe debet. Plerunque autem ſubiungit legiſlator, ideò dixiſſe, quia fœmina excipitur, ut in lege noſtra. Et eſt hæc regula in naturali rōne fundata ſecundum gl. d. l. j. propterea glo. hìc non ab re dixit hanc legem eſſe filiam l. ſecundum naturam. ff. eo. Et ſicut excipitur fœmina ita eadem ratione excipitur minor. ſecundum glo. hìc. per text. l. fi. C. de leg. tut. Excipe etiam caſum, ubi propter delictum patronus iure ſuccedendi priuatur: quia non priuatur onere tutelæ. §. interdum autē. ubi Bart. not. l. j. præalleg. Quartò intellige regulam iſtam de tutela legitima, quæ defertur ab inteſtato. ea enim tutela à ſucceſsione inteſtati regulatur: ideò in ipſa hæc regula procedit, aliàs ſimpliciter intelligendo, ſequeretur tutorem datiuū præferri

cuicunque legitimo hæredi, ac agnato, & cognato, quod falſum eſt, ſecundum omnes: ut hic per gloſſ. & Corn. in l. nutritoribus. C. commu nia de ſucceſſ.

Et per hanc regulam quòd illi deſertur hæreditas, cui onus tutelæ, & econuersò: infertur ſecundum Bar.
2 in l. j. in princip. ff. de leg. tut. q † ſi agnati cognatis in hæreditate à ſtatuto præferantur: eodem modo in tutela prælati intelligũtur, quodque tutelæ onus ſubeant. Alia quædam allegat hic Dec. & ultra. uide eundẽ in conſ. xvj. ubi atteſtatur opinionẽ Bart. communem, licèt aliqui cõtrarium tenuerint, & ita etiam conſuluit Signorol. de Homodeis in conſil. ij. & ſequitur Bald. in §. j. inſti. de leg. agnat. tut. ſicque aliâs in practica obtinui. Et quemadmodum Bal. ait, prædicta procedũt in tutelis iuſſis, quæ agnationis cognationiſque iure deferuntur, in quibus idem iudicatur de tutela quod de hæreditate, ut dictum eſt: ſecus † in tutelis
3 permiſsis: ut in tutela matris & auiæ quibus non iubetur tutela, ſed permittitur, in auth. ut liceat mat. & auiæ, in pluribus locis huiuſcemodi tutela non regulatur ab hæreditate, ideò quamuis prædictæ perſonæ excluderentur ab hæreditate, non tamen excluduntur à tutela alio nõ apparente, ut hic per Decium poſt Ioan. And. & Salic. & per eundẽ Decium in cap. ex parte M. col. l. j. de appellation. & pro hac opinione ipſe Decius conſuluit in præallegato cõſil. xvj. & antea ſic conſuluerat Alexan. licèt Dec. de ipſo tunc non fuerit memor, in conſ. cx. uiſo. lib. iij. & Barb. in conſi. xj. uolu. iij. quam opinionem approbat etiam Corn. in l. fi. ad ſ. C. de legi. hæred.

Infertur etiam ex iſta regula ſecũ
4 dum glo. hic † tutorem debere ſuccedere pupillo defuncto agnatis cognatiſque deficientibus excluſo fiſco. Bart. hic reprobata gloſſ. contrarium firmat per text. in l. nutritoribus. C. communia de ſucceſſ. ubi gubernator perſonæ illi non ſuccedit, minus ſuccedere debet gubernator rerum, & ſic tutor. Miror quòd Decius, ſuper hoc articulo nihil dicat. Corn. in d. l. nutritoribus. opinionẽ Bart. communem aſſerit, cum idem teneant Dyn. Oldr. Salic. Fulgoſ. & Benedict. de Plumbi. ibi relati. Eo quia iure cautum non reperitur, quod gloſſator hic dixit: & ita poſt Iacob. de Aret. tenet hic Alb. de Roſa. Cui quidem opinioni adhærere uidentur Angel. & Roma. in l. j. C. unde vir & uxor. prout ibi refert Corn. & Iacob. de ſancto Georg. in tractatu de Rhoidis. colum. v. ubi gloſſ. noſtram à doctor. ait, damnari. Dyn. hic, prout referunt Corne. & alii in locis ſuprà alle. & etiã ĩ. allegandis. Bald: Ang. Paul. de Caſt. & Corn. in d. l. nutritoribus. & Alexã. hic in apoſtil. ad Bart. ſequuntur opinionem glo. noſtræ hic. quam etiã ſimpliciter referunt & approbant Ang. in l. ſi quando. la ij. C. de bon. uacan. lib. x. Ioan. de Plat. in l. j. col. iij. C. ſi liber. impe. Soci. lib. x. Bal. in l. ſi qua illuſtris. C. ad orficia. ubi dicit, quòd uulgo conceptis non habentibus uxorem uel lineam maternam ſuccedit tutor: aliâs ſuccedit fiſcus. Et ſimiliter expoſitis apud hoſpitale

ſpitale miſericordię ſuccedat hoſpitale, ultimò fiſcus tanquam in bonis uacantibus. hanc gloſſ. ſequitur etiam Alex. in conſil. xxxj. colum. ij. uolum. j. Imol. in l. ſi quis filio exhæredato. in §. eius. ff. de iniuſt. rup. & Dec. in l. j. colum. fin. C. unde uir & uxor. Eo caſu ſcilicet quo pupillus moritur tutela durante, aliàs ſecus. argum. l. matres. C. ad tertul. per regulam legis quæ ſatis clara eſt. quòd unde prouenit tutela, exinde prouenit ſucceſsio: cùm à pari uideantur iſta procedere: & ad eum debeat peruenire hæreditas, ad quem tutela deuoluta fuit. Et aliter intelligendo ineptè hęc regula poſita fuiſſet. Delatio enim tutelæ ſecundum ordinē ſucceſsionis in hæreditate regulatur non econtrariò. d. §. ex his. ſecundū Corn. loco prælleg. ſubiungentem propterea hanc regulam multùm facere pro opinione iſtius glo. Et licèt regula non faciat ius, ſed recitet: tamen in antiquis legibus, quas fortè non habemus, ſtatutum id eſſe poterat: Vel etiam dici poteſt, ꝙ imò regula ius facit intranſitiuè accipiēdo: iuxta ea quæ dixi in l. j. ſ. eod. Et ad l. nutritoribus. reſpondetur, quòd loquitur in nutritore, qui de nutrito mercedem recepit: ſed hæc glo. loquitur de tutore, qui bona ſine mercede adminiſtrat, & cuius periculo ſunt bona. Nec obſt. replicatio Ang. & Roma. in d. l. j. C. unde uir & uxor. quòd ea ſolutione attenta ſequeretur procuratorem perpetuò conſtitutum uideri domino ſuo ſuccedere poſſe, propter onus propter obligationem & periculum. nam ſecundum Rimin. in d. l. j. faciliter reſponderi poteſt, quòd diſpoſitio legis noſtrę loquitur in tutore, non in aliis adminiſtratoribus: idcircò locum nō habet in curatore: ſicut nec lex deferens tutelam ad inſtar ſucceſsionum, locum ſibi uendicat in curatore. l. j. & iij. ff. de leg. tut. Præterea d. l. nutritoribus. nō loquitur in tutore habente gubernationem perſonæ & rerum pupilli, ac ius & poteſtatem in ipſo pupillo. Inſtit. de tuto. in prin. ideò inductio facta per Barto. de l. nutritoribus. ut dicunt Bald. Imo. & Rimin. prelleg. multùm eſt à remotis. Nec obſtat ſi dicatur, prætor in edicto ſuo de ſucceſsione huiuſcemodi non meminit faciendo tantummodò quatuor capita, quibus deficientibus fiſcum admittit. l. j. §. j. ff. ſi tabu. teſt. nul. exta. iuncta. l. j. & fi. ff. de ſucc. edict. quod non eſt credendum ſi iuris id fuiſſet. Poteſt reſponderi ſatis uideri factam mentionem in l. ij. in §. fin. ſ. unde leg. Facit quia liberalitatis imperialis ſocius, & ſimiliter ſocius reſpectu collegij, ad hæreditatem excluſo fiſco admittútur: & tamen de eis non eſt per prætorem facta mentio, niſi ſub generalitate, per d. l. ij. Et ſimiliter ad iura quæ uxorē poſt fiſcum uocare uidétur, reſpon. intelligi, niſi extaret tutor, quemadmodum interpretationem talem patiūtur reſpectu ſociorum, de quibus ſuprà. Nihilominus recedendum non eſt ab opin. Bart. quam uidentur ſequi Corn. ſibi contrarius in d. l. j. colum. fi. C. unde uir & uxor. & latius, clariuſque ibidem Rimin. in ult. colum. quia talis ſucceſsio non reperitur introducta per l. xij. tabul. neque

de

de iure prætorio, nec ex aliqua parte iuris ciuilis. Vnde ueriſimile non eſt, ꝙ ſi per tutorem uoluiſſet fiſcũ legiſlator excludi, hunc caſum adeò notatu dignum, & frequentem omiſiſſet. Erubeſcere ergo debemus ſine lege loquentes. l. illam. C. de collat. propterea in ſucceſsione fiſco dandus eſt locus. l. fi. ff. de ſucc. edict. l. ij. §. an bona. ff. de iure fiſ. l. nutritoribus. ut uidimus, nimium à remotis uenit. Et licèt tutor à nutritore differat propter periculum & onus tutelæ, non ſequitur ſola illa ratione ſucceſsionem (ut ait Corn.) deferri ad legem noſtram, ſuper qua, ſolummodo fieri poteſt ſtringens fundamentum pro opinione Bartol. reſponde hoc intendere, ꝙ eo iure quo quis ad tutelam uocatur, ad hęreditatem pariter uocatur, ſecundum ordinationem. l. xij. tab. præalleg. l. j. cũ duabus ſequen. ff. de legi. tut. & tamẽ dicta lex ad ſucceſsionem non uocabat. niſi proximos agnatos, quos etiam uocabat ad tutelam. de aliis autem tutoribus qui non eſſent proximi agnati, non habebatur mentio: ideò lex iſta ſimpliciter ponendo, ꝙ à iure quo tutela prouenit, proueniat etiam ſucceſsio ſeu hæreditas, intelligi debet ſecundum iura pręalleg. ut ita demũ uidelicet procedat, ſi ſunt agnati proximi, ſecundũ Rimin. Replicari tamen poteſt, quòd licèt lex. xij. tabul. ita intelligeretur, non ſequitur ſic etiam intelligi debere hanc regulam, quæ ſumpta eſt etiam ex aliis legibus, & quæ generaliter loquitur. Propterea ꝙ dicta iura necnõ & regula noſtra intelligi debeât in tutelis, quæ iure agnationis, & cognationis ab inteſtato deferuntur, probari poteſt per reductionem ab abſurdo. Si enim aliter diceremus & uellemus intelligere, maximum ſequeretur inconueniẽs & abſurdum, ꝙ tutor teſtamentarius & tutor datiuus agnatos cognatosque contra omne ius excluderẽt: quod nemo ſani capitis diceret. Et uelle legem iſtam intelligere, prout glo. interpretari uoluiſſe uidetur, aliis propinquis, agnatis & cognatis non exiſtentibus, eſt mera diuinatio & uiolentia ad iſtum text. ſimpliciter & indiſtinctè loquentem. Suadetur hæc intelligentia per exceptionem, quam Iuriſconſultus hîc ſubdit de fœminis quibus hęreditas defertur, licèt non deferatur tutela, ut etiam dicitur in d. l. j. ff. de legit. tut. quamuis enim dicta regula per contrarium loqui uideatur, ꝙ ſicut lex xij. tab. proximum agnatum ad ſucceſsionem alicuius uocat: ita & ad tutelam. Sub dictis tamen uerbis, ſecundum Rim. comprehenditur regula econuersò, de qua hîc Iuriſcõſultus agit, eſtque una & eadem regula. quoniam lex non defert tutelam niſi proximo agnato, quem ad ſucceſsionem etiã uocat. propterea hæ regulę conuertũtur, dicit Rim. unaque comprehenditur ſub altera: patet per hunc text. ubi exceptio fit de eo, quod eſt in caſu conuerſo ad expreſſum in regula. Subtilis hæc declaratio procederet qñ cõcederetur regulam iſtam accipi ab illa l. xij. tabu. ſed quia id concludenter nõ probatur, & ab aliis legibus, ut dixi, ſumi etiam potuit, ideò generalius dici reſponderique põt: ꝙ loquitur in tutelis

tutelis quę iure agnationis & cognationis deferuntur, in quibus idem quod de hæreditate iudicatur, ut diximus: & ſic non refert quo ordine dicendi regulas has enúcies. Fateor tamen, excepta hac regula omnia alia iura ordine cõuerſo loqui, ꝙ cui defertur hæreditas, defertur & tutela per conſequentiam: ut ibi ſit onus, ubi eſt emolumentum.l. j. & iij.ff.de legit.tut.l.fi.C.de leg-hære. §. ex his. inſtit. de legi. patr. tut. Quæ omnia bene nota tanquam ſubtilia, & alibi non diſcuſſa. Denique infertur ex prædictis, quod ſicut
5 frater utrinque coniunctus una cum matre ſuccedit. auth.defuncto.C.ad Tertul. ita etiam ipſi fratri & matri deferatur tutela. ſecundum Fulg.& Cor.in l.fi. ad finem. C.de legi.hæred.

SVMMARIVM.

1 *Diſpoſitio generalis, etiam militem comprehendit.*

Nemo poteſt tutorem dare cuiquam, niſi ei quem in ſuis hæredibus cùm moritur habuerit, habiturusve eſſet, ſi uixiſſet.

Svmptvs eſt ex legibus per glo.alleg.& eſt clarus.Dec.hîc quædam ſcribit de tutore & curatore, tã à patre quàm à matre datis, & tam inſtitutis,quàm exhæredatis, tãque legitimis & naturalibus, quàm naturalibus tantùm, item & extraneis: quæ omnia poſuit Bartol.in l.iij. ff. de teſt.tu.in l.ſi patronus,& in l.naturali.ff.de cõfir.tut.reaſſumpſitque Ang.Are.inſt.de tut. & in ſuo teſtamento in uerbo,tutores autem. Ad illud uerò quod glo. hîc colligit de
1 † generali diſpoſitione,ꝙ locum ſibi uendicat etiam in perſona priuilegiata, ut in milite per l.ij.ff.de teſta.tut. uidenda ſunt quæ plenè ſcripſi in l.j.ī.eod. tit.

SVMMARIVM.

1 *Vis,quid ſit.*
2 *Vis pluribus modis committitur. & nume.6.*
3 *Armatus quis dicatur.*
*L.iſti quidem.§.final.ff. quod metus cauſ.ornatur.*
4 *Clam fieri,quando dicatur.*
5 *Tutor rem pupilli quando emere poſsit.*

Vi factum uidetur id eſſe, quod de re quis cùm prohiberetur, fecit. Clam,quod quiſque cùm controuerſiam haberet,habiturumve ſe putaret, fecit.

Ista regula eſt etiam clara, apprimeque declaratur per Iuriſconſ. in l.j.& iij.quod ui aut clam. Eſt au
1 tem † uis, maioris rei impetus, cui reſiſti non poteſt.l.ij. ff. quod met. cau.l.ſi merces.in §.uis maior.ff.lo
2 ca.cum ibi no.† Et uis dicitur armis facta, etiam quòd arma quæ ad latus quis habebat non extraxerit, uel ea depoſuerit: ut hîc p Dec.& prius per Alexand.in conſi. xlviij.lib.iiij.

Intellige

ubi Decius in iiij.col.ff.de iuriſdict. omnium iudic.facit etiam text. in l. non tantùm.ff.de appell. dum ait, creat autem humanitatis ratio omnem prouocationem audiri debere, etiam ſi damnatus reſiſtat, de qua uide Felin.in c.ij. de re iudica.& in cap.cum ſuper.colum.j.eodem titu. ubi multipliciter ampliat, & limitat. Quod tamen dictum eſt pro inuito poſſe ſolui & illum liberari, té-
10 pera & reſtringe,† ut non procedat in uolente ſoluere pro emphyteuta, ne à iure ſuo cadat: nam ſi directus dominus uult, poteſt ſolutionem canonis recipere à quocunque tertio ſeu negotiorum geſtore nomine emphyteutæ ſoluente, ſed non cogitur inuitus recipere ſolutionem ab aliquo, qui legitimam perſonam non habeat,& conſequenter mandatum ad ſoluendum: ut ſingulariter determinat Bald.in l.acceptam.colum.fi. C.ne uſur.eo quia emphyteuta tenetur canonem ſoluere non ſolum ad finem liberationis conſequendę, ſed etiam in recognitionem directi dominii exiſtentis penès directum dominium.l.ij.cum notatis.C. de iure emphyteu. quod fieri non põt per tertium ſoluentem ſine mãdato emphyteutæ.Ex quo ſequitur dominũ inuitum non cogi à tertio legitimã perſonam non habente ſolutionem recipere,& ita conſuluit Iaſo.in conſil.xlix.in j.uolum.

Secundò intelligitur hæc regula, inuito non dari beneficium, ſcilicet
11 directò:† ſecus autem per obliquũ, & in conſequentiam.l. ẽt inuitis.ff. de acqu.rerum dom.l.ſeruus uetante.ff.de uerb.oblig.ubi ſeruus acquirit domino etiam inuito quicquid quærit.ita gl.in d.l.ſoluere. & in §. non põt.l.hoc iure.ff.de donat. Archid.& Card.in d.c.& qui emẽdat, in fi.Iaſ.& alii in d.l. ſeruus.& Are. in l.cum filio.col.ij.& vj.ff.de leg.j. ubi dicunt hoc eſſe propter effectus patrię uel dominicæ poteſtatis à lege attributos, qui ſunt, ꝙ quicquid acquirunt,patri dominoque acquirunt: ut ibi & l.placet.ff. de acquir. hære.* ac l.j.§.ſi à paren. quis fuer. mã.l.cum oportet.§.j.C.de bo. quę lib.l.j.C.qui admi.& Inſt. per quas perſ.§.j.] qui effectus,legiſque proviſio per priuatam perſonã tolli directò non poteſt.l. nemo poteſt. cũ notatis.ff.de leg.j.Secus ſi acquireretur abſque legis diſpoſitione per alium nõ repręſentantem perſonam noſtram, tunc inuitis nobis non acquiritur, ut hic: quia requiritur ꝙ interueniat animus noſter,acquirendique uoluntas.l.ſi quis ui.in §.differentia.ff.de acqui.poſſeſſ. Et ideò
12 † licèt utilis ex ſtipulatione notarii nobis acquiratur actio, hoc tñ intelligitur ſecuta ratificatione,aliter nõ: ut latè per Decium in conſi. cexxvj. & plenius dixi in l. ſi librarius. in uerſi.Item notarius.ſed ex ſtipul.ſerui proprii acquiritur directa ſine acceptatione.l.j.ff.de ſtipul.ſeru.Bald. in l.j.col.pen.C.per quas perſ.nob. acqu.ob rõnem prædictam,& ſic acquiritur nobis etiam inuitis, non tñ incommutabiliter. nam eam obligationem domino inuito quæſitam à ſe põt dominus abdicare, & remittere: inuitus enim non retinet.l. hoc iure.§. non poteſt.ff. de donat, Are. in l.ſi quis mihi.in §.iuſſum.colum. iiij.

iiij.ff.de acquir.hæred. Iaſ. in l. ſeruus prællleg.& Dec. loco ſuprà adducto. ſicque diſtinguendum eſt in
13 ter † acquiſitionem commutabilē, & incommutabilem: reuocabilem & irreuocabilem. acquiſitio enim fit patri & domino ipſo iure etiam inuitis, ſed non incommutabiliter: quia poſſunt ſi uolunt, repudiare. eſ ſectualiter enim beneficium nō confertur, ut hìc dicitur, in inuitum, ſecundum Ang. Aret. inſtit. per quas perſonas nobis acquir. in §. item nobis. & Dec. in l. j. in iij. no. C. qui ad mitti, ubi idem dicit eſſe in bonorū poſſeſsione: ut per filium & ſeruum acquiratur patri & domino etiā inuitis, non tamen incommutabiliter & irreuocabiliter, ſed reuocabiliter per prællegata. Sed melius ſentiunt Alex. ibidem in iij. notab. & Rimi. in ſecundo poſt Imolam, & alios ibi relatos, qui pręſcripta intelligunt in acquiſitionibus afferētibus merum commodum, ut acquiſitio fiat patri & domino etiam inuitis, ſed commutabiliter: ſecus in hæreditate uel in bonorū poſſeſsione, & ſic in ſucceſsionibus: quia habent mixturam oneris. l. ſi hæreditatem. ff. manda. l. iij. ff. de bono. poſſeſſ. ideò non acquiruntur patri aut domino inuitis text. ſunt clari, & aperti in l. qui in aliena. in princ. ff. de acquir. hæred. in l. iij. in §. iuuito. ff. de bono. poſſ. in l. ſeruo inuito. in princ. ff. ad treb. ubi glo. iij. ita declarat. * Et certè illa iura dicunt, inuitis non acquiri prædictas ſucceſsiones, quæ habent oneris mixturam: ergo nullo modo, cum uerba ſint generalia generaliter ſunt intelligenda. uulg. l. de precio. ff. de publ. maximè in bon. poſſ. nam in hæreditate eſt minus dubiū propter iuſſum in aditione præambula requiſitum. iuxta. §. iuſſum. l. ſi quis mihi bona. ff. de acquir. hær. & ratio diuerſitatis tam in hęredita te, quàm in bonorum poſſeſſ. quare non acquiratur inuitis, aſsignari po teſt: ut per Bald. in l. j. prællleg. in xx. oppoſ. Et intelligere illa iura, ut hìc facit Dec. eſt deſtruere. Præterea, ſi eſſet acquiſita ſucceſsio, repudiari non poſſet ſine beneficio reſtitutionis in integr. quod minoribus tantùm conceditur. l. j. C. ſi minor ab hæred. ſe abſtin. nec Aretin. per Dec. relatus diſtinguit, prout ipſe refert: ſed ut ſuprà retuli. quia uerum eſt, quòd etiam ea quæ continēt merum lucrum, non acquiruntur effectualiter, ſi ille cui fit acquiſitio, nō uult retinere. d. §. non poteſt. ſed ea quæ habent mixturam operis nullo modo acquiruntur inuitis.

Eſt autem adeò efficax, & uelocitatis incredibilis, acquiſitio prædicta, ut acquiſitum momento non reſideat in perſonis acquirentium: ut dicit tex. in d. l. placet. quod uidetur impoſsibile, quia ſecundum rationē naturalem, quæ per legem tolli non pōt, ut dicitur in l. ij. ff. de uſufr. earū rerum quæ uſu conſum. neceſſe eſt quęſita per filiū & ſeruū momēto aliquo in pſonis illorū ſubſiſtere, & inde in patrē dn̄mque tranſitū facere: ita ꝙ inter acquiſitionem & trāſitū aut trāslationem, oportet breue aliquod medium ac tp̄s intercedere.

Diſtinguendum uidetur pro dilucidatiōe iſtius articuli: aut loquimur ī acquiſitionibus, q̄ ꝑ actū naturalē uti

uti numerationem uel traditionem fiunt. Et tunc, ſi acquiſitio facta fuerit nomine patris uel domini recto tramite tales non quęrunt primò ipſis, poſtmodum acquiſita tranſeant de ipſis ad patrem dominumve, ſed immediatè eorum miniſterio cauſatur acquiſitio in perſona patris uel domini, ideò quum ius acquiſitionis nunquàm reſederit in perſona filii aut ſerui, non eſt mirum, ſi nec momento apud illos reſidere dicatur. facit. l. certi conditio. §. ſi nummos. ff. ſi cert. pet. Et probatur, quia ſi acquiſitio, quæ fit per liberam perſonam puta, procuratorem, ita fit ut nullum ius ſibi acquiratur, uerùm cauſetur in perſona eius cui fit acquiſitio. l. quod meo. §. ſi procuratorem. ff. de acquiren. poſſeſſ. l. certè. §. procurator. de præcar. fortius id dicendum eſt in acquiſitione, quæ fit per filium uel ſeruum, qui propter effectus patriæ uel dominicę poteſtatis à lege attributos potentius (ut dixi) patri & domino acquirunt, quàm faciat procurator. Item, quia prędictæ perſonę patri dominoque acquirunt, repræſentant. §. enim uerò, inſtit. de inutil. ſtipul. & de ſtipula. ſeruo. in princ. Et ita poſt gloſſ. tenet Bart. in l. frater à fratre. colú. vij. in uerſi. Secundò quæro. ff. de cond. indeb. & ſequuntur cōmuniter Doctor. ut per Aret. in l. cum filio, col. vij. & viij. ubi Ruin. xix. & ſequen. & Moderniores Senen. fol. xvj. col. iiij. de leg. j.

Si uerò acquiſitio facta fuerit nomine filii per actum ciuilem, puta, per aditionem hæreditatis, uel agnitionem bonorum poſſeſ. tunc acquiſitio primò fit filio uel ſeruo, inde patri aut domino, ſiue ad illos confeſtim tranſit ſecundum Bart. & præalleg. quicquid dicat Rapha. in d. l. cum filio. Quæ concluſio probatur clarè in l. j. in princ. ſuprà ſi quis à paren. fue. manumiſ. & in d. l. placet dum dicunt, quodcunque acquirit filius acquirit patri: ergo præſuppouunt, quòd primò acquiratur filio, inde patri. probatur etiam in §. j. inſtit. per quas perſo. nob. acquir. ibi, ad eos peruenerit.

Quòd uerò per actum ciuilem alteri per alterum directò acquiri nō poſſit, etiam quòd nudum præſtet miniſterium, probatur in. l. j. cū no. ibi per Bart. C. per quas perſo. nob. acquir. nam in acquiſitione hæreditatis, cauſa immediata ipſius acquiſitionis, uidelicèt filii aut ſerui uoluntas, quæ eſt facultas facti, non eſt cōmunicabilis patri uel domino: ſed reſidet in perſona ipſorum nomine proprio. unde in perſona patris uel domini non poteſt immediate ius cauſari, niſi prius radicetur in filio aut ſeruo ſecundum quod ſubtiliter declarat Aret. in d. l. cum filio. colū. vij. bene ergo dicebant Bal. & Cor. in l. j. colum. j. C. qui admitti. quòd dictio etiam, in illo text. poſita, implicat reſpectu ordinis acquirendi, quia primò filio, poſteà patri, non autem reſpectu permanendi, quandoquidem apud filium uel ſeruum non remaneat.

Nec obſtat quòd de momentanea reſidentia ſuprà dicebamus contra d. l. placet. Quia reſpond. quòd poſt acquiſitionem nō ſubſiſtit momento, quia confeſtim tranſit in patrem

trem dominumve. Et ſic Iuriſconſultus ibi uult, quòd poſt acquiſitio nem factam, confeſtim acquiratur ei, cuius eſt in poteſtate, hocq́ue uerum eſt, ſed non negat, quin illud quod acquiritur, ſtet aliquo momẽto in perſonis prædictorum, ut dicam infra in l. filiusfam.

Rurſus aduerte, quòd prędicta concluſio ſumpta ex l. placet, cum prçalleg. non procedit in iure, quod datur ad acquirendum, ſiue in iure adeundi aut agnoſcendi bonorum poſſeſſ. quod non acquiritur patri uel domino, ſed filio aut ſeruo: ut in d. l. j. in l. qui in aliena, in princ. de acquir. hęred. in l. ſeruo inuito. §. ad Trebel. & in l. fi. §. quis ordo. cum accumulatis per Bart. in l. is poteſt, colum. iiij. de acquir. hæred. & Bald. in d. l. j. in xviij. oppoſ. dum dicit, ꝙ extincto filio cui delata fuit hęreditas, uel bonorum poſſeſſ. regulariter pater non poteſt adire, uel bonor. poſſeſſ. agnoſcere: quia filius eſt perſona principalis, ideò perſona patris, quæ eſt acceſſoria nihil poteſt. l. cum principalis. ff. eod. & ſequuntur ibi Rimin. & Dec. in prima & iij. colum. Ius adeundi reſpectu ſui ipſius dicitur ius acquiſitum, reſpectu alterius ſucceſsionis dicitur quærendum. & quicquid dicat Bart. in quantùm eſt ius acquiritur patri & domino, quemadmodum alia iura: ſecus in quantum eſt facti, quia cohæret perſonæ filii & ſerui. §. ſed cũ factum. inſti. de ſtipul. ſer. l. cum proponas, in fin. cum gloſſ. C. de hęre. inſtit. & l. precia rerum, ſuprà ad l. falcid. ubi dicitur poſſe propterea ſeruum nolle adire, non etiam dominus poteſt, quia non eſt ei ius delatum, nec talis facultas cohærens perſonis prędictorum communicatur patri aut domino, ſecundũ Aretin. in d. l. is poteſt, colum. iiij. de acquir. hæred. & in l. Iulianus. §. de lega. j. Ruin. in d. l. Iulianus, colum. fina. dicit, uerum non eſſe, quòd ipſum ius adeũdi quæratur patri, quia ſecundum hoc hæreditas deferretur ſoli patri, qui propterea ſolus poſſet adire quemadmodum monaſteriũ inſtituto monacho ſine eo põt adire: quia ius adeundi quæritur monaſterio, ut ibi per eum. quod falſum eſt, & contra hunc text. Et quic

14 quid † dicat Aret. opinio Barto. eſt communis, quòd ius adeundi ſoli filio & ſeruo acquiratur, per hunc text. & prædicta. Ideò nimirum, ſi pater uel dominus ſine facto & uoluntate prędictorum hęreditatem adire nequeunt, nec bonorum poſſeſſ. agnoſcere.

15 Sed † quòd imò ius adeundi potius quæratur monacho, quam monaſterio, quicquid dicat Ruin. probat text. not. in l. Deo nobis. C. de Epiſc. & cler. & pulchrè tradit Aret. in d. l. is poteſt. colum. iiij. & v. & ita ſe habet communis opinio Legiſtarum, Cano. uerò ad oppoſ. ut dixit Ruin. ut per omnes in c. in præſentia, de proba. ubi Pariſius in penult. charta.

16 Diſpoſitio † autem prædicta l. placet. cum præalleg. non procedit hodie. ut C. de bon. quę liber. & de bon. mat. & inſtit. per quas perſon. nob. acquir.

De acquiſitione uerò reuocabili & irreuocabili ſuprà mentionata in

V alio

alio propoſito uide glo.& Docto.in l.ſi quis ita hæres.ff.de condi. inſtit. Paul.Caſtr.in l.j.col. iij.C. de furt. Aquenſ.id l.iij.in §.ex pluribus. ad fin.ſ.de acquir.poſſ.Deci.in l.j.col. vij.C.de pactis.in l.precibus, in gl. fina.C.de impub.& aliis ſubſtit. & in l.unica ad finem C.quando non pet.par. ubi ſcripſi. & per Corn. in l.apud hoſtes.C.de ſuis & legit. & eundem Deci.in l.j. colum.pen. C. qui admitti.dum loquitur de beneficio abſtinendi.

7 Vltimò † regula iſtius.l.noſtræ ut ex prædictis apparet, intelligitur, quando de intereſſe pecuniario agitur, ſecus ubi de ſalute animæ uel corporis: quia tunc inuito conferri poteſt beneficium.capit. nouit. de iudic.capit.qui emendat.xlv. diſtinct.cap.ipſa pietas, xxiij. quæſtione.iiij.nec mirum, quia ut membrorum ſuorum nemo dominus exiſtit, l.liber homo.ſ.ad l.aquil. ita nec animæ, cuius uita Deus eſt.c.reſuſcitatus, de pœnit.diſtinct.j.

Poſtremò in hac materia uide notabilem cautelam Bart. in l. quidam exiſtimauerunt, in fin.ſ. ſi certum petatur.]

SVMMARIVM.

1 *Gladij poteſtas delegari non poteſt.*
*Et quæ ſit ratio.*
2 *Pœna mortis & mutilatio membri non poteſt delegari.*
*Et quid de pœna digiti, uel auriculæ.nume.4.*
3 *Mutilatio membri non erat cognita de iure digeſtorum.*
5 *Quæcunque cohertio non poteſt delegari.*
6 *Modica cohertio corporalis delegari poteſt.*
7 *Cauſæ meri & mixti imperij ex conſuetudine delegantur.*

L. LXXI. VLPIANVS.

NEMO poteſt gladij poteſtatem ſibi datam uel cuiuſuis alterius cohertionis ad alium transferre.

SVMPTA eſt ex l. ſolent.ff.de offic.proconſ.& lega. ex §. fin.l. j.ff. de offic.eius,& l.imperium.ff. de iuriſd.omnium iudic. quæ leges omnes ſunt creaturæ Vlpiani, ſicuti & præſens regula, quæ materiam delegationis meri imperij continet, quæ in alio uerſatur pelago, eamque ſæpe tractauimus interpretando d. l. imperium.& titulum de offi.eius ubi plenè ſcripſimus, enucleando breuibus ac paucis uerum, & genuinum omnium legum ipſius tituli ſenſum. ideò hîc l. noſtræ intellectum tantummodò declarare conabimur.

1 Nota † gladii poteſtatē (quæ merum imperium alibi dicitur, in præalleg.l.imperium.) delegari non poſſe. Ratio eſt, quia ſpecialiter & in priuilegium maioribus magiſtratibus conceſſa fuit, & ideò delegatio prohibita.l.j.in princ. cum ibi not. de offi.eius.

2 Et quamuis † gladii poteſtas ad uitæ ademptionem referatur: idem tamen eſt in mutilatione uel abſciſione membri, quia tanta poteſtas exigitur

exigitur in abſciſione alicuius mem bri, quanta in toto corpore punien do: Dec.hic Feli.in c.ex literis. col. pen.de conſti.ubi animaduerſionẽ, de qua in.d.l.imperium. ad mortẽ
3 adaptari dicit.† quod uerum eſt ſecundum iura fforum, ſecundũ quæ pœna mutilationis membri cognita non erat: ut per Rimin. Seuerin. & Moder.Pap.in d.l.imperium. ſecus de iure nouo & nouiſsimo:ſecundũ quæ iura gladii poteſtas conſiſtit in animaduertendo in totum corpus uel in partem: ut per glo.& doct.in d.l.imperium. in uerſi. animaduertendum.& eſt text.in §.ad hoc autẽ id prohibemus.in auth. de collat. & ꝙ æquiparentur quò ad iuriſdictionem pœna mortis, & mutilationis membri ponit Bart.in l.Imperator. la ij.de ſtat.homin.lex igitur noſtra ſecundum iura fforum, & mentem Vlpiani authoris ipſius legis intelligeretur de gladii poteſtate uitã adimente: ſed inſpecto iure nouiſsimo & ſecundum mentem compilatorũ iſtius uolumiois ẽt de mutilatione membri intelligi poterit,per prędicta. Et omninò quod de toto corpore dicitur, locum habet ẽt in parte corporis.Intellige prædicta de mutilatione membri principali manus,
4 uel pedis.ſ.†ſecus in membro ſecundario, digito puta uel auricula. iſta enim ſunt de minori inferiorique imperio,vt poſt Alb.tradit.Aquen. in d. l.imperium.in ſecundo gradu meri imperii.& ſequitur ibi Gaſpa. Portug.in xliiij.col.ſuę repe.Alii tñ contrarium tenere uidentur: & ꝙ iſta ſint ẽt de mero imperio maiori, cùm pars mẽbri mortificetur: & idẽ iuris ſit partis quò ad partem, quod de toto quo ad totum.l. quæ de tota.ff.de rei uendi.facit.l. in ſeruorũ. ad fin.ff.de pœn. pro eadem opinione uide Dec.in d.l.imperiũ,in quinto gradu meri imperii.

Secundò not. ꝙ ſicuti prohibita
5 eſt delgatio ptãtis gladii,† ita cuiuſuis alterius cohertionis Dec.hìc inſiſtit diſputãdo de qua nã cohertione intelligatur:concludens tandem de corporali,quę delegari non poteſt. qui articulus ordinariè examinatur in d. l.imperium.& in d.§.fin.l.j.de offi. eius. & in l.fin.eo.tit. ubi Dec. idẽ tenet quod hic.& maximè in d. l.imperium.col. fi.ubi plenius loquitur.Mod.ibidẽ cõiter contrariũ uolũt,quodque text.de cohertione corporali magna intelligatur: ut hic ꝑ
6 gl.aliud † in modica,quia competit omnibus magiſtratibus iure magiſtratus,ideò delegabilis eſt,ꝑ regulã d.l.j.in princ.Et pariter quod hmõi modica cohertio in delegatũ trãſeat qñ ſine ea iuriſdictionem explicare non poſſet.§.fi.& l.fin.prędllegatis, ſecundum uerum ſenſum.rñ.accommodata per gl.& ſcriben.ad tex.noſtræ legis.ibi cuiuſuis alterius cohertionis,ut de cohertione magna itelligatur pro ueritate uiolentiã facit literæ.Nihilominus ut iura iurib.cõcordentur,ea expoſitio tolerari põt, quia modica cohertio pſonalis omnib. magiſtratibus,& iure magiſtratũs competit,ideò delegabilis eſt, ut prædiximus. Et tantò magis ꝙ l.ſolent, præalleg. unde ſumpta eſt noſtra,non dicit cuiuſuis, ſed tantùm cuius alterius:quo caſu uiolentia nõ eſt ſubintelligere, magnæ.corruptẽ,

V 2 itaque

itaque cuiuſuis. hæc legitur & ſolũ eſſe debet, ac legi cuius. Denique vt ſemel finiam, notandum eſt, quòd
7 † cauſæ meri, & mixti imperij ex cõſuetudine indiſtinctè hodie delegantur, etiam quò ad pœnam ultimi ſupplicii. Alber. de Roſ. in prin. d. l. j. in pen. colum. & ibi Dec. in gloſſ. poſsit. circa fin. & alii ſcribentes ibi idem. plura itaque effundere non expedit. & adde quę dicam in libro Exercitationum.

## SVMMARIVM.

1 *Fructus et utilitas rei eſt, poſſe etiam pignorare.*

2 *Proprietarius creditor, cui uſusfructus pignori datus fuit, non computat fructus in ſortem.*

3 *Pactum, quod pignus uendi non poteſt, non ualet.*

4 *Creditor uendere pignus non poterit etiam poſt terminum debitore precium offerente.*

L. LXXII. IABOLENVS.

FRVCTVS rei eſt, uel pignori dare licere.

QVEMADMODVM indicat inſcriptio, hęc fuit creatura Iaboleni Iuriſcon. poſita ad uerbum in l. fin. ff. de uſur. ubi eſt melior gloſſ. quàm hic, tot uerbis ſuperfluis non utens. hocque dicere Iuriſconſultus
1 intendit. Quod † ex quo fructus & utilitas rei eſt, poſſe etiam pignorare: ideò uſufructuarius rem pignori dare poterit, cuius uſumfructum habet. Dare, reſpectu ipſius uſusfructus intellige, non reſpectu proprietatis. l. intereſt. cum glo. C. de uſufruct. Et notandum eſt diligenter, quòd ſi
2 † proprietario res pignorata fuiſſet, & reſpectu uſusfructus conſtitutum pignus, quòd creditor non teneretur, tunc fructus in ſortem computare, quaſi cum proprietate cenſeatur tunc conſolidatus uſusfructus. c. conqueſtus. ubi Abb. not. de uſur. & tradunt Moder. de Fano. in tract. de pign. fol. xlix. colum. iiij. uerſ. quo
3 limitatur. num. 217. Item no. † non ualere pactum ne pignus uendi poſſit, tanquam publicæ utilitati repugnans. glo. l. ſi conuenerit. ff. de pig. act. Dec. hic, Modern. de Fano loco prælleg. in vj. parte princip. fol. 50. & Barb. in c. fin. colum. fin. de ſolut.
4 Si tamen † poſt terminum & ante uenditionem debitor ſolutionem offerat, non poteſt ad uenditionẽ procedi: ut per Dec. hic poſt Cardi. & æqua uidetur opinio, cum creditor tunc iuſtam querelæ cauſam nõ habeat, conſiderata attẽtaque oblatione ſolutionis, per quam tollitur omnis obligatio: ut inſti. qui. mo. tolli. obli. in princ.

## SVMMARIVM.

1 *Quæ cauſæ cognitionem, & decreti interpoſitionem requirunt, delegari non poſſunt. Limita nu 2.*

3 *Dictio, libellum, quomodò exponatur.*

4 *Cur miſsio in poſſeſsionem non delegatur, ſed bene cognitio.*

5 *Cauſæ cognitio, & interpoſitio decreti ex conſuetudine non delegantur.*

6 *Conſuetudo tantum habet de potentia, quantum de actu. Et nõ extendetur de caſu ad caſum. nu. 7.*

L.

L. LXXIIII. IABOLENVS.

OMNIA quęcunque cauſę cognitionē deſiderant, per libellum expediri non poſſunt.

SVMPTA eſt ex l.nec quicquā in §.j.de offi.procon. & leg.ubi Iaſ. in ult.col.ponit,quæ Dec. hic tranſcripſit. Si huiuſce regulæ uerba tantummodò conſideranda eſſent, interpretatio regulæ haud difficilis uideretur,quòd ea quæ exigunt cauſę cognitionem,ſicque aduerſarij præſentiam ſeu uocationem ne iniuſtè grauetur,aut lędatur,per ſupplicem libellum expediri non poſſunt, ſed uocanda ſit pars,& ſolenniter procedent.iuxta l.nam ita diuus.ff. de adopt.l.de uno.ff.de re iud.& l.fi.C. ſi per uim uel alio mod. ubi negotiorum merita partium aſſertione panduntur. facit l. minorum.C. de præd.min.& l.diuus.C.de in integ. reſtit.Sed quia hoc modo intelligendo lex eſſet de indubitabili, ideò reijcitur talis interpretatio per omnes,in d.§.ubi decretum.l.nec quicquam.

Nota ergo ſecundum receptam à ſcribentibus ſententiam, quòd om-
1 nia † quę plenam cauſæ cognitionem, & decreti interpoſitionem deſiderant & requirunt,delegari non poſſunt, nec per delegatum expediti. Ad idem text.in d.§.ubi decretū. & in l.cùm hi.in §.ſi prętor.ubi Baldus no.ff.de tranſact.& in l.mandata.cum not.per Dec.ibi in iiij.nota. ff.de offic.eius.& Iaſ. in ult. colum. prædicti.§.ubi decretum.In quibus locis doct.limitant,ex quibus limitationes nonnullas hic refert Deci.
2 Intelliguntque præfati † ſcribentes regulam iſtam in his, quæ officio iudicis nobili expediuntur:ſecus ſi officio iudicis mercenario iureque actionis expediantur: quia delegari regulariter poſſunt, quamuis plenā cauſæ cognitionem requirant. Rationem ponit Bart.in d.§. ubi decretum .colum.pen.in ij.lectu.quia primo caſu electa uidetur induſtria pſonæ, ſecundo non. ideò nimirum dicit, ſi primo caſu prohibita eſt delegatio,ſecundo autem non.Fulg.tamen Iaſo. & alii ſcribentes fatentur per dictam intelligentiam fieri uio-
3 lentiam tex.exponendo,† libellum, id eſt per delegationem, cùm ſit extranea expoſitio.Alcia.lib.ij.Parad. c.iij.aliter hunc text. interpretatur conſtituendo differentiam inter ſententiam & decretum. ( & fuit Bart. in §.ubi decretum.colum.penult.in prima lect. ubi latius hoc explicans poſt Iacob.de Aret.) dicit,differentiam eſſe inter ſententiam & decretum, quia ſententia eſt deliberatio iudicis continens in ſe cauſę deciſionem, abſolutionemque, uel condemnationem.l.j.ff.de re iudi. Decretum uerò eſt conſiderata,ſeu deliberata prouiſio iudicis, quaſi decretū cum deliberatione uerbum certum. Ex ſententia igitur abſolutio, uel cōdemnatio ſequitur, in decreto iudicis ſolùm authoritatem ſuam interponunt,& quod agitur ſibi iuſtum uideri pronunciant. In his cauſis Iuriſconſ.ſecundum præfatos uult nō ſufficere pro decreto ſubſcriptionē

iudicis ad libellũ porrectũ, ſed ſolenniter interſeri debere, cum cauſæ cognitionem deſideret. Sed iſtum intellectum relinquamus cum cæteris. text. enim dicit per libellum ſimilia expediri non poſſe: nõ autem per ſubſcriptionem ad libellum ſupplicem. hæc enim impropriationem continent, & diuinationem. Eapropter à communi gloſſ. & doctorum intellectu nõ recedas per libellum, id eſt epiſtolium, & breuiolum continens prædictorum delegationẽ: ita ꝙ nulla erit impropriatio. Et ꝙ textus ſic intelligi debeat probant præcedentia, quæ de delegatione loquũtur, & in principio ipſius legis nec quicquam, dicitur, nihil eſſe in prouincia quod proconſul per ſeipſum expedire non poſſit. & inde proſequendo materiam in §. ubi decretum, dicit, quod ea, de quibus ibi, per alium expedire non poteſt, hoc eſt per delegatum, ſed per ſeipſum, conſiderata itaque materia ſubiecta quæ eſt de delegatione, ac legibus immediatè præcedentibus, quæ de tali materia tractant, extraneum ab ſonũmque non eſt exponere per libellum, id eſt per delegationem in libello contentam, aliiq́ue tranſmiſſam ſecũdum ſubiectam materiam. Ex quo patet intellectus præcedentes, qui materię delegationis non accedunt, in propoſito noſtro minimè conuenire, nec procedere, ſecũdum mentem Iuriſconſul. hîc.

Deinde circa difficultatẽ in qua doctores ſe torquent. Miraturq́ue
4 † Paul. de Caſtr. ut hîc refert Deci. quomodò actualis miſsionis in poſſeſsionem prohibita ſit delegatio, in qua nulla cauſę cognitio requiritur cum tamen cognitio de mittẽdo in poſſeſsionem delegari poſſit. l. pen. §. ut bonorum. ſecundum communem intelligentiam. ff. de offic. eius. Reſponde ex dictis Aquen. in l. ij. colum. iij. ff. de iuriſdictio. omnium iudicum. & in l. iubere cauere. colũ. ij. & pen. eod. tit. ubi etiam Iaſ. col. iij. Curt. & Dec. in d. §. ut bonorum idcirco miſsionem in poſſeſsionem non poſſe delegari, quia in tali actu miſsionis in poſſeſsionem ſcandala oriri plerunque conſueuêre: propterea conſiderauit legiſlator. ꝙ maioribus magiſtratibus talem immiſsionem facientibus patienter magis acquieſcent hi, contra quos fit miſsio, quàm ſi per delegatos & pedaneos iudices fieret: unde ad euitandum ſcandala noluit lex actualem miſsionem demandari poſſe, licèt ceſſante ratione ſcandali cognitio delegari poſſit.

Nec obſtat quòd talis miſsio etiã per nuncium fiat: ut per Dec. in d. §. ut bonorum. quia repręſentat perſonam mandantis, & ipſe nuncius uerba concipit in perſona committentis, quod non facit delegatus, ut in propoſito declaeat Rimin. in l. j. ſuper glo. in uerbo poſſeſsionem. ff. de iuriſdict. omn. iud. Denique ut ſemel finiam, conſiderandum eſt, an
5 † prædicta hodie procedant: quia ſi ex generali uſu & conſuetudine cauſę meri imperii, etiam quantum ad pœnam ultimi ſupplicii, ut dictũ fuit in l. nemo poteſt. ad fi. ſuprà eo: delegabiles ſunt, fortius uidebatur delegari poſſe ea de quibus in hac regula. Niſi dicas, conſuetudinem prædictam

prædictam in cauſis criminalibus & meri imperii uigere, ne in cauſis ſanguinis quis ſe contra uoluntatem immiſceat, nō autem in huiuſcemodi cauſis mixti imperii, quæ plenam cauſæ cognitionem cum interpoſitione decreti exigunt. uel etiam in cauſis ſimplicis iuriſdictionis inde-
6 legabilibus. † Conſuetudo enim tātùm habet de potentia, quantum de actu, & non plus: ſecundum Bald. in. c.j.in princ.colum.v.qui feu.da. poſ. Item tantùm habet de effectu & potentia, quantum habet de uſu & non plus, proprioſque terminos facti & uſus non excedit. Bal. in l.fi. C.communia utr.iud.Bart.in l.j.§. ſi quis hoc interdicto.ff. de itin. actuque priu.Iaſo.in conſil. cxcij. ad fin.in ij.uolum.& Alex.conſ.lvij.in
7 iij.uolum. † ubi dicit conſuetudinem propterea non extendi extra caſum ſuum, ſicuti nec ſtatutum. de quibus etiam Balb.in tract. præſcr. & Curt.in tract. de conſu. in pluribus locis.

## SVMMARIVM.

1 *Cui hæreditas defertur, illi onus tutelæ imponitur.*
*Limita 4.modis & nu. 3.*
2 *Statutum quòd agnati cognatis præferantur, præferuntur etiam in tutela.*
3 *Tutela matris & auiæ non regulatur ab hæreditate.*
4 *Tutor an defuncto pupillo abſque agnatis & cognatis ſuccedat.*
5 *Sicut fratri defuncto uocatur frater & mater, ita etiam ad tutelam.*

L. LXXIIII. PAVLVS.

QVo tutela redit: eo & hęreditas peruenit: niſi cùm fœminæ hæredes intercedunt.

SVMPTA eſt ex l. j. ff. de leg. tut.licèt Iuriſcon. hîc ordine cōuerſo regulam tradat. Vbi igitur hæreditas, ibi regulariter tutela. d. l. j.& iij.eo.ti.& l.fi.C.de leg.hær.& §.ex his.in auth.de hær.ab inſt. & inſtit. de leg.patr.tut.eo.inquit, ipſo quo hæreditate libertorum, ſi inteſtati deceſſiſſent, iuſſerat lex ad patronos pertinere, crediderūt ueteres uoluiſſe, leges etiam tutelas ad eos pertine-
1 re, quia † plerunque ubi ſucceſsionis eſt emolumentum, ibi etiam tutelę onus eſſe debet. Plerunque autem ſubiungit legiſlator, ideò dixiſſe, quia fœmina excipitur, ut in lege noſtra. Et eſt hæc regula in naturali rōne fundata ſecundum gl.d.l.j.propterea glo.hîc non ab re dixit hanc legem eſſe filiam l.ſecundum naturam.ff.eo. Et ſicut excipitur fœmina ita eadem ratione excipitur minor. ſecundum glo.hîc.per text.l.fi.C.de leg.tut. Excipe etiam caſum, ubi propter delictum patronus iure ſuccedendi priuatur: quia non priuatur onere tutelæ.§. interdum autē. ubi Bart.not.l.j.præalleg. Quartò intellige regulam iſtam de tutela legitima, quæ defertur ab inteſtato. ea enim tutela à ſucceſsione inteſtati regulatur: ideò in ipſa hæc regula procedit, aliàs ſimpliciter intelligendo, ſequeretur tutorem datiuū præferri

cuicunque legitimo hæredi, ac agnato, & cognato, quod falſum eſt, ſecundum omnes: ut hic per gloſſ. & Corn. in l. nutritoribus. C. communia de ſucceſſ.

Et per hanc regulam quòd illi deſertur hæreditas, cui onus tutelæ, & econuersò: infertur ſecundum Bar.
2 in l. j. in princip. ff. de leg. tut. quòd † ſi agnati cognatis in hæreditate à ſtatuto præferantur: eodem modo in tutela prælati intelligũtur, quodque tutelæ onus ſubeant. Alia quædam allegat hic Dec. & ultra. uide eundẽ in conſ. xvj. ubi atteſtatur opinionẽ Bart. communem, licèt aliqui cõtrarium tenuerint, & ita etiam conſuluit Signorol. de Homodeis in conſil. ij. & ſequitur Bald. in §. j. inſti. de leg. agnat. tut. ſicque aliâs in practica obtinui. Et quemadmodum Bal. ait, prædicta procedũt in tutelis iuſſis, quæ agnationis cognationiſque iure deferuntur, in quibus idem iudicatur de tutela quod de hæredita-
3 te, ut dictum eſt: ſecus † in tutelis permiſsis: ut in tutela matris & auię quibus non iubetur tutela, ſed permittitur, in auth. ut liceat mat. & auiæ, in pluribus locis huiuſcemodi tutela non regulatur ab hæreditate, ideò quamuis prędictæ perſonæ excluderentur ab hæreditate, non tamen excluduntur à tutela alio nõ apparente, ut hic per Decium poſt Ioan. And. & Salic. & per eundẽ Deci. in cap. ex parte M. col. l. j. de appellation. & pro hac opinione ipſe Decius conſuluit in præallegato cõſil. xvj. & antea ſic conſuluerat Alexan. licèt Dec. de ipſo tunc non fuerit memor, in conſ. cx. uiſo. lib. iij. & Barb. in conſi. xj. uolu. iij. quam opinionem approbat etiam Corn. in l. ſi. ad ſt. C. de legi. hæred.

4 Infertur etiam ex iſta regula ſecũdum glo. hic † tutorem debere ſuccedere pupillo defuncto agnatis cognatiſque deficientibus excluſo fiſco. Bart. hic reprobata gloſſ. contrarium firmat per text. in l. nutritoribus. C. communia de ſucceſſ. ubi gubernator perſonæ illi non ſuccedit, minus ſuccedere debet gubernator rerum, & ſic tutor. Miror quòd Decius. ſuper hoc articulo nihil dicat. Corn. in d. l. nutritoribus. opinionẽ Bart. communem aſſerit, cum idem teneant Dyn. Oldr. Salic. Fulgoſ. & Benedict. de Plumbi. ibi relati. Eo quia iure cautum non reperitur, quod gloſſator hic dixit: & ita poſt Iacob. de Aret. tenet hic Alb. de Rosa. Cui quidem opinioni adhærere uidentur Angel. & Roma. in l. j. C. unde vir & uxor. prout ibi refert Corn. & Iacob. de ſancto Georg. in tractatu de Rhoidis. colum. v. ubi gloſſ. noſtram à doctor. ait, damnari. Dyn. hic, prout referunt Corne. & alii in locis ſuprà alle. & etiã ĩ al legandis. Bald. Ang. Paul. de Caſt. & Corn. in d. l. nutritoribus. & Alexã. hic in apoſtil. ad Bart. ſequuntur opinionem glo. noſtrę hic. quam etiã ſimpliciter referunt & approbant Ang. in l. ſi quando. la ij. C. de bon. uacan. lib. x. Ioan. de Plat. in l. j. col. iij. C. ſi liber. impe. Soci. lib. x. Bal. in l. ſi qua illuſtris. C. ad orficia. ubi dicit, quòd uulgo conceptis non habentibus uxorem uel lineam maternam ſuccedit tutor: aliâs ſuccedit fiſcus. Et ſimiliter expoſitis apud hoſpitale

ſpitale miſericordię ſuccedat hoſpitale, ultimò fiſcus tanquam in bonis uacantibus. hanc gloſſ. ſequitur etiam Alex. in conſil. xxxj. colum. ij. uolum. j. Imol. in l. ſi quis filio exhæredato. in §. eius. ff. de iniuſt. rup. & Dec. in l. j. colum. fin. C. unde uir & uxor. Eo caſu ſcilicet quo pupillus moritur tutela durante, aliàs ſecus. argum. l. matres. C. ad tertul. per regulam legis quæ ſatis clara eſt. quòd unde prouenit tutela, exinde prouenit ſucceſsio: cùm à pari uideantur iſta procedere: & ad eum debeat peruenire hæreditas, ad quem tutela deuoluta fuit. Et aliter intelligendo ineptè hęc regula poſita fuiſſet. Delatio enim tutelæ ſecundum ordinē ſucceſsionis in hæreditate regulatur non econtrariò. d. §. ex his. ſecundū Corn. loco prælleg. ſubiungentem propterea hanc regulam multùm facere pro opinione iſtius glo. Et licèt regula non faciat ius, ſed recitet: tamen in antiquis legibus, quas fortè non habemus, ſtatutum id eſſe poterat: Vel etiam dici poteſt, ꝙ imò regula ius facit intranſitiuè accipiēdo: iuxta ea quæ dixi in l. j. ſ. eod. Et ad l. nutritoribus. reſpondetur, quòd loquitur in nutritore, qui de nutrito mercedem recepit: ſed hæc glo. loquitur de tutore, qui bona ſine mercede adminiſtrat, & cuius periculo ſunt bona. Nec obſt. replicatio Ang. & Roma. in d. l. j. C. unde uir & uxor. quòd ea ſolutione attenta ſequeretur procuratorem perpetuò conſtitutum uideri domino ſuo ſuccedere poſſe, propter onus propter obligationem & periculum. nam ſecundum Rimin. in d. l. j. faciliter reſponderi poteſt, quòd diſpoſitio legis noſtrę loquitur in tutore, non in aliis adminiſtratoribus: idcircò locum nō habet in curatore: ſicut nec lex deferens tutelam ad inſtar ſucceſsionum, locum ſibi uendicat in curatore. l. j. & iij. ff. de leg. tut. Præterea d. l. nutritoribus. nō loquitur in tutore habente gubernationem perſonæ & rerum pupilli, ac ius & poteſtatem in ipſo pupillo. Inſtit. de tuto. in prin. ideò inductio facta per Barto. de l. nutritoribus. ut dicunt Bald. Imo. & Rimin. prælleg. multùm eſt à remotis. Nec obſtat ſi dicatur, prætor in edicto ſuo de ſucceſsione huiuſcemodi non meminit faciendo tantummodò quatuor capita, quibus deficientibus fiſcum ad mittit. l. j. §. j. ff. ſi tabu. teſt. nul. exta. iuncta. l. j. & fi. ff. de ſucc. edict. quod non eſt credendum ſi iuris id fuiſſet. Poteſt reſponderi ſatis uideri factam mentionem in l. ij. in §. fin. ſ. unde leg. Facit quia liberalitatis imperialis ſocius, & ſimiliter ſocius reſpectu collegij, ad hæreditatem excluſo fiſco admittūtur: & tamen de eis non eſt per prætorem facta mentio, niſi ſub generalitate, per d. l. ij. Et ſimiliter ad iura quæ uxorē poſt fiſcum uocare uidētur, reſpon. intelligi, niſi extaret tutor, quemadmodum interpretationem talem patiūtur reſpectu ſociorum, de quibus ſuprà. Nihilominus recedendum non eſt ab opin. Bart. quam uidentur ſequi Corn. ſibi contrarius in d. l. j. colum. fi. C. unde uir & uxor. & latius, clariuſque ibidem Rimin. in ult. colum. quia talis ſucceſsio non reperitur introducta per l. xij. tabul. neque

de

de iure prætorio, nec ex aliqua parte iuris ciuilis. Vnde ueriſimile non eſt, ꝙ ſi per tutorem uoluiſſet fiſcũ legiſlator excludi, hunc caſum adeò notatu dignum,& frequentem omiſiſſet. Erubeſcere ergo debemus ſine lege loquentes.l.illam. C. de collat. propterea in ſucceſsione fiſco dandus eſt locus.l.fi.ff.de ſucc.edict.l.ij. §.an bona.ff.de iure fiſ.l. nutritoribus. ut uidimus,nimium à remotis uenit.Et licèt tutor à nutritore differat propter periculum & onus tutelæ,non ſequitur ſola illa ratione ſuccesſionem (ut ait Corn.) deferri ad legem noſtram,ſuper qua ſolummodo fieri poteſt ſtringens fundamentum pro opinione Bartol. reſpondehoc intendere, ꝙ eo iure quo quis ad tutelam uocatur,ad hęreditatem pariter uocatur, ſecundum ordinationem.l.xij.tab.prælleg.l.j.cũ duabus ſequen.ff.de legi.tut.& tamẽ dicta lex ad ſucceſsionem non uocabat.niſi proximos agnatos, quos etiam uocabat ad tutelam. de aliis autem tutoribus qui non eſſent proximi agnati, non habebatur mentio: ideò lex iſta ſimpliciter ponendo,ꝙ à iure quo tutela prouenit, proueniat etiam ſucceſsio ſeu hæreditas, intelligi debet ſecundum iura pręalleg.ut ita demũ uidelicet procedat, ſi ſunt agnati proximi, ſecundũ Rimin.Replicari tamen poteſt, quòd licèt lex.xij.tabul. ita intelligeretur, non ſequitur ſic etiam intelligi debere hanc regulam, quæ ſumpta eſt etiam ex aliis legibus, & quæ generaliter loquitur. Propterea ꝙ dicta iura necnõ & regula noſtra intelligi debeãt in tutelis,quæ iure agnationis, & cognationis ab inteſtato deferuntur,probari poteſt per reductionem ab abſurdo. Si enim aliter diceremus & uellemus intelligere, maximum ſequeretur inconueniẽs & abſurdum, ꝙ tutor teſtamentarius & tutor datiuus agnatos cognatosque contra omne ius excluderẽt: quod nemo ſani capitis diceret. Et uelle legem iſtam intelligere, prout glo.interpretari uoluiſſe uidetur, aliis propinquis, agnatis & cognatis non exiſtentibus,eſt mera diuinatio & uiolentia ad iſtum text. ſimpliciter & indiſtinctè loquentem. Suadetur hæc intelligentia per exceptionem, quam Iuriſconſultus hîc ſubdit de fœminis quibus hęreditas defertur, licèt non deferatur tutela,ut etiam dicitur in d.l.j.ff.de legit. tut. quamuis enim dicta regula per contrarium loqui uideatur, ꝙ ſicut lex xij.tab.proximum agnatum ad ſucceſsionem alicuius uocat: ita & ad tutelam.Sub dictis tamen uerbis,ſecundum Rim.comprehenditur regula econuersò, de qua hîc Iuriſcõſultus agit, eſtque una & eadem regula. quoniam lex non defert tutelam niſi proximo agnato, quem ad ſucceſsionem etiã uocat. propterea hæ regulę conuertũtur, dicit Rim. unaque comprehenditur ſub altera: patet per hunc text. ubi exceptio fit de eo,quod eſt in caſu conuerſo ad expreſſum in regula.Subtilis hæc declaratiõ procederet qñ cõcederetur regulam iſtam accipi ab illa l.xij. tabu.ſed quia id concludenter nõ probatur,& ab aliis legibus,ut dixi, ſumi etiam potuit,ideò generalius dici reſponderique põt: ꝙ loquitur in tutelis

tutelis quę iure agnationis & cogna
tionis deferuntur, in quibus idem
quod de hæreditate iudicatur, ut di
ximus: & ſic non refert quo ordine
dicendi regulas has enũcies. Fateor
tamen, excepta hac regula omnia a-
lia iura ordine cõuerſo loqui, ꝙ cui
defertur hæreditas, defertur & tute
la per conſequentiam: ut ibi ſit o-
nus, ubi eſt emolumentum.l. j. &
iij.ff.de legit.tut.l.fi.C.de leg.hære.
§. ex his. inſtit. de legi. patr. tut.
Quæ omnia bene nota tanquam
ſubtilia, & alibi non diſcuſſa. Deni-
que infertur ex prædictis, quod ſi-
5 cuti† frater utrinque coniunctus u-
na cum matre ſuccedit. auth. defun-
cto.C.ad Tertul. ita etiam ipſi fra-
tri & matri deferatur tutela. ſecun-
dum Fulg.& Cor.in l.fi. ad finem.
C.de legi.hæred.

SUMMARIUM.

1 *Diſpoſitio generalis, etiam militem comprehendit.*

§ Nemo poteſt tutorem dare cuiquam, niſi ei quem in ſuis hæredibus cùm moritur habuerit, habiturusve eſſet, ſi uixiſſet.

Sumptus eſt ex legibus per glo.alleg.& eſt clarus.Dec.hîc quædam ſcribit de tutore & curatore, tã à patre quàm à matre datis, & tam inſtitutis, quàm exhæredatis, tãque legitimis & naturalibus, quàm naturalibus tantùm, item & extraneis: quæ omnia poſuit Bartol.in l.iij. ff.
de teſt.tu.in l.ſi patronus,& in l.na
turali.ff.de cõfir.tut.reaſſumpſitque
Ang.Are.inſt.de tut. & in ſuo teſta
mento in uerbo, tutores autem. Ad
illud uerò quod glo. hîc colligit de
1 † generali diſpoſitione, ꝙ locum ſi-
bi uendicat etiam in perſona priui-
legiata, ut in milite per l.ij.ff.de te-
ſta.tut. uidenda ſunt quæ plenè ſcri
pſi in l.j.ī.eod. tit.

SUMMARIUM.

1 *Vis, quid ſit.*

2 *Vis pluribus modis committitur. & nume.6.*

3 *Armatus quis dicatur.*

*L.iſti quidem.§.final.ff. quod metus cauſ.ornatur.*

4 *Clam fieri, quando dicatur.*

5 *Tutor rem pupilli quando emere poſsit.*

§ Vi factum uidetur id eſſe, quod de re quis cùm prohiberetur, fecit. Clam, quod quiſque cùm controuerſiam haberet, habiturumve ſe putaret, fecit.

Ista regula eſt etiam clara, ap
primeque declaratur per Iuriſcon ſ.
in l.j.& iij.quod ui aut clam. Eſt au
1 tem † uis, maioris rei impetus, cui
reſiſti non poteſt.l.ij. ff. quod met.
cau.l.ſi merces.in §.uis maior.ff.lo-
2 ca.cum ibi no.† Et uis dicitur armis
facta, etiam quòd arma quæ ad la-
tus quis habebat non extraxerit, uel
ea depoſuerit: ut hîc p Dec.& prius
per Alexand.in conſi. xlviij.lib.iiij.

Intellige tamen dummodò poteſtas reaſſumptionis armorum in faculta te,& bailia ipſius deponentis eſſet: ut ibi per Alexand. De qua materia uide etiam Moder.Bono. in practica cauſarum crimina.in §. conſtãte.
3 Quis † uerò dicatur armatus, ponit pulchrè Cice. in oratione pro Aulo Cecinna.fol.iij. Et nihil intereſt in ſe quis uim ueritus ſit an in liberis ſuis.l iſti quidem.§.fin.ff.quod metus cauſ.de quo pulchrè Barb. in c. in præſentia colum.Iv. de probbat. Felin.in c.afferte.col. j. de præſumpt.Iaſ.& Dec in l.pactum.colum. fina.C.de colla.Neuiza.in ſylua nu-
4 ptiali.colum.iij. Et clam † pluribus modis fieri dicitur: ut hic per Dec. & prius per Felin.in cap. conſuluit circa finem.de officio delegati.Et in quantum dicunt actum factum per interpoſitam perſonam clã fieri dici & fraudem præſumi: ut per Bartol. in l.pupillus.in §.fin.ff.de authorita te tutorum,adde text. cum ibi not. per Bald.& alios in l.cùm ipſi.C.de contrahenda emptione.eundẽ Bald. pulchrè in conſi.ccxlvij. Titius lib.
5 quarto, ubi ponit † tutorem iuſto precio imminente debito, ſubhaſta tionibusque & decreto adhibitis rẽ pupilli per interpoſitam perſonam emere poſſe, dummodò non clam, ſed palam id faciat: dicens exempli gratia, nolo talem pro me emere, uel aſſerens ab interpoſita illa perſo na uelle poſteà emere. ceſſat enim tunc fraudis præſumptio: & ita quã doque ſeruari uidi: eſtque diligenter not.text.l.j.ad finem.ff.quod ui
6 aut clam,quòd † ſi te uolentem uenire ad prohibendum ne aliquid facerẽ, alius armis detinuerit abſque meo dolo ui feciſſe non uideor, dicit text.de quo uide Barbat. in conſilio decimotertio,folio ultimo libri tertii.

SVMMARIVM.

1 *Quæ in teſtamento non intelliguntur, perinde habentur ac ſcripta non eſſent.*

2 *Legi,& intelligi differunt.*

§ Quæ in teſtamento ita ſcripta ſunt, ut intelligi nõ poſſint: perinde ſunt, ac ſi ſcripta non eſſent.

PONITVR ad uerbum in l.ij. ff.de his quæ pro non ſcript.hab. & in l.j.ff,de his quæ in teſtam.delen. & eſt clara.Obſcurè itaque † oppo- 1 ſita & producta,ita ut legi aut intelligi nequeant,pro non oppoſitis & productis habentur. ut hic per Deci.Facit text.no.in l.quicquid aſtrin gendæ.cum glo.& notatis.ff.de uerbo.oblig.& in l.ſed & ſi pupillus.in §.proſcribere.cum ibi nota.ff. de in ſti.& in l.Titiæ textores.ubi per do cto.ff.de leg.j.cum pluribus aliis ad ductis per Signo.in conſi. lix. Paul. de Caſt.in conſil.ccxxxiij. in antiquis.Felin.in c.ex parte decani. col. xiij.&xv.de reſcript.Alex. in l. cùm quid.colum.ij.ff.ſi cert.pet.Ioan.de Ana.in conſi.xxv. & uide Guidonẽ Papæ in q.ccxlij.diximus etiam in l. ſemper in obſcuris.ſ.eodem.Eſtque
2 † differentia inter legi, & intelligi. legi enim ſic accipiendum eſt, non intelligi,ſed oculis perſpici quæ ſcripta

pta ſunt. Cæterùm ſi extrinſecus intelligantur, non uidentur legi poſſe. ita dicit text. in l.j. ff. de his quæ in teſta. delen.

SVMMARIVM.

1 *Stipulari abſenti quomodò quis poſſit.*

2 *Donatio abſenti facta ſtipulante notario, an reuocari poſſit antequàm acceptetur.*

§. Nec paciſcendo, nec legem dicendo, nec ſtipulando quiſquam alteri cauere poteſt.

SVMPTVS eſt ex legibus per gloſſ. alleg. ubi limitationes traduntur. Et expone textum iſtum ibi, legem dicendo, id eſt conuentionem l. legem C. de pact. Et ibi cauere, id eſt acquirere, ſecundum glo. uel generalis interpreteris hoc eſt, prouidere. Dec. hîc quædã ſcribit, quomodò † poſsit quis ſtipulari, prouidere. & acquirere abſenti: ſed eſt materia quam Alex. Iaſ. & alii ordinariè & latius examinant in l. ſtipulatio iſta. in §. ſi ſtipuler. & in §. alteri. ff. de uerb. oblig. Angel. Aret. & cæteri in §. ſi quis alij. inſtitu. de inutil. ſtipula. in quibus locis plures limitationes ad hanc regulam dantur. tradit etiam Iacob. de ſancto Georg. in ſua feud. inueſti. in uerbo nobiles. ponens an frater pro fratre poſsit in feudalibus ſtipulari, & an extraneus pro extraneo. Accedant etiam quæ Alciat. ſcribit lib. j. Paradoxorum c. ij. declarando tex. dicti §. alteri. dum loquitur de appoſitione pœnæ ad pactum, de quo in hac regula.

Et ad id quod hîc in fin. utiliter ſcribit Dec. † de donatione abſenti facta, notario ſtipulante, quòd reuocari poteſt ante acceptationem per abſentem illum factã, * quum adhuc non ſit ius quæſitum abſenti irreuocabiliter ante acceptationem & ratificationem, ut dixi in l. id quod. in l. inuito, & in l. ſi librarius, hoc noſtro titulo, in l. ij. in v. q. C. de pact. inter empt. & uen. & in l. fi. char. pen. & fi. C. de pact. Pariſi. in conſi. lxxxij. colum. j. lib. j. quamuis ex ſtipulatione notarii acquiratur alicui obligatio & utilis actio ipſo iure. i. ſine ceſsione, etiam ante acceptationem: quicquid dicat Soci. iunior in conſil. cxxvj. colum. ij. libr. ij. ſecundum communiter ſcriben. præalleg. & infrà alleg.

In hoc tamen utili puncto communis uidetur eſſe contra id quod hîc ſcribit Dec. & pro opin. Bald. in l. cum à ſocero, circa fi. C. de iur. do. quòd quum ex ſtipulatione notarii ſit tertio abſenti ius quæſitum, etiã ante acceptationem, licèt reuocabiliter, quia ſi non uult, non cogitur retinere & poteſt ante ratificationẽ abdicare à ſe & remittere eſt tñ per ſtipulationem notarii ius ei quæſitum, quod abſque facto ſuo etiã ante ratificationem per donatorem puta uel alium tolli non poteſt, ut in pluribus aliis locis uoluit Deci. quẽ in locis præalleg. citaui. Et ita conſuluêre excellentes uiri Aret. conſilio lxxiiij. Diligenter, colum. iiij. Ruin. pulchrè conſil. cxix. lib. j. & in conſi. xlj. & xlvij. lib. v. Caſſanæus in conſil.

ſil.iiij.colum.xix.cum ſequẽ. Pariſi. conſil.lxix.colum.xiiij.& xvj.lib.iij. dicens ꝙ ſi donatio facta fuerit abſenti in iudicio, acceptante iudice pro abſente, donatio efficitur irreuocabilis, ne duo decipiantur, ut ibi per eum. Idem conſuluit Alexandrinus in conſil.xix.& ſequenti in quibus locis alij eandem opin.tenentes allegantur.] cap.ij.de conſtit.aliàs unde iura oriri debent, naſcerentur iniuriæ, contra l. meminimus.C.unde ui. Pro limitatione tamen uidenda ſunt quæ ſcribit Decius in conſilio dcxxij.Et ponitur etiam iſta regula in c. non debet aliquis, cum ſequen. de regulis iur.in vj.ubi ad quæſtionẽ repręſaliarum doct.inferunt.

SVMMARIVM.

1 *Hæc regula non procedit in iudice, uel quando fit auctoritate publica.*

L. LXXV. PAPINIANVS.

NON debet alteri per alterum iniqua conditio inferri.

SVMPTAM cõſtat ex legibus per glo.alleg.Et inter præcepta iuſtitiæ eſt honeſtè uiuere: alterum non lædere: & ius ſuum unicuique tribuere. fundaturque in hac regula, ſecundum glo.hic,& Soc.in l.Iulianus.colum.ij.ff.de conditionibus & demonſtrationibus. Et intelligitur

1 †regula in priuato, non autem in iudice, uel ſi authoritate publica id fieret. ſecundum glo.& Dec.hic.faciũt quæ dicam in l.non eſt ſingulis. infrà eod. ſed non poteſt tunc dici iniqua conditio, uerum ex iuſta & rationabili aliqua cauſa factum. Bart. in §.fi.l.fin.ff.de pignor. actio. Alexand.in l.j.colum.penult.ff.ſol.matrim.Felin.in c.quæ in eccleſiarum. colum.xj.de conſtit.omnes Can. in

SVMMARIVM.

1 *Verbum conſilium,& uerbum iniuria.quomodò accipiantur.*

2 *Doctor conſilium in cauſa ſibi commiſſa non poteſt mutare.*

3 *Clauſula ſaluo ſaniori, uel meliori conſilio, quando poni debet in conſilijs.*

4 *Doctor in conſilio uoluntario poteſt mutare opinionem in melius,& eſt laudabile.nu.5. cauere tamen debet,ut ab igne.nu.8.*

6 *In legali ſcientia qui confidunt in ſe,grauiter errant.*

7 *Deus quandoque ſententiam in melius mutat.*

9 *Doctoris opinio, quam in conſilio poſuit,præualet illi quam poſuit in lectura.*

10 *Limita ut hic,& nu.11.*

12 *In principe uariatio & incõſtantia maximè reprobantur.*

L. LXXVI. PAPINIANVS.

NEMO poteſt mutare conſilium ſuum in alterius iniuriam.

SVM-

SVMPTA fuit ex legibus al-
leg.per glo.hic. & in c. quod ſemel
placuit.& in c.mutare. de regul.iur.
in vj. ubi ſimiliter ponitur hæc re-
gula . & plures limitationes ponunt
1 ibi gloſſ.& docto. Conſilium † hic
pro placito & uoluntate accipitur :
iniuria uerò pro damno & detrimē
tn alterius : ut probatur. in d.c.mu-
tare.cum glo.

Et per iſtam regulam dicunt Bal.
& Philip.Franc.in d.c.mutare.Dec.
& alii in §.j.l.j.ff.quod quiſque iur.
2 ꝙ † doctor, qui in cauſa ſibi com-
miſſa deciſiuum conſilium dedit,il-
lud mutare non poteſt. facit text.l.
qui arbiter.ff.de arbit. & l.iudex po
ſteaquàm.ff.de re iudi. Ideò in con
3 ſiliis deciſiuis † inepta uidetur illa
clauſula, quę per aliquos apponi ſo
let, ſaluo ſaniori conſilio,uel melio
ri potionque iudicio & ſentētia:iu-
xta l.Claudius Fœlix. ad fin. ff. qui
potior.in pignor.haben.in fin. cum
his quæ ſcribit Angel. in conſil. cx.
incip.Sanctiſsima. in nouis,ſed con
uenit prædicta clauſula in conſiliis
uoluntariis , modeſtiamque & ho-
neſtatem quandam præſe fert, non
autem detrahit deciſioni conſulen-
tium : ſecundum Barba. in conſil.j.
* colum.xvij.lib.iij.* & Curt.in l.ij.
§.j.per illum text.in ult.colum.ſ.de
4 iudic . ] Licitum eſt enim † in præ
dictis conſiliis uolūtariis in melius,
ſi uiſum fuerit,opinionem mutare:
ut per Dec.hic,& in l. edita.in not.
C.de eden. & in l.precibus.in ij. no
ta.C.de impub.& aliis ſubſtitu.Bar-
ba.in conſi.j.colum.xxv.& conſi.x.
col.ij.& conſi.lviij.colum.vj. uol.j.
nam propter diuerſa phātaſmata ge-
nerantur quotidie in nobis diuerſæ
intellectiones.Ariſt.in lib.iij.de ani
5 ma.ideò † turpe non eſt, ſed lauda-
bile in melius mutare ſententiam.l.
nonnunquàm.ff.de coll.bon.c. ma-
gnæ.xxiij.q.iiij.c.cum ceſſante.cum
not.de appell.& c.qualiter & quan-
do.el j.de accuſatio.ubi Felin. in ij.
not.probat correctionem, opus eſſe
charitatis, quæ à ſeipſo incipit, ma-
6 ximè † in hac legali & profunda ſciē
tia.in qua, ut dicebat Aret.qui con
fidunt in memoria & intellectu ſuo
ſæpe grauiter errant , prout omnes
noſtri prædeceſſores errarunt,errāt-
que:,niſi qui gratia Spiritusſancti in
uiam ueritatis diriguntur iuxta il-
lud quod ſcribitur.3. Regum. Ecce
dedi tibi cor ſapiens & intelligens
nam quæ ſcimus minima pars eorū
ſunt (ut dicūt philoſophi.)quę igno
ramus: propterea dicebat Iuriſcon-
ſultus ille ſenio iam confectus . & ſi
alterum pedem in foueam haberē ,
adhuc quidem diſcere uellem,refer-
tur per Pompo.in l.apud Iul.ff.de fi
deicom.liber. Hinc illud eſt, quan-
doque bonus dormitat Homerus :
ut ait glo.in c.ſi quis cum nouerca.
xxxij.q.vij.laudabile igitur,& philo
ſophicum tēperamentum eſt in qui
buſcunque actionibus noſtris , ubi
error poteſt reparare,clauſulam pręe
7 dictam apponere . Imò Deus † ipſe
quandoque ſententiam in melius
mutat: hoc eſt quod Auguſti.dixit.
Nouit Deus mutare ſentētiam,ſi tu
noueris emendare delictum. de pœ-
nit.diſtin.j.c.nouit Deus.Et Ezech.
1. Conuertimini ad me, & ego ad
uos conuertar,dicit dominus. an ad
hoc oſtendendum inualidum eſt

Ezechiæ

Ezechiæ exemplum de illo utique 4. Regum. 20. legitur, quod cũ grauiter ægrotaſſet, uenit ad eum Eſaias propheta dicens, diſpone domui tuæ: quia morieris, & non uiues: qui cõuertit faciem ſuam ad parietem, fleuitque fletu magno, orauitque dominum. & antequàm egrederetur Eſaias mediam partem atrii, factus eſt ſermo domini ad eũ dicens. Reuertere, & dic Ezechiæ, audiui orationem tuam, & uidi lachrymas tuas, ecce adiiciam ſuper dies tuos quindecim annos. ex quo patet, ꝙ Deus ſententiam ſæpe reuocat, cum peccatores humiliter ad illum conuertuntur.
8 Attamen † ut ab igne cauere debet doctor conſulens, uel reſpondens à uariatione prædicta propter malignitatem linguarũ: ut per Dec. hic. & in l. edita. in not. & in l. precibus. in ij. not. C. de impube. & ali. ſubſtitu. ubi refert Socin. qui ita fecerat, erubuiſſe, dum ſecum de illis contrariis conſiliis loqueretur. facit text. not. in l. fi. C. de modo mul. ibi, erubeſcẽda uarietate iudicii. Sed moueo elegantem difficultatem.
9 Pone † quòd doctor conſulendo contrarium tenuerit, eius quod legendo firmauerat, cui opinioni erit adhærendum? Barb. in prælleg. conſil. j. colum. xxv. uerſi. non obſtat. & Alex. in conſi. clxxxv. col. viij. uerſi. xv. non obſtat. uolum. ij. uoluit præferri debere opinionem conſulẽtis: quia magis deliberatè proceditur cõſulendo quàm legendo. Sed Soci. in conſi. xxxj. colum. j. uolum. iij. contrarium aſſerit, doctor enim legendo non inducitur ad conſulendum amicitia uel lucro, quæ in rebus dubiis apud homines pluſimũ ualent. Ego non diſcederem à prima opinione: quia ut dixit Alex. conſulendo magis deliberatè procedit, ideò ea opinio potius attendi debet. arg. text. in l. diui fratres. ff. de iure patr. Quia etiam in lectura diſputationis gratia multa dicuntur, quæ conſulendo quis nõ firmaret. Nec obſt. quæ de amicitia & lucro dicebãtur: quia præſumendum non eſt, quòd in detrimentum animæ ſuæ hiſce reſpectibus quis moueatur. c. cũ æterni. de re iudi. in vj. nemo enim præſumitur immemor ſalutis ęternæ. c. ſancimus. j. q. vij. imò præſumẽdum eſt pro eo, quem apex tantæ dignitatis attollit. arg. text. in c. non uos. xl. diſtinct. Verum tamen eſt, quòd ſi
10 † in diſcurſis conſiliis aliquid diceret, deinde talem articulum plenius in lectura examinaret, ſtaretur tunc opinioni quam in lectura tenuiſſet, prout erat in caſu conſultationis Soci. ſuperius relatæ. Facit text. not. in d. l. diui fratres. ibi, Iuriſperitis adhibitis plenius tractaremus. & inſti. de leg. in §. optionis. ibi, diligentiore
11 tractatu habito. Pariter † quando melioribus moueretur rationibus in lectura quàm in conſilio, probanda eſſet illa opinio quæ melioribus ſubtilioribusque rationibus fundata eſt. cap. capellanus. de fer. cap. ego ſolis. ix. diſtinct. & uoluit Barbat. in prælleg. conſil. j. colum. xxv. quæ omnia bene nota, quia nuſquam ſic diſcuſſa reperies.
12 Illud autem not. eſt, ꝙ † inconſtãtia & uariatio reprobatur, maximè in principe: ut hîc per Dec. & in c. j. de probatio. & in conſi. ccccclxxx. &

& alibi ſæpe.Hinc Pilatus ſententiã contra Chriſtum, quamuis peſsimè latam, noluit corrigere, reſpondẽs, ꝙ ſcripſi, ſcripſi: & ſi diuina ordinatione: (ut Theol.ponunt,) factũ fuerit illud. Hinc eſt,ꝙ Dauid, qui regnum promiſit Salomini, nõ mutauit conſilium 3.Regum.I.Et Saul qui filiam in coniugem Dauid pro miſerat, malè fecit conſilium mutando.1.Regũ. 18. Et Sanſon pluribus damnis Philiſteos affecit, quia ſponſæ ſuæ parentes mutato conſilio illam alteri dederant.

## SVMMARIVM.

1 *Ad acquirendum hæreditatem animus præcipuè requiritur, qui niſi ex certa ſcientia perfici poteſt.*

2 *Clauſula ex certa ſcientia, non excludit probationem erroris per euidentem ignorantiæ apparẽtiam.*

3 *Clauſula ex certa ſcientia, æquipollet clauſulæ de plenitudine poteſtatis: & clauſulæ non obſtante.*

4 *Clauſula ex certa ſcientia quando non operatur.*

5 *Principi facienti ex certa ſcientia nemo poteſt dicere, cur ita facis.*

## L. LXXVII. PAPINIANVS.

IN totum omnia, quæ animi deſtinatione agẽda ſunt: non, niſi uera, & certa ſcientia perfici poſſunt.

GLO. in totum, id eſt omninò exponit referendo ad fin. l. Dec. ad principium melius dicit referri, nihil tamen alleg. nec ordo literæ intellectum Decii patitur, ut diligenter intuẽti apparet. Et melius quàm faciunt gloſſa, & Decius exemplificari poteſt hæc regula in l. hæres inſtitutus. iuncta l.gerit.ff.de acqu.
1 hæred. Ad †acquirendum hæreditatem animus præcipuè requiritur.d. l.gerit.animi igitur deſtinatione acquiritur: ideò non niſi uera & certa ſcientia perfici poteſt. Vnde hæres inſtitutus, ſi putet teſtatorem uiuere, qui iam defunctus eſt, hæreditatem adire non poteſt. Item ſi ſcit ſe hæredem inſtitutum: ſed an purè uel ſub conditione ignoret, adire non poterit, licèt purè hæres inſtitutus ſit.d.l.hæres inſtitutus. Vbi igitur conſenſus requiritur, actus ille ex certa ſcientia fieri debet, non per errorem: quia errans non conſentit.l.ſi per errorem.cum ibi no.ff.de iuriſd.om.iud. ut not.hic Dec. & late traditur in l.error.C.de iur.& fa-
1 ct.ign.Operatur autem† clauſula ex certa ſcientia, ne errorem allegare quis poſsit: non tamen excludit probationem erroris, nec euidentem ignorantiæ apparentiam: ut hic per Dec. De hac clauſula ex certa ſcientia, quæ ſolet in inſtrumentis & contractibus, necnõ aliquando in reſcriptis principum apponi, quid importet & cuius ſit effectus, ultra alle.hîc per Dec. quia eſt materia uulgata, & trita, infinita poſſent allegari: ſi placuerit, uidebis Alex.conſi. iiij. colũ. pen. lib.j. Socin.conſi.xl. colum.iiij. lib.j.& conſi.lxxiij.colum.iij.lib.iij. & lxxix.colum.vij.uolum.iiij. Felin. in c.ſi cautio.colum.v.de fid.inſtru. Iaſ.conſi.clx.colum.fin.lib.iiij. Dec. conſi.ceccbaiij.colum. pen. Moder.

Taur.in l.ij.in §.fi.col.xiij.ff.ſi cer. pet.Vital.de Camb.in tract.clauſularum.fol.vj. ubi loquuntur de clauſula,ex certa ſcientia in cōtractu appoſita.De appoſita in reſcrip.principum : uide Bart.in cōſi.cxcvj. Abb. in capitulis. ?.alleg.& in conſil.lxij. colum. iij.& lxxxiiij.col. ij. de Ioau. de Ana.in conſil. lxxxj. Aret.conſil. lviij.col.ij.& conſi.lxij.Alex.conſi. cxxij.colum.fi.cum ſeq.conſ.lib.iij. & conſi.xvj.colum.pe. lib. v. Barb. conſi.xxvij.lib.ij.Areti.in l.poteſt. colum.ij.de uulg.Soci.conſi.xij. colum.iiij.lib.ij.Curt.Iun.conſi.j.col. ix.Felin.in cap.nonnulli.in princip. colum.xxj. uerſi.reliqua. & in §.j.colum.xv.in vj.fall.de reſcr. & in c.cū inter.char.j.ubi Pariſ. colum.iiij.de except.Dec.& alios in c. ad hæc. de reſcrip.& in conſi.cccvij.colum. fi. Gozadi.in conſi. v. In quibus locis
3 ponunt,ꝙ † clauſula ex certa ſcientia principis æquipollet clauſulæ de plenitudine poteſtatis, qua princeps uti non debet ſine cauſa, & idem operatur ꝙ clauſula non obſtāte : per tradita in l.idem Vlpia.ff.de excuſa. tut.& in l.quidam conſulebat. ff. de re iud.& ꝙ tollit omne obſtaculū, confirmando id quod eſt inualidū :
4 † quodque nihil operatur, quando princeps de negotio notitiam nō habuit. nec operantur dictæ regulæ, quando proceſſum fuit ſine cauſæ cognitione: ut per Dec. loco proxi. alleg.In abſentia itaque principis talis clauſula appoſita nihil operatur, ut uult hîc Dec.Ego crederem ſi apponeretur,ꝙ effectum operaretur ſi cui cætera, ob clauſulam quæ ſolet in literis adiici,abſentia noſtra non obſtante, quoniam ſic fieri iuſsimus &c.niſi probaretur ignorantia, ſed non ſolent dictæ clauſulæ in literis apponi abſente principe. Item non expedit dictas clauſulas poni quando conceſsio ſit ſine alterius præiudicio: ita Bald.in l.fin. colum.ij. C. ſent.reſcin. non poſ. & de prædicta clauſula plura ſcribit Pariſi.in diuerſis ſuis conſi.Et principi† aliquid faſ
5 cienti ex certa ſcientia, nemo poteſt dicere cur ita facis: ſecundum Bald. ut per Iac.de S.Geor.in ſua feud. in ues.in uerſi.princeps.colum.j.Iaſ.& Socin.inter conſilia Brun. in conſil. vij.cum ſequen.ad quod ego allegare ſoleo illud euangelicum Ioā. iiij. Vbi diſcipuli inuenientes Chriſtum loquentem cum muliere illa Samaritana mirabantur , nemo autem dixit, quid quæris, aut quid loqueris ?

## SVMMARIVM.

1 *Actus,eſt terminus generalis.*
2 *Actus legitimi qui dicantur.*
3 *Statutum excludens bannitum ab omni actu legitimo, comprehendit ſucceſsionem paternam.*
4 *Actus legitimi qui non recipiunt diem uel conditionem, uitiātur per oppoſitionem prædictorum.*
5 *Emancipatio diem uel conditionem non recipit,& quæ ſit ratio.*
6 *Adoptioni dies appoſitus eam uitiat.*
7 *Monachus uel prælatus ad tempus fieri non poteſt, niſi de licentia papæ.*
8 *Monachus poteſt habere uxorem ad tempus cum diſpenſatiōne papæ,ſed debet adeſſe magna cauſa.nu.9.*

Acce-

10 *Acceptilatio diem uel conditionem non recipit,& quæ ſit ratio.*
11 *Hæreditatis aditio conditionem non recipit,& ponitur ratio.*
12 *Et quid in bonorum poſſeſſ.agnitione uel acquiſitione uſuſfructus. numero.13.*
14 *Optio ſerui,diem uel conditionē non recipit.*
15 *Tutoris datio quando ualeat ſub cōditione expreſſa,uel tacita: ſi detur à iudice,uel in teſtamento.Et ponitur ratio.nu.18.*
16 *Error expreſſus uitiat: non tacitus.*
17 *L. Furioſus.ff.de tut. quomodò procedat.*
19 *Tutoris authoritas conditionem non recipit.*
20 *Matrimonium carnale poteſt contrahi ſub cōditione,modò certa ſit perſona: ſecus in ſpirituali.*
21 *Sententia conditionalis an & quandò ualeat.*
22 *Legitimatio fieri poteſt ſub conditione.*
23 *Hæredis inſtitutio an conditionem uel diem recipiat.*
24 *Actus legitimi disiunctionem non recipiunt.*
25 *Hæc regula limitatur,& nume.27. 28.& 30.*
26 *Clauſula,ſi & inquantum, quid operetur.*
29 *Electio,& collatio beneficij an recipiant conditionem.*
31 *Hæc regula quòd habeat locum in cōditione de præterito uel præſenti.*

L. LXXVIII. PAPINIANVS.

ACTVS legitimi, qui nō recipiunt diem uel conditionem: ueluti emancipatio, acceptilatio, hæreditatis aditio, ſerui optio, datio tutoris: in totum uitiatur per temporis uel conditionis adiectionem. Nōnunquam tamen actus ſupraſcripti tacitè recipiunt, quę apertè comprehenſa uitium afferunt. nam ſi acceptum feratur ei qui ſub cōditione promittit: ita demum egiſſe aliquid acceptilatio intelligitur, ſi obligationis conditio extiterit. quę ſi uerbis nominatim acceptilationis cōprehendatur, nullius momenti faciet actum.

DIVIDITVR iſta lex in tres partes. In prima ponit dictum. In ſecunda limitationem. In tertia declarationem ipſius limitationis. ſecunda ibi, nonnunquàm. tertia ibi, nam ſi.

Bart. reputat hanc legem no. Moder. Pap. in l. cùm quid. colum. v. ff. ſi cer. pe. ſe nunquam uidiſſe legem teſtantur, ad quam difficilius ſit aſsignare rationem, quàm ad iſtā. ideò cùm ſit lex multum rigoroſa, eā reſtringit ad caſus hic expreſſos & enumeratos. In princ. text. ibi, actus legitimi aduerte ꝙ actus de potentia egreditur, & ideò dicitur effectus potentiæ: legitimus autē dicitur, quod obuenit uel firmaē à lege. ff. de uerbo. ſign. l. lege obuenire. Ex quibus concluditur, ꝙ actus. i. effectus po-

tentiarum lege uallati uel approbati, non recipiunt diem uel conditionem contra ſubſtantiam uel naturã ipſorum actuum: imò adiectiones quæ tales ſunt, inficiãt ipſos actus: ut hîc & in c.fin.de conditio.appoſ. ut ſcribit Ioan. And.in regula actus legitimi.de reg.iur.in vj. in mercu. ubi eſt tex.concordans cum noſtro. Et nota quòd actus eſt terminus ge-
1 neralis, † ut hîc colligitur & probatur.in l.Labeo.la ij.š. tit. proximo.
2 Actus † uerò legitimi ſecundum glo.& Dec.dicuntur omnes inuenti uel approbati à lege & quacunque parte iuris ſcripti: ut in §. conſtat. inſtit.de iur.natural. & l. legitima. cum gloſſ. ff.de pact.& latius tradit Dyn. in d.c.actus.in princ. Et ideò
3 ſi † ſtatutum excludat bannitum ab omni actu legitimo, quamuis prima facie non uideatur excludere à ſucceſsione paterna, quia eſt actus iuris naturalis, cùm talis hæreditas & ſucceſsio de iure naturali & diuino fuerit inuẽta, nihilominus quia eſt approbata per l.xij.tabu.& ius ciuile.§.j.inſtit.de hær.quæ ab inteſt. & nihil repugnat quin dicatur actus legitimus, comprehendetur ſub tali ſtatuto excludenti ab omni actu legitimo, & repelletur bannitus. ita late conſuluit Alex.in conſil.lxxv. uiſis & diligenter.lib.j. Et idẽ dici poteſt de teſtamentaria ſucceſsione: ut pulchrè per Ruin.in l.iij. colum. fi. ff.de leg.j. Et ſecundum Dec.hîc, uidentur omnes actus legitimi, qui non prohibentur à lege.argum. tex. cum glo.in l.necnon.in §.quod eis. ff.ex qui.cau.mai.quòd omnia uidelicet a lege permiſſa & approbata uidentur, quæ non reperiuntur prohibita. adde Bart.in l.mutus. in prin. ff.de procurato. dicentem per illum text. quòd in genere permiſſorum omnia intelliguntur permiſſa, quæ ſpecialiter non reperiuntur prohibita. Et clarius meliusq; proceſsit hic Iuriſconſul. tradẽdo iſtam regulam limitatã, quàm fecerit ſummus Pontifex in d.c.actus.generaliter & abſolutè loquendo de actibus legitimis: ut ibi per glo.circa fin. Et niſi eſſet regula iſta per quam illa declaratur, ſaluari malè poſſet, quod ibi dixit legiſlator.

Not.ergo non eſſe faciendam regulam, quòd actus legitimi non recipiant diem uel conditionem.nam emptio, uenditio, locatio, conductio, ſocietas, mandatum, donatio, hæredis inſtitutio, nouatio, matrimonium, ſtipulatio, & cæteri contractus ſunt actus legitimi, ita quòd non reciperent conditionem uel diẽ quod eſt falſum, ut infinitis iuribus probatur, quemadmodum ſcribunt Dyn.& cęteri in d.c.actus.& Raph. Com.in conſi.xcviij.& Rimin. in l. j.colum.fi.C.qui admit. Verum ex mente & intentione Iuriſconſulti
4 hic, facienda erit regula, † ꝙ actus legitimi, qui diem uel conditionem non recipiunt, uitiantur per appoſitionem prædictorum. Et ſic doctrina reſtringitur in caſibus hic expreſſis, ut quòd in contrarium ſit regula: quia quod poteſt fieri purè, etiã ſub conditione regulariter fieri poteſt.§.emptio.inſti.de empt.& uen. §.omnis ſtipulatio.inſti. de uerbor. obl.cum gloſſ.in uerbo, in diem.ad fi.ubi Angel.Aret.& alii not. idque

uolunt

uolunt gloſſ.& Dec. hic Curt. loco præalleg.glo.& ſcribentes in d. cap. actus legitimi.propterea Dy.ibi circa fi.commen.ex mente gloſ.noſtræ hic, poſt illa uerba, actus legitimi. ſubaudit quidam, quod non eſt neceſſarium, neque conſentaneũ huic legi propter relatiuum, qui ſubſequens, de cuius natura eſt reſtringere.i.omnes populi.ff.de iuſti.& iur. l.cunctos populos.ubi omnes ſcribẽtes tradunt.C.de ſumm.trini. ita ꝙ ſine tali ſubauditione regula reſtringitur, & intelligitur de actibus legitimis non recipientibus diem uel cõditionem. nec ſe reſtringere oportet: ut hic facit Dec. ad caſus hic expreſſos: cum ſint etiam alii caſus ultra hic expreſſos, in quibus exemplificari poteſt præſens regula: ut per glo.& ſcribentes in d.c. actus legitimi. Erit igitur doctrina, ꝙ actus legitimi regulariter fieri poſſunt purè, in diem, & ſub conditione: niſi in caſibus a iure expreſsis, quorum aliqui ponuntur hic, aliqui per glo.d. c.actus.

Sed dicet tunc ſubtilis lector, his conſideratis & attentis erit hic fallẽtia & limitatio: malè ergo pro regula lex iſta hic ponitur? Niſi reſpondeas, ꝙ de caſibus exceptis & in iure ſparſis, uoluit hic Iuriſconſultus doctrinam dare & regulam, quæ non ita clarè alibi apparet, aut legitur. Item in tex.ibi actus ſupraſcripti.aduerte, quia ſecundum gloſſ.hic, non ad omnes, ſed ad duos tantum ex dictis actibus refertur ad acceptilationem ſcilicet, in qua Iuriſconſultus hic dictum ſuum exemplificat: & ad dationem tutelæ, ut probatur in ſti.de Attlia.tut.

5 Primum igitur † exemplum hic datum eſt in emãcipatione. ſi enim emancipem filium meum Imperatore in Italiam ueniente, uel ſi de ea diſceſſerit, emancipatio nullius eſt momenti: ſecundum Dyn.loco præalleg.Et de huiuſcemodi emancipatione quomodò fieri debeat, ut uiribus ſubſiſtat, uide Ang.in conſi. xliij.incip.Pater.& conſi.lxxxix.uiſis. Bald.in l.ij.C.ut lite penden. Alex. in l.eſt receptum.circa fin.ff. de iuriſdict.omn.iudi. omnes ſcriben. in §.noſtra.inſtit.quib. mod. ius patr. pot.ſol.Legem uerò non inuenio à qua ſumatur, quod de emancipatione hic dicitur, nec docto. rationem aſsignat, ſed dici poteſt, hoc ideò eſſe, quia filiatio ſeu patria poteſtas in ſuſpenſo ſtare non poteſt: ſed ſimpliciter uel eſſe debet, aut non eſſe: quæ ratio ſumi poteſt ex l.ſi tibi. in fi.infrà allegata. Facit quod dicimus de beneficio, quod furioſo conferri non poteſt, cum in pendenti collatio ſtare nequeat. cap.ij.de elect. in vj. ut per Ioan. Fabr. & Ang. Aretin.in §.furioſus. inſtit. qui teſtam. tut. dar. poſſ.

6 Pariter † dies appoſitus adoptioni eam uitiat. text.eſt nota.in l.ſi tibi filius.ff.de adopt.ubi Bald. Ang. & omnes ſignant, dicentes, quòd ea quæ non poſſunt ad diem limitari, propter limitationem diei uitiãtur: ſicque non ſolùmodò uitiatur dies, ſed totus actus, quicquid in ſecũdo intell. dicat ibi glo.malè intelligẽs tex. in uerbo actio, & in uerbo actione: intelligitur enim, ut ex eodem apparet, de actu, ſecundum quod Iu

 riſconſ.

riſconſul.hic loquitur. Non obſt.l. cum precario. ff.de precar. quia ibi dies erat ſecundum naturam actus. At in l. ſi tibi. diminuebat ( ſecundum Bald.ibi ) de ſubſtantiali natura actus,ut in l.noſtra. ſuperflua igitur non uitient, ſed contraria ſic.l. teſtamentum.C.de teſta.Ex qua le-
7 ge not. Bald. ibi † monachum non poſſe fieri ad tempus,nec ad tempus prælatum eligi,qui dicitur pater:niſi de mādato Papæ,intellige, ut per Phil.Franc.in d.c.actus. Qui ſummus Pontifex de plenitudine poteſtatis poteſt etiā facere ꝙ matrimonium ad tempus duret.exempli gra-
8 tia,ꝙ † monachus poſsit habere uxorem uſque ad procreationem ſobolis,ne forte nobilis ſtirpis & proſapia deficiat: ſecundum Bald.ad fi. d.l.ſi tibi.adducentem.not. per Ioā. And.in d.c.actus.ubi hanc quæſtio. diſputat in fi.Pontifici conſulens,ut ab huiuſcemodi diſpenſatione abſtineat.Si tamen diſpenſet, uidetur tenere ꝙ ualeat.& cum Ioan.And.trā ſit ibi ſimpliciter Phil.Franc. Tu uide Iaſ.declarantem & reſtringētem prædictam concluſionem in l.fi. C. de tranſact.& ut breuibus agam,cō-
9 munis eſt doct.concluſio, † Papam non poſſe diſpenſare cum aliquo in ſacris conſtituto ut uxorem capiat, niſi ex magna cauſa, puta ſi eſſet Rex infidelis, qui uellet cum regno ſuo ad chriſtianitatem tranſire, aut diſpenſatio paritura eſſet perpetuā pacem in patria,ingensve bellum ſedaret,aut magnū diuini cultus propter paucitatem fidelium contingeret augmentum, ſeu id tenderet ad communem totius eccleſiæ utilitatem,uel ſaltem regni aut prouinciæ illius eccleſiæ: ut per Abb. in c.cum ad monaſterium.ad fin.de ſtatu monach.& in c.j.de uoto. & in c. propoſuit.colum.iij.de conceſ.præb.& in cap.ex publico.de conuer. coniu. Imo. in l.in ſubſtitutione.ff.de uulga.Gemin.in cap.de illo.xxxij. diſt. & per bea.Thom.in ſecunda ſecundæ quæſt.lxxxiij.art.xj.& q.clxxxvj. ✱ art.viij.in fin.* Et Bald. in l. ſi pater.§.fin.ſ.de adopt. ubi notat eſſe magis ſtandum generationi, quàm ingreſſui religionis. propterea filius unicum regis ingredientem monaſterium,peccare potius, quàm mereri.poſſeque Papam diſpenſare ne regnum pereat,idem uult Bal. ipſe in l.ſi tibi.illo eod.tit. ] Propterea conſultum uidi per ſolennes uiros, ſummum Pontificem non potuiſſe diſpenſare cum quodam magno nobili pede mōtano diacono ut uxorem acciperet, ex quo cauſa magna arduaque non ſuberat.Faciūt quæ nouiter ſcribuntur per Lud.Gozad.in conſi.ſuo lj.Pariſ. Cardin. in conſi. lxviij.lib.iiij.

Secundum exemplum hic poſitū
10 † eſt de acceptilatione, quæ liberationis eſt ſpecies.ff.de acceptil.l.j.cū not.ubi ponitur etiā diffinitio.Sumitur autem iſtud exemplum ex l. iiij. & ſeque. illiuſmet tit.Et licèt Mod. Papien.in l.cum quid.colum.v.ff.ſi cert.pet.dicant non poſſe aſsignari rationem cur fieri nequeat ſub conditione ſicuti ſtipulatio : tamen reſpon.Imol.loco præalleg.poſt gloſſ. ideò eſſe, quia uidetur eſſe peccatū in forma acceptilationis, cū ex ſui forma ſtatim liberare deberet,quémadmodum

admodum ſolutio, ideò uitiatur totum, per ea quæ habentur in l. Iulianus. in §.ſed & ſi quis.ff.ad exhiben.& in l.an inutilis.ff.de acceptil. ubi uide Imol. Reſtringeque & declara iſtud exemplum de acceptilatione ſub conditione facta, quæ inutilis redditur ad cōditionem expreſſam,ſecus in tacita, ut hic ſubiungit Iuriſcon.

Tertium exemplum eſt de aditio
11 ne hæreditatis. † aditio enim ſub condirione facta,ſi nauis, puta, ex Aſia uenerit, nullius eſt momenti. text.eſt in l.cum qui.in §.ſi.ff.de acquir. hæred. Et ratio eſt ſecundum Bart.ibi,quia talis aditio conſiſtit in uoluntate, quæ uoluntas firma non eſt,ſi conditio apponatur. Franc. de Curte in d.l.cum quid.colum.v.dicit hanc rationem Bart. nō multum concludere: plus non dicit. tu contra ipſam rationem poſſes adducere inſtantiam de matrimonio, quod conſiſtit in libera uoluntate. c.gemma.de ſponſa.& tamen contrahi poteſt ſub conditione. toto tit. de condi.appoſ.Item intellige dictum exēplum de conditione in facto conſiſtente: ſecus ſi in iure: ut infrà dicetur. Et quamuis hæreditatis aditio ſuſpendi,ut hic dicitur,nequeat: ſe-
12 cus † tamen eſt in agnitione bonorum poſſeſsionis per filiumfa. facta patre ignorante de iure fforum. ſtabat enim in ſuſpenſo & pendenti: quia patre ratificante ſibi acquirebatur,aliâs inefficax reddebatur.l.fi.ff. quis ordo in bo.poſ.ſer.& l.j.C.qui admi.ubi poſt ſcribentes diuerſitatis rōnem diximus.hæreditatis enim aditio in pendēti ſtare nequit, quia eſt actus legitimus,ut hic dicitur,ſecus in bonorū poſſeſsione: maximè quia ſatis habuit prætor ꝙ ex ipſa agnitione nullum infertur patri præiudicium,cùm non implicetur oneribus hæreditarijs, neque reſpectu uſufruct. niſi agnitionem factā per filium ratificauerit.d.l.fin.ff.quis ordo.& l.fin.in multis locis.C. de bono.quæ lib.Alex.& Dec.in d.l.j.colum.iiij.v.& ult.

13 Acquiſitio † uerò uſusfru. ipſius hæreditatis poteſt ſtare in ſuſpenſo & pendenti,quādo per filium ignorante patre adita fuit hæreditas, uel agnita bonorum poſſeſsio,quia ſi pater ratificet,acquiretur ſibi: per d.l. fin.in multis.ſi uerò ratificare nolit uſusfructus conſolidabitur cū proprietate & filio acquiretur: per illū text.Et hanc conclu. circa uſumfructum uoluit gloſſ.bene intellecta in d.l.j.in uerbo ratam.in fi. quam ibi ſequuntur Bart. & ſcribentes communiter. licèt Aret. in hoc articulo de uſufructu ſe reſoluere neſcierit, in l.ſi quis mihi.in §. iuſſum. colū. iiij.ff.de acquir.hær. Et ſi ſubtiliter opponatur contra prædicta de l. uſusfructus.ff.de ſtipul.ſer. ubi uſusfructus nō poteſt eſſe ſine perſona, nec ſtare in pendenti: ergo contra. Reſpond.ꝙ uſusfructus eſt ſeruitus perſonæ cohærens, ideò ſine perſona, ad quam certitudinaliter habeatur reſpectus,ſtare nequit: & ita cō tingebat in d.l.uſusfruct.ut ibi.optimè declarat Imo.ſed in caſu noſtro dabatur certa perſona filii aut patris cui hærere debebat: unde nimirum ſi poteſt ſtare in pendenti, ut aliæ diſpoſitiones inter uiuos.l.final. ff.

communia præd. Faciunt not. per Bart.in l.iiij.colum.fin.ff.de ſeruit. dum tractat uſumfructum qui poteſt conſtitui ex tempore & ad tempus. & not.id quod.in d.l. uſusfru. in iij.colum.poſt Ang.dicit Imo. ꝙ ſi ſeruus hæreditarius ibi ſtipularetur uſumfructum hæredi futuro, ualeret ſtipulatio: quia apparet certa perſona ad quam determinari debet uſusfructus. * Et licèt uſusfructus perſonaliſsimus ſit,poteſt tamē ambulare de perſona in perſonam ex uolūtate teſtatoris.l. ſi quis uſum fructum,ubi ſcribentes notant ſ̄.de uſufr.leg.]

14 Quartum exemplum eſt † de optione ſerui. glo.citat.§.ortionis.in ſtit.de leg.qui tex. bene loquitur de optione ſerui, ut plura alia iura tit. de opt. leg. ſed non inuenio legem loquentem de appoſitione conditionis uel diei annullante uel irritante optionem ſerui.

Quintum & ultimum exemplū hîc poſitum, eſt de datione tutoris, 15 † quæ non recipit expreſſam conditionem, & ſi adiiciatur,reddit dationem tutoris inutilem.l.muto.§.ſub conditione.ff. de tut.ſecus eſt in tacita: ut hic per glo.pariter declarantē regulam debere intelligi de ea tutela, quæ datur à iudice, non de teſtamentaria: cum in teſtamento dari poſsit tutor ad certum tēmpus,& ex certo tempore, uel ſub conditione: ut dicit text.inſtit.qui teſta. tut.dar. poſ.in §.furioſus.& §.ſequen.Ratio autem quare expreſſa conditio in iudiciaria tutela uitiet, non autem tacita contra regulam.l.iij.ff. de leg.j. ꝗ expreſſio eorū quę tacitè inſunt, nihil debet operari.Moder. Pap. in d.l.cùm quid.colum.vj. neſciunt uidere bonam rationem. Tu dicas, ꝙ quantum ad uitiandum actum non tantum operatur tacitum,quantum 16 expreſſum: unde † error expreſſus uitiat, non tacitus.l.& ex diuerſo.in §.ſi iudex.cum glo.ff.ſolu.matr. ita intelligi debent hæc lex & l. expreſſa.ſ̄.eo.ſecundum Alex.in d.l. cùm quid.colum.ij.ſequitur Ruin. in d. l.iij.colum.iij.ff.de leg. j.tacitum ergo iſto caſu non habetur pro expreſſo,quia actus uitiaretur: ſecundum Socin.ind.l.cùm quid. Iterum prædicta intellige de tacita conditione in caſibus in quibus iudex non poteſt purè & ſimpliciter prouidere,ut in §.ſed & ſi teſtamento.cum.§.ſeq. iuncta glo.in uerbo,condit.inſti.de attil.tutor.aliâs ſecus.nam tacita cōditio quæ ineſt ex uoluntate diſponentis quæ poterat non ineſſe, ita ſuſpendit, & eiuſdem effectus eſt cuius expreſſa: ut per Bart. in l. iniurioſus. ff.de tut. propterea dicen- 17 tem, quòd † illa lex procedit in tutela à teſtatore data: non in data à iudice, & eſt diligenter no.ſecundum Bartol.ibidem ad finem, quòd prædicti caſus procedunt & intelliguntur in conditione tacita in qua tutela finitur,non in ea in qua tutela ſuſpenditur.

18 Ratio † autem differentiæ quare potius ad diem & ſub conditione à teſtatore dari poteſt tutor, quàm à iudice, eſt: ſecundum Ioan.Fab.in §.ad certum.inſtit.qui dari tut.in teſta.poſ.quia actus iudiciarius in ſuſpenſo ſtare non poteſt.l. quemadmodum.ff.de iudi.ſed Barto. in d.l. muto.

muto.in §.ſub conditione.reprobat per text.l.j.in §.biduum.ff. quando appel.ſit.dicẽs poſt Pet. de Bellapertica, rationem eſſe: quia factum teſtatoris in eo quod deficit per iudicem ſuppleri poteſt, qui datiuum cõſtituet tutorem, ita ꝙ nullo tempore reperietur pupillus ſine tutore, ſed factum iudicis non poteſt per alium ſuppleri: ideo ſi daret tutorem ſub conditione non eſſet qui ſupplere poſſet iſtum defectum & pupillo damnoſum eſſet: ideò ſibi iniungitur, ꝙ purè & perfectè tutorem det: ut per Cyn.in rub.C.de teſtam. tute.& Ang.Are.in præalleg.§.ad certum. qui ſubiungit eſſe menti tenendum ad declarationem & intelligentiam dicti.§.ſub conditione, ꝙ illa uerba, ſi ſatiſdederit. de quibus ibi, non faciunt conditionem quę ſuſpẽdat tutoris dationem, ſed bene faciunt conditionem quæ adminiſtrationem ſuſpendit: & talis expreſsio facta à iudice intelligitur facta ſecũdum quod tacitè inerat, aliâs uitiaretur tutoris datio, ut ibi. & tradit Bart.in l.j.circa princ.ff.de condi.& demonſt.adde pulchrè Dec.in conſil.cxix.colum.ij.in princ.& in l.pre cibus.colum.v.C.de impuber. & aliis ſubſtitut.Ruin.in l.iij.colum.x. & xij.ff.de leg.j.ubi poſt Imolam dicit fuiſſe ibi ad cautelam expreſſum illud, quod tacitè inerat executioni, & modo quo inerat, ideò nihil operatur.

Vltra caſus hîc enumeratos, põt ſecundum glo.hic & Dyn.loco præ alleg.exemplificari iſta regula in au
19 thoritate † tutoris:eſt enim actus legitimus qui conditionem non recipit. text. eſt not. in l. & ſi conditionalis.ff.de autho. tur. ubi Bartol.& Alexand.not.& reſtringunt ut infrà dicam.

Alia exempla uide per glo.& doct.in d.c. actus,& Philip.Franc. in
20 c.ij.de elect.in vj.ubi ponit † de matrimonio carnali, quod licèt poſsit contrahi ſub conditione, modò certa ſit perſona: ſecus tamẽ in ſpirituali. eſt enim ait, actus legitimus, qui non recipit conditionem nec modũ ut ibi per eum.

21 De ſententia † uerò conditionali, an & quando ualeat, quia Dec. hîc ad fin.unum uerbum tetigit, uide latius Bart.in præalle.§.biduum. cum longa apoſtilla Alex.ibi.Bald. in l.peremptorias.colum.v.C. ſenten.reſcin.non poſ.Anch. in conſil. ccix.colum.vij.Dec.in c. præterea. colum.iij.de appel.Fel.in c.quod ad conſultationem.colum.j.de re iudi. Socin.in l.quibus diebus. in §. quidam Titio.colum.fin.ff. de condit. & demonſt.

Et ex prædictis infertur ad deciſionem alterius not. quæſtionis de
22 † legitimatione filiorum, an fieri poſsit ſub conditione, ne ſuccedant patri ſi filios legitimos & naturales habuerit? Videbatur quòd non, ob regulam noſtram: quia legitimatio eſt actus legitimus, & prædicta conditio uidetur eſſe contra ſubſtantiã actus qui geritur, quia de ſubſtantia filiationis uidetur eſſe, ꝙ ſi filius eſt ſuccedat patri ab inteſtato. Contrarium eſt uerius, quòd ſub conditione fieri poſsit, licèt ſit actus legitimus, cùm non ſit de enumeratis in regula iſta, uel per aliam legem, & ita

ita conſuluit Raph. Commen. in conſilio.xcviij. Suppoſito. ſequuntur Dec. hic & Curt. in dict. l.cum quid.

23 Et eadem ratione † pariter dicendum eſt de inſtitutione hęredis, quę fieri poteſt ſub conditione & in die, incertum ſcilicet, ex die autem, uel ad diem certum non, uerũ dies tunc habetur pro non appoſita, nõ autem uitiat. text.eſt.in §.hęres inſtitu. de hære.inſtit.& in l. hæreditas ex die. ff.eod.tit.de hære.inſtit.rationẽ aſsignat Dyn.in d.c.actus.de qua materia uide Ang.in d.§.hæres. Ancha. in conſi.xlvij.& cclxxxj.colum. ij. & ad fin.conſilij Paul.de Caſt. in conſil.ccij.in antiquis. Socin. eleganter in conſi.xiiij.lib.j.Dec.in conſil. cclxxviij.& cccccxcvij. & in l. incerti. ad fin,C.de teſta.mili.

24 Er quemadmodum † prædicti actus legitimi non recipiunt conditionem, ita nec diſiunctionem.capit.ij.& cap.ſi quis duas.de elect. in vj.ſecundum gloſſ. in d.cap. actus. circa fin.

Limitatur modò & reſtringitur ſecundum Dec.hæc regula, de prædictis actibus non recipientibus diẽ aut conditionem, ut intelligatur de

25 † conditionibus in facto conſiſtentibus: ſecus in iure, quia ualet aditio hæreditatis facta ſub conditione, ſi de iure poſſum: ut per Bald.in l.potuit.in viij.q.C.de iure delibe.cùm enim non ſit cõditio extrinſeca, ſed intrinſeca & neceſſaria, habetur pro non conditione.dicit Bal.allegando deciſionem Bart.in l. & ſi conditionalis. ut per illum text. ff. de autho. tut.ubi uidetur uelle, quòd interpoſitio authoritatis, licèt conditionem non recipiat, ſi tamen interponatur cum ea conditione, ſi & inquãtum fieri de iure poteſt, ualet.& licèt Barto.ibi non determinet, communiter tamen id tenetur: ut ibi per Alex.in apoſt.ad Bart.& ſequitur etiã Sal.in

26 d.l.potuit.in vj.q. Et de † illa clauſula, ſi & inquantum de iure fieri debet, & poteſt, uide quæ ſcribit Vitalis de Camb.in tract.clauſularũ.fol. iij.col.j.& Felin.in c.cùm contingat col.fin.de offi.deleg.

De differentia uerò inter conditiones facti & iuris, plenè ſcribit Socin.in l.multum intereſt.ff.de cond. & demonſt.

27 Secundò limitatur † quando cõditio reſpicit ſubſtantiam factus, ſecus ſi reſpiciat executionem: quia talis conditio etiam expreſſa non uitiaret.l.muto.in §. ſub conditione. ff.de tut. ſecundum Dec. de quo uide quæ poſui ſuprà ad fin. quinti exempli.

28 Tertio limitatur præſens † regula ut non habeat locum in conditione tacita, quę ex natura actus intelligitur, ut de acceptilatione, de debito conditionali facta hìc inquit Iuriſconſultus: quia tacitè intelligitur, ſi conditio obligationis purificata ſit.intrinſeca enim & neceſſaria conditio eſt, ideò non uitiat, niſi expreſſa eſſet: quia uitiaret tanquam continens uitium formę, quaſi in actibus hic expreſsius datum. ſit pro forma, quòd conditio non exprimatur: ut hic per Dec. poſt ſcribentes ab eo relatos, faciunt adducta in prima limitatione. & ideò Bald.in l.ij. de legat.j. intelligens regulam legis noſtræ

noſtræ procedere in conditione extrinſeca, & quæ non ineſt, aliâs ſecus. malè dicit: quia etiam quod inſit, ſi exprimatur, annullat actũ, ut dixi. & contra Bald. in ſpecie ſcribit Ruin. in d.l.iij.colum.iij. adducẽdo glo. in c.ij. de elect. in vj. dum uult,
29 † electio facta ſub cõditione, quæ ineſt, ſit nulla, per illum tex. quãuis ſecus ſit in collatione beneficii, ut uoluit hic Dec. & de utroque p Philip. Franc. in d.c.ij.

Quartò reſtringe text. cum prędi
30 ctis, ſiue declara, † ut licèt emancipatio & electio non poſſint ſtare in pẽdenti: ratificari tamen poſſunt, prout etiam reſtitutio ex Trebel. l. ſeruo inuito. in princ. ff. ad Trebellia. Dec. in l.j. colum. penult. in prima lectur. C. qui admitti. Et ex dictis Decij hîc & Philip. Franc. loco præallegato, quicquid dixerit Ioan. Fa-
31 br. apparet hanc † regulam intelligi etiam in conditione de præterito uel de præſenti, quæ licèt non ſit propriè conditio, nec ſuſpẽdat: quia tamen prima facie præſe fert incertitudinem, reprobatur & uitiat ut hic per Dec. & Philip. Franc. loco præal leg. ubi propterea ait, quòd ſi dicatur conſentio in talẽ, ſi eſt idoneus, aut legitimè natus, uel ſi intra legitimum tempus conſecrari ſe fecerit, non ualet actus.

## SVMMARIVM.

1. *Fraus propriè quæ dicatur.*
2. *Fraus quomodo probetur.*
3. *Tempus pro tempore in iure ponitur.*
4. *Poſſeſſor fraudulẽtus tenetur de fructibus percipiendis.*
5. *Etiam quòd ex ſingulari induſtria percipi potuerint.*
6. *Intereſſe ſingularis affectionis nõ debetur: ſed bene ſingularis lucri.*
7. *Fructus quomodò petantur. An bonæ fidei poſſeſſor ſuos faciat: & quos. Et quomodò probetur quis locupletior ex eis.*
8. *Titulus habitus pro parte temporis an excuſet à percipiendis.*

## L. LXXIX. PAPINIANVS.

GENERALITER cùm de fraude diſputatur: nõ quid habeat actor, ſed quid per aduerſarium habere non potuerit, conſiderandum eſt.

SVMITVR ex legibus in glo. allegatis. In text. ibi, cùm de fraude diſputatur. i. cùm fraus alicuius ar-
1 guitur. quę † propriè dicitur cõtra fidem: & committi dicitur per eum qui ad deceptionẽ alterius, & ad ſui commodum, aut uerũ tacet, aut falſum exprimit. Abb. conſil. lxviij. lib. j. ut hic per Decium.

2 Colligitur † autem pluribus modis: ut per Paul. de Caſtr. in conſil. lxv. in antiquis. Alex. conſi. cxx. lib. iij. & conſi. cviij. uol. iiij. Soci. in conſil. xxij. lib. iiij. & Iac. de ſancto Georgio in tract. de rhoidis. col. xj. ubi ſeptem modis docet fraudem fieri. ſed latius & eleganter tradit Bald. in l. non dubium. C. de legi. cuius uerba tranſcribit Brixien. in ſuo reperto. in

in uerſi.fraus.colum.fin. pulchrè etiam de ui,& fraude tractat Cicero lib.j.officio. & referam aliqua in l. ſequen.

In eod.text.ibi, non quid habeat actor, ſi dicere auderem, hæc uerba ineptè à Iuriſconſulto poſita aſſeuerarem:ideò in iſta materia,uide tex. nota.in l.ſi nauis.in §.fina. ff. de rei uendi. qui clarius & elegantius regulam hanc tradit,dicens: generaliter cùm de fructibus æſtimãdis quæritur, cõſtat animaduerti debere nõ an malæ fidei poſſeſſor fructus pcẽperit, ſed an petitor frui potuerit, ſi ei poſsidere licuiſſet. nõ poſuit prædicta uerba,non quid habeat actor, quia nihil habuit, cùm non poſsideret.Conſidera tamen fortè poſſe dici,& non improbabiliter debere exponi, habeat, pro habuiſſet:ſi rem, ſcilicet ei poſsidere licuiſſet. & res

3 erit clara. Sicque † poni tẽpus pro tempore: habeat pro habuiſſet: ut ſæpè in iure reperitur.c.in Chriſto. de conſecra.diſtinct.ij.cum gloſ. in uerbo erimus, pro ſumus exponente. & uult,pro uolet in ſequenti diſtinctione in cap.peruenit.& euincitur,pro euictum eſt. in l.quod euincitur.cum glo.ſ.eod.facit text. cum glo.in l.admonendi in uerſic. abſolutus.ff.de iureiu.& in c. notandum ij.q.iij.ubi abſolutus, pro abſoluendo ponitur.cum aliis ſimilib.de quibus per Aret.in §.j.l.pluribus.ff. de uerb.oblig.

4 Nota ergo, ꝙ ille † qui ratione fraudis conuenitur, tenetur de fructibus percipiẽdis,ſeu qui per actorem percipi potuiſſent ſi rem poſſediſſet. Ad idem text.in l.ait prętor. in.§.hanc actionem.ff.de his quę in fraud.cred.prout etiam in malefidei poſſeſſore.l.ſi nauis.§. fina. ff.de rei uend.Facit ad prædicta text. l. apud Iulianum.in §.fructus.ff.de leg.j.ubi ille qui tenetur de fructibus percipiendis, tenetur ad illos quos percipere potuiſſet petitor,non autem ipſe poſſeſſor: tam in prædiis ruſticis, quàm urbanis,ac in aliis quibuſcunque. Et ſic in fructibus percipiẽdis contra moroſum habetur reſpectus ad perſonam petitoris, non autem rei conuenti: quia mora & negligẽtia ſua ſibi & non alteri damnoſa eſſe debet: ut ibi latè per Iaſon.ponẽtem omnia quæ hic ſcribit Dec. clariuſque & melius.Et inquantũ Decius hic reprobando Bar.dicit,quòd

5 † ſi quis uult ſe referre ad id quod ex ſingulari induſtria percipere potuiſſet, non ſit etiam conſideranda perſona actoris: quia non attẽditur ſingulare actoris intereſſe. l. pretia rerum.ff.ad legem Falc.l. ſi ſeruum. in princip.ff.ad legem Aquil. loquitur contra text.d.l.ſi nauis.in §.fin. & in d.§.fructus.ubi Iaſ.per illa iura tenet, quòd de huiuſcemodi fructibus habenda ſit etiam ratio:ut pariter per pract.Papien. poſt Cyn. & Barto.ibi relatos in forma primi libelli in glo.ſuper uerbo, & qui percipi potuiſſent.

6 Ad motiuum Decij de ſingulari intereſſe reſponde, ꝙ † intereſſe ſingularis affectionis non debetur, ſed bene intereſſe ſingulare reſpectu utilitatis.l.unica.C.de ſent. quæ pro eo quod intereſt profer. ſecundum communem intellectum: ut ibi per Mod.Papien.colum.xvj.num.45.&

l.p retia

l.pretia rerum. in fin. non procedit odio moroſi: ut ibi per Alexādrum & præalleg. Mod.in d.l.unic. colū. xvij.nu.xlviij.

7 Poſtremò † in materia fructuum quomodò in libello petantur: an bonæ fidei poſſeſſor illos faciat ſuos, ſeu quos: & quomodo probetur ex eis effectum quem locupletiorē: uide Soci.in c.ij.char.iij. & iiij. de libel.oblatio.Barb.in conſi.lxxij. col. pen.& fin.uolum.iiij.Spec.in tit. de fruct.& intereſſe.pract.Papiē.in forma lib.in actione reali. ſuper glo.in uerbo, ſimul cum fructibus. cum duabus ſequentib.Alex.in l.iij.in.§. ex contrario,colum.ix.ff. de acquir. poſſeſſ. Ang. & alios inſti.de rerum diuiſio.in §.ſi quis à non domino, Barb.in conſil. lxxx. in ſecundo dubio.in iij.uolum. Bald. & alios in l. apud antiquos.C.de fur. ubi ponūt

8 quando † pro parte temporis quis titulum habuit, an à percipienda excuſetur.Paul.de Caſtr.in l.ſi fundū. C.de rei uendi. & ſcripſi poſt Dec. in l.ex pœnalibus.ſ. eo.

## SVMMARIVM.

1 *Factum quid fraude, quando dicatur.*

2 *Fraus ineſt dolo, ut ſpecies generi.*

3 *Fraudis ſpecies quæ ſint.*

4 *Fraus de permiſſo ad permiſſum, nec de prohibito ad prohibitum, non fit.*

5 *Fraus, fallacia, calliditas, machinatio, impoſtura, quid ſint.*

6 *Ex enormi læſione quæ apparet re ipſa, dolus præſumitur.*

L. LXXX. PAPINIANVS.

FRAVDIS interpretatio ſemper in iure ciuili non ex euentu duntaxat, ſed ex cōſilio quoque deſideratur.

SVMITVR ex legibus in glo. glo.alleg. & ponitur ad declarationem legis præcedentis. Vult itaque regula iſta, per † fraudem non poſ- 1
ſe propriè dici quid factum, niſi cōſilium interceſſerit: ſecundum gloſſ. & Dec.hic, licèt aliter & malè intellexerit hunc text. Alcia.in l.aliud eſt fraus.ff.de uerbor.ſignifi.facit illud Catullianum. Careat ſucceſſibus opto, Quiſquis ab euentu facta notāda putat. Facit pariter quod de dolo ex propoſito, & dolo re ipſa dicitur qui propriè dolus non dicitur.l.ſi quis cum aliter.cum gloſſ. in uerbo dolum.ff.de uerb.oblig.de quo latè ſcripſi in repetitio.l.ij.in vj.q.C. de reſcin.uendi.

Et quemadmodum, inquit Iuriſconſultus in l.iuriſgentium. in §.
2 ſed ſi fraudandi.ff.de pact.fraus † in eſt dolo tanquàm ſpecies generi, ut ibi latè per Alexand. alibi tamen ponuntur ut ſinonyma.l.j.cum glo. ſuper uerbo fraude.ff.de inſam.facit illud Virg,

Quid meruere boues, animal ſine fraude dolóue.

Sed propriè differunt: ut per Alexand.loco præalleg. Fraudis autem
3 † ſpecies uidentur eſſe, ſimulatio, fallacia, calliditas, machinatio, & impoſtura, ſecundum Abb.Iaſ.& alios in d.§.ſed ſi fraudādi.& in d.l.aliud

ſed

ſed elegantius quàm alii, loquitur de fraude Cicero in j.offi.Cum duo bus modis,inquit, id eſt, aut ui, aut fraude fiat iniuria.fraus quaſi uulpe culæ,uis leonis uidetur:utrunque alieniſsimũ ab homine eſt, ſed fraus odio digna maiore: totius autem iniuſtitiæ nulla capitalior eſt, quàm eorum qui tum, cùm maximè fallunt, id agunt ut uiri boni eſſe ui-
4 deantur. De † permiſſo ad permiſſum non fit fraus: nec de prohibito ad prohibitum,ſed eſt quędam multiplicatio bõni uel mali. Fraus pro-
5 us † propriè eſt, quando ſimulatur permiſſum, & reuera prohibitum agitur: ſecundum Baldum & alios in titul.ſi de feud.fuer. controuerſia inter domin. & agnat. in §. beneficium. ubi ponunt exempla, & iure probant. Fallacia deſcendit à uerbo, fallo fallis, quod eſt decipio. & dicuntur fallaciæ, uerba ad decipiendum compoſita. Calliditas, id eſt, aſtutia ad ingenium refertur: & eſt quædam prudentiæ pars, ſecundum Ariſtotelem. & ut Cicero inquit, ille callidus dicitur, cuius animus uſu ut manus opera concalluit. Machinatio eſt ars ad decipiendum uerbo,uel facto.l.j.§.j.ff.de dolo. Impoſtura, deceptio. hinc eſt illud dictum. Facilè eſt barbato imponere regi.tracta uidetur metaphora ab his, qui operimentum rei imponunt, ut uitium tegant. In caſibus tamen per gloſſ.& Dec.hic poſi-
6 tis, ſufficit quòd † fraus re ipſa committatur: & ex enormi læſione apparente dolus re ipſa præſumitur. Qui tamen non ſufficit in caſu cap. quamuis. de pact.in vj.quaſi requiratur dolus ex propoſito: ut hic per Dec.ad fin. de quo plures poſui remiſſiones in repetitione.l.fina. in ſecunda princip.quæſtio.Bartol.C.de pactis.

## SVMMARIVM.

1 *Probationes in ſpecie præualent probationibus in genere.*

2 *Genus,à ſpecie aliter indicatur à legiſtis,quàm dialecticis.*

3 *Generi per ſpeciem derogatur,et ſpecialior diſpoſitio attenditur, et quo modo cognoſcatur.*

4 *Specialis diſpoſitio, etiam quòd contradicat, derogat generi.*

5 *Prioribus derogatur per poſteriora.*

6 *Generalis confirmatio non trahitur ad ſpecialiter reprobata.*

7 *Inueſtitura non prodeſt rebus iniuſtè poſſeſsis.*

8 *Generi per ſpeciem derogatur in legibus & ſtatutis. limita. numero 9.& 10.*

11 *Sermo generalis, ubi uerificari non poteſt, niſi in una ſpecie, loco ſpeciei habetur.*

12 *Generi derogatur per ſpeciem in contractibus, & ultimis uoluntatibus nume.13.*

*L.ſi aliȷ.ff.de uſufruct.lega. declaratur & ornatur,maximè in fin.nume. 14.*

15 *Generi per ſpeciem derogatur in legatis.*

16 *Item in reſcriptis & mandatis. Secus in priuilegiȷs.nu. 17.*

18 *Iuriſdictio cenſetur alicui potius data accumulatiuè,quàm priuatiuè.*

L.

L. LXXXI. PAPINIANVS.

IN toto iure generi per ſpeciem derogatur: & illud potiſsimum habetur, quod ad ſpeciem directum eſt.

IDEM dicit in ſecunda parte quod in prima, ſed per diuerſa uerba, & alium loquendi modum, & ita ceſſat ſuperfluitas. Vel fortè melius dicamus, in ſecũda parte iſtius legis nõ fieri uerbum de genere, ſed poſtquam dixit Iuriſconſultus generi per ſpeciem derogari, ſubiungit aliud dictum, illud eſſe potiſsimum & fortiſsimum quod ad ſpeciem dirigitur: & ideò diſpoſitio quæ capi põt in ſpecie & in genere, capi debet in ſpecie l.hoc legatum.ubi Bar. not.ff.de leg.iij.tradit Bart. in l.j.ad fin.princ.ff.de eden. declarando ut pulchrè per Soci.in l.j.colũ.ij. ff. de uulg.per Alex.& Mod.Peruſ.in rubr.ff.ſolu.matr.fol.v. Ea igitur quæ nominatim & in ſpecie dicũtur, traduntur que potiora ſunt: quia de his ſpecialiter conſtat legiſlatorẽ habuiſſe curam. Hinc dicitur in l.ſtipulationes commodiſsimum.ff. de
1 uerb.obl.† utilius eſſe capitula contractus ſpecificare, quàm ſub generali clauſula concludere. Hinc etiam eſt, quòd rigor in ſpecie ſcriptus pręfertur æquitati in genere ſcriptæ. Iaſ.in l.placuit.ad finem.C.de iudi. Et præſumptio in genere tollitur ꝑ præſumptionem in ſpecie Alex. conſil.lxxvj.in cauſa accuſ.col.ij. uerſi. nec prædictis lib.ij. Et probationes in ſpecie ſemper præualent, probationibus in genere.Inno.& alii in c. audiris.de præſcript. Barb. in tract. præſcr.fol.iiij.in ult.col.v.principalis.Poniturque præſens regula, etiã in c.generi.de reg.iur. in vj. & in c. dudum.de præb.co.lib.ibi, per ſpeciẽm generi derogatur, quanquam de genere derogante ſpeciem mentio nulla fiat. Et ſimiliter quãdo de genere & ſpecie ſimul ſit mentio, genus per ſpeciẽ declaratur ac reſtringitur: unde ſi contrahatur ſocietas de lucro & quęſtu, contracta intelligitur de lucro proueniente ex quæſtu, idem opera, & non de omni lucro.l.ſed & ſi adiiciatur. cum dictis Bart.ibi.ff.pro ſoc.eo quod, ſecundum Bart.ibi, communiter fieri conſueuit de lucris prouenientibus ex quæſtu.l.coiri.eod.tit. Alexan.ubi limit.in l.ij.in princ.in pen.col.ff. de uulg.Sumitur hæc regula de ſpecie generi derogante, ex l. ſanctio.ff. de pœn.Facit l.doli clauſula.ff. de uer. obl.§.fœliciſsimo.l.uxorem.ff. de lega.iij.§. cohęres.l. cohæredi. ff. de uulg.l.quæſitum.ad fi.cũ no.ꝑ Bar. ff.de fun.inſtr.c.quamuis, de præb. in vj.& c.ij.de offi.leg. Et aliter diſtinguitur genus à ſpecie per legiſtas
2 aliter per dialecticos: ut † tradunt Paul.de Caſt.& alii in §. mutui datio.l.ij.ff.ſi cer.pet.& latè per Zaſiũ Germanum circa principium ſuorũ ſing.intellectuum. Et quid dicatur genus, quid ſpecies, quid indiuiduũ dicam infra in l.in toto & pars. & in l.omnis diffinitio.
3 Quando igitur † ſpecies aduerſatur generi, & derogat generi: & diſpoſitio minus generalis, pro ſpecie reputatur: & inter ſpecies illa

illa quę ſpecialior eſt attēditur, quia indiuidua derogant ſpeciei: ut hic per Dec. ponentem quædam ſigna ad cognoſcendum & iudicandum, quæ magis ſpecialis cenſeatur diſpoſitio. De quo etiam per Aret. in conſil. xcvij. in cauſa & puncto. Dec. in conſilio. iij. & ccclxxxij. colum. iij. & ccccliiij. colum. fi. & in l. ſi Ruffinus. C. de teſtam. mili. & per Iaſ. in conſil. xij. uolum. iij. concordat cum pręalleg. quòd inter ſpecies illa quæ eſt ſpecialior derogat alteri, quia qua ratione ſpecies generi derogat, quia eſt ſpecialior, eadem ratione ſpecies illa, quæ eſt ſpecialior, & ſic indiuidua derogare debet alteri ſpeciei, niſi adſit maior ratio ſpecialitatis, & maior fauor, æquitaſque maior in una quàm in alia. illa enim præualet, & præcedentia magis influunt in ſequentia, quam econtrariò: ut ibi plenè per Iaſ. propterea determinantem not. quæſtionem. Dicit etiā Ang. in conſi. ccclv. utrum in nouis,
4 quòd † interdum prouiſio ſpecialis diſcrepat à generali & prima fronte contradicit. exempli gratia: Statutū diſponit quòd de falſitate inquiri poſsit uſque ad xx. annos, alio ſpeciali ſtatuto cauetur, quòd contra teſtē falſum inquiri non poſsit, niſi infrà menſem: tunc generali ſtatuto per ſpeciale contradictorium derogatur per prædicta. Vt etiam ſi ſtatutum mandet homicidam capite puniri: aliud diſponat homicidium banniti non puniri: aut ſi ſtatutum punit percutientem manu uacua certa pœna, aliud ſtatutum prouidet ſpecialiter ut maleficia inter cōiunctos manu uacua commiſſa non puniantur qnia tunc ſpecies in ſua ſpecie contradicit, & ſpecialis diſpoſitio tanquàm potentior tollit genus, & à genere excēpta eſt, & præualebit quod in ſpecie dicitur: ita ſecundum Angel. pręalleg. intelligitur regula noſtra. quibus adde Bald. in conſi. cccxlvij. lib. iij. & Rip. in c. j. nu. xcj. de reſcr. Et per iſtam regulam determinantur plures aliæ quæſtiones, ut per Dec. hic circa fin. & per eundem Ang. Franc. de Aret. & Iaſ. in conſil. præalleg. Ioan. And. & Cano. in d. c. generi. & Dec. etiā in conſi. ccccliij. col. ij. & dclxiiij.

5 Quemadmodum † autem generi per ſpeciem derogatur, ita prioribus per poſteriora. l. pacta nouiſsima. cum ibi not. C. de pact. tradit etiam Iaſ. in conſi. xij. præalleg. Et pariter generalis diſpoſitio reſtringitur ut non procedat, ſeu facta non intelligatur in caſu non conceſſo. tex. eſt in l. j. in §. qui mandatam. in uerſi. quare nemo. & in l. j. in §. qui mandatam. in uerſi. quare nemo. & in l. ij. ff. de offi. eius. & tradit Dec. in conſi. ccccciiij. colum. j. Hinc etiā eſt,
6 quòd † generalis confirmatio non trahitur ad ſpecialiter reprobata, & iniquis priuilegiis non prodeſt generalis confirmatio priuilegiorum.
7 Et pariter † inueſtitura non prodeſt rebus iniuſtè poſſeſsis: ut per Felin. in c. j. char. pen. uerſi. leges inſertæ. de reſcript. & per Iaſ. in l. ſtipulationes commodiſsimum. ff. de uerbor. obligat.

Et ponderabis uerba regulę in toto iure. i. in his negotiis, quæ in iure tractantur: ideo ſecundum Dec. hic Dyn. & Cano. in d. c. generi. locum habet

habet in legibus, ſtatutis, contractibus, & ultimis uoluntatibus, in reſcr. mandatis, & ſimilibus: propterea ſummus Pontifex, qui hâc regulam poſuit in d.c. generi. omiſit illa uerba in toto iure. clariusque & cõpendioſis loquendo, generi, inquit, per ſpeciem derogatur. omnia enim comprehendit.

8 Circa primum membrum †de legibus & ſtatutis: ſiue ſpecies præcedat genus, ſiue ſequatur locũ habet: ut hic plenè per Dec. Barto. & Alex. in apoſt. in d. l. ſanctio legum. Ang. Iaſ. & Dec. in conſil. præalleg. Hinc eſt, quòd ubi aliquid ſpecialitatis introductum eſt in uno caſu, lex ſuperueniens, & generaliter loquens non comprehendit illum caſum: ut per Iaſonem in l. poſtquàm liti. colum. fin. C. de pact. ubi Aquen. Dec. & alii Mod. etiam tradunt & pariter ſi lex in uno ſpeciali caſu prouidet requirendo ſolennitatem in eo, quę tamen generaliter etiam in aliis requiritur: ſi poſtmodum lex noua generaliter ſolennitatem illam tollat, non cenſetur tollere in caſu illo: ut per Felinum alios referentem, in c. j. colum. viij. de reſcrip.

9 Et procedunt prædicta †niſi conſtaret de mente legis generalis, ꝙ uoluerit ſpeciali derogare, ut quia dicatur nõ obſtante aliqua lege, quę generaliter uel ſpecialiter contradiceret: ut hic per Decium colum. ij. Alex. & Iaſ. in l. ſciendum. colnm. ij. ff. qui ſatiſd. cog. Sed tunc lex ſeu diſpoſitio prima non eſt ſimpliciter generalis, quemadmodum hæc regula intelligitur, ſed eſt ſpecialis & poſterior, ideò nimirùm ſi priorẽ ſpecialem tollit, per regulam. l. pacta nouiſsima. C. de pactis.

Procedunt etiam prædicta in diuerſis legibus, ſi ſpẽs ſit contraria generi, aliàs ſecus: ut hic per Dec. col. ij. ſed quemadmodum in ſuperioribus diximus, iſta regula intelligitur quando ſpecies generi aduerſatur: ſi uerò ſpecies non aduerſetur generi ſed ſit ſubiectiua, tunc non derogat generi, cùm gratia exempli poſita uideatur. l. quæſitum. §. fin. cum ibi not. per Bart. ff. de fund. inſtrum. & tradit Phil. Franc. in d.c. generi. circa princ.

Secundò, regula iſta non procedit ſecundum Dec. †ubi genus uerificari debet in una ſpecie: quia tunc generi per ſpeciem non derogatur: ut in l. ſi hęres. ff. de opt. leg. c. ex parte. el. j. de offi. deleg. remittit ſe tamẽ Dec. ad dicta ſua in c. paſtoralis. in §. quoniam. de reſcrip. ubi contrariũ tenuit. in ij. colum. ſed non reſpondet ad d. l. ſi hæres. nec ad l. ſi domino. ff. de le. j. quæ ineuitabiliter probant concluſionem prædictam: quã ut not. ſequitur Fel. in d.c. ex parte. el j. ad finem commenti. & in d. §. quoniam. in princ. dicens, nota ad intellectum præſentis regulæ, nõ dici diſpoſitionem generalem. quando non comprehendit totum genus ſed uerificanda ſolummodò uenit in una ſpecie ſub genere comprehẽſe: inferendo ad quæſtionem ut ibi per eum. Facit l. ii. cum ibi not. per Iaſon. in j. col. ff. de liber. & poſthu.

11 †quòd ubi ſermo generalis uerificari non poteſt niſi in una ſpecie, loco ſpeciei habetur, faciũt quæ latè ſcripſi in l. ſi. C. de pact. circa intellectũ.

Y §. de

§.de illo.l.iij.ff.pro ſocio. Sed & ſi prædicta uera ſint, limitatio tamen bona non eſt: quia regula eſt de ſpecie ad genus in prædictis terminis utraque diſpoſitio ſpecialis reputatur, ideò &c. & quum paris ſint potentiæ, una non debet alteram poſſe tollere.argum.§. intempeſtiuum. l.ille à quo.ff.ad trebellia.& pro declaratione prædictæ concluſionis:uide Paul.de Caſtr. in d.l.ſi domino. ubi notanter declarando ipſam legẽ & contraria ibi tacta, dicit aliquãdo uni legatur ſpecies, alteri totum genus, ut lego tibi Stichũ, & Sempronio ſeruos meos, & in genere non comprehenditur Stichus per regulã iſtam. Quandoque uni legatur certa ſpecies de genere, alteri ſpecies in certa de eodem genere certificanda per eum uel per alium ut in dictis legibus, & iſtud non dicitur legatũ generis, ſed bene dicitur legatũ generaliter factum, quia de qualibet re in genere contenta, ita loquũtur dicta iura, nec procedit hoc caſu regula iſta, neque ſpecies illa eximitur de genere, imò in illa ſpecie concurrere poſſunt ut ibi per eum.

12 Secundò iſta regula procedit † et in contractibus: quia genus per ſpeciem reſtringitur ex uerisimili mente contrahentium. Et clauſula generalis non refertur ad ſpecificata: ut hic per Decium poſt alios.& eſt tex. per omnes allegatus in d. l. ſtipulationes commodiſsimum.& in l.doli clauſula. ubi omnes ſcribentes not. ff.de uerb.oblig.& in not. caſu ſcribit Alex.in conſi.xciiij.ad fi. in iiij. uolum.

Tertiò locum habet regula iſta

13 † in ultimis uoluntatibus, ut hic per Decium poſt Dynum, & alios, niſi diuerſis reſpectibus genus & ſpecies ponerentur: ut quia uni legaretur genus reſpectu uſusfructus, alteri ſpecies reſpectu proprietatis: tunc enim ſpecies non derogat generi, ſed concurrunt. lege, ſi alij.ff.de uſufruct.lega.Bald.tamen, quem ipſe pro ſe allegat, in l.quoties.C.famil. erciſcun. contrarium firmat per regulam legis noſtræ. idem Deci. in conſi.cccccxc. dicit non eſſe recedẽdum à prædicta opinione quæ communis eſt: quia regula iſta generi per ſpeciem, procedit concurrentibus genere & ſpecie in eodem iure: ut quia teſtator uni legauit domũ, & alteri omnia bona immobilia. tunc apprimè procedit hæc regula, generi per ſpeciem: quia de eodem iure proprietatis agitur in genere & in ſpecie. ſecus ſi in genere agatur de uno iure, puta de uſufructu & de alio in ſpecie, de proprietate puta: tunc enim generi per ſpeciem non derogatur.d.l.ſi alij.Pro cuius declaratione & intelligentia uide etiam Bart.in l.Sempronio. illo eo.tit. de uſufru.leg.pract.Pap. in forma lib. quo uxor agit ad dotem, in gl.ſuper uerbo, donec.Pau.Pichum in repet. §.Titia.l.Titia.ff.de lega.ij. colum. xviij.uerſi.uenio modo.& in xxj.q. cum ſequ.Aquen.in l.Gallus. in §. quidam rectè.ff.de lib.& poſthu. Iaſo.in l.cùm quid.in glo.cauto.in ij. lectu.ff.ſi cert. pet. & in l. quicquid aſtringendæ.col.iij.ff.de uerb.obli. Dec.in conſi.ccv. & in l. ſemper in ſtipulationibus.§.hoc eodem titul. * & Pariſ.conſi.xcvij.lib.ij.]

Et

Et quemadmodum ex dictis doctor. in locis præalleg. circa intelle-
14 ctum d.l.ſi alii.ad fin.ibi, † interdū plus ualet ſcriptura quàm quod actum ſit. communis ſcribentiū ſententia eſt cum Bart.ibi, uidelicet, ꝙ non conſtabat de uoluntate & propoſito teſtatoris: ideò propoſitum in mente retentum nihil operatur. quod demonſtratur ex uerbis Iuriſconſulti ibidem dum ait, ſi eo propoſito fecit. & dum iterum ſubiungit, quia interdū plus ualet ſcriptura, quàm quod actum ſit, quaſi uelit dicere, regulariter plus ualet quod agitur, quàm quod ſcribitur, dummodo conſtet de uoluntate. dict.l. ſemper in ſtipulationibus. Si uerò non conſtet de uoluntate, tunc plus ualet ſcriptura, quàm propoſitū in mente retentum: ut ibi.

15 Item procedit † prædicta concluſio in legatis, quando uni legatur genus, alteri ſpecies: ſecus ſi eidem genus & ſpecies legata ſint: quia in dubio tunc ſpecies non derogat generi, ſed uidetur expreſſa gratia tollendæ dubitationis. l. quæſitum. §. item ſi fundum. ff. de ſun. inſtru. declarando ut hîc per Dec. poſt Dy. loco præalleg. & Bart. in d.l. quæſitū. in §. fi. Ideò dicunt Bald. & Philip. Fran. in dicta regula, generi, ꝙ procedit quando ſpecies aduerſatur generi: aliâs uidetur poſita exēpli gratia. præalleg. §. fin.

Quartò locum habet regula iſta
16 † in reſcriptis, ſeu mandatis: ꝑ text. in d.c.j. de reſcrip. & in c. ſtuduiſti. de offic. leg. Declara iſtud membrū: ut plenè per Feli. Dec. Ripā & alios in d.c.j. de reſcript. & per ſcribentes in præalleg. §. quoniam. & in d. cap.
17 ſtuduiſti. Secus eſt † in priuilegiis, quia ſecundum non derogat primo ſiue generali, ſiue ſpeciali. c. ueniens de præſcrip. declarando & limitando ut per Decium & alios. in d. c. j. de reſcrip. ubi Ripa ordinatè ſcribit
18 nume. lxxiiij. cum ſeq. Similiter † in mandato iuriſdictionis ſpeciale nō derogat generali. l. j. cum ibi no. per Bart. C. de offic. præfect. urb. cum aliis de quibus hic per Dec. Iuriſdictio ergo cenſetur potius data accumulatiuè quàm priuatiuè. Vnde ſi in ciuitate cōſtitutus ſit officialis ſuper damnis datis, aut ſuper abundātia, non tollitur per hoc iuriſdictio, quam habet poteſtas, qui uniuerſalem habet: ſecundum Bartol. ibi. de cuius dicti ueritate uide Alex. in l. Gallus. in §. ille caſus. col. iij. ff. de lib. & poſthum. Corn. in conſi. lxvj. cum ſeq. lib. j. & conſi. xxx. uol. ij. latius Feli. in cap. paſtoralis. de offi. ordin. Dec. in conſi. dcxc. & Matth. de Afflict. in deciſ. regni. xlj. in reliquis recurre ad Dyn. & alios in dict. cap. generi.

## SVMMARIVM.

1 *Superfluitas, & inculcatio uerborum tolleratur ad tollendam dubitationem.*

2 *Abundans cautela non nocet in contractibus, ultimis uoluntatibus, & indicijs.*

3 *Ordinem ſeruare, ubi prætermitti poteſt, nunquam nocet.*

4 *Notarij plura impertinentia in inſtrumētis ponunt ad abundantem cautelam.*

5 *Hæc regula limitatur. & nu. 6.*

7 *Quando aliquid nō requiritur, ſi adhibeatur & ineptè, quando uitiat. & num.* 8.

9 *§. cùm inter.l.inter.ff.de pact.dota. declaratur : & ornatur.*

L. LXXXII. PAPINIANVS.

# QVAE dubitationis tollendę cauſa contractibus inſeruntur : ius commune non lędunt.

SVMITVR ex legibus in glo. 1 alleg. Et iſto † caſu tolleratur ſuperfluitas & inculcatio uerborum, quia ſatis uidentur operari tollendo dubitationem. ut enim dicunt Cano. in c.nimis.el.ij. de exceſs.prælа.ad tollendam ſophiſticam interpretationem, uerba non poſſunt ſuprà modum ſpecificari : ut hic etiã per Deci.Iaſ. & alios in l. teſtamentum. C. de teſt.Feli.in c.fi. colum.xii. de cōſtit.in c.eam te.colum. xii. de reſcri. & in c. ſolitæ.colum.fin.de maio. & obed.nam propter obſcuritatẽ uerborum quis in errorem inducitur. c.plerique.xxiiii. q. iii. tradit Card. Alex. per illum text. in c. erit autem 2 lex. iiii. diſtinct. abundans † igitur cautela non nocet. Et quod hic dicitur de contractibus, procedit etiam in ultimis uoluntatibus.d.l. teſtamẽtum : ut hic per Dec. idem dicas in iudiciis, ſecundum Bald. & Rimin. 3 & in d. l. teſtamentum : quia † nunquam nocet ordinem ſeruare, etiam ubi prætermitti poteſt: ut per Innocen.in c.nouit.de iudi. cum aliis ibidem alleg. faciunt ad prædicta quæ pulchrè ponit Aret. in l.ij. colum.fi. in princ. ff.de leg. j. Et propter prædicta 4 † notarii in ſuis inſtrumentis apponunt multa uerba ſuperflua, & ſæpenumerò impertinentia, ſecundum Rim. & alios in d.l. teſtamentum. & maximè in renũciationibus. ſi enim aliquis fideiuſſor ſe obliget, apponunt renunciationem beneficii de fideiuſſ. nouarum conſtitu. & de duobus reis. Et econtrario ubi unus obligat ſe principaliter pro alio uel duo rei conſtituuntur, faciunt ꝑ renunciant beneficiis de fideiuſſor. etiam in caſibus ubi ad inuicem non uidentur fideiubere, ut habetur in l. uir uxori.ff.ad uelleia. quantuncunque iſta remedia ſint diuerſa diuerſiſque competant. Et idem ſi mulier ſe obliget & contrahat nomine proprio, adiiciunt renunciationem uelleiani, quod eſt ſuperfluum, cum habeat tantummodò locum, quando pro alio intercedit. Et idẽ eſt in inſtrumentis emptionum & uenditionum, dum dicitur dedit & tradidit, quia eſt ſuperfluitas in uerbis. Pariter in ſubſtitutiõibus apponũt clauſulam uulgariter, pupillariter, & per fideicõmiſſum, etiam in maioribus & extraneis in quibus non cadit pupillaris. & ſic de ſimilibus. Quandoque tamen ex abundanti cautela in materia de ſimulatione uel fraude 5 ſuſpecta † fraus & dolus præſumitur, & ſiniſtra oritur ſuſpicio: ſecundum glo.no.in l. ſi quis ſub conditione hæredes.ff. de condi. inſtit. ut hic per Dec. & alios in d.l. teſtamentum. ſed illud eſt propter cautelas inſolitas, & in materia ſuſpecta appoſitas, redolenteque neſcio quid illiciti. Plura poſſent adduci quæ traduntur

duntur per Anchar.in conſil.cclvij. circa fin.Barb.in conſi.vij.lib.ij. & in conſi.lxxvj.colum.fi.uol. iij.Cor. in conſi.xxiij.colum.ij.lib.iij.Socin. conſi.cxj.fol.j.uol.ij. Aretin. conſil. xxiiij.colum.ij.uerſ. in contrarium. Iacob.de ſanct. Georg. in tract. feu. in uerbo,qui quidem inueſtiti. col. j. Alexand.conſi.xxviij.colum.ij. uolum.v.Felin.in c.tertio loco. ad fin. de probat.in cap. cauſam quæ.el ij. ad fin.de teſtib.& in capit.ſi cautio. uerſi.& propter ea.colum.xxv.de fide inſtrum.& Iaſo.in l.unic. in §.is uidetur.colum.ij.ff. ſi quis ius dicẽ. non obtemp.ubi etiam Aquen.quẽ etiam uide in l.ij.ad fin.princ.ff.ſol. mat.& Hippo.Bon.in l.de minore. in princ. in iiij. colum.ff. de quæſt. Secundò iſta regula limitatur ſecundum Dec.hic. Salic. Rimin. & alios in d.l.teſtamentum . quando illud quod cauſa tollẽdę dubitationis exprimitur,eſt uitioſum: ut in iuribus pro contrariis ibi allegatis, ſuperflua

6 † igitur, ut ibi dicit Rim.poſt alios, uitiant & uitiantur, ubi ſunt contra naturam actus, uel contractus, qui geritur,nec poſſunt ſeparari.l. actus ſuprà eodem.l. græcè.§.illud.& §. ſi Stichum.ff.de fideiuſſ.Confirmatur prædicta ſecundum Deci. hic . quia

7 † in ſententia , in libello , in depoſitione teſtis , expreſsio cauſę neceſſaria non eſt : ſi tamen ad tollendum, fortè dubitationem cauſa exprimatur, & inepta ſit, uitiat: eo quia præſumptio,quæ erat pro prædictis cauſa non expreſſa, tollitur per expreſſionem . & ſic plus nocet inepta loquutio, quam taciturnitas : ut dicit glo.in clem.conſtitutionem. in uerbo de nouo.de elect. Ad oppo.tamẽ facit regula l.unicæ, in princ. C. de

8 rei uxo. actio.℘ † illud, quod omiſſum non uitiat, pariter non uitiat, ſi inutiliter uel ineptè agatur,aut opponatur. eſt materia brochardica in qua infinita propemodum adduci pro & contra conſueuerunt. & nonnullæ diſtinctiones tradi per Doct. Vide Rom.in conſi.cccccxcvij.Felin. in c.examinata.colum.vij. cum ſeq. de iudic.& in c.cum ordinem. char. j.de reſcrip.& in c.qualiter & quando.el j.colum.ij.& iij. de accuſat. omnes Moder.in l.uinum.ff. ſi certũ pet.Dec.in conſil. xxxvij. colum. ij. Modern. Bonon.in l.unius.in §.cuſtodiæ.colum.ij.& ſequen.ds quęſt. Mod.Aſten.in tract.de forma.char. iiij.cotum.j.cum pluribus ſequent. in uerſic.octauo & ſucceſsiuę.*Tertiò limita regulam iſtius ut pulchrè per Arçt.in l.ſi quis cùm aliter. col. pen.ff.de uerb.oblig. ]

Contra iſtam regulam opponit hic glo.d.l.ſi cùm dotem . in princ.

9 ff.ſol.mat.& d.l.inter † §.cum inter ff.de pact.dot.ubi pariter glo.opponit & non ſoluit. in dictis enim caſibus expreſsio lædit ius commune ; quia ubi indiſtinctè dos ſoluto matrimonio ad patrem dotantem redibat, propter talem expreſsionem & ſpecificationem excepto caſu expreſſo non redit.pro ſol.uide Salic. in l. qui mutuam.in prin.ff.mand.dicentem,quòd in contrariis prędictis pactum non fuit appoſitum cauſa tollendæ dubitationis : ſed cauſa limitationis : ideò in caſu contrario ad expreſſum uim renunciationis obtinet ; ut latius per docto.in dicta.l. ſi

cùm dotem.in princ.

Et de intellectu præallega.§. cùm inter.vide Ale. in l.pecuniã in prin. ff.ſi cert.pet.Soc.conſ.ix.col.ij.lib.j. Campez.in trac.de dote.in v.parte. queſt. xix. Iaſ.in l. poſt dotem. col. xvij. ff.ſolut.mat.Deci. in l.j. ſuper gloſſ.in verbo fortiſsimum.col.ij.ff. de offic.eius.& in conſil.ccxxxij. colum.fin.

SVMMARIVM.

1 *Verba, nullo iure cogente, quomodò accipiantur propriè.*

2 *Obligatus ad antidora ſimpliciter ſoluens, non præſumitur donare.*

3 *Donatio, quæ fit cauſa remunerationis, propriè donatio non dicitur.*

4 *Obligatio ad antidora operatur quindecim effectus.*

L. LXXXIII. PAPINIANVS.

DONARI uidetur, quod nullo iure cogente conceditur.

SVMITVR verbotenus ex l. donari.ff. de don. & ex alijs legibus per gloſſ. alleg. Difficultas iſtius re-
1 gulæ cauſatur ex illis uerbis † nullo iure cogente. ſi enim nec ciuili iure, neque naturali debitum ſit, de plano procedit: ſed ſi naturaliter ſit debitum, diſtinguendũ eſt ſecundum gloſſ.& Barto. vt hic refert Deci.aut eſt naturalis ex pacto quę potens eſt ad cauſandũ retentionem, & cenſendum eſt tunc potiùs ſolutum debitum, quàm donatum: aut eſt naturalis ad antidora, & iſta non excludit donationem, quia non eſt potẽs parere effectum retentionis. Dec.tenet, ꝙ nulla ex dictis naturalibus obligationibus excludat donationem, ex quo talis obligatio non habet in ſe neceſsitatẽ ſolutionis: vt hic per eum. Et iſta eſt recta ſententia & vera interpretatio præſentis regulæ ſi in ſole (vt aiunt) nolumus calligare. nam illa verba, nullo iure cogente, reſpiciunt & determinant acta conceſsionis, non autem retentionis, & ſic modo non cogatur & neceſſitetur quis ſoluere, prout cõtingit in naturaliter obligato, cuiuſuis qualitatis ſit illa talis naturalis obligatio, inducitur donatio. facit l. nec ignorans.C.de don. dum dicit, ne ignorans, nec inuitus quiſquam donet. Et intelligo prædicta quando concedens vtitur verbo donationis, aut æquipalenti: cùm donari illud dicatur, quod ea mente datur, ut ſtatim accipientis fiat. Et ob nullam aliam cauſam datur, quàm ut liberalitatem & munificentiam quis exerceat: ut dicit Iuriſconſultus in l. j.
2 ff.de donat. † nam ſi naturali obligatione ex pacto uel ad antidora obſtrictus ſimpliciter traderet, aut concederet, potius præſumerem ſolutionem naturalis debiti quam donationem: quia ubicunque capi poteſt alia præſumptio uel cõiectura quàm donationis, illa accipi debet. l. cũ de indebito.ad fin.ff.de prob.l.Campanus de operis lib. tradunt Anch.cõſi.xxxij.& clxxxj.& Aquen. in l.poſt quam liti.& col.j.cum ſim.C.de pact. Si igitur ſalua ratione recti & latini ſermonis interpretari poſſumus actum, ut ſoluens aut concedens naturali

turali debito ſatiſfacere uoluerit, cur talem coniecturam potius non capimus, quàm donationis, quodque adhuc uelit tali obligatione naturali nexus ſub eadem obligatione remanere.

3 Et quando † naturaliter modo prædicto obligatus animo donandi & remunerandi, ſicque eam naturalem obligationem diſſoluendi, daret aut ſolueret, nō eſſet uera & propria donatio, ſed impropria: ut uoluit Alb. ſ. per Dec. relatus, & Paul. de Caſt. in d.l.j. colum.ij. per illum text.ff.de don. Operatur † autem dicta naturalis obligatio ad antidora multos effectus, quindecim connumerat Aquen.in l.ex hoc iure.char. ult.ubi etiam Iaſ. alios congerit, ff. de iuſti.& iur.

## SVMMARIVM.

1 *Priuatio præſupponit habitum.*
2 *Pupillus an dicatur propriè inteſtatus.*
3 *Hæc regula non procedit impropriè loquendo.*

### L. LXXXIIII. PAPINIANVS.

NON uidetur rem amittere, cuius propria nō fuit.

SVMITVR ex legibus in glo. alleg. & facit text.not. in l. Titio uſuſfru.ff.de condi.& demon.& in l. j.in §.j.ff.quib.mod.uſufruct.amit. ubi glo.allegat plures alios concor.

1 Priuatio † ergo præſupponit habitum: amittique non poteſt, quòd acquiſitum non fuit: & deſijſſe non dicitur, quòd non incipit: quod nō eſt, rumpi non poteſt: & non entis nullæ ſunt qualitates. Dec. hîc plures leges adducit & canones, inferēdo ad legitimationem & emancipationem, ut per eas probetur patria poteſtas, & quem non fuiſſe legitimum. quæ omnia latius poſuit Iaſ. in l.decem.in v.not.ff.de uerb.obli. ubi ad comprobationem præſentis regulæ decem pulchra adducit ſimilia. Non poteſt igitur rectè poni priuatio, ubi non cadit habitus. unde equus ineptè diceretur mutus, quia habitus loquendi non cadit in eo. nec lapis dicitur eſſe cæcus, quia ui-
2 dendi habitus in illo non cadit. † ſic pupillus nō rectè dicitur inteſtatus, quia in eo non cadit habitus faciendi teſtamentum, ut per Iaſ. loco præallegato de cuius dicti ueritate latè ſcripſi in repetitio. l. ſi emancipati. in princip. C. de collatio. Similiter periurium non cadit in eo qui non iurauit: qui enim non iurat, non periurat, ut per Federic. de Senis in q.cclxiiij. Et an excipiens uideatur fateri debitum uel delictum? Dec. hîc ponit unum uerbū. uide latius Aquen.in d.l.decem. col.vj. ubi facit regulam cum octo limita.

3 Et procedit iſta regula † ſecundum uerborum proprietatem: impropriè uerò & largo modo dicitur quis perdere, quod nunquam habuit: ſicuti actus nullus infirmari dicitur: ut hîc per Dec.& Card. Alex. in c.concilia.xvij. diſtinct.nota, inquit, hic dici, perdere prius non habens, quod uidetur implicare contradictionem, cum priuatio præſupponat habitum. ſed iſtud eſt, ſubdit,

quatenus de facto proceſsit. in eo enim euacuatur, ſeu ualiditatem perdit: ut in c. accedens. el j. in fin. ut lite non conteſt.

SVMMARIVM.

*Hæc regula quando non procedat.*

L. LXXXV. PAVLVS.

CVm amplius ſolutũ eſt, quàm debeatur: cuius pars non inuenitur, quę repeti poſsit, totum eſſe indebitũ intelligitur, manente priſtina obligatione.

SVMITVR ex §. ſi centum. in glo. alleg. quę duo bona ponit exempla, unum reſpicit impoſsibilitatem quando ſolutio uel ſatisfactio conſiſtit in re indiuidua, alterum inuitã communionem à lege damnatam: ut dicit text. in §. ſi centum. & pulchrè declarat Ang. in conſi. liiij. incipien. Iulia. quamuis dici poſsit utrũque exemplum impoſsibilitatem reſpicere, cùm decretum iudicis, de quo loquitur. §. ſi centum. ſecũdum Decium hic, indiuiduum ſit. Sed errore labitur; quia text. §. ſi centum. non loquitur in decreto iudicis, ſed in datione inſolutum a parte facta: & aſsignat dictam rationem, quia nemo inuitus cogitur ſtare in communione: ideò melius ſenſit hic gl. communis ut ſupradixi. Veruntamẽ eſt, quòd diſpoſitio Barto. quàm ibi ex illo text. infert, loquitur in decreto iudicis.

1 Limita † & reſtringe iſtam regulam, ut facit Iuriſconſ. in d. §. ſi centum. aliisque modis: ut hic per Dec. Iaſ. in præalleg. §. ſi centum. & Soci. in l. certi condictio. in §. quoniam. col. fin. quadrupliciter limitantem, ubi etiam Dec. & cæteri tangunt. ff. ſi cert. petat.

SVMMARIVM.

1 *Naturalis obligatio eſt de iure gentium.*

2 *Naturalis obligatio conſideratur dupliciter. & num. 3.*

4 *Quæ ſubdiuiduntur.*

5 *Ius gentium dupliciter conſideratur.*

6 *Depoſitum an ſit de iure naturali, uel iure gentium primæuo.*

§. Is natura debet, quem iuregentium dare oportet, cuius fidem ſecuti ſumus.

1 NATVRALIS † ergo obligatio, ut hic per Decium, eſt de iure gentium, & eſt not. ad declarationẽ ſecundum eum, quòd ea obligatio diſtinguitur, & duobus modis principaliter conſideratur: & ſimiliter etiam ius gẽtium duobus modis accipitur. 2 Primò † naturalis obligatio conſideratur pro ea quæ oritur ex conſenſu & æquitate naturali, quę ſuadet promiſſa ſeruari, quæ contrahitur etiam cum ſeruis, & inter patrem & filium. 3 Secundò conſideratur † pro eo naturali inſtinctu ut benefacienti benefaciamus, & contrahitur inter quoſcunque: ut hic per Decium, Bart. in l. ex hoc iure. ff. de iuſtitia

iuſtitia & iure. in ſua diſtinctione conſiderat quatuor ſpecies obligationis naturalis. Alii uerò Mod. ut ibi ſcribit Aquen. in decimaquarta columna, melius conſiderant duas ſpecies tantùm, ut dixit glo. in d. l. ſed & ſi.in §.conſuluit.ff. de petitione hæreditatis. Quia alia eſt quæ oritur ex ratione naturali ſolis hominibus competenti, cum bruta ratione careant, & iſta conſiſtit in obſeruantia promiſſorum.l.j.ſ. de pactis cum uulg. & ut quis alteri non faciat quod ſibi fieri nollet, & huiuſce modi, quæ ratio naturalis ſuadet, & eſt iſta de iure gentium: allegat legem noſtram. Alia eſt obligatio naturalis quæ oritur ex inſtinctu naturæ qui etiam brutis communis eſt, ut benefacienti benefaciamus. nam & bruta hoc faciunt, ut experientia
4 docet. Et † prædictæ duæ obligationes ſubdiuidútur poſteà in alias ſpecies, ut ibi per præallegatos ponentes etiam plures effectus quos inducit prædicta naturalis obligatio ad antidora, ut benefacienti benefaciamus. Si tamen lex prohiberet actum fieri: tunc ſi fieret, non oriretur naturalis obligatio. textus eſt in l. non dubium.C. de legi. ubi Iaſ. in quarto notabili tradit. Similiter ius
5 † gentium duplex eſt, primæuum ſcilicet: & ſecundarium: ut hic per Decium. Qui ad declarationem iſtius textus ſubiungit, intelligi debere de iure gentium primæuo, quod in effectu dicitur ius naturale. cano ne ius naturale. prima diſtinctione, & obligatio illa naturalis ut benefacienti benefaciamus, eſt de illo iure gentium primæuo, & ita intelligitur iſte textus: ſecus de ſecundario quod à naturali diſtinguitur, imò eſt quodammodo contra, ut infrà dicam. Ideò Angel. Aret. inſti. de iure naturali. in §. ius autem gentium. ad finem notatur duplex eſſe ius gentiú. Primum fuit eo ipſo, quòd gentes eſſe cœperunt naturali ratione inductum abſque conſtitutione aliqua, ut fidem ſeruare. Et iſtud habet, inquit, concomitantiam cum iure naturali. Secundum eſt ius gentium quo omnes gentes utútur, quodque ſibi conſtituerunt gentes non ſecundum rationem naturalem, ſed quodammodo contra, ut bella, captiuitates, ſeruitutes & diſtinctiones dominiorum: naturali enim ratione omnes liberi naſcebantur: ut dicit text. d. §. ius autem gentium. & hoc iure gentium annihilatus eſt ſtatus ſeruorum: & ſeparatus ab aliis, nihilque proprium ſibi poſſunt acquirere, ut ibi per Ang. de quo quidem iure gentium primæuo & ſecundario uide etiam ſcribentes in. d. l. ex hoc iure. ubi Aquen. in iij. colum. di-
6 ſputat, an † depoſitum ſit de iure naturali, uel de iure gentium primæuo & concludit contra Paulum de Caſtr. non eſſe de iure gentium, primæuo: quia ius gentium, inquit primæuum nihil aliud eſt, quàm naturalis ratio inſita hominibus, & ſic eſt paſſio animæ. Ex quo iure gentium bene oritur æquitas, quæ ſuggerit fidé ſeruari, ne dum in depoſitio, ut declarat Pau. de Caſt. ſed etiam in omnibus contractibus & conuentionibus. d. l. j. de pact. & l. j. de conſtitu. pec. ſed formalitas contractuum, ſiue loquamur in depoſito, ſiue in a-

liis,

liis, eſt poſtea introducta de iure gẽtium ſecundario, quod nihil aliud eſt, quàm conſtitutiones quædam ab hominibus introductæ, ut ibi p Aquen. plura etiam de iſto iure gentium primæuo & ſecundario ſcripſi in rubr. ff. de orig. iur.

SVMMARIVM.

1 *In dubio iudicandum eſt pro dote tã conſtituenda, quam reſtituenda.*

2 *Mulier an habeat regreſſum ad bona alienata, quorum hypothecæ renunciauit.*

3 *Inſtrumentum dotis quando præſumitur prius factum quã alterum eodem die confectum.*

4 *Horæ appoſitio in inſtrumentis attenditur. & nu. 5.*

*L. non puto. ff. de iure fiſc. ornatur.*

6 *Poſſeſſor cæteris paribus uincit, etiã quòd agatur cauſa dotis.*

L. LXXXVI. PAVLVS.

IN ambiguis, pro dote reſpondere melius eſt.

SVMITVR ex l. in ambiguis. ff. de iure dot. aliisque per glo. alleg.
1 & procedit generaliter † tã in dote conſtituenda, quàm reſtituenda: ut per glo. in d. l. in ambiguis. & Curt. Iunio. in conſi. lxiiij. colũ. ij. & rationem iſtius regulæ aſsignat Iuriſconſult. in l. j. ff. ſolu. mat. ubi Bartol. & alii dicunt, iſtud etiam procedere tã in modo procedendi, quàm decidẽdi: ut iudex mulieri agẽti uel pro dote nſiſtẽti magis quam alteri patri fauere debeat: ut tradit Bal. Nouel. loco ſtatim alleg. Alex. hic in apoſt. ad Bart. citat. Bald. in l. ad exactionẽ C. de dot. promiſ. enumerantẽ quędam ſpecialia in dotibus, ſed habes in præſentiarum duos magnos tractatus de hac materia, Campezii uidelicet & Bald. Nouelli qui ſubtiliter plura ſcripſerunt.

2 Nota etiam diligenter, quòd † licèt mulier renunciauerit iuri hypothecę dotium, ſi tamẽ tempore quo agitur ad raſtitutionem dotis non ſit in facultatibus uiri, unde mulieri pro conſecutione ſuæ dotis conſuli poſsit, mulier habebit regreſſum ad illa bona alienata, quorum hypothecæ renunciauit fauore dotis: ut poſt Imol. ſcribit Matthę. de Afflict. in deciſi. regni. cccxiij. quod tamen nõ pono pro conſtanti. Ex prædictis infertur ſecundum Bart. in d. l. j. quòd
3 ſi reperiantur duo inſtrumenta eodem die confecta, & alterum ſit dotis, nec appareat de prioritate uel poſteritate temporis, præſumitur fauore dotis prius factum inſtrumentum pro dote faciens. Dec. hic extendit ad eccleſiam & fiſcum, niſi quando tractaret de lucro captando per l. non puto. ff. de iure fiſc. reſtringendo concluſ. niſi in altero eſſet hora:
4 quia † prioritas horæ attenditur, & facit præualere, niſi pars eſſet in poſſeſsione: ut hic per eum. de quibus omnibus latius per Bald. Nouel. in præallegat. tract. fol. 50. in j. char. ix. part. princi. Socin. Iaſ. Aquen. & alios Mod. in d. l. j. in primis colum. ff. ſoluto matri. in quibus locis preallega. ſcribentes declarant text. d. l. non puto. ut de eis non facta mentione hic ſcribit Dec. Et ultra præallegata

5

allegata de intellectu illius text. uide etiam Felin. in cap. fina. colum. ij. de re iudi. & in c. paſtoralis. colum. iiij. de reſcript. Aquen. in l. iuſtam. & in l. fin. colum. ij. C. de eden. Iaſ. in l. de die. colum. fin. ff. qui ſatiſd. cog. & in conſil. xcix. & cviij. uolum. j. Dec. in c. ex literis. colum. iij. de proba. & in rubr. de iudic. colum. fina. in ij. lect.
* Iaſ. conſi. xcix. & cviij. lib. j. Curt. in l. j. colum. v. C. de edend. Rip. in d. l. j. ff. ſol. matrim. colum. ij. & quę plenius ſcribunt in l. factum. in §. in pœnalibus. infrà eodem.] Ad id ue
5 rò quod † de appoſitione probatione horæ dictũ eſt, ultra ea quæ ſcribunt Bald. Nouel. Socin. Iaſ. Aquẽ. & alii in loco præalleg. uide Ancha. in conſi. ccclxxxviij. colum. iiij. Feli. in c. capitulum ſanctę crucis. colum. fin. de reſcript. & in cap. paſtoralis. colum. ij. eod. tit. Iaſ. in l. j. in §. editiones. colum. j. ſuprà de eden. Dec. in d. c. paſtoralis. colum. iij. & in conſil. clxix. col. fin. Socin. in l. qui duos. colum. ij. ff. de rebus dub. & pulchrè in conſil. lxvij. uolum. iij. quem ter in hoc articulo uariaſſe inuenies.
6 Rurſus † quòd exiſtens in poſſeſſione obtinere debeat, & ſic eſſet iſto caſu fauor dotis, ultra Bald. Nouellum, Socin. & Iaſ. in locis præalleg. uide Barb. in conſi. xxxix. colum. iij. uolum. iiij. Corſet. in ſingul. ſuis in uerbo matrimonium. el iij. Curt. ſeniorem in repet. l. admonendi. colũ. lxxxvij. cum ſequen. ff. de iureiuran. Iaſ. in l. ſi poſt diuiſionem. C. de iu. & fact. ignor. & in l. nemo poteſt. in ij. lectu. in penult. charta. ff. de leg. j. Dec. in l. fin. colum. penult. C. de edi ct. diui. Mod. Bonon. in not. lxxxij.

An autem cauſa dotis comprehendatur in generali diſpoſitione, dixi in l. j. ſ. eod.

Poſtremò no. eſt, quòd adeò præcipua & priuilegiata eſt cauſa dotis, ut licèt uulgò dicamus eſſe refrigerium miſerorum dicere ſpeciale eſt, ſecundum glo. in l. filium quem. C. fam. erciſcun. aliud tamen eſt in cauſa dotis, per hunc text. & l. j. ſuprà ſolut. matrim. ita ibi Paul. Caſt. & Socin. in l. ſingularia, in primo not. ſuprà ſi cer. pet. idem dicens in mutuo per illum text.

Oppoſitum & melius tenet ibidẽ Dec. in j. colum. quia ſpecialia non ſunt multiplicanda. l. j. cum gloſ. C. de dot. promiſ. l. quod uerò, & l. ius ſingulare. ſ. de ll. & ſ. eo. l. quod cõtra. Item, quia in dubio adhęrendũ eſt potius regulæ quam exceptionibus & ſpecialibus. l. j. ſ. eod. l. omnis diffinitio. ſ. eod. & ſatis eſt ſpecialia in cauſa dotis locum habere in caſibus expreſsis. comprobat hanc opi. Ripa in d. l. j. col. iiij. ſolu. mat. & iter Curt. iu l. hæres ad fin. principii ſuprà de iudi. quia ſi in cauſa dotis liceret ſemper dicere, ſpeciale eſt, deſtruerentur infinitæ regulæ & concluſiones doctorum, & ſuperfluus fuiſſet labor ſcribentium accumulãtium ſpecialia fauore dotis. dicere ergò ſpeciale eſſe, non aſsignata ratione ſpecialitatis abſonum eſt & fugiẽdum. l. nam abſurdum. ſ. de bon. libe. c. cum inter, cum ibi accumulatis per Dec. in vij. not. de excep. ex quibus ampliari poteſt dictum illius glo. l. filium, ut procedat etiam in cõtractu mutui, & in cauſa dotis.

SVMMARIVM.

1 *Non tollit factum quod impedit faciendum, etiam quòd factum nõ ſit legitimum. nu. 6.*

2 *Limita quando factum non eſſet per fectum, & quando dicatur perfectum. nu. 3.*

4 *Dos propter inopiam uiri in tuto collocata, ſuperuenientibus uiri diuitijs retractabitur.*

5 *Res deueniens ad caſum, à quo incipere non poteſt, an uitietur*

7 *Factum quandoque facilius deſtruitur, quam impediatur de nouo fieri § ſacerdotio. l. non diſtinguemus. ff. de arbit. declaratur pulchrè & ornatur.*

8 *Effectus facti quòd impedit faciendum quandoque impeditur.*

§. Non eſt nouum, ut quę ſemel utiliter cõſtituta ſunt durent: licèt ille caſus extiterit, à quo initium capere non potuerunt.

SVMITVR ex legibus per gl. alleg. & alia exempla cum concordãtibus adducit glo. in c. factum legitimè. de reg. iur. in vj. ubi præſens regula etiã inſeritur. & ponit ibi Dy. duo alia exempla, quæ tacito auctore tranſcripſit hic Dec.

Nota ergo bonam regulam, ꝙ
1 † ſemel utiliter conſtituta durant, licèt ſuperueniat caſus à quo inchoari non potuiſſent, ſeu ꝙ non tollit factum, quod impedit faciendum. ut allegat Dyn. loco pręalleg. Et ubi Iuriſconſultus hic poſuit uerbũ, utiliter, ſummus Pontifex in d. c. factũ. dixit legitimè, quod comprehendit factum & modum: ut factum in ſe uidelicet, ſit legitimum, & ſine peccato, & legitimo modo factum, nec retractatur ex caſu ſuperuenienti, licèt ſit talis qui impediret inchoationem actus: ſecundum Ioan. And. & Philip. Franc. ibidem.

2 Et intelligitur hęc regula † quando actus perfectus fuit & conſummatus: aliàs ſecus, quia deſtruitur quando deuenit ad caſum à quo incipere non potuiſſet. l. inter ſtipulãtem. §. ſacram. & l. pluribus. §. j. ff. de uerbor. obligat. niſi caſus ſuperueniens ad eundem finem tenderet. l. ſciendum. in fi. ff. qui ſatiſda. cogan. §. ex contrario uerſic. quòd ſi uiuo. inſtitu. de legat. ubi exemplum ponitur.

3 Diſpoſitio † autem non dicitur perfecta abſolutè & ſimpliciter, niſi quãdo perfecta eſt ultima perfectione: quia perfecta eſt executio contractus, ita Aretin. per illum text. in l. ſi ſub uno. §. j. in ij. no. ff. de uerbo. obliga. adducit pro comprobatione not. per glo. & Bald. in l. j. C. de peri cu. & commo. rei uend. Item uoluit ipſe Aret. in d. l. pluribus, in §. j. in ij. colum. ubi notanter declarat, & limitat quod dictum eſt de cauſa inhabilitatis ſuperueniente, & ad eundem finem tendente, per d. l. ſciendũ. in fi. & d. uerſic. quòd ſi uiuo. ut procedat quando non intereſſet debitoris, quòd per ſecundam cauſam ſuperuenientem retractetur & irritetur. Prima ſicuti in d. uerſic. ꝙ ſi uiuo. ut de ſe patet, & in d. l. ſciendum.

dum. ad fin. ubi reus cum ſatiſdede-
tat, ſed quando multùm intereſſet
debitoris cauſam primam nô rema-
nere firmam, tunc licèt cauſa ſuper-
ueniens ad eundum finem tenderet
per hoc tamen non ſeruaretur pri-
ma diſpoſitio.l.j.§.ij.ff. de cur.ſu.u-
bi liquet, quòd ſecunda cauſa ſuper
ueniens tollit primam, ſi talis erat,
quæ à principio impediuiſſet actum
fieri, licèt diſpoſitio præcedens & ſe
quens eam tenderet ad eundem ſi-
4 nem : ideò tenet quòd † dos uxoris
in tuto collocata, propter inopiam
uiri ſuperuenientibus uiro diuitiis
retractabitur, ut penes uirum rema-
neat, ex quo ſuperuenit caſus à quo
initium habere non potuiſſet pro-
pter diuitias, quæ licèt tendant ad
eundem finem cõſtituendi uxorem
magis tutam & cautam: quia tamen
intereſt mariti ut recuperet admini-
ſtrationem bonorum dotis, retracta
bitur, ut ſequitur Iaſo. poſt alios per
eum allegatos in l.ſi conſtante. colũ.
penult.ff.ſolu. matrim. Ad regulam
5 prædictam, † an res deueniens ad
caſum à quo incipere non poſſit, ui-
tietur, tradit pulchram & no. doctri
nam Sali. in l.ſi Gaudentius, ubi eſt
text. qui concordat cum hac lege. C.
de contrahend. empt. diſtinguendo
an caſus ſuperueniens agat in cauſa
uel in perſona efficiente, aut in cau-
ſa formali, id eſt forma rei, aut in
cauſa materiali uel finali, ut ibi latè
per eum, quẽ refert & ſequitur An-
gel. in §.ſi quis debitori. inſtit. de le-
ga. adde quæ ſcribunt Imo. & Aret.
in l. ſi ſub una. in. §. j. & in l. pluri-
bus. etiam in §. primo. de uerbor.
obligat. Dec. & alii in cap. cum ceſ-
ſante. de appella.

Et quia hæc regula loquitur quã-
do aliquid utiliter factum eſt, am-
6 pliatur etiam † quòd factum non ſit
legitimum: ut quia contra prohibi-
tionem iuris, tamen uidelicet: quia
multa fieri prohibentur, quæ tamen
facta tenent. l.j.§.biduum. ff. quan-
do appella. ſit. quod exemplificari
poteſt in pluribus caſibus: ut hic per
Dec. & plenius per Iaſon. in l. à pa-
tre furioſo. colum. iij. & iiij. ff. de his
qui ſunt ſui uel alien. iur. quæ intel-
liguntur quando lex prohibens ulte
rius procedit ita diſponendo, uel tra
ctatur de commodo aut fauore pa-
tris cui renunciare poſſit: ut hic per
Dec. poſt Paul. de Caſtr. in conſilio.
cxvj. circa principium, in antiquis.
per Iaſ. in l. non dubium. in multis
locis. C. de legi. & Felin. in c. ſi dili-
genti. de foro compet. & per eũdem.
Dec. in conſil. ccccxciiij. & ccccxcix.
ubi reprobat deciſionem Feder. de
executione facta per Guardianũ fra-
trum minorum. quam hic approba-
uit & ſequutus fuit.

Quandóque tamen ecõtrario ad
7 regulam noſtram, facilius † deſtrui-
tur factum, quàm impediatur de no
uo fieri. l. non diſtinguemus. in §. ſa-
cerdotio. ff. de arbit. idque operatur
in eo caſu rationis diuerſitas, ſolui-
tur enim ibi compromiſſum, quia
uerisimiliter in tali dignitate ſecula-
ria negotia tractare noluiſſet, ideò
datur abſtinendi facultas & compro
miſſum ſoluitur, quæ ratio ceſſat
quando in conſtitutum in ſacerdo-
tio compromiſſum fuit: ſecundum
Dec. hic ad fin. ſed text. ibi aliam ra-
tionem aſsignare uidetur, quæ pari-
ter

ter locum habet quando compromiſſum factum fuit in ſacerdotem iam ordinatum, dum ait, id non tantum honori perſonarum, ſed etiam maieſtati Dei indulgeri, cuius ſacris ſacerdotes uacare oportet, ſicque fauore diuinę maieſtatis iudicare non compellitur. Vnde dico, quòd quando iam ſacerdos exiſtẽs compromiſſum ſuſcipit, cogitur pronunciare, quia imputandum eſt ei, cur paſſus fuerit in ſe compromittu, præſumendumque eſt, ꝙ tale onus nõ recepiſſet, niſi ſciuiſſet poſſe ſacris uacare & tali oneri ſatisfacere, ea propter meritò cogitur. de quo quidẽ text. præalleg. §. ſacerdotio. uide pulchrè Feli. in c. præſentata. col. j. de teſtib. & Dec. de materia in cõſi. ccccxciiij. & ccccxcix.

8 Poſtremò not. ꝙ † quamuis legitimè factum duret, & non retractetur propter cauſam ſuperueniẽtem: attamen quandoque impeditur illius effectus, ut per gl. in d. c. factum legitimè.

SVMMARIVM.

1 *Ex cauſa receditur à regulis iuris.*
2 *Aequitas quãdo rigori præferatur.*
3 *Ratio naturalis allegabilis eſt ad deciſionem cauſarum.*
4 *Quærere rationem ubi ſentimus, non eſt niſi firmitas intellectus.*

§. Quotiens æquitatem deſiderij naturalis ratio, aut dubitatio iuris moratur: iuſtis decretis res temperanda eſt.

In text. ibi moratur, id eſt differt & impedit. Exemplifica ut per glo. & Dec. hic, probari illud generale dictum, ꝙ † ex cauſa receditur à regulis iuris communis. de quo plenè per Felin. & omnes ſcribentes Moder. in c. j. de conſtitut. Tu potes etiam dicere hic probari, ꝙ † æquitas non præfertur rigori quando ratio naturalis uel iuris diſpoſitio refragantur, de quo in l. placuit. C. de iudi. & dicetur infrà. Notari etiam poteſt, ꝙ † ratio naturalis eſt allegabilis ad deciſionem cauſarum: ad quod eſt textus not. in l. ſcire oportet. in §. ſufficit. ff. de excuſat. tut. ibi, quod ipſa naturali iuſtitia ſufficit firmare. de quo quia an in ſuperioribus dixerim memor non ſum, uide tex. no. in l. in rebus. in §. poſſunt. ff. commod. text. l. unicæ in §. j. cum not. per Bald. C. de cad. toll. Barb. in conſi. iij. col. fin. lib. ij. dum ponit ratione naturali quid probari & reprobari. Corſ. in litera o, ſing. incip. ubi doctor. Iaſ. in l. dedi. in §. ſi liber tus. colum. ij. ff. de condi. cauſ. data. & in l. quamuis. col. j. ff. de in ius uocan. in l. illam. col. iij. C. de collat. & in auth. ſi qua mulier. col. ij. C. de ſacroſan. eccl. Dec. in c. ſecundò requiris. in iij. not. de appel. & Moder, Bonon. in repet. rubr. C. de proba. col. xxxviij. Iaſ. in conſi. cxxvj. colũ. pen. lib. iiij. ubi refert Hern. dicentem, iudicem ita moueri debere per dictũ naturale, ſicuti per legem ſcriptam. 4 Et ſimiliter † quærere rationem, ubi ſentimus, non eſt niſi infirmitas intellectus, ſecundum Auer. quem doctor. ſæpe referunt & ſequuntur: ut ibi per Iaſ. Rei enim ſatis demõſtra

tæ fruſtra alia additur demonſtratio.l.j.in fi.ff.de dot.præleg.ſuperuacuisque laborat impendiis, qui ſolē facibus illuſtrare conatur capi. bene quidem.xcvj.diſtinct. ut per Zanetinum inter conſilia Socin.iiij.uol. in conſi.vj.

SVMMARIVM.

1 *Actoris conditio per litis conteſtationem non fit deterior.*

2 *Dictio, plerunque, quomodò accipiatur. & an quandoque conditio fiat deterior per litis conteſtationem.*

*Effectus reſultantes ex litis conteſtatione qui ſint.*

L. LXXXVIII. PAVLVS.

NON ſolet deterior conditio fieri eorum, qui litem conteſtati ſunt, quàm ſi non eſſent, ſed plerunque melior. Nemo enim perſequendo deteriorem cauſam, ſed meliorem facit. Denique poſt litem conteſtatam hæredi quoque proſpicitur: & hęres tenetur ex omnibus cauſis.

DIVIDITVR in tres partes. In prima ponit dictum: In ſecūda rationem. In tertia, quod dixerat, probat ab effectu.ſecunda ibi,nemo enim.tertia ibi,denique.Sumitur ex legibus in glo.alleg.

1 Not.ꝙ † per litis conteſtationem non fit deterior conditio eius qui litem conteſtatur, ſed plerunque melior: ut hic, & aliis iuribus per glo. alleg.Dec. aſsignat rationem, quia iudicium introductum eſt in fauorem actoris: ideò in eius odium retorqueri non debet. Mihi uidetur ꝙ Iuriſconſultus hic clarius rationē aſsignet, dicens: nemo enim perſequendo &c.quaſi dicat,labor & diligentia proſequentis ius ſuum nocumento ſibi eſſe non debet.l.fi.C. de allu.& palud.ubi gl.adducit alia iura,& illud Catonis.

*Cùm labor eſt damno mortalis creſcit egeſtas.*

Hinc dicimus, ꝙ uigilantibus & nō dormientibus iura ſubueniunt.l. pupillus.ff.de his quæ in frau.cre.& in rubr.procem.inſtit.ibi, cupidè legū iuuentuti.cum ibi not. Et ex uerbo

2 † plerunque,in princ.regulę appoſito patet, ꝙ quandoque conditio litigantis deterior fit per litis conteſtationem: nam poſt litem conteſtatā uariare non poteſt: ſecundum gloſ. hic in fi.& ſecundum Dec.id cauſatur ob electionem prius factam non propter litis conteſtationem. Sed reſpon. ꝙ niſi accederet litis conteſtatio non impediretur uariare:ut in l. alleg.per gl.ideò effectus attribuitur litis conteſtationi. Comprobantur prædicta clarius per l.edita.cum materia.C.de eden.ubi litis conteſtatio impedit emendationem, & mutationem libelli, & ſic uariationem.

Aduerte etiam quia uerbū illud, plerunque determinat quod de meliori cā dixit,non de deteriori, & ſic malè elicitur, arguiturque per litis conteſtationem fieri quādoque cauſam deteriorem:cùm enim dicat plerunque fieri meliorem, non bene infertur

fertur quandoque fieri deteriorem, ſed bene non ſemper fieri melioré, ſed quòd fiat deterior nequaquam. Et ſi nonnunquàm per litis cõteſtationem conditio litigantis deterior efficiatur: ut in caſu l. amplius non peti.ff.rem ratã haberi.ubi promittens ſub pœna non petere, non incurrit pœnam per ſimplicem petitionem, ſed facta demum litis conteſtatione. Quod autem per litis conteſtationem plerunque faciat quis conditionem ſuam meliorem, probat hic Iuriſconſultus per unũ not.
3 † effectum inde reſultantem, quia actio aliàs non tranſmiſsibilis, fit tranſitoria ad hæredem & cõtra hæredem, de quo plenè in.§.pen.inſti. de perpet.& tempor.actio. & in l.j. C.ne ex delict.defunct.glo. addit ſecundum effectum de perpetuatione actionis, ut per eum. Alium effectũ ponit tex.no.in l.ſi Titius.ff. de uerbo.oblig.ubi Aquen.& alii no.quia per litis conteſtationẽ acquirit quis ſibi actionem quam prius non habebat, ut in caſu illius legis. Quoſdã alios effectus reſultantes ex litis conteſtatione ſeu quaſi, ponit Soci.in c. quoniam.in pen.charta, extra ut lit. non conteſt.

## SVMMARIVM.

1 *In mora non dicitur: qui legitima exceptione tueri ſe poteſt.*
2 *Pœna non committitur ubi nulla eſt petitio.*
3 *Hæc regula quomodò intelligitur. & nume. 4.*

L. LXXXIX. SCAEVOLA.

NVLLA intelligitur mora ibi fieri, ubi nulla petitio eſt.

SVMITVR ex l. ſi pupillus.ff. de uerb.oblig.& ex.l.lecta. in uerſi. dicebam.ff.ſi cer.pet. ubi dicitur nõ
1 † eſſe in mora eum, qui legitima exceptione ſe tueri poteſt, & ubique doct. tradunt. Et hoc etiam pro regula ponitur in c.non eſt in mora. de reg.iur.in vj.ubi not.gloſſ. plura exempla ponit ad iſtam regulam declarans quomodò intelligatur exceptio legitima. infertur ex regula, quòd
2 † pœna non committitur, ubi nulla eſt petitio: quia ſine mora non incurritur, de quo in l. ſi pacto quo pœnam.C.de pact. Infertur etiã ad notab.quæſtionem per Ioan. Andr. & alios in d.c. non eſt in mora. Intelligitur autem præſens regula, nullam
3 † eſſe moram quæ inducatur, ſed prius inducta bene cõſeruatur: quia dilatio lucrum afferre non debet.l.in fideicommiſsi.in prin c. ubi glo.not.ſecundum Dec. ff. de uſur. Pro quo pondera text. noſtrum in uerbo, fieri. ſecus ergo ſi facta ſit.
4 Limita † etiam ut per Iaſ. in d.l. ſi pupillus.* Et per Ripã in l. quod te, colum.xviij.in vj.argum.ſ.ſi certum pet. Videte etiam circa materiã iſtius legis Pariſi.conſi.cx. colũ.iiij. libr.j.& Bald.in l.fin.colum.ult. C. quod cum eo. quòd ubi non eſt debitum, non poteſt fundari contumacia circa ſoluendum.]

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Succeſsio teſtati præfertur ſucceſsioni inteſtati, etiam quòd inſtitutus non eſſet capax totius hæreditatis.*

2 *Subſtitutus non admittitur, donec inſtitutus ex teſtamento ſuccedere poteſt.*

3 *Hæc regula fallit. & nu. 5.*

4 *Spurius poteſt inſtitui ſub conditione, ſi legitimabitur.*

L. XC. PAVLVS.

QVANDIV poſsit ualere teſtamentum: tandiu legitimus hæres non admittitur.

SVMITVR ex l. quandiu. la ij. ij. ff. de acquir. her. cum alleg. per gl. hic, & in d. l. quandiu. Deferuntur enim hæreditates ſecundum uoluntates teſtatorum. l. j. C. de ſacroſ. eccle. §. diſponat. in auth. de nupt. & l. in conditionibus. cum uulg. ff. de cõdit. & demon. ideò nimirum ſi ſucceſsio teſtati prefertur ſucceſsioni in-
1 teſtati. Et procedit regula † etiam ſi inſtitutus non eſſet capax totius hæreditatis, ut innuit textus in l. antequàm. C. communia de ſucceſ. ubi no. Bald. Corn. & alii declarantes, quid fiet de portione quam non ca-
2 pit. Et pariter † ſubſtitutus non admittitur, donec inſtitutus ex inſtitutione & teſtamento ſuccedere põt. l. quandiu. la j. ff. de acquir. hær. quod nulla alia ratione diſponitur quàm
* ut ſeruetur uoluntas teſtatoris.* Secundò amplia regulam iſtam ut per Dec. in l. ſi à fratre. C. de teſtamen. mili. ]

Limitatur iſta regula ſecundum glo. hic & ſequitur ſimpliciter Dec.
3 † quando ita eſſet teſtatoris uoluntas: per text. in l. ſi quis hęres ita inſtitutus. ff. de hæred. inſtit. Azo gloſſator antiquus uolebat, quòd legitimus hæres ibi ueniret ex teſtamento. mouebatur arg. non concludenti Accurſius noſter ideò dicit, argu. illud capiat, qui poteſt. Albe. de Roſ. hic nititur capere. Et opinioni Azonis adhærebat etiam Bald. in d. l. antequam. dicens, ꝙ in d. l. ſi quis ita. propter uoluntatem teſtatoris ueniens ab inteſtato obtinet gradum inſtituti: ſed uerum non eſt, quòd ibi legitimus cenſeatur inſtitutus, quia poſita in conditione non cenſentur eſſe in diſpoſitione. l. ſi quis ſub conditione. ff. ſi quis omiſ. cauſ. teſtam. ſecundum Salic. Et ſecũdum Fulg. & Corn. in d. l. antequàm. dici poteſt, quòd hæc regula non fallit in caſu d. l. ſi quis ita. ſtatim ꝙ legitimus hæres declarat ſe uelle hæreditatem, deficit conditio inſtitutionis, adimiturque facultas ſeu ſpes ſucceſſionis ex teſtamento: ideò non ſuccedit abinteſtato antequàm deficiat ſpes ſucceſsionis ex teſtamento, ſed ſimul ſucceditur ab inteſtato, & deficit cauſa teſtati. Et ſic gloſſ. & Deci. hic ponentes limitationem in caſu d. l. ſi quis. minus bene ſentiunt. Et
4 per illum † text. docto. communiter tenent ſpurium poſſe inſtitui hæredem ſub cõditione, ſi legitimabitur: & interim dandum eſſe curatorem hæreditati, qui bona adminiſtrabit ut

ut per Alex. in l. Gallus. in §. inſtituens.ff.de liber.& poſth.& latè con ſuluit Curt.Iun. in conſ. lxxxiiij.

Secundus caſus in quo fallit regu la noſtra, eſt in l.hac conſultiſsima. in §.ſi quis autem.C.de teſtamẽ.ubi Alex.in ſecundo not. ait cauſam inteſtati præualere teſtamento. & ſequitur hic ſimpliciter Dec. Sed fallitur, in caſu enim illius §.teſtamentum primum non ſubſiſtit, uerũ cau ſa inteſtati præualet: ergo nõ poteſt eſſe fallentia ad regulã legis noſtræ, quòd legitimus non admittitur quã diu ualere poteſt teſtamentum: cùm teſtamentum ibi ualere non poſsit. De caſu tamen illius §. ultra dicta ibi per ſcribẽtes, uide Alex. in conſ. cv.& cxiiij.li.vij.& Mod. Aſten. in tractatu de forma fol. xj.col.iij.uerſ. ad dictum §.

## SVMMARIVM.

1 *Aequitas in omnibus actionibus mundi, præcipuè in iure attendi debet.*

2 *Opinio doctoris prima, quæ æquitatem ſapit, cenſetur apppobata.*

3 *Aequitas quid ſit, quomodò cognoſcatur, & nu.4.*

5 *Iudicem habere æquitatem ante oculos quomodò intelligatur, & nume.7.*

6 *Iudex clementior lege non debet eſſe.*

8 *Facultas procedendi ſecundum æquitatem quid ſignificet.*

6 *Rigor præfertur æquitati, quando æquitas non eſt ſcripta. Limita, numer.10.*

*L.proſpexit.ff. qui & à quibus, ornatur.*

11 *Rigor in ſpecie ſcriptus præfertur æquitati in genere ſcriptæ. Limita nu.13.& 14.*

12 *Præſcriptio quare fuit introducta.*

15 *Rigor ſcriptus poſt æquitatem præfertur æquitati.*

16 *Lex pœnam continens dicitur eſſe æqua.*

17 *Rigor iuris ſæpe ponitur pro eo quod ordinatum eſt à iure.*

L. XCI. PAVLVS.

IN omnibus quidem, maximè tamẽ in iure, æquitas ſpectanda eſt.

SVMITVR ex legibus per gloſ. alleg. conformis eſt alia regula poſita ſupra eo. quòd in dubiis benigniora pręferenda ſint & ibi plura ſcripſi.& ideò æquitas præfertur rigori. l. placuit. C.de iudic.& per ſe mitam æquitatis procedi debere iubet lex. de offic. leg. cap. quærenti, quã æquitatẽ ante oculos iudex ſem per habere debet.l. quod ſi Ephe.ff. de eo quod certo loco.hinc Ariſtot. Ethicorum v.Epicheam, quã æquitatẽ dicimus, meliorem eſſe legali iu ſtitia predicat, ideoque præferri. Et
1 † iſta æquitas in omnibus actionibus mundi attendi debet, præcipuè tamen in his quæ tractantur & traduntur in iure, quod ſemper eſt bonum & æquum.l.j.ff.de iuſti. & iure.ita uoluit hic dicere Iuriſconſultus, ſecundum primam declarationẽ gloſſ.quæ melior eſt ſecũda, & huic literæ magis quadrat. AEquitas ergo attendenda eſt in pactis, in contractibus, in ultimis uoluntatibus, & in iudicis, ſecundum gloſ.hic. Et generaliter in quibuſcunque diſpoſitionibus

ſitionibus per generalitatem præſen
2 tis regulæ. Hinc etiã eſt, quòd † licèt ultima opinio doctoris cenſeatur approbata, quãdo tamẽ prima æquitatem ſapit, ſecus eſt, ut per Iaſ. & in dict. l. placuit. & per Deci. infrà ad fin. commenti. qui in materia æquitatis plura hìc allegat, quæ prius cumularunt Iaſ. & alii in d. l. placuit, & in d. l. ꝗ ſi Ephe. & in l. ſi tibi. ff. ſi cer. per. But. & Abb. in c. fin. de transa. Card. Alex. in ca. diſciplina. xlv. diſt. & Felin. in c. ij. de re iud. & Paris. in cap. quoniam contra. de pro-
3 bat. in princ. Eſt autem † æquitas iuſtitia dulcore miſericordiæ temperata. ſecundum Hoſtien. in ca. fin. de transla. pręla. uel eſt benignitas quędam animi impellens ad aliquid iuſtè agendum l. nulla. ff. de legib. uel eſt rectitudo iudicii naturalem ſequens rationem. l. j. ff. de legib. & l. j. §. quod quis. ff. ſi quis teſt. liber. l. ſcire oportet. in §. ſufficit. ff. de excu. tuto. l. ij. §. itẽ Varus. ff. de aqua. plu. arc. alias diffinitiones tradit Bald. in l. j. col. ij. ff. de iuſti. & iur. & Archiepiſ. Flo. in tertia parte ſummæ, ubi dicit, quòd eſt rerum conuenientia quæ cuncta coæquat, & in paribus cauſis paria iura deſiderat: lex uerò interpres eius eſt. intellige prędicta de ſimplici & uera æquitate. ſimulata enim æquitas duplex eſt iniquitas. gloſſ. in clem. j. in uerbo ſanctitatis. de relig. domi. Ad cognoſcẽ
4 dum † uerò æquitatem, Bald. quædam ſcribit, docetque in l. in emen tis. col. j. C. de contrah. empt. & in l. ſi quis ſeruo perſuaſerit. C. de furt. ubi inquit, quòd ex Lita uulneratus. ff. ad legẽ aquil. colligitur iſta doctrina ad cognoſcendũ æquitatem, ut id æquum dicatur cuius contrariũ eſt abſurdum. cõperio etiã quòd Zaſius Germa. in l. nulla. ſ̃ de legib. ſcribit, quòd ad inueniendum æquitatẽ nõ ſcriptam per rationem boni & prudentis uiri nulla melior eſt uia, quã benignitas, & parabilis moderatio, dummodò fiat interpretatio ſine cuiuſque iniuria. quo nomine Ser. Sul. à Cicerone in v. Philippica pulchrè laudatur, cuius admirabilẽ iuris ſciẽtiam ſcribit fuiſſe in ſententiis ex æquitate explicãdis, ut nõ tã iuris, quã iuſtitiæ conſultus diceretur, ut potè medulla iuſtitiæ, & quaſi germana ueraque iuſtitia ſit æquitas: ut Budæus & Zaſius in interpretatione l. j. ſ̃. de iuſt. & iur. dixerunt. Ea etiam ratione mirum in modum ab eodẽ Cice. in orationibus extollitur C. Aquilius. Vereor, inquit, de tali uiro ne plus dicam quã uos aut ſentiatis, aut apud uos commemorari uelitis. quapropter hoc dicã nũquã eius authoritatem nimium ualere, cuius prudentiam popu. Roma. in cauendo non in decipiendo proſpexit, qui iuris ciuilis rationem nunquam ab
æquitatẽ ſeiunxit. † Iudicem uerò æ- 5
quitatem ante oculos habere debere, intelligitur, non de æquitate à iure informata, de qua in cap. ex parte. el ſecundo. de offic. deleg. quia eſt idẽ quod ius, quod eſt ſemper bonũ & æquũ. dict. l. j. de iuſt. & iure. ſed ſimpliciter de æquitate naturalis iuſtitiæ: ut per Deci. hìc & in d. cap. ex parte. Abb. tamen & Iaſ. ubique relatus per Deci. contrarium tenent: ut Deci. refert, & ſequitur etiam in ca. quoniã contra. colũ. ij. de probat. &

Mod. Taurin. in l. j. colum. iiij. ff. de iuriſdict. omnium iudic. & in l. qui accuſare. colum. j. C. de eden. & pulchrè Barb. in d. c. ex parte. el ij. colũ. iij. nota, inquit, ex iſto text. quòd iudex debet procedere ſecundum ęquitatem informatam à iure. adducit etiam text. in d. c. fin. de tranſac. in l. placuit. C. de iudic. & in l. quod ſi Epheſi. Sicque in quantum, ait, iudicem ſequi debere æquitatem, intelligitur de æquitate informata à
6 iure: quia † iudex non debet eſſe clementior lege. §. oportet. in authen. de iud. quod dicit not. contra illos qui ſe amplecti ęquitatem aiunt prę ter iuris formam. illa enim non poteſt dici æquitas: quia deuiat ab eo quod eſt iuſtum & æquum, cùm lex ſit fundata ſuper ratione & ęquitate c. conſuetudo. diſt. j.

Vt arbitror, & ex prædictis patet,
7 † diſtinguendum eſt, aut habemus ius ſcriptum & ęquitatem ſcriptam: & tunc ab eis non eſt diſcedendum. c. erit autem lex. iiij. diſtinct. l. leges. C. de legib. l. nemo poteſt. ff. de leg. j. Et fraus eſſet qui ſpretis prædictis uellet ex æquitate capite proprio fabricata procedere. Aut æquitas per ius deſcripta non reperitur illo occurrenti caſu: & tunc attenditur æquitas naturalis iuſtitiæ: & ita loqui uidentur Barba. & Deci. ubi ius deficit, & idem Deci. in d. c. quoniã contra. colum. ij. de prob. dũ inquit, ubi ius ſcriptum deficit, ad æquitatem recurritur, quæ idem eſt quod naturalis iuſtitia: ſecundum Bald. in c. paſtoralis. in fin. per illum text. de cauſ. poſ. & propr. & ita etiam tenet Card. Alex. in c. diſciplina. colũ. j. xlv. diſtin. allegat. c. fin. in fi. de trãſact. & c. conſuetudo. diſtinct. j. & ita intelligi debet iſta materia: quæ omnia not.

8 Quid autem † poſſit facere ille, cui data eſt poteſtas & facultas procedendi ſecundum æquitatem, ponunt Felin. & Dec. in d. c. ex parte. Quantùm aũt ad regulam noſtram dicentem æquitatem præferri rigori, plures dari poſſunt limitationes: ut hic per Dec. & ſcribentes in locis
9 prælleg. Et primò † quando æquitas eſt ſcripta, aliâs ſecus: quia rigor præfertur æquitati non ſcriptæ. l. j. C. de legib. Iaſ. in d. l. placuit. Abb. & alii in d. c. fi. & Card. in d. c. diſciplina. omnes citãt. l. proſpexit. ff. qui & à quib. ibi, hoc quidem per quàm durum eſt, ſed ita lex ſcripta eſt. De quo text. ratione carente ſecundum pleroſque ultra dicta ibi per Bart. & Alexand. uide Iaſ. in l. Gallus. in §. ſi eius. colum. iiij. ubi Aquen. l. j. ff. de lib. & poſthu. Iac. de ſancto Georg. in tract. feud. in uerbo, & dicti iuue ſtiti promiſerunt. ad fin. Dec. in con ſil. xxxvij. colum. j. & Pariſium in c. in præſentia. nume. lxxxiij. de prob. Aduerte tamen, quòd licèt æquitati non ſcriptæ præferatur rigor ſcri-
10 ptus, fallit † quando cũ dicta æquitate concurrit præſumptio contra iuris rigorem. glo. eſt not. in c. ſuſcitata. in glo. penult. de reſtitutio. in integr. rigor enim iuris diſponit pendente appellatione uel ſupplicatione ſententiam exequi non debere, ſi tamen præſumptio ſit contra petentem reſtituta ex æquitate fiet executio præſtita cautione: ut ibi ſequuntur Felin. in cap. ij. colum. j. de re iudic.

dic.& Card.in d.cap.diſciplina. ad fin.j.colum.

11 Secundò regula † procedit in æquitate in ſpecie ſcripta, ſecus ſi ſcripta eſſet in genere: quia rigor in ſpecie ſcriptus præfertur.Dec.hîc Iaſ. & omnes in locis præallegatis exemplificant in præſcriptione quæ uidetur contra generalem æquitatem dictantem cum aliena iactura neminem debere locupletari.l. nam hoc natura.ff.de condit. indeb. cap.ſuam.de pœn. Et tamen rigor iuris præſcriptionem inducentis in ſpecie aduerſus illam generalem æquitatem præfertur.l.j.& toto titu.ff.de uſucapio. licet contra æquitatem uideatur, ut ex re tua ego diues efficiar. Sed certè non eſt iniquitas, nec rigor contra æquitatem in prædicta materia.

12 † Aequum enim, bonum, & utile eſt, quòd rem quandiu bonaque fide poſſedi, nõ auferas à me:& æquitatis ratio ſcripta eſt in d.l. j. ne dominia rerum ſint in incerto, quod eſt ęquum,& qui damnum patitur, ſuæ negligẽtiæ aſcribat.l.quod quis infrà eodem tit.Reſtringe etiã præ-

13 dictam concluſionem† de rigore in ſpecie ſcripto præferendo æquitati in genere ſcriptæ,niſi æquitas in genere ſcripta, ſit per modum regulæ, quia tunc præfertur rigori,etiam in ſpecie ſcripto: ut poſt Imol.& Alex. ibi relatos ſcribit Dec.in præalleg.c. quoniam.colum.ij.

14 Iterum reſtringe † in arbitrariis, in quibus iudex poteſt æquitatem non ſcriptam rigori ſcripto præferre: ita poſt Imol. uoluit hic Dec. in uer.pro dicto tamen.Abb. & latius Felin.in cap.ij.colum.j.de re iudic. ſed ſi uoluerit rigorem ſcriptum ſequi, id facere poterit, cùm arbitriũ ſit: ut per Iaſ.in d.l.placuit.ad fi.Eo igitur caſu bonum eſſet habere iudicem fauorabilẽ. Et plura quæ æquitate ſuadente poteſt iudex facere,accumulant Mod.Bon. in l.j.§.fi.col. xiij.ff.de quæſtio.

15 Tertiò limitatur † regula quando æquitas eſt poſt rigorem ſcripta: ſecus ſi rigor ſcriptus ſit poſt æquitatem: quia attenditur rigor.gl. pen. in c.extirpandæ. de præbend. quam ſequuntur Alex.Iaſ.& alii in d.l.placuit.& Socin.in l.ſi tibi.circa fi.ff. ſi cert.pet.Dec.hîc ad finem ſequitur. Abb.Gemin.& Felin.contrarium tenentes. Nec obſtat ꝙ lex poſterior priorem corrigat, quia procedit qñ directò contrariatur: ſed rigor & æquitas non ſunt directò cõtraria: quia æquitas temperat rigorem. idẽ tenet ipſe Dec.in d.c.quoniam. col. ij. & licet non dicat, per prædictam rationem tenent Ant.de But. in d. c.fi.& Card. Alex.in d.c.diſciplina. col.ij.in princ.

16 Poſtremò nota,† quòd lex pœnã continens dicitur æqua.per text.no. in l.ita uulneratus.ff.ad legẽ Aquil. Dec.poſt Bald.in d.c.quoniam.col. ij.& per d.l.ita uulneratus.dixit no. Bart.in l.quemadmodum.circa medium.C.de agric.& conſi.libr. xj.ꝙ ubi tractatur de punitione delicti, materia reputatur fauorabilis & extendenda. de quo uide Rom.in conſil.cv.Iaſ.in l.ſi certis annis. colum. ij.C.de pact.& in l. ſi quis id quod. colum.penult.ff.de iuriſdictione omnium iudicum.Aquen.in repetit. l.ut uim,colum.xviij.ff.de iuſtit. &

iur.& in d.l.ſi quis id quod.col. fin. Corſe.in ſingul.incip. lex pœnalis, ſub litera e.Dec.in l.qui ſe patris.co lum.fin.C.unde lib. Crotum in repet.c.ut animarum.col.fin.de conſti tu.in vj.

17 Scias etiam, ꝙ † rigor iuris ſæpenumerò ponitur pro eo, quod eſt ſcriptum, & regulariter ordinatum à iure, non autem ad differentiam æquitatis: ut in c.ſi clericus laicum. de foro compet.& in clem.ij. de appellat.ut per Dec.in c.ex ratione ꝯ lum.vj.de appel.

SVMMARIVM.

1 *Repudiato uno iure, non tollitur alterum. Limita nu.2.& 4.*

3 *Renunciationes ſunt ſtrictè intelligendæ.*

5 *Filia, quæ renunciauit hæreditati patris, poteſt eam adire ex perſona fratris.*

L. XCII. PAVLVS.

QVOTIES duplici iure defertur alicui ſucceſſio: repudiato nouo iure quod ante defertur, ſupererit uetus.

SVMITVR ex legibus in gl.al leg.Hæc regula ſecundum Dec. dupliciter intelligi poteſt.Primò quan do eodem tempore ſucceſsio defertur.Secundò ubi ſucceſsiuè competeret. ſed iſta intelligentia repugnat literæ loquenti qnando una ſucceſsio poſt aliam defertur,quòd repudiato nouo iure,ſupereſt uetus: ergo non loquitur quando ſucceſsio eodem tempore defertur. Dictum in ſe ue-

1 rum eſt,quod † per repudiationem unius iuris,non tollitur alterum, ut infrà dicetur.

Pro primo dicto,Dec.hic allegat l.puberem. cùm gl. C. de iure delibe.& l. ſi domus.ff. de ſeruitu. urb. prædio.intelligendo tamen quando renunciatio reſpicit unam ſpeciem litis, prout hæc regula loquitur in il lis uerbis repudiato nouo iure; quo caſu repudiatio limitata uidetur limitatum producere effectum.l.in agris. ff. de acquir.rerum dom. ſecus

2 † ſi repudiatio referatur ad ipſam hæreditatem uel ſucceſsionem,quia tunc uidetur renunciatum omnibus iuribus, quæ ad ipſam hæreditatem cõmpeterent.ut per Bart.in l.nec is. in §.j.ff.de acqui.hære.& gloſ. l.j.in x. ſed uidendum.in uerbo ſuccedat. ff.de ſucceſ. edict. cum aliis hic per

3 Dec. alleg. quòd † renunciationes ſunt ſtrictè intelligendæ:& ideò uno iure ſublato,alterum non tollitur:ut late dixi in repe.l.fin. nu. clxv. cum ſeq.C.de pact.Ad gl.uerò ſuper prædicto uerbo,ſuccedat,uide Are.in d. l.quãdiu.la j.in fin.ſuprà de acq. hære.Angel.in §. cùm igitur. inſtit. de bon.poſ.Soci.in repe.l.j.fol.pe. col. iij.ff.de uulg. Dec. in l.j. col.iij. C. qui admitti. & Iaſo. plene in l. nec is.in §.j.col.iij.& iiij.ff. de acq. hær.

4 Secundò limitatur regula †in pluribus iuribus ſeparatis: ſecus,inquit Dec.ſi eſſent connexa: quia unũ haberet dependentiam ab altero: tunc enim uno ſublato,non remanet alterum. l. illud. ff. de acqui. hæredi.

ubi

ubi repudiata hæreditate ab inteſtato, etiam ex teſtamento repudiata intelligitur: ut hîc per eum. de quo eſt text. not. in §. j. d. l. nec is, ubi Iaſ. col. ij. dupliciter reſtringit. Quando uerò ſucceſsiuè plura iura competerent, ut in terminis iſtius regulæ, tunc uno ſublato nõ tollitur aliud. & iſtud eſt ueriſsimum, quia etiam, quòd ſimul competerent, uno repudiato non intelligitur repudiatum alterum, cùm repudiationes (ut dixi) ſint ſtricti iuris, ſtrictéque intelligendæ, limitando tamẽ, ut in præcedenti dictum eſt.

Exemplificari etiam poteſt not.
5 hæc regula ſecundum Dec. in †filia quæ renunciauit hæreditati patris, quòd nõ excludatur quominus poſſit ſuccedere in hæreditate paterna, quæ inde ex perſona fratris ſibi deſeratur, cũ illa ex nouo iure ſupueniẽti ſibi deferatũ, ẽt, ꝙ hæreditas patris non fuiſſet per filium adita: ut hic per eum, de quo plenius dixi in repetitio. l. fin. C. de pact. & in l. hæreditas. ſuprà eod. tit.

## SVMMARIVM.

1 *Librarius quis ſit. Et unde dicatur.*

2 *Imperitia tabellionum deſtruit mundum.*

3 *Error notarij non nocet. Amplia. nume. 4. Et in dubio in eo non præſumitur. nu. 6. & 34.*

5 *Error in ſententia uel iudicijs quando noceat.*

7 *Scripta in inſtrumento. præſumuntur de commiſsione partium.*

8 *Idem in clauſulis, etiam teſtamenti, maximè in dubio. nu. 9*

10 *Notarius quando uerba partium latinè exprimi nequit, debet ea uulgarizare.*

11 *Verba uulgari modo ſcripto interpretantur ſecundum communem uſum loquendi. Et quando. nu. 12.*

13 *Notarius an concipere debeat uerba in prima uel in tertia perſona.*

14 *Et ſufficit, quòd ſcribat effectum uerborum.*

15 *Verba notarij non nocent partibus. Et ſi ſunt ambigua declarantur per eum. nu. 62.*

16 *Notarius quando poſsit errorem ſuum corrigere. & nume. 17. 18. 22. 24.*

19 *Indictio omiſſa quando uitiet inſtrumentum, & nume. 20.*

21 *Quæ ſpectent ad officium notarij: & quæ requiruntur in inſtrumento publico.*

23 *Officiali in officio ſibi commiſſo quando credatur.*

25 *Error in dubio cuius præſumatur.*

26 *Error quomodò probetur.*

27 *Prothocollum ad petitionem partis exhiberi debet. Et quid ſi inſtrumentum fuerit exhibitum. numero. 29.*

28 *Petens prothocollum exhiberi quando inſcribat ſe ad pœnam talionis.*

30 *Inſtrumentum leuatum ab alienis prothocollis quando faciat fidem.*

31 *Notario aſſerenti ſe rogatum de alio inſtrumento non creditur, niſi producatur.*

32 *Notarius quando poſsit extendere inſtrumentum ex prothocollis alterius notarij.*

35 *Notarius an poſsit interrogari, quid diſponat lex cui aſſerit renuntiatum, & ſi ignoret, an noceat parti.*

36 *Notarius utens duobus ſignis incidit in crimẽ falſi.* Et quid *operetur ſignum. num. 37.*

38 Inſtrumento *notarij ſine forma publica non datur fides.*

39 *Notarius ſcribens inſtrumentum uſurarium quomodò puniatur.*

40 D*uo notarij rogati, etiam ex forma ſtatuti, conficientes etiam inſtrumenta uaria, an debeant ſe ſubſcribere, uel unum alius pro teſte apponere.*

41 S*tatutum requirens duos notarios habet locum etiam in inſtrumento iurato. Fallit nu. 42. Et quæ ſit ratio. nu. 43.*

44 A*uctoritas notarij quæ ſit. Et an inuitus, & de quibus poſſit rogari.*

45 *Notarius an poſſit conficere inſtrumentum ad ſui uel ſuorum utilitatem uel damnum. Et quid de teſtamento.*

46. *Notario an credatur de commiſſione ſibi facta.*

47 *Ad recuſandum notarium actorum ſufficit ſolum iuramentum.*

48 *Clauſulæ conſuetudinariæ in inſtrumento non appoſitæ, an habeantur pro appoſitis.*

49 *Notarius poteſt cogere partes ut leuent inſtrumentum & ſoluant mercedem.*

50 *Et non tenetur edere inſtrumentum in eo non nominato.*

51 *Expenſa leuati inſtrumenti poſt moram ad debitorem ſpectat.*

52 *Notarius an per alium poſſit ſcribi facere inſtrumentum uel protocollum: & in ſubſcriptione quibus uerbis uti debeat.*

53 *An notarius ordinari facere poſſit inſtrumentum per alterum ex contrahentibus, & ſi dicat cancellaſſe inſtrumentum de uoluntate partium idque in margine ſcribat, an fides adhibeatur. nu. 54.*

55 *Notarius an debeat lacerare uel tollere inſtrumentum de protocollo etiam quòd teſtator uel partes mandent.*

56 *Notarius ſi negetur an & quomodò probandum ſit.*

57 Inſtrumentum *de longinquo allatum non probat, niſi adſint teſtimoniales literæ.*

58 *Notarius de his quæ per iudicem expedienda, ſunt non debet ſe impedire.*

59 *Notario atteſtanti ſanam mentem teſtatoris an credatur.*

60 *Et an computetur in numero teſtiũ.*

61 *Et an ab utraque parte rogatus eſſe debeat.*

63 *Et an acquirat nobis actionem ſine ceſſione.*

64 *Notarius recipiens inſtrumentam renunciationis alicuius, qui ſe talem denominauit, cùm non eſſet, excuſatur.*

65 *Notariatus officium nõ poſſunt exercere fratres minores, licèt poſſint eſſe teſtes in teſtamentis.*

66 *Notario condemnato de falſo an reliqua inſtrumenta corruant.*

67 Statutum *quòd non ualeant inſtrumenta recepta per notarium nõ collegiatum, an de conſenſu partium poſſit recipere. & quid ſi appoſitum fuerit iuramentum.*

68 I*tem quid ſi fuerit receptum inſtrumentum in eccleſia.*

69 *Eccleſia & ſi ſit locus exemptus, remanet tamen de territorio.*

70 *Notarius ſi dederit copiam alicuius ſcri-*

*ſcripturæ tabellionatam, non facit fidem.*

71 *Actum &c. in inſtrumento poſitum, denotat actum perfectum.*

72 *Actus denominatur ab hora in qua finitur.*

73 *Notarius recipiens inſtrumentum extra clauſtra monaſterij poſsit dicere actum in monaſterio.*

74 *Notarius non debet recipere inſtrumentum, niſi de his quæ duobus ſenſibus percipit.*

75 I*nſtrumentum uel protocollum apoſtillatum an & quomodò probet.*

76 I*nſtrumenta recepta die feriata in honorem Dei an ualeant.*

76 *An & quando ualeat pactum uel ſtatutum quòd ſolutio uel talis contractus per inſtrumentum tantum probari poſsit, non autem per teſtes.*

76 *Notarius caueat ne atteſtetur realē numerationem interueniſſe niſi id uiderit.*

79 I*nſtrumentum ubi cum aliqua ſolēnitate confici debet, ſine ea non ualet, etiam quòd ſit iuratum.*

80 *Inſtrumentum dicitur probatio probata, & non probanda, & ueritas apparens.*

81 M*atrix & originalis ſcriptura non requiritur ad hoc ut inſtrumētum fidem faciat.*

82 I*nſtrumentum ut probet cōtinere debet non ſolùm locum in genere, ſed etiam locum loci in ſpecie.*

83 A*liud eſt inſtrumentum, aliud contenta in inſtrumento.*

84 *Regiſtrum an probet, & an ſufficiat ipſum producere.*

85 *Inſtrumenta de iure communi executionem paratam nequaquam habent.*

86 I*nſtrumenta habentia ex forma ſtatuti exequutionem paratam, ſi contra fidem eorum ſint aliquæ præſumptiones, exequi non debent.*

87 *Inſtrumento de aliqua diſpoſitione non celebrato, poſſunt examinari teſtes ad æternam rei memoriam, & depoſitiones in ſcriptis redigi, quibus pro inſtrumento quis uti poterit.*

88 *Inſtrumenta in quibus caſibus habeant exequutionem paratam.*

89 *Text. in l. fin. C. de edicto diui Adr. & l. pen. C. depoſ. exornantur. ibid. & nume. ſeq.*

90 *Inſtrumentum iuratum habet exequutionem paratam, itidem quando eſt guarentigiatum.*

91 *Confeſsio facta in iudicio habet exequutionem paratam.*

92 I*nſtrumenta in forma Cameræ an exequutionem habeant paratam.*

L. XCIII. SCAEVOLA.

SI librarius in tranſcribendis ſtipulationis uerbis erraſſet: nihil nocere quominus & reus & fideiuſſor tenerentur.

SVMITVR ex l. Imperator. ff. de ſtatu hominum, & ex aliis per gl. hic & ibi alle. continet pulchram & utilem materiam. ideò Bart. maiore dote hāc legem quàm cæteras iſtius tit. condonauit.

1 Librarius † à ſcribendis libris dicitur. hinc Hiero. ad Nitiam Aquileiæ hypodiaconum. Quid enim eſt ut ita dicam tā pręſens inter abſentes,

tes, quàm per epiſtolas & alloqui & audire quos diligas. nam & rudes illi Italiæ homines qui ( ut illi Rhetoricis ait Cicero) ferino ritu uictũ quærebant, ante chartæ & membranarũ uſum aut in dedolatis è ligno codicillis, aut in corticibus arborũ mutua epiſtolarum alloquia miſitabãt. unde & portitores earum tabellarios: & ſcriptores à libris arborum librarios nuncupauêre. librarius igitur propriè dicitur qui libros tranſſcribit aut cõcinnat: prout eſt bibliopola ſecundũ Grammaticos & Oratores. Et pro eo hic uidetur accipi quamuis glo. Bart. & doct. pro notario accipiant, quod apud probatos authores forſitan non inuenies. cùm tàm in iure, quàm apud alios notarius uel tabellio ille nũcupetur, uel etiã ſcriniarius in l. ſcriniarios. C. de teſta. milita. Niſi diceres non ineptè tabellionem librarium uocari a libro quẽ de inſtrumentis receptis conficere diligenterque ſeruare debet. ut in authen. de tabel. & tradit Feli. in c. accepimus. col. fi. de fide in ſtr. & in c. cũ P. col. j. eodem titu. Vtcunque ſit text. iſte ut doct. uolunt, procedit etiã in notariis & tabellionibus, ad quod facit text. in l. ambiguitates. C. de teſta. ibi, ſed uitio tabellionis uel alterius qui teſtamentũ ſcribit, ubi à pari procedunt errores prædictarũ perſonarum: nimia uerò

2 †tabellionũ imperitia mundum deſtruit, & ponit conſcientias proborũ uirorum in magno diſcrimine. Bal. lib. j. conſ. vj. Iaſ. in l. ſi filius à patre. col. fi. ff. de lib. & poſth. ubi etiã Alex. dicit ſæpè eos eſſe ipſo teſtatore imperitiores, ut etiã per Alexan. in con

ſi. lij. col. v. lib. iiij. Paul. de Caſtr. in conſi. cc. ad primũ. in fin. in antiquis ubi dicit neſcire illos mentẽ, intentionemque teſtatorum exprimere. & Ange. in cõſi. cccviij. ſermo Simon. in nouis. tabellionũ, inquit, imperitiam teſtantium uoluntates ſubuertere. ignari, ait, ſunt quid ſcribant, quid re uera teſtatores ſentiant, & quid uerba denigratiua papyri aut membranarũ ſignificent. Hinc etiã Bald. in l. iam hoc iure. ff. de uulga. Seueri. in repe. l. precibus. col. xxv. C. de impub. & c. dicunt, quòd notarii qui in ſubſtitutionibus utuntur, inſtituit, & ſubſtituit, benè dicunt, licèt non intelligant, ad ſimilitudinem illorum cantorum, qui per naturam bene cantant, licèt neſciant rationem ſui cantus, quemadmodum etiam dicit Roman. in ſingul. 52. quòd ſunt ſicuti pſitacus & pica, qui ſtant in domo dominorũ, & dicunt ea quæ audiunt, & neſciunt quid dicãt. Sunt tamen multi legales & experti, quorũ operę neceſſariæ ſunt, & hi ſummè laudandi & honorandi *ex prædictis apparet nõ eſſe uerũ quod dixit gl. in l. pe. C. de tab. lib. x. quam ſequitur Ang. Inſtit. de adop. in. §. cum autem. col. ij. ꝙ notarius teneatur ſcire iura, quia non caderet in illis tanta ignorãtia. ſalua tamen illam glo. prout ibi declarat Ioan. de Platea. in fin. j. colũ.]

3 Error † igitur ſcriptoris uel notarii aliter ſcribentis uerba contractus quã fuit dictũ, minimè nocet. Dec. hic pro concor. allegat prædictam l. Imperator. & l. ambiguitates. quæ licèt faciant, non concordant. Loquũtur enim in aliis terminis, uel quan

do

do erratũ eſt in grammatica, uel in ultimis uolũtatibus. text. iſte quando aliter quàm in contractu dictum eſt. Eſt tamẽ idẽ in ultimis uoluntatibus & ubi error fuit in omittẽdo. dict.l.ambiguitates.& eodem titul.l. errore.cũ nota.ibi per ſcribentes. Vt enim inquit Bald.in d.l.imperator. col.pen. error omiſsionis minor eſt quàm error commiſſionis.argu.l. ſi more.cũ ibi not. per glo.& doct. ff. ſolu.matri.quæ tamen limita in defectu indictionis, quæ ſi nõ ſit appoſita in inſtrumẽto,ſed omiſſa uitiat: ſecùs ſi corruptè fuerit adiecta : ut ꝑ Bald.in d.l.imperator. col. iiij.Feli. poſt antiquos i c.inter dilectos. col. ix.de fide inſtru. Iaſ. in repetit.l.admonẽdi. colum. lxix.ff.de iureiurã. & Deci.in cap.j.colũ.iiij. de fide inſtrumen.

4 Procedit † ergo cõcluſio text.noſtri ſiue error fuerit in omittendo, ſiue in cõmittẽdo, ſiue in cõtractibus, ſiue in ultimis uolũtatibus, ſiue fuerit error in grãmatica.l.Plautius. cũ no.ff.de auro & argen. lega.& in d. l.imperator.ſiue in orthographia ut per Bald. in d.l. imperator.col.j. dicẽtẽ, ꝙ licèt ortographia ſit pars grãmaticæ conſiſtens in rectè ſcribendo,non tamen uitiat reſcripta,ut facit falſa gtammatica. quam materiã latè pulchreque explicat Felin. in c. ad audientiam el j.de reſcript.Quid
5 autem †de errore commiſſo in ſententia,uel iudicijs,an uitiet, noceatque? doct. uariant in d. l. errore. dicam latè infrà. Et ideò ſi notarius ſcribat patrem reliquiſſe filię iure reſtitutionis, cum dicere deberet inſtitutionis : uel dicat pro falcidia, cum dicere deberet pro legitima : aut in renunciatione mulieris Velleiani, beneficium ualeriani nuncupauerit: ſeu in conſtitutione procuratoris uſus fuerit uerbo ſubſtitutionis, huiuſcemodi errores non nocent. ut hîc per Bald. Angel.& d.l.imperator. & Felin. in d.c.ad audientiam.

6 Et hæc procedunt, qñ conſtat nã nõ præſumitur:ut poſt Bald. & An. hîc uult Deci.& Vitalis in tract.clauſularũ.fol.xl.in uerſi. de errore notarii.col.j.& Moder. Aſten.hoc modo ſaluantes glo.ipſius regulæ in tract. de forma ſub tit.de poten. & effect. formæ.chart.liij.col.ij.Pau.de Caſt. in conſi.cc. ad primũ. in fi. in antiquis. dicit ſi conſtat de errore notarii nõ nocet.d.l.errore. ex quo tamẽ de eo non apparet ſtandũ eſt uerbis l.ſi alii. ff. de uſufruc. leg. quia talis pręſumitur intentio,qualem uerborum proprietas importat.l.nõ aliter
7 de leg.iij.Et quicquid †ſcriptũ ſit in inſtrumento quod factũ reſpiciat, ũi detur ſcriptũ de uolũtate & commiſſione partiũ: ut per Bart.in l. ſi quis filiabus.ff.de teſta.tute.Bal.ad fi.l.j. C.de priui.dot.cũ aliis hîc per Dec. alleg.& latius in conſi. clxxxv. circa fi n. & conſi.cccel.& cccccclij. Et ꝙ
8 †notarius cenſeatur à partibus rogatus, ut ponat in inſtrumento clauſulas quæ ſunt de conſuetudine, eaſque & cæteras inſertas appoſuiſſe cenſeatur de mente & uoluntate teſtatoris &c. contrahentinm, tradunt etiã Alex.in conſi.v.col.ij. & conſi. liij.col.pen.lib.iij.& in conſi. j. col. v.uol.v.Barb.conſi.xlviij.colũ. vii. uolum.j.& conſi.xvj.col.j.uol.ij. & conſi.

conſi. lij. col. iij. & lxi. col. i. uolu.
ij. & conſi.vj. ad fi. in iij. uolu. &
Feli.in c.j.colum.ix. ut lite non cõ-
teſt.Iaſ.in l.unic.in §. ſi procurator
colũ.fin.ff.ſi quis ius dicen. non ob-
tem.cúm aliis quę adduximus infrà
nu. xlviij.cum ſeq. Quamuis tabel-
liones ſæpe ponunt clauſulas ex ſuo
capite:ut plenè tradũt Barb. in cõſi.
xlviij.col.vij.præalleg. & per Mod.
repet. in §.quidã rectè.l.Gallus.col.
9 xiij.ff.de libe. & poſthu. In † dubio
tamen appoſitæ cenſentur de mente
uoluntateq; teſtatoris uel cõtrahen-
tium, niſi aliud probetur, propter
præſumptionẽ,quæ eſt pro notariis
& inſtrumentis eorum : ut per Ale-
xan.conſi.v.col.iij.libr.iij.& conſi.j.
col.v.uolu.v.Barba.in conſi.vj. col.
fin.lib.iij.& Corn. in l.quoties.col.
iij.C.de hæred.inſtitu. quod not. &
in hoc errore labitur Ripa libr.ij.de
reſcript.prælat.& princip.gra.c.xxv.
col. ij. de hoc etiam infrà dicam.
10 Et ſi mens †teſtatoris vel contra-
hentis latino literatoq; ſermone be-
ne exprimi nequeat, cautela eſt,
quòd uulgari ſermone & lingua ma
terna concipiatur & exprimatur : ut
tradit Bart.in d.l. ſi quis filiabus. ff.
de teſt.tut.ad fin. Et de inſtrumen-
to uulgari ſermone confecto tradit
Alexan. in conſil. xlviij. in cauſſa &
* lite.lib.v.& cõſi.cxl.col.j.lib.j.*Fel.
in proœm.Decret.& in rub. de cõſt.
col.fi.Alex.conſ.ij.col.vij.& conſ.ix.
col. ij. lib.j.& conſ. v. col.2.uol. iij.
Imol. & Barb. in cap. cum tibi, de
teſtam. ] & probatur in l. quoniam
indignũ.C.de teſta.ibi,vel in quod-
11 libet loquendi genere.Et tales †ſer-
mones uulgari ſermone prolatos in-
terpretari debemus ſecundum com-
munem uſum loquendi & proferen
di ſermones in uulgari, ſed latinè
prolatos uel relatos interpretari de-
bemus ſecundum artem literarũ &
ſecundum groſſum loquendi modũ:
ita Bal.in l.lege xij.tab.ad fin. C. de
leg.hęr. Alexan.cõſil.ij.col. vij. uer.
non obſt. quintum.uol.j. & conſil.
v.col.ij. & iij.libr.iij. & Feli. in rub.
de conſtit.còl.fin.ubi ponit, quomo
dò, & quando notarius teneatur uul
garizare ſcripturam & inſtrumentũ.
taliter enim proferre debet & ſtipu-
lari, quòd partes & teſtes intelligãt :
ut etiam per Paul.de Caſt.in l. j. C.
de erro.aduo.De prædicto autem ar
12 ticulo,† quando uerba intelligi de-
beant ſecundum communem uſum
loquẽdi uulgariter & groſſo modo,
ultra præalleg.tradunt Roma.in cõ-
ſil.lxxv.col.penult.Barb. conſil. 34.
col.xvij.& lvij.col.iij.lib.ij.& lxxxv.
col.fin.lib.iiij.& in c.ſi tibi.in tribus
ulti.chartis, de teſt.Corn. conſ. cvj.
uolu.iiij. Alexan.conſil.xliiij. col.ij.
& conſil.lviij.colu. j.libr. v. Feli. in
proœ.decret.Bolog.in conſil.lx. col.
fin.Soci.in tract.de cit.artic. xvi.col.
xj.uer.aut ſi intelligimus ſtatutum.
& Dec.in conſil.cclviij.col.iij.
13 Et an†debeat notarius uerba con
cipere in prima uel in tertia perſo-
na, ponit Iaſ.in l. diuortio.in prin.
cip.in vij.col.ff.ſoluto matrimo.Spe
cul.in titul.de inſtru.edit.§.j.in uer.
illud etiam ſcias.& uer.ſequ. non re
fert,inquit,utrum tabellio apponat
nomina teſtium in nominatiuo,uel
in genitiuo,aut ablatiuo, in prima
uel in tertia perſona: quia non cura
mus de uerbis, dũmodò habeamus
effectum,

effectum, de qua materia tradunt etiam ſcribentes in l. his uerbis. ff. de adopt. & Bald. pulchrè per illum text. in tit. de noua for. fide. in j. col.
14 Nec † tenetur notarius ſcribere omnia uerba contrahentium, ſed effectum. ſufficit enim quòd ſcribat p. fideiuſsiſſe pro q. licèt ibi plura uerba requirantur: ut per Bart. in l. mutum. ff. de acquir. hæred. Et quando
15 † uerba ipſius notarii non ſunt uerba partium, nòn nocent eis: ut habetur inter conſilia Franc. de Curte ſenioris in conſil. iij. & per Dec. conſi. cccel, num. iiij.

Veniamus modò ad dicta Barto.
16 qui in primis quærit † an & quando notarius poſsit errorem ſuū corrigere: deinde qualiter probetur talis error. Circa primum duo præmittit in inſtrumento publico contineri, quorum alterum ad notariū ſpectat, prout annus, dies, indictio, & ſimiles ſolennitates: aliud ſpectat ad partes: uidelicet ſubſtantia contractus: & concludit ut hic per eum, quem docto. cõmuniter ſequuntur: ut hic per Dec. latè per Bald. & Angel. in præallega. l. imperator, latius per Vital. de Camb. in tract. clauſularum, fol. xlj. uerſi. reſtat uidendum anno. Lanfran. de Oria. in repe. cap. quoniam contra falſam. in gl. inſtrumentorum productio, colū. viij. ubi dicit Bart. hic loqui imperfectè Bal. in rubr. C. de fid. inſtrum. alio modo & imperfectius, ſed coniungẽdo ambas theoricas ſimul perfectā doctrinam poſſe tradi, ut ibi per eum. adhuc imperfectè & ſobrie nimis loquentem. ideò uide Gemin. in c. abbate ſanè. in §. fi. colum. fi. de re iud. Alex. conſi. lxxxix. uolum. iij. & conſil. cxc. lib. vj. Iaſ. conſi. xxviij. uol. j. & latius poſt alios. Feli. in c. ex literis. de fid. inſtrum.* & Alc. in tract. præſumpt. in xiij. præſump. ac xiii.
17 regulæ tertiæ.] Et in effectu † communiter concludunt, quòd in his quæ ſpectāt ad notarium in quibus error non uitiat, prout eſt error grammatices & ortographiæ, uel ſi uerbo reſtitutionis pro inſtitutionis & falcidię pro legitima, & ſubſtituo pro conſtituo uſus fuiſſet, quemadmodum in ſuperioribus retuli: poteſt notarius errorem ſuum corrigere, etiam parte non citata, & ſine licentia iudicis, etiam quòd parti datum eſſet inſtrumentum, quia emẽdatio neminem lædit, nec pars habet cauſam conquerendi cur corrigat: ut hic per Dec. Ang. Bal. & Vitalem in locis prælleg. & Alexā. hic in apoſtillis ad Bart. licèt enim id fiat, partis non intereſt, dicit: quia abſque tali emendatione ualet inſtrumentum, d. l. errore. l. præpoſteri & l. ambiguitates. C. de teſta. & clarius conſulendo tradit idem Ale. in conſi. lxxxix. colum. fin. lib. iij. & Felin. in c. ex literis. colum. iij. de fid. inſtrum. ubi tamen dubitat, ſi data ſit parti copia propter dictum Bald. ibi uolentis, quòd reſtituto inſtrumento adeò tabellio functus ſit officio ſuo quòd nec pūctum nec ſyllabam intellectualiter mutare poſsit, niſi iudicis mandato, per d. l. Imperator. quæ non probat. ideò uerior eſt & communis præcedens concluſio. cõſulerem tamen ante factum notario ne id faceret poſt reſtitutionem inſtrumenti, niſi iudice mandāte, qui hoc

hoc facere poterit etiã parte non citata, cũ ſit punctus iuris: ut per Bal. in d.l. Imperator. col.ij.

18 Si uerò † erratum ſit in pertinentibus & ſpectantibus ad notarium, & ſit error qui uitiaret inſtrumentum indictionis, puta, ne error partibus noceat, indiſtinctè corrigi poterit, ſi parti datum non ſit. Si uerò fuerit parti reſtitutum, non niſi citata parte & de mandato iudicis: ut per præallegat. & latè Socin. in conſilio.xcviij.libr.iij.Barto.tamen quem ipſe & alii ad hoc citant in d. l. Imperator.circa fin. non loquuntur de indictione, ſed de tempore, ut ſtatim dicam. ideò circa indictionem ſiue ſit error commiſſionis, ſiue omiſſionis, qui maior eſt in propoſito noſtro, ut ſuperius diximus, poterit notarius authoritate propria talem errorẽ corrigere: quia ex adiectione temporis appoſiti in inſtrumento conſtat, quæ indictio apponi debeat: ut hîc per Bart. Ang. ge. clarè in d.l.Imperator. Vitalẽ loco præallegat. Alex. in conſi. cxc.lib. vj. Iaſ. in conſi. xxviij.lib.j.& Felin. in dict.cap.ex literis.colum.iij.

19 Omiſſio † igitur indictionis uitiat inſtrumentum: ſecus ſi appoſita fuerit, ſed corruptè & perperam: ut ex præcedent. apparet. Limitãt tamen docto. quod dictũ eſt de omiſſione indictionis uitiante inſtrumẽtum, ut non procedat, quando ex conſuetudine omitteretur, uel eſſet dimiſſum ſpatium pro indictione annis Domini appoſitis. Bal. in l.pe. col. ij. C. de accuſ. Ang. in conſi. ccvj.inci.reperit. Ale. in l.prætor ait in §.initium. ff. de edend. Corn. pulchrè in conſ. xciij.cum ſeq. lib. iiij. Socin. in l. ſi nominatim. ff. de cõd. & demon. Feli. in c.inter dilectos. col. viij. & in c. imputari. col. fi. de fid.inſtr. Iaſ. in repet.d.l.admonendi.loco præal.& Dec.in c.j. col. iiij. de fid. inſtr. & ultra montes in pluribus locis indictio non apponitur in inſtrumẽtis. Not. etiã diligenter,

20 † quòd ſi indictio poſita fuerit in principio protocolli, licèt poſteà omiſſa fuiſſet in aliquo inſtrumento illius anni ibidem inſerto, talis error & omiſſio non uitiaret, quia cẽſeretẽ repetita in eodẽ inſtrumẽto: ut Alex. & Iaſon poſt alios in prælle. §.ſi initium. quod bene nota, quia, ſæpè in actu practico uidi hunc caſum, obtinuique. * ad quod uide ẽt Rui.conſ.clix.lib.4.]

21 Quæ uerò ſint † illa alia præter indictionem, que ſpectant ad officium notarii: & quæ ſint neceſſaria in publico inſtrumento: tradunt gloſſ. & doctor. in l.generali. C. de tabul. li. x. Alexã.conſi.xxxvii.ad fin.uolum. iij. Deci.latè poſt alios in dict.capit. j. de fide inſtrumen. & Ruin. loco præalleg.

22 Aliquando eſt † erratum in pertinentibus ad officium notarii, ſed nõ conſtat in quo ſit erratũ: ut quia omiſit diem uel menſem, & non cõſtat de quo die uel menſe. & hoc caſu notarius corrigere poteſt, quia officio ſuo functus non uidetur edendo inſtrumentum abſque die, crediturque eidem dicenti ſe recordari de tali tempore, quia creditur officiali in officio ſibi commiſſo, niſi tempus tale eſſet de ſubſtantia, ut in hypothecaria, uel eſſet

ſet inſtrumentum parti datum:quia
tunc corrigere non poteſt, niſi pro-
bato erore & iudicis mãdato: ut per
Bartol.hîc & in dict.l.Imperator.&
Dec. hîc, ac ſcribentes omnes in lo-
cis ſuprà alleg.& pulchrè Gemin.in
d.c.abbate ſanè. col. fi.ubi poſt Ioã.
Andr.concludit, quòd aut notarius
non appoſuit diem neque locum,&
poteſt authoritate propria ponere,
quia conſtat ex inſpectione inſtru-
menti erratum eſſe, cùm ſit impoſ-
ſibile inſtrumentum fieri ſine certo
die & loco : unde ſunt iſta de con-
comitantibus neceſſariis ſine qui-
bus actus fieri non potuit. ut ibi di-
cit text. Si autem illa omiſit, quæ
non ſunt neceſſariò de cõcomitãti-
bus,ut quia non appoſuit teſtes ſine
quibus inſtrumentum fieri potuit.
cùm iſtud nõ ſit de cõcomitantibus
neceſſariis,licèt ſit de ualidantibus
inſtrumentum,tunc fieri debet cum
authoritate iudicis. Aut appoſuit
diem & locum,ſed fuit erratum : &
tunc ſi antequam ſit data copia par-
ti notarius uult corrigere, poteſt,
quamuis meliùs ſit ſecundum Ge-
min. quòd faciat nouum prothocol
lum & nouum inſtrumentum pro-
pter ſuſpicionem militantem con-
tra tale inſtrumentum correctum:
ut in l. fin. C. de teſtamen. Si uerò
data eſt copia parti, & iter eas ſuper
hoc orta altercatio, authoritate iu-
dicis fieri debet,ut dictum eſt.iudex
uerò ſubiungit, in dando licentiam
conſiderare debet an notarius ſit bo
næ famę, an altercatio dici allatura
ſit præiudicium aduerſario uel non.
hæ præſumptiones habēt mouere iu
dicem ad faciliùs uel difficiliùs con-
cedendum, denegandumúe talem
correctionem, ſecundum Ioannem
Andr.

Dum autem Bartolus in prædi-
23 cta deciſione † dicit † credendũ eſ-
ſe officiali in officio ſibi commiſſo,
& ſequuntur communiter ſcriben-
tes in locis ſuprà allegat. intelligi
debet,ne erres, quando officialis à
communi electus fuit, aut de publi
co conſtitutus aliàs non. Bartol. &
alii in l.j.C.de ponder. & aur. illa.
lib.x.intellige etiam hanc concluſio
nem, ut pulchrè per Bald.in d.l.Im
perator.colum.iij.uerſic.ſed pone li
bellus. & Felin.in d.c.ex literis. col.
j.ubi tenet, quòd ſi errauerit nota-
rius in appoſitione diei aut menſis,
unum uidelicet pro alio ponens, nõ
poſſit corrigere,niſi incontinenti,
ut ibi per eum.

24 Quando uerò † erratum eſt in
pertinentibus ad partes & ad ſubſtã
tiam contractus, poteſt incontinen-
ti notarius errorem corrigere, non
autem ex interuallo,niſi errore pro-
bato & ex iudicis licentia.Bart. hîc,
& omnes in d.l.Imperator.Fel.in di
cto capitul.ex literis. & cæteri in lo-
cis præallegatis.Scire autem oportet
pro intelligẽtia & declaratione præ
25 dictorum, † cuius præſumatur er-
ror in præmiſſis & circa præmiſſa:
Baldus, Paulus de Caſtro, Rimi.
& alii in dict.l. errore. concludunt,
quòd in ſpectantibus ac pertinenti-
bus ad notarium, ut ſunt inſtrumẽ
torum ſolennitates de quibus ſu-
prà notarii præſumatur error. In
pertinentibus ad partes,ut eſt ſubſtã
tia contractus, error præſumatur
partis: ideò in his quæ ſcripſit no-
tarius

tarius non præſumitur error, neque aliter fuiſſe ſcriptum quàm dictum, ob præſumptionem pro notario militantem, ut etiam infra dicetur. ꝙ ſi conſuetas clauſulas in inſtrumento non appoſuerit, cùm id illi iniunctum cenſeatur, ut infra late dicam notarii præſumitur error, ut per Rimi. loco præalleg.

Circa ſecũdam dubitationẽ prin-
26 cipalem † de iuſtificatione & probatione talis erroris, quæ pluriſariam multiſque modis fieri poteſt: ut hic per Barto. & Dec. per Alex. Socin. Iaſo. & alios in conſiliis & locis præalleg. Feli. in d. c. ex literis. Vitalem lo-
27 co prædicto. Et quòd cū † caſu ad petitionem partis exhibendum ſit prothocollum: tradunt Abb. & alii in c. cùm P. Tabellio. de fide inſtrum. & Bald. in d. l. Imperator. Quod ſi liber ꝓthocolli in remotis, aut lõginquis partibus ſit, aſsignantur partes ad locum illũ, & ordinario loci ſcribitur, ut fiat exhibitio, & uideatur ſi ſit authenticum &c. ut per Bartol. & Bald. in l. iudices. C. de fid. inſtru. & Angel. Aretin. inſtit. de except. in §. prætereà. colum. xxxv. ubi dicit, non
28 † audiri petẽtem, prothocollum exhiberi: eo ꝙ de falſo redarguere intendit, niſi ſeruet ea de quibus in l. fin. C. de fid. inſtirum. ſc uidelicet in ſcribendo ad pœnam tallionis, prout etiam not. in l. j in. §. editiones. ff. de edend. quod not. reputat ad refrenandum malitiam cauſidicorũ, qui originalia exhiberi requirunt, quando ſciunt illa eſſe in longinquis partibus. Vt tamẽ intelligas, talis inſcriptio non eſt neceſſaria, quando opponẽs ciuiliter agendo & pro defenſione ſui iuris tantum ac citra cuiuſquam iniuriam ſe de falſo uelle redarguere dicit: ut per Rom. in conſil. cccccxix. Ang. in tract. maleficiorum in uerbo, necnon ad querelam colum. j. Iaſ. in d. §. editiones. col. penult. Guido Papæ in q. cccclxxj. & Pariſ. in repe. c. quoniam contra. nume. clx. cum ſequ. de prob. Et in ditione iſta ex forma ducalis decreti, producens inſtrumentum non cogitur exhibere prothocollum, niſi ex cauſa.

29 De qua quidem materia, † an & quando parte requirente exhiberi debeat prothocollũ ubi exhibitum fuit inſtrumentum: plura ſcribunt Aret. in l. unum. ff. de teſtam. Alex. conſi. cv. & cliij. uolum. iii. & conſil. xiiii. libr. vj. & conſil. clxxv. libr. vii. Corn. in conſi. ccxxiii. colum. i. & penult. in ii. uolu. Abb. & alii in dicto cap. cum P. tabellio. Iaſo. in l. fin. colum. iiii. C. de edict. diui. Adria. tollend.

30 Si inſtrumentum † leuatum fuerit ab alienis notulis aut ꝓthocollis niſi exhibeatur prothocollum, nõ facit fidẽ. auct. ſi quis in aliquo documento. C. de edend. & not. in c. cum P. tabellio. de fide inſtrumen. Vnde practicando quandoque dixi, quòd licèt in primo termino ad opponendum aſsignato nõ fuerit facta oppoſitio contra tale inſtrumentum ab alienis notulis ſeu prothocollis leuatum, non conſtare de licẽtia & commiſsione leuãdi, nec poſsit amplius opponi in patria noſtra propter formam ducalis decreti: & tradita per Alexand. in conſi. clxvi. uolum. ii. Si tamen non cõſtet de notulis ſeu prothocollis

thocollis à quibus dicitur leuatum inſtrumentum fides non eſt adhibēda. per text. in d. auth. ſi quis in aliquo. & not. per Pau. de Caſtr. in conſ. cxcv. uiſis in nouis. Bart. & alios in l. eum qui. in §. qui ita. ff. de uerb. obli. & Deci. in conſ. cccij. nu.

31 xv. ubi ponit, non †credi notario aſſerent aliud inſtrumentum à ſe rogatum & receptũ, niſi actualiter producatur quāto minus ergo inſtrumētum ab alienis prothocollis leuatum ex commisſione iudicis probabit nō conſtante de prothocollo. In quibuſdam tamen locis, ex diſpoſitione ſtatutaria uel ſtilo, exigitur oppoſitio patris, non conſtare uidelicet de prothocollo, aliâs probat, ut p Guido Papę in quæſt. ccccciiij. Et ubi pars dictam oppoſitionem facit, fieri ſolet illi interrogatorium, utrum uelit ſtare inſtrumento producto tanquam legitimè ſumpto: quo negatiuè reſpondente, petitur & requiritur asſignari partem ad uidendum fieri extractum & inſtrumentum exhibitum collationari cũ prothocollo in tali loco & hora, aut compelli notarium ad faciendum fidem de prothocollo, qui liber proprius eſt notarii & productio in ipſius poteſtate, ut per Alexan. in l. prætor. in princ. ff. de eden. & niſi exhibeat poterit puniri: ut poſt Bald. in rub. C. de fide inſtru. tradit Felin. in ca. cũ P. colum. ij. & in c. accepimus. col. fin. de fide inſtru. & per Mod. in auth. ſiquis in aliquo. præalleg.

32 Et an †de mandato iudicis posſit extendere inſtrumentum de notis aut prothocollis alterius notarii abſque citatione partis ac impunè, maximè ubi notæ illę ſolennitatibus neceſſarijs carebant: tradunt Soci. cõſi. cxxvj. libr. ij. Bologn. conſil. xxv. aliâs xxvj. colu. fi. & conſi. xxx. Alex. conſi. cliij. uolu. ij. & conſil. clxxv. li. v. dicens debere fieri mentionem de omnibus defectibus exiſten. in prothocollo uel notulis, de quo per eundem Ale. in conſil. 14. li. vj. & Ang. in cõſi. ccvj. & cclix. reperitur cauſa, ubi ponit quando ab alienis prothocollis de mandato iudicis inſtrumētum leuare debeat. *Et an & quando leuare & publicare debet uel posſit abbreuiaturas alterius notarija Fel. in d. cap. Cum P. & Rui. conſ. cxliiij. lib. iiij.]

33 Et ſi ſit †foliazium reperitum inter ſcripturas notarii mortui, uel filza ſcipturarum notarii defuncti ſine ſubſcriptione & ſigno, an per alium not. ex iudicis commisſione leuari posſit inſtrumentum quod faciat fidem? & quicquid dicant Paul. de Caſt. in l. contractus. colum. ij. C. de fide inſtru. Deci. in dict. c. j. col. v. & in cõſ. cccc-xlvij. & Curt. iuni. in conſi. clxij. uerior & magis communis opinio eſt, quòd aſſerto inſtrumento in filzis, quando non adeſt ſubſcriptio & ſignum notarij, leuari nequeat inſtrumentum probans & fidem faciens. Abb. in d. capit. j. colum. iij. Paul. de Caſtr. in conſ. cciiij. ad primum. in antiquis. & in conſi. ccxxx. in ix. dubio. Ange. conſ. ccxx. ad hoc. in nouis. Bald. conſ. xxij. uolum. j. Barbat. conſ. ix. col. vj. lib. 4. Alex. in conſi. cliij. lib. 2. Mod. Aſten. citantes plures authoritates, in tract. de forma char. lxxxij. colũ. ij. Corn. poſt Bal. Nouel. in conſi. xciiij. lib. iiij. & ru-

Aa brum.

brū.Ale.in conſ.xciiij.Et dicit Paul. de Caſtr. in præalleg. conſi. cciiij. quòd ita ſe habet generalis conſuetudo & practica notariorum. quæ quidem concluſio præſertim procedit ſtante conſuetudine, quòd ſubſcriptio cum ſigno ponatur in principio aut in fine inſtrumenti: quemadmodum uidetur eſſe in his partibus Ciſmontanis. Et hanc partem pro uera & canonizata tenēt noſtri practici, ſicque plerūque fuiſſe iudicatū per magnum conſiliū Illuſtriſſimi principis noſtri audiui. Ex ſpeciali tamē commiſſione iudicis à dictis filzis leuari poterit inſtrumentum fidem faciens interueniente ſcilicet cognitione cauſæ, & teſtiū examine ſuper literis & publicatione dicti inſtrumenti facta de inſtrumento releuando per notariū defunctū, & non aliter: ut per Paul. de Caſt.
* in d. conſi.cciiij.*Et quibus liquet, perperā meo iudicio cōſuluiſſe Rui. conſ. clix.lib.iiij. dum uult ex foliatio tali in filza poſito ſumi poſſe & leuari inſtrumentū per alium notáriū, quoniam in eo dicitur: Actum &c.quod à ueritate alienum eſt,niſi probaretur publicatio.]

34 An autem †per errorem & ignorantiā à notario omiſſum quid potius præſumatur, quā per dolum & malitiam: ultra ea quę hîc ad fin.ſcribit Deci.uide Barto. in l.nulli.C.de de numera. libr.xij.Alexand. in cōſ. lxxxviij.col.ij.lib.iiij & conſ. lxxiij. colum.ij.uolu.j.Vitalem de Camb. in tracta.clauſularum.loco prealleg. Feli.in d.c.ex litteris.Iaſon. in l.iubemus. C. de teſtamen. Alci.in tract. præſumptionum in xiij.præſumpt. iij.regulæ.

Modò ni uererer ne momus quiſpiam de inculcatione mihi occineret,hic ſubiungerem utilia quædam circa notarios & inſtrumenta, quæ in occurrentibus negotiis notaui. Quia tamen omninò extra propoſitum non ſunt: imò ſaltem de appendicijs materiæ præfatæ, & pluribus forſitan aliquando grata, idcircò ad cōmodū & utilitatē maximè practicare uolentium, hic ſubiūximus.

In primis ſciendum eſt, quòd licēt præſumptio ſit pro notario, quòd officium ſuum fideliter exerceat, & à partibus dicta ſcribat, eidemque aſſerenti mulierem uel minorem de beneficio ſibi competenti certiores feciſſe credatur: ut plenè per Iaſ.in l.ſi duo patroni.in §.idem Iulianus.colum.iij.& 4.ff. de iureiurand.Felin.not.in c. ſi diligenti.col.
35 iiij.de foro compet. † poteſt tamen illi fieri interrrogatorium,quid diſponat illa lex, cui aſſerit fuiſſe renunciatum, facta priùs per eum certificatione de natura & uiribus talis remedij,quòd ſi neſciat reſpondere, renunciatio nullius erit momenti. quomodò enim potuit certiorare, ſi neſciebat. iſta fuit cautela Albe. de Roſa.quam ibi ſequitur.& Ripa in l. centurio. col.xxxvij. ſuprà de uulga.& in l.j.colum. v. ff.ſi cert. peta. idem Alexan.in apoſtil.& ad Barto. in l.fin.in §. ſi.ff.ad uelleia.& Felin. in dict.ca.ſi diligenti.col.iiij. Tamē Ale.in l.ſciendum.col. vij.ff. de uerbo.obligat. oppoſitum uerius etiam dicit in puncto iuris,quia in facultate notarij eſſe non debet, quod ſolenniter factum eſt,deſtruere,& parti præ-

ti præiudicare, ut eſſet ſi renuntiatio nullius momẽti redderetur, notario reſpondente dicto interrogatorio, ſe neſcire quid lex uel remedium de quibus in interrogatorio eſt mentio diſponãt, ſequitur ſimpliciter Alcia. in quodã tract. de præſumpt. in xiij. præſum. iij. regu. quamuis ſecundũ eum aliqualiter minuatur de fide inſtrumenti, ſed conſiderata & retenta ratione Ale. dicendum erit nec de fide inſtrumenti quidquam diminui. argumen. Alexand. nititur reſpondere. Dec. in l. j. colum. iiij. in ſecunda lectu. ff. ſi certum peta. dicens fuiſſe parti ius quæſitum tempore contractus cum iſta præſumptione, quòd notarius intelligeret, quid eſſet uelleianum. unde apparente poſtea id non intellexiſſe, ius non fuiſſe quæſitum liquet: ut in ſimili dicitur in l. ſi qui adulterij. C. de adult. quæ ratio ceſſat in teſtibus. Mod. Pap. in d. l. j. col. vij. dicunt ſolutionem Deci. non ſatisfacere, quia hoc etiam militaret in dicto Barto. in §. ſi quis moriens. ibi allegato, quòd ſubintelligeretur illa qualitas dummodò non eſſent corrupti, ſeque putare hanc cautelam eſſe periculoſam: quia eſſet in facultate notarij parti præiudicare: & iſta fuit fundamentalis ratio Alex. & prius Fulgo. cui Deci. nõ reſpondet. Hanc eã opinionẽ Fulg. & Alexand. ſequitur Cæpol. aliam rationem adducens in cautel. cxcv. incip. notarius dans cautelam, vt in inſtrumento dicatur quid diſponat lex uel beneficium quibus renunciatur ſic ſe ſolitum facere obſeruari. & hanc opinionem ſequutus ſum in lege prima. ff. ſi certũ petatur. Ex quibus uides opinionem Alex. in dict. l. ſciendum. contra Albe. eſſe ueriorem & magis communem quicquid ibi dicat Deci.

36 Et ſi notarius † duobus ſignis utatur, in crimen falſi incidit, ut not. in l. cõparationes. C. de fide inſtru. Alexan. in apoſt. ad Bart. in l. eos. ff. de fal. Aquen. in l. poſt dotem. colu. fin. ff. ſol. matr. Felin. in ca. j. in vj. requiſitio. de fide inſtr. vbi etiam ponit non licere alterius notarij ſignũ

37 ſibi aſſumere. Quid autẽ † operetur appoſitio ſigni in inſtrumento, aut alia ſcriptura: uide Phil. Franc. in c. ſi canonici. de offic. ordi. libr. vj. dum ponit caſum in quo parificatur probatio per inſtrumentum publicum, & per literas ſigillo publico ſigillatas. Deci. in ca. ij. col. fin. de fide inſtr. & in c. poſt ceſſionem. de pro- ✳ bat. * & Pariſi. in couſil. lxxxviij. lib. iij. ſubſcriptio autem teſtiũ uel partium in inſtrumento publico nõ eſt neceſſaria. l. contractus. C. de fide inſtrumen. & ibi not. Paul. de Caſtr. in ij. colum. ſalubre tamen eſt illam adhiberi, ne notario quicquam à partibus poſsit imputari: ita ſępe ſeruari uidi, & per bonos practicos inſtrumenta communiri. de quo uide omnino Pariſium in c. quoniam contra col. xiii. de prob.]

38 Et ſi conficiat † inſtrumẽtum uel ſcripturam ſine forma publica, dicitur tanquam priuatus facere, & fides non adhibetur illi. Alexand. in conſi. xlviij. lib. v. & in couſi. xlvj. libr. vj. & conſ. cliij. col. ij. in ij. uol. & Moder. Bon. in rep. rub. C. de prob. colum. lvij.

39 Quid ſi † notarius conficiat in-

 ſtrumen

ſtrumentum feneratitii ſeu illiciti contractus an efficiatur infamis & aliqua pœna puniri poſſit, ac ad reſtitutionem uſurarum teneat:ponūt Roma.ſing. ccclxxxv. Alexan.in l.ſi quis iniquum. in §. ſi procurator. colu. ij. ff. quod quiſque iur. & in conſ. lxxvij. lib. j.& Felin. in cap.ſi aduerſus. de hæreti.

40 Et quando duo †ſunt notarii in ſolidum de aliquo actu rogati, uel duo requiruntur ex forma alicuius ſtatuti, an unus aliū pro teſte poſſit apponere. Et utrum ambo inſtrumento ſubſcribere ſe debeant. Et ſi de actu illo uaria conficiant inſtrumenta,cui ex illis potiùs ſit ſtandū. Bald.in conſ.xlij.lib.v. Barb. conſi. xviij.ad fin.in iij.uolum.Soci.conſi. ij.lib.iij. Alex.cōſ.xcij. & ſeq. in vij. uolum.Corn.in conſ.ccxliij.col.fin. lib. iij. Dec.in ca. quoniam contra. col.antepe.de probat.& in ca. cū ſuper abbatia. de offic.deleg.& in cōſ. xxxv.& ccccciiij.Mod. Bono. in rep. rub.C. colum. lxxv. & alii Mod. in auth. ſi quis in aliquo documento. * C.de eden. *& Rui.conſi.cxxxj.lib. v. & Paris. conſi. lxj.lib.iij.] Et u-

41 bi †ſtatutū duos notarios requirit, hoc procedit etiam quòd inſtrumētum iuratum fuerit. Paul. de Caſtr. in conſ.xcviij.in antiquis incip. notandum.Corn.conſil. xxxij. li.iij. & Soci.conſ.xcvij.colum.fin.lib.j. Statutum enim diſponens quòd inſtrumentum non probet niſi in illo ad ſint duo notarii,uendicat ſibi locum ēt ꝙ ſit iuro roboratū: quia tollit ꝓbatoriā fidem inſtumēti: ideò ſicut inſtrumentum non probat contractū, ita nec iuramentū: ut per Abb. in c. cū contingat.col. pen. de iureiur.Paul.Corn.& Soc.in locis præal leg. Alexan. in conſ. xcv. ad fin.lib. j. & conſ.cxxv.col.iij. uerſ. unde attento in eo. & Marſ. Bono. in ſing. DCC.quod eſt ultimum. Sed quando

42 †ſtatutū ſimpliciter annullaret ipſo iure cōtractū & omnia in eo cōtēta, nō traheretur ad cōtractum iuratū, & tunc ualeret inſtrumētum & contractus, quia ſtatutum ad talem con tractum iuratum non extenditur. Alex. conſ. xxvij.col.iij.lib.j. & cōſ. xxxvij.lib.ij.Barb. conſ. xxj.& xxiij. col.iiij.lib.j. Dec. in l.de alimentis. col.fi.C.de trāſact.& Ripa lib.iij.de donat.& gra.c.x. Data igitur ualiditate inſtrumenti,ratio non oſtēditur cur probari non debent: iuxta l. cū

43 precibus.C.de proba.Et ratio †quare ſtatutum ad inſtrumētum iuratū in præcedēti caſu trahitur,ſecus quādo annullaret cōtractum,& in eo cōtēta,eſt iſta:quia ut dixi in primo caſu ſtatutū tollit fidem ,inſtrumentū propterea non probat contractum nec iuramentum etiam, quia licèt inſtrumentum propter ſtatutum nō probet, non tamen tollitur iuramentum: ideò ſi contractus iuratus per teſtes probetur, ſuū ſortiretur effectū: ut per Abb.& alios præalleg.Sed in ſecundo caſu ſtatutum annullans cōtractum & in eo cōtenta, non trahitur ad iuratum. deficit enim poteſtas,cùm ſtatuta laicorum iuramentum tollere nequeant: ut per Alex.in cōſ.lix. lib. j. Item quia uoluntas nō concurrit, cum de actu iurato ſtatuentes minimè ſenſiſſe cēſeantur, ut per Alex.Barb.Dec.Ripā & alios in locis præalleg.Et data ualiditate

liditate ſtatuti hoc ſecundo caſu nihil prodeſſet probare iuramentum per teſtes.quod abſonũ eſſet dicere. Prętera in uerbis ſtatuti uis fieri debet:cùm enim ſimpliciter diſponit, quòd contractus ſit nullus, non trahitur ad iuratum, ut dixi:ſed ſi diceret quòd contractus, minoris puta, in quo non interuenerint affines & ſolennitas talis, fictus, fraudulentus, uel dolo celebratus præſumatur, etiam quòd iuramentum interuenerit, ſubſiſtit, locumque ſibi uendicaret in cõtractu iurato. ut per Bart. in l. omnes populi, in iij.q.prin.ubi etiam Alex. in apoſtil. ff. de iuſti. & iur. Iaſ. in authen.ſacramenta puberum:col. fi. C. ſi aduer.uẽ.Barb.cõſil. lxx.in ij.dubio.in iij.uol.latè Ferra. Brixien. in ſuis cautelis in xvj. cautel.ubi rationes aſsignat.Et notabis diligenter hoc caſu, quicquid cõſuluerit Barb.cõſil.xxj.lib.j. niſi ſtatutum expreſsè mentionẽ faciat de iuramento, etiam quòd uelit contractum fraudulentum & ſimulatum cenſeri, non intelligitur de iurato: ut per ſcribentes præalleg. communiter traditur.

44 De auctoritate † notarij, de quibus poſsit rogari, & an inuitus inſtrumenta conficere cogatur, Alex. conſi. ciiij.lib.v. Felin.in c.ſeries.de teſti.in c.cùm cauſam.col.ix.eod.tit. Dec.in c. quoniam contra. col.iiij.
45 de prob.Et an ac quando† notarius poſsit inſtrumentum conficere de pertinentibus ad eum, aut in ſui utilitatem uel damnum, uel filius de contractu patris, aut pater de contractu filij uel uxoris ſuę: tradũt Bartolus in l.ſi pater.ff.de fals. Ale.in l. ſciendum. col. ii. ff. de uerb. oblig. * * Paul. Caſtr. in l.prætor, in princip. ſupra de edend.] Feli.in c.j.col. pe.de fid.inſt.Barb.in.c. ſuper quæſtionum. de offic.deleg. Bologni.in repe.authen. habita. col.pen. C. ne fil.pro patr. & Iaſ.in l.ſciendũ. præalleg. ad fin. ij.col. dum ponit quid iuris, ubi inſtrumentum eſt pro eo contra eum. Abſque dubio autem teſtator ſi notarius ſit, poteſt teſtamẽtum ſuum conficere, illudque publicare. Bart. ad fi. l.ii. ff.de ſtip.ſer.& Abb. in d.c.quoniam. col. xvii.ubi * Dec. chart. ulti. col. i. *Et Rui.cõſ. cxxxi.lib.5.Bal.in l.ii.ſupra de adop. ubi in 5. ſimili ponit plures alias quæſtiones.]

46 Nunquid autem † credatur notario de cõmiſsione ſibi facta, & an poſsit conficere iuſtrumẽtum de ipſa commiſsione ſibi facta, ſaltem actus particularis. exempli gratia, examinis teſtium, quod notario cauſæ cõmitti poteſt, tàm per ordinariũ, quàm per delegatum: ſecundum ſcriben.cõmuniter in l. more.ff.de iuriſdi.omnium iudic. & tradit Pariſius nunc Cardi.benemeritus in repet.c. quoniam contra.nu.cxlix. cum ſeq. * de proba.* & in conſ. lviii.& lxi.uo. iiii.] In hoc articulo multum uariarunt doct.propter deciſionem & authoritatem Bart.in l.ex ſententia.ff. de teſta. tut. patet ex dictis per Ale. ibi in in apoſt.ad Bar.& Dec.in cõſ. xlii.in ii.dub.Ang.Aret.inſti. de excuſ. tut. in §.item propter inimicitias. ad finem dicentem opinionem Bart. quòd credatur dicto notarii de commiſsione ſibi facta, & quòd de illa poſsit inſtrumentum confice-

rę, in practica ſeruari. quod magnũ uerbũ, & bene no. reputat Aquẽ. in d. l. ſciendum. col. ii. Nihilominùs dicta opinio & ſententia à ueritate eſt aliena, quia in facto proprio teſtis quis eſſe non poteſt: iuribus uulgaribus. & naturali ſuadetur ratione, quam ſolam allegare ſufficeret, ſi legem non haberemus. l. ſcire oportet. in §. ſufficit. ff. de excuſ. tut. quã plurimum in ſuperioribus exornaui. Et ideò magis communis opi. doct. eſt contra Bart. in d. l. ex ſenten. ut multis relatis cõſulendo atteſtatur Alex. in conſi. ciiij. lib. v. Ioan. de Ana. in conſilijs ſuis relatis per infraſcriptos. Guido Papę in q. cxxvj. Matth. de Afflict. in deciſione regni. cccxvij. dominus Pariſius plenè poſt Feli. Lanfran. de Oria. Dec. & alios in repetitio. d. c. quoniam contra. col. liiij. nu. clj. Bolog. in repe. authen. habita. colum. penulti. C. ne fil. pro patr. Dec. conſ. clix. & in l. ij. col. j. C. de edend. & in d. c. quoniã contra. char. penult. col. ij. uerſi. tertio. per Abb. ubi poſt plures per eũ relatos atteſtatur magis communem opinionem eſſe cõtra Bart. in d. l. ex ſenten. Et ſicuti ex ſcriptis ſuis apparet opinionẽ quam tenuit in præallegatis locis lecturarum eſt poſterior & ultima, ideò magis attendenda, tenendaque, quàm ea quam tenuiſſe uidetur in præalleg. conſ. xlij. quia plura alia in caſu ibi occurẽti accadebãt & cõcurrebãt: ita quòd nõ ſolùm ipſius fundamentum fuit in deciſione ſupra relata prout ipſe ibidem fatetur, ſed in aliis pluribus & conſequenter quicquid dixerit Ang. Arc. & Aquen. ſimpliciter ſequens opinionem Barto. magis cõmuniter eſt reprobata, & ueluti ex lectura librorum cognoſcere licet, plures ſunt docto. & maioris authoritatis qui hoc atteſtantur. Si tamẽ in aliquo loco conſuetudo aliter ſe haberet probareturque, illi ſtãdum eſſet. ut in terminis tradit Are. in cõſil. xxxvj. colu. fin. & tunc procedere poſſet. opi. Angel. Aret. & Aquẽ. ſuprà relatorũ. Sed cùm huiuſcemodi conſuetudo ſit facti, nec credatur doctori illam atteſtanti, ut tradũt poſt Barto. docto. in l. de quibus. ff. de legi. & plenè alibi diximus, probanda eſſet per allegantem illam. Et notabis, † ꝙ quantùm ad recuſandum

47 notarium cauſæ & actorum puta, ſeu commiſſarium & examinatorẽ ratione ſuſpicionis ſufficit ſolum iuramentum, cum ex tali recuſatione magnum non inferatur præiudiciũ: ita conſuluit Anch. in conſil. cclxiii. incip. ſubtiliter. Alexand. in conſil. ciiij. uolum. v. faciunt quæ ſcribit Iaſo. in l. apertiſsimi. colum. ij. C. de iudic. & Dec. in conſil. clxxiii. ad fin. & in cap. poſtremo. colum. j. de appellat.

48 Et in dubio † notarius cẽſetur rogatus, ut ponat in inſtrumento oẽs clauſulas quę ſunt de conſuetudine: & ſi non appoſuerit, utrũ pro appoſitis habeantur. uide per Ioan. Andr. in Specul. de fide inſtru. in §. inſtrumentum. Alexan. conſ. j. colum. iiii. lib. v. & conſil. xxviii. colum. ii. uolum. ii. & conſi. lxxxix. colum. fin. in iii. uolum. Socin. conſi. lxxxviii. colum. fin. lib. ii. & conſil. cj. colum. ii. lib. iii. & conſi. lv. & pe. lib. iiii. Alc. in l. fi. de mag. conuen. in iiii. apoſtil

la

la ad Bart.Felin.in c.ex literis. colū. vj.& ſequ.ſ.alleg.Iaſ.in l.ut liberis colum.iii. ubi etiam alii ſcribentes. C.de collatio.& in l.certi condictio in §.ſi nūmos. ubi alii quoque ſcribentes.ff.ſi certum pet. Dec. in cap. cùm M.in iiii.uot.de conſtit. etiam in conſi.clxxxv.colum.v.& ccccxlix. colum.iiii.Lancel.Galiau.in rub.ff. de uerb. oblig.colum.x.& in l. j. in princ.in ij.colum.illo.eo.tit.Rip.in l.centnrio.colum.xxvi.cum ſequen. ff.de uulg.Alexandrinum in §. quidam certe.l.Gallus,colum.xi. de libe.& poſth.Curt.in authen. ex cauſa colum.antepen.C. de lib. præter. * & Pariſium in conſi.xlv. lib. i. & de clauſula uulgarier, pupillariter & per fideicommiſſum,quæ in teſtamentis,quum ſit de ſolitis apponi, habetur pro appoſita.dixi in l. preci bus.C.de impub. &c. iuramentum tamen & conſtitutum niſi præſtitū fuerit & appoſitum,non debent nec poſſunt addi. aut apponi: ut p ſcribentes præalleg. Et ſi clauſulæ neceſſariæ omiſſæ fuerint an per errorem malitiam uel dolum id factum cenſeatur,diximus.ſ.

De reprobatione uerò inſtrumēti per teſtes,ultra not.per Cano. extra de fide inſtr.in c. cum Ioannes. uide Ruin.in conſi.clix.lib.iiii.Iaſo. in conſi.cxxiiii.lib.i.& cliii. lib.ii.& Ruin.conſil.xxxvi.& ſeq.lib.iiii.

Et an & quando notarius computetur in numero teſtium,ultra notata in l.Domitius, de teſtamē. uide Alexand.in ii.uolum.conſi.cliii. colum.fi.lib.ii.incip.uidetur & in conſil.cxlvi.colum.ii.in eod.]

49 Poteſt autem † notarius cogere partes rogantes inſtrumenta ad eas leuanda & ad ſoluendum mercedē condignam.Ioan.de Plat.in l.fi. ad fin.C.de princ.agen.in rebus.li.xii. & uoluit etiam Bar.in l.argentarius in princ.ff.de eden.dum ait habere eum actionem ex locato. agere igitur poterit ut ſibi conſtituatur, perſoluaturque ſalarium. Et licèt Paul. de Caſtr.& Iaſ.ibi intelligant,quando notarius reddidiſſet inſtrumentū,ut agere poſſit ex locato ad mercedem.Bar.tamen ſimpliciter loquitur,ut ibi etiam per Alexan.Nec eſt ueriſimile quòd notarii,qui (ut Specu.ait)in humani &duriuſculi cōmuniter ſunt, inſtrumenta ſine mercede tradant. Vlterius probatur dicta concluſio: quia notarius & partes rogantes correlatiua ſunt.Iaſo.in d. l.argentarius. ſed correlatiuorū eadem eſt iuris diſpoſitio l.fina.C. de indict.uid. tol. partes uerò notariū cogere poſſunt ad edenda inſtrumēta mercede condigna.d. l. argentarius.cum gl. ergo ſimiliter notarius debet poſſe partes compellere redimere & releuare.Ad quod uide etiā Bartol.in l.i.in §.ludi.ff.de uari. & extraordin.cogn.Salic.ad fin.l.i. C. de eden.Canon.in c.ſtatutum. in §. notarium.de reſcrip.lib.vi. Angel. Aret.in §.cùm autem.colum.ii.inſtitu.de adopt. ubi tangit plures alias quæſtiones ad hanc materiam notarii ſpectantes.Socin.in conſi. ccxlvii.libr.ii.Firmian. in tract. de gabel.in vii.parte principali.Modern. Taurinen.in l.ii.colum.ix.C. de edend.Dec.in conſil. Dcliiii. ponentem per quem taxari ipſum ſalarium debeat.ſi tamen pars ſua non

 intereſſe

intereſſe dicat, cogi nequit ad leuan
dum inſtrumentum per nota. Ab-
bat. in c. cùm P. col. i. de fide inſtr. &
& debet ipſe not. toties mercedē ha-
bere, quoties inſtrumentū leuat. ut
omnes not. in d. l. argentarius, & in
l. diuortio. in §. uir in fundo. ff. ſolu.
mat. ubi Hercu. Peruſinus & Aquē.
in l. patris & filii. ff. de uulgar. Non
50 † cogitur tamen inſtrumentum ede
re in eodem minimè nominato. licèt
intereſſe prætendat, niſi conſuetudo
aliter ſe habeat, cùm requiratur uti-
litas & mandatum. Ange. in conſi.
cccliii. utrum. Felin. & Deci. in. c. i.
51 de proba. Expenſæ † uero inſtrumen
ti poſt moram debitoris leuati dam
no ipſius cedūt. Deci. in authen. caſ.
colum. iii. C. de ſacroſanct. eccleſ.
52 Sed an poſſit † notarius inſtru-
mentum uel prothocollum per aliū
non notarium ſcribi facere. Et utrū
in ſubſcriptione dicere debeat: quia
inueni cum prothocollo meo con-
cordare &c. Fran. de Rampo. inter
cōſi. Ange. cōſi. cccliii. teſtator. Abb.
in d. c. cùm P. in fi. Alexan. in conſi.
l. col. iii. & in conſi. xiii. lib. iiii. & in
l. quædam. in §. nihil. ff. de edend. So
cin. in conſil. xxiiii. colum. x. libr. i.
Felin. in c. inter dilectos col. fina. de
fide inſtru. Lanfran. de Ori. in repe-
titio. c. quoniam contra. in uerſic. ſe
quitur inſtrumentorum productio.
colu. vi. Decius in conſil. cccclvii.
* * Pariſ. conſ. xxviii. lib. ii. & Rui.
conſ. cxxxi. lib. v.] dixi poſt Moder.
in authen. ſi quis in aliquo. C. de
53 eden. Et an † poſſit notarius ordina-
ri facere inſtrumentum per alterum
ex contrahentibus. [Cæpolla in cau-
tela ccxxxi. & Paris. in conſ. præal-
leg. Et ſi publicauerit inſtrumentū
antequā illud ſcripſerit, an incidat
in crimen falſi. Alexan. in conſilio
lxxiiii. cum ſequent. lib. i. Et ſi dicat
54 † de uoluntate partium inſtrumētū
cancellaſſe, idque in margine adſcri
bat, an fides ei adhibeatur. Alexan.
conſi. lix. col. penulti. & fin. libr. ii.
Socin. conſi. cxxvii. Feli. in dict. c. ex
literis. Lanfranc. de Oria. loco præal
lega. colum. vii. Nec debet unquam
55 † notarius addere aut tollere de pro-
thocollo teſtamentum uel inſtrumē
tū, licèt teſtator uel partes mandent
illud cancellari, deleri, aut lacerari.
Bart. & Alexa. in l. ii. in §. ſi plura. ff.
quemadmo. teſta. aperian. Bald. &
Albert. in rubric. & in l. contractus.
C. de fide inſtru. Lanfran. de Oria.
in præalleg. loco & Deci. in c. i. col.
xxvi. de proba. Barto. tamen in au-
then. caſſa. & irrita. ad fin. & Deci.
ibidem in iii. col. contrarium dicūt.
ſed opiniones concordari poſſunt,
ut dicamus inſtrumenta penes par-
tem exiſtentia ſine cauſa eſſe lacerā-
da, & parti reſtituenda: notarium
tamen de prothocollo ſuo id facere
non debere, ita loqui uidentur ſcri
bentes in locis præallega.
56 Quod ſi † negetur quis notarius
an probandum ſit, & quomodò. Bal.
in cōſi. cccxix. lib. j. Anchar. in conſi.
ccxiij. col. ij. Fulgoſ. conſi. cclj. col. j.
Alexan. cōſi. cxxxviij. uolu. j & cōſi.
lxxiij. ad fin. lib. vj. & conſi. cj. col. ij.
lib. vij. & cōſi. clxxxiiij. col. iij. & 198.
in eod. Socin. conſi. xxxiij. libro. j. &
conſ. xxxvj. colum. iiij. lib. ij. & con-
ſil. xcv. chart. j. libro. iij. Corne. con-
ſil. clxxi. col. ij. libr. j. Felin. in c. j. col.
vj. de fide inſtrumen. Iaſ. in l. Barba
rius.

rius.colum.x. ff. de offic.prætoris &
in l. de quibus. ad fin. ff.de legibus.
Rochus de Cur.in tractatu de cõſu.
ſolio xxx. & Dec. pulchrè in conſil.
xj. col. vj. & in conſi. xxxvj. & xlii.
col. j. Alcia. in præalleg. tractatulo
de præſumptio. in xiij. præſumpti.
tertiæ regulæ. Et in dictione illa Sa-
baudiæ extat Ducale decretum in
materia diſponens in quadrageſima
57 chart. Inſtrumento † autem longin-
quis partibus allato non creditur, ſi
ignoretur an recipiens ſit notarius,
niſi adſint literæ teſtimoniales de le
galitate notarii. Paul.de Caſt. per il
lũ text.in l.ij.in fin.ubi C.de ratioc.
agi opor.& in cõſi.ccclxxxiiij. pract.
Papien.in forma libel. oppo. contra
inſtrumenta in glo.non fuit. Felin.
in capi.j.colum.vj. de fide inſtrumẽ
to. Matth. de Afflict. in deciſio. re-
gni.cclj.& Mode.Bonon.in l.ſi quis
ne quæſtio. col.xxij. cum ſequen.ff.
de quæſtio.
58 Nec poteſt notarius † de his, quæ
per iudicem expedienda ſunt, ſe im
pedire. Aretinus & Felin. in c. tuis.
colum.fina.de teſtibus. Lanfranc.de
Oria.loco pręallegat.in uerſic.teſtiũ
depoſitiones in x.quæſtio.Iaſ.in l.ui
deamus.in §.deferre.ff.de iureiu. u-
bi concludunt contra Antonium de
Butri.non poſſe notarium in pręſen
tia iudicis abſque illius mandato te
59 ſtibus iuramenta deferre. Et ſi † nota
rius atteſtetur ſanam mentem, aut
ea quæ tempore confectionis actus
interuenire non potuerunt, non cre
ditur ei. Alexand.conſi.penultim.ad
fin.libr.j.& conſi.lxxxv.ad finem uo
lumi.ij. & Ferra.Brixien.in ſuis cau-
60 telis in ultima. Et an † notarius com
putetur in numero teſtium, uel à pa
ri procedat, Baldus in conſi.cccxlv.
libr.iij. Alex.conſi.cliij.colum. fina.
uolum.j.Soci.conſi.cxliij. colum.ij.
lib.j.& ſcribentes in l. Domitius La
beo.ff.de teſtam. Et an ab utraque
61 † parte rogatus eſſe debeat, Alexan.
conſi.cx. colum.ij.lib.ij.& in prin.l.
prætor ait.ubi etiam Iaſ.ff. de eden.
& Abbas in c.j.colum.iiij.& v.de fi
62 de inſtrumen. Et † ſi uerba inſtru-
menti ambigua ſint, ſtatur declara-
tioni notarii. Alex.conſi.cxlvj.colõ.
∗ iiij. in v. uolu. * plura ponunt Mo
der. Mediol.de hac materia in trac.
pręſump.reg.3.pręſum.xiij.&xiiij.]
& ſemper uerba inſtrumenti ſi am-
bigua ſint, trahũtur ad ſenſum, quo
ſuſtentatur, non quo deſtruitur in-
ſtrumentum. Barto.in.l.ſi quis filia-
bus.ff.de teſtamen.tutel. Felin. in c.
ſi diligenti.colum.iiij. de foro com-
petenti.
63 Item notarius. acquirit nobis u-
tilem actionem ſine ceſsione: ſecuta
tamen ratificatione, Ang.conſi.lxxj.
ſtatuto. Aretin.conſi.xcv. reſpon.ad
finem. Corneus conſi.50.colum. iij.
lib.j.& conſi.cxj.colum.vj.lib. ii. &
conſi.clxii.colum.penult. per Deciũ
in conſi.ccxxvj.ccxxvv.ccccvii.colũ.
iiii.ccccxxxii.colum.fin. ccccclxxxvi.
Dclxi.& in l.contractus.in quinta li-
mitatio.& in l.quo tutela. in §. nec
paciſcendo. & in.l. ſemper qui non
prohibet.colum.fin.hoc noſtro titu.
& per Curtium Iuniorem in conſi.
lv.& cxx. oppoſitum tamen proba-
ui in d.§.nec paciſcenda. Notarius
64 † autem recipiens inſtrumentum re
nunciationis alicuius, qui ſe talem
denominat, cùm tamen non ſit, ex-
cuſatur,

cuſatur, pulchrè Decius in authen. ſi quis in aliquo. colum. ſi. C. de eden. * Bald. in rubr. C. de fide inſtrum. colum. iij. Abb. & ſcrib. in c. cũ cauſam, colum. iii. de teſtib. Doct. omnes in l. fin. in princ. C. de iure deliber.] Quod † quidem notariatus officium non poſſunt exercere fratres minores, licèt in teſtamento teſtes eſſe poſsint: ut per Deciũ in c. decernimus. colum. ix. de iudic. inſtrumenta tamen prius recepta leuare, & extendere non prohibentur. Baldus in l. alienationes. ff. familiæ erciſcun. & in l. j. C. de teſtamen. & per Specu. in titu. de ſtatu monachorum. in §. j. uerſic. uigeſimoſeptimò

65 (see above)

66 quæritur. &c. Et ſi † notarius condemnatus fuerit de falſo, utrũ poſtmodum inſtrumenta conficere poſſit, ſi in ſententia pronunciationis falſi commiſsi ipſe notarius expreſſe non fuerit priuatus? Ang. in tracta. malefic. in uerbo, falſario. Bart. in conſil. clxxiiii. inſtrumenta uerò confecta ante condemnationem de falſo ſubſiſtunt & ualent. Bald. in l. ij. & l. in exercendis. C. de fid. inſtrumentorum. Paulus de Caſtr. in conſi. cciii. incipien. ponitur, in antiquis Ioan. Milis in ſua ſummula in uerbo, notarius: & per ſcribentes in l. Barbarius. ff. de officio prætoris. Et ſi notarius creatus fuerit per Regẽ, non poterit extra regnum inſtrumẽta conficere. Brixien. in reperto. ſuo in uerbo iuriſdictio. in fin. Bald. & alii in l. fina. de iuriſdic. omnium iudic. * Paul. de Caſtr. qui pulchrè limitat in l. fi. C. de temp. in integr. reſtit.] Felin. latè in d. c. cum P. dum examinat quis poſsit creare nota-

67 rios. Quid ſi † ſtatutum prohibeat notarium non collegiatum inſtrumenta in ciuitate recipere. an inter forenſes de conſenſu partium poſsit inſtrumenta recipere: & quid ſi ſtatutum ulterius non procedat annullando, an recepta ſubſiſtant: & quid ſi iuramento ſint firmata? Bald. in l. receptitia. in fin. C. de Epiſcop. & cleric. Paulus de Caſtro in conſ. xcviii. incip. notandum. in antiquis, Alexãder conſilio xliiii. colum. penulti. libr. v. & conſil. xviii. lib. vj. ubi ponit notab. cautelam. Socin. conſil. lxxix. colum. ij. libr. iiii. Felinus in c. cùm P. colum. fin. de fide inſtrumento. Iaſon conſi. lxxx. colum. penult. lib. iii. Ripa reſponſorum tertio cap. ix. Decius. in §. j. l. in ambiguis. ſuprà eod. Brixien. pulchrè in ſuo reper. in uerbo notarius. & Firmia. etiam in repert. in uerbo, notarius qui eſſe. & Felin. in dict. c. quoniam contra. colum. xx. ubi ſi non collegiatus receperit inſtrumeutum tempore peſtis quando alius notarius haberi non potuit, an ualeat, docet. de quo latius per Ripam in tractatu de peſte. & Moder. Aſten. in tractatu de forma. ſub rubr. de potentia & effec. formæ. chart. 64. colum. j. Et ſi uigente

68 prædicto † ſtatuto inſtrumentum fuerit receptum per notarium non collegiatum in eccleſia, an probet, ualidumque ſit? Quidam affirmatiuæ parti adhærent, & fraudem ſtatuto facientes inſtrumẽta recipi procurant per notarium non collegiatũ in eccleſia, cùm eccleſia dicatur eſſe extra territorium laicorum ſtatuentium: ut in tit. de immunitate eccleſiæ. no. Angel. in §. fin. in authen. ut

liceat

liceat matri & auiæ.& in tract.male ficio.in glo.in ſcalis, ad finem primæ quæſt.*ubi dicit delictum in ecclesia commiſſum non dici commiſſum in territorio iudicis ſecularis. hinc etiam dicebat Bal.in l. cunctos populos.colum.pe.C. de ſumma trini.& in l.ſi quis in hoc genus.infrà alleg.ubi dicit quòd eccleſię ſunt de territorio in quo ſunt ſituatæ quantum ad protectionem, non quãtum ad impugnationem. Dicebant ſimiliter Angel.in conſil.cxxxvii.In cauſa & Brixienſis in repertorio in uerbo territorium, quòd licèt locus exẽptus ſit in territorio quò ad ſitũ, tamen quò ad iuriſdictionem & ſuperioritatem dicitur eſſe extra territorium.Et abſque dubio eccleſia eſt locus exemptus: & paria ſunt extra territorium eſſe locum, ac eſſe exẽptum c. cum epiſcopus, de offic. ordin.in vj.cum accumulatis per Iaſo. Dec. & alios in l.fin.col.j.ff. de iuriſdict. omn.iud.]

Statutum autem extra territoriũ effectum non porrigit, nec comprehendit actum factum extra territorium : iuxta latè tradita in d.l.fin.& in c.ut animarum.in §.j. per illa iura.de conſtitut.lib.vi. & latè Mod. Bono.in l.de minore. in §.plurimũ colum.vi.ff.de quæſ.Sed oppoſitum
69 uerius arbitramur,quia & † ſi locus eccleſiæ exemptus ſit, remanet tamẽ de territorio,ſi non exemptus ibi delinquat uel cõtrahat.l.ſi quis in hoc genus.C.de epiſc.& cle. ſicuti eccleſia exempta remanet de diœceſi : ut per Ioan.in cap.ſi propter. in nouella.de reſcrip.in vj.& poſt Ancha.ſequitur Alexand.in conſi.cxj. colu.j. uolum.j.& quòd eccleſia intra territorium ſit, quamuis locus ſit exemptus: tradit Bald.in l.etiam. colum. pen.C.de execu.rei iud.& Phil.Frã. in c.j.§.j.colum.iii.& iiii.de conſti. in vi. * & Hippoly.de Marſi.in cõſi.xxxii.colum.ii.lib.j.& ita obſeruari uidi.] facit quia clerici non dicuntur forenſes,licèt nõ ſint ſubditi laicis ſtatuentibus: ut per Dec. in conſil.cclxxvi.
70 Et ſi † copiam alicuius authenticæ ſcripturę parti dederit collationatam & ſubſcriptam ( ut aiunt) nõ facit fidem talis copia, niſi producatur originale * per regulam.authen. ſi quis in aliquo.C.de edendo.& gl. in l.ii.ff.de fide inſtr.Et ſolent in in-
71 ſtrumentis notarii dicere † actum &c.ad denorandum rem eſſe perfectam.Paul.de Caſtr.in conſi.ccclxii. colum.ii.in antiquis.Alexan.in conſil.xiiii.lib.vi.Bologn.in conſil.liii. Brun. Aſten. in tract. de forma.ſol. lxxxii.colũ.ii.dum loquitur de rogitu notarii. *Et Pariſ.limitans in cõſil.xxvii.lib.ii.& Rimin.pulchrè cõſil.clix.colum.iiii.lib. item iiii. ubi nititur probare quòd importat publicationem inſtrumenti.] Et deno-
72 minatur † actus, ab hora in qua finitur:ideò notarius dicere debet actum die tali,ponendo diem actus finiti:ut traditur in l.ſi quis eũ.in §.i. ff.de uulg.& per Inno.in c. cõſuluit. de offic.deleg.Nec debet ponere noctem,ſed diem.Bal.in l.fin.C.de his quibus ut indign. dicere tamen poteſt,ut quotidie fit, hora ſecũda uel tertia noctis exiſtentibus tribus luminaribus puta: iuxta nota. in non minorem.C.de tranſaction.& in l. ſtipu

ſtipulationes.ff.de uerbo.oblig.Et ſi
73 † notarius ſit extra clauſuram ſiue garzale monaſterii recipiens inſtrumentum de contractu facto cũ monialibus quæ in monaſterio ſunt, dicere poteſt actum in monaſterio, licèt ipſe ſit extra. Alexand.in l. plerique.ad fi.ff.de in ius uocan. Neque
74 debet † notarius recipere inſtrumẽtũ niſi de his quæ duobus ſenſibus pcipit, uiſu ſcilicet, & auditu. In aliis uerò quæ ſcribit, non habetur loco notarii: licèt teſtis de omni ſenſu corporeo deponere poſsit. Bal. in l.
ii.ad fin. ff. de feriis. * Et ubi actus non radicatur ex conſenſu, ſed ex euentu uel naturæ uel facti, notarius non poteſt ualidè rogari, ut de natiuitate uel morte alicuius, aut de homicidio: ut per Alexand. & alios in l.prætor ait, ſuprà de eden.]

75 Et ſi † apoſtillauerit inſtrumentum aut prothocollum, an, quomodo, & quando probet. Bart.in l.i. ff. de his quę in teſtam. delen. Ancha. in conſi.ccccxxxj. Alexand. conſilio. xiiii.lib.vj.& in l.ſi unus.C.de teſt. Ioan.de Anan.in conſi.xxxviii.Frã. de Curt.in conſi.cxlv.colum. antepen. Abb.& alii in dict.c. ex literis.

76 Et ſi † receperit inſtrumentum die feriato, in honorem Dei ualet. Abb. in cap.fin.colum.v.de fer. & etiã iuramenta ibidem appoſita, quicquid ſentiat Abb.ita conſuetudine introductum eſt, quemadmodum ſcribit Caietan.in ſua ſumma in uerbo, in feſto prohibita.

77 An † autem & quando ualeat pactum uel ſtatutum, ꝙ ſolutio uel talis contractus per inſtrumentũ tantum probari poſsit, & nõ per teſtes: tradunt Rom.in ſing.cciiii.dubium eſt. Anchar.in conſi.cccl.Fulg. conſ. ccviii. Cæpolla caute.ccl. cum ſeq. Alex.conſi.lxviii.uolum.iii.& cõſi. lviii. in quarto.& conſil.l. & cij.in quinto.Barb.conſ.xix.j.uolum. Iaſ. in l.ubi pactum.colum.v.C.de trã. & in auth.iubemus.colum.j. C. de iudic. & Dec. in c. ii. charta ultim de iudic.

78 Et tanquàm † ab igne caueat notarius, ne atteſtetur realem numerationem uel traditionem, niſi interuenire uideat: ut per Felinum in c. ſi cautio.colum.xvj.& ſequen.de fide inſtrumen.Corn.conſ.lxj.lib.iij. Iaſ.in l.ſingularia.fol.ulti.ff. ſi certũ petat.ubi Dec.colum.fin. Et ibi inuenies, an conſuetudo excuſet notarium à falſo. Et ex ibi dictis credo ꝙ licèt notarius in inſtrumento dicat talem cõſenſum eſſe habuiſſe & recepiſſe prout re uera habuit & recepit in præſentia mei notarii, & teſtium ſupraſcriptorum ſcutos centum puta, in falſum nõ incidit quãuis probetur pecuniam tunc ibi numeratam non fuiſſe tantæ quantitatis: quia dummodo notarii uideant numerari pecunias, non ſolent penitus & ad unguem inſpicere an ſint præcisè illius ſummæ & quãtitatis, ſed ſtant relationi partium quarum intereſt: ideò talis conſuetudo excuſare uidetur notarium à pœna falſi, & à quauis alia per predicta.

79 Et ubi † notarius debet cum tali ſolennitate & forma inſtrumentum conficere, actu aliàs remanente inualido ex diſpoſitione ſtatuti, non probabit, quamuis iuratum ſit, licèt cõtractus iuratus ꝑ teſtes probari poſſit.

ſit.Paul.de Caſt.in conſil. xcviii.inci.notandum in antiquis. & in l.ſeruum filii.in §. eũ qui chirographũ. ff.de leg.j.& per Soc.in conſil.xcvii. uolum.j.

80 Et inſtrumentum † confectũ per notarium publicum dicitur probatio probata,& non probanda, ac ueritas apparens: euidentiſsimeque cõſtare dicit illud de quo extat inſtrumentum,cùm uerũ ſolenneque præſumatur alio nõ apparente nec probato.l.& ſi poſt diuiſionem.C.de iuris & facti ignor.l.fi.C.de edict. diui Adr. tollen.Bald.in l.ij.C. quando fiſc.uel priu.Ang.pulchrè in l.j. ad finem ſuprà de furt.Ruin.conſil. clix.colum.vj.lib.iij.Pariſ.conſi.xxviij.colum.iij.lib.ij.ubi latè de illis tribus præſumptionibus ex inſtrumento publico reſultãtibus.] Curt. Senior latè in repe.l.admonendi. cõlum.xliii.ff.de iureiuran.Dec.in c.licèt cauſam.in iij.not,& in cap. cùm ſpeciali. in §.porrò.colum.j.de app. Iaſ.in prin.l.j.in vj.colum.ff. de noui oper.nunc.Paul.de Caſtr.in conſil.cccxxiij.colum.ij.in antiquis.Barba.in conſi.xliij.colum.iiij.& ſeq. libr.j.Dec.in conſi.clxxxiiij.colum.ij. & dclxxxij,& per Alci. loco prǽalle. in xiij.præſumptione.iij. regulæ. Et

81 quamuis † matrix & originalis ſcriptura notarii non reperiatur, fidem non perdit inſtrumentum leuatum. Bald.in rubr. C. de fide inſtrumen. colum.ix.Paul.de Caſt.in conſil. ccxxx. Felin.in cap.cùm P.colum.j. de fide inſtr.& Aquen.in auth, ſi quis in aliquo documento. colu.j. C. de edend.

82 Ad hoc autem ut † ipſum inſtrumentũ probet,continere debet non ſolùm locum in genere, uerũetiam locum loci in ſpecie, maximè ex conſuetudine generali,ut per doct.in c. primo de fide inſtru.Ang.in conſi'. ccxx.incip.Ad hoc.in nouis.Pau.de Caſtr.& alios in.l. de pupillo, in §. qui nunciat.ff.de oper.nou.nuncia. Philip.Franc. poſt alios Cano. in c. Abbate ſanè.colum.fin.de re iudic. in ſexto. & in data ipſius libri ſexti. & Alexand.in conſi.lix.colum.ii. in ii.uolum.

Et heres notarii,qui eſt notarius, non poteſt ſine licentia & commiſſione iudicis leuare in publicam formam inſtrumenta ex prothocollis defuncti, ut per Paul.de Caſtr. in l. quædam in.§.i.ff.de eden.

83 Aliud † uerò eſt inſtrumentum, aliud contenta in inſtrumento.Feli. in c.cum uenerab.colum.vii. de except.& in c.capitulum ſanctæ Crucis,colum.xv.de reſcript. Bald.in l. alia,colum.ii.C.de his quibus ut in. dig.ubi pulchrè loquitur:inquiens, quòd ſi quis confiteatur nõ contentum in inſtrumento negotium, ſed ipſum inſtrumentum, quod inualidum reperitur, quemadmodum nõ ſubſiſtit inſtrumentum, ita nec confeſsio.

84 De regiſtro, † an probet, & ſic utrum ſufficiat producere regiſtrum, tradunt Felin.in cap.fin. ad fi. de fide inſtrumen.& Lanfran, de Oria. in repet.d.c.quoniam contra:in uerbo ſequitur inſtrumentorum productio.

* Poſtremò ſciendum eſt, quòd

85 † inſtrumenta de iure communi nõ habent executionem paratam, ſed requi-

requiritur libellus.litis conteſtatio, ordo iudiciarius & ſententia,quam obtinere difficile ſæpe eſt, etiam ꝙ iuſtitia pro petente ſit, ut experiētia docet. quæ concluſio probatur in l. ſi pacto quo penam.C.de pact.ſecũdum Paul.Caſt.ibi.qui text. hoc nõ probat,quum non appareat ſtipulationem illam redactam fuiſſe in inſtrumento,ut ibi per Aretin. melius probatur in.l.minor xxv. annis cui fideicommiſſum.ff.de minorib. ibi, paratam ex cauſa iudicati perſecutionem nouo contractu ad initium alterius petitionis redegerat.qui text. ad hoc reputatur melior de toto corpore iuris,ſecundum Iaſ.in l.fina.in v.not.C.de edic.diui Adria. & ante Iaſ.id dixerunt Ange.& Alex.in.l.ſi cum dotem,in §. eo autem tempore colum.ii.ſupra ſolu.matrim. & Aretin.in d.l.ſi pacto.ad idem text. loquens de inſtrumento teſtamenti, magis fauorabili.in l.ait prætor, in §.ſi iudex. ſuprà de re iudic. Ratio concluſionis eſt; quia executio nec poteſt nec debet fieri, niſi præcedente ſententia, aliterque facta retractãda reuocandaque uenit.l.ſi cum nulla,ſuprà de re iu.l. prima.C. de executio . rei iudic . cum not. ibidem per Doctor. & per Aretin.in d. l. ſi pacto. mirum ergo ſi inſtrumentum , & conuentiones non habent executionem paratam, ex quo non præceſſit ſententia.

Ea propter ſtatuta diſponentia qnòd inſtrumenta habeãt executionem paratam,ſunt contra diſpoſitionem iuris communis & ſtrictè intelligenda, ut per Paul.de Caſt. in d.l.ſi pacto.Alexand. in d. §. ſi iudex.Barb.in conſil.xlii.colum.i. uolum.i.& Corn.in conſil.lxix.lib.iii. unde ſtante tali ſtatuto,quòd inſtrumenta habeant executionem paratam,

86 † ſi contra fidem eorum ſint aliqua indicia uel præſumptiones, debet executio in ſuſpenſo teneri, donec indicia fuerint euacuata: ſecundnm ſcriben.in l.ii.per illũ text. C.de falſis.& Barba.in conſi.xliii.libro.ii.

Fit autem prædicta executio ſtante ſtatuto ſupradicto: etiam in eo quod tacitè ex inſtrumento colligitur,ut per Dec.in d.l.ſi. colum. vlti. ubi Curr.ix.& eundem Dec.in conſilio ccccvii.ad ſi.

Et pariter fieri debet prædicta executio, etiam quòd inſtrumentum confectum eſſet in alio loco, quam in loco ubi tale ſtatutum uiget: ut per Paul.de Caſt.in l.à diuo pio. in §.j.ſ.de re iudi.

87 Et ſi de debito,puta, † non eſſet cõfectum inſtrumentum,uel in materia præſenti teſtamentum, cautela erit,facere examinari teſtes ad perpetuam rei memoriam in ſcripturãque redigi, & inde ex ea,ut ex inſtrumento uel teſtamento executionem petere aut hãc miſsionem in poſſeſſionem requirere, ſecundum ſcrib. ut poſt Ang.concludit Pau.de Caſ. in l.iii.in ſi.C.de inoſ.teſt.Corn.in d.l.fin.col.v.ubi Curt.xii.& Guido Papæ in.q.cxxxii.

88 Sunt tamen multi caſus † in quibns inſtrumenta habent executionẽ paratam ſecundum Ale.& Iaſ. in d.l.ſin.in primis col.& in d.§. ſi iudex & Alex.in d.§.eo. autem tempore, col.ij.Aret.in d.l.ſi pacto.Bald.No uel.

uel.in tract.dotis fol.viii.& Iaſ.in l. tale pactum.§.fi.in ult.col.ſ.de pac. Primus caſus eſt in d.l.fin. de inſtrumento teſtamenti non abolito nec cancellato producto per hæredē petentem ſe mitti in poſſeſsionem rerum,quas defunctus tēpore uitę & mortis poſsidebat, ut ibi per Barto. Bal.Alex.& alios.& Alex.in locis.ſ. alleg.fauore ultimæ uoluntatis uidelicèt,ut ibi per Doct. & per Iaſ. in l. quæ delegato col.j.ſ.de leg.j.& Deci.in l.in teſtamentis, ſ.eo.tit.quod eſt contra tex.in d.§.ſi iudex. ideò legatarius petens ab hærede legatum ſeu fideicommiſſum,pro tali petitione nō eſt executio parata, quicquid poſt Ang.dixerint Alex.& Iaſ. in d. l.fi.col.i.& ii.tex.eſt in d.§.ſi iudex ut per eundem Alc. ibidem & in d. §.eo autem col.ii.& Dec.in d.l. fin. in vi.not.qui text. prædictis non obſtat, quum loquatur in ipſa prima parte, quando non apparebat contradictor,ſicque de præiudicio alterius non agebatur : ſecus eſſet dato legitimo contradictore, ut apparet in illo eo.tex.in uerſi.ſin autem aliquis. quia tunc attenderetur potius exiſtentia quàm apparētia,& ſic ueritas rei.c.iudicantem.xxx.q.v. & l. ii.C.de eden.cum uulg.

Alius caſus eſt in inſtrumento depoſiti ſecundum Alex.& alios. in d. l.fin.& in aliis locis ſuprà alleg. per l.penul.C.depoſ.ibi, illicò modis omnibus compellatur: aduertendum tamen eſt,quòd illa prærogatiua data eſt depoſito, ne contractus, qui ex bona fide oritur,ad perfidiam trahatur, ut ibi dicit tex.& ſic, etiam quòd non eſſet factum inſtrumentum,dummodo conſtaret de depoſito.Et ultra dicta per ſcriben . in locis ſupra allegatis ad hunc caſum uide Felin. in c. ſicut, colum.iii.de re iudi. & Iaſ.in l.ii.colum.iii.ſ.de iureiuran.

Nec obſtat quòd ubi intentatur actio,ſit dandus libellus, & ſeruandus ordo iudiciarius.l. j. ſuprà de eden.ergo non uidetur uerum in cauſa depoſiti executiuè procedi : ut poſt Bal.& Salice.uolebat Iaſ.in d.l. fina. colum. ij.quia reſpond.poteſt, illud procedere quando imploratur officium iudicis pro executione, ſecus quando ageretur uia actionis ex contractu. doctrina eſt Bartol.communiter approbata in.l. intra dies ſuprà de re iudic.Alexand.& aliorū in l.unica.ad fin. principii ſuprà ſi quis ius dicen. non obtemper. & Iaſo.in d.l.ii.colum.ſecunda & quarta de iureiur.

89 Rurſus † intelligas d.l.penultim. in depoſito uero & naturali, quando conſtat de enumeratione uel traditione rei ex cauſa depoſiti cum promiſsione de reſtituendo, ſecus eſt in depoſito ficto & confeſſato, puta, quando quis confitetur habuiſſe centum à me ex cauſa depoſiti promittens reſtituere : ut poſt Bald.conſuluit Soci.in conſil.cxliii. in lib.j.

Prædicta autem executio in cauſa depoſiti non poteſt fieri per iudicem ſæcularem contra clericum depoſitarium, quicquid dixerit Alex. ſed debet & poteſt fieri per iudicem eccleſiaſticum, ut dixi in.l.j. ſuprà de iudic.

Alius caſus,ubi inſtrumentū habet

bet executionem paratam, quando
90 eſt iuratum † ſecundum Alex. & Iaſo. in d. l. fin. colum. i. & ii. quod intelligi debet, ut declarat Iaſ. in d. l. ii. colum. fin. de iureiur. quando iuramentum tendit ad deciſionem, alias ſecus, ut per eum.

Item inſtrumenta habent executionem paratam, quando ſtatuto ita cauetur, ut dicunt Doct. quod indubitati iuris eſt.

Alius caſus eſt, quãdo inſtrumentum eſt guarentigiatum, ut p Bart. Alexand. & alios in d. l. ſi iudex, & in d. l. fin. eſt autem guarentigia prã ceptum quod fit per notarium rogatum de inſtrumento parti roganti, ut obſeruet in eo contenta. quod quidem præceptum fit in uolentem & acceptantem. & ſicuti uerum prę ceptum iudicis tunc habet executionem paratam. l. ſi debitori. ff. de iud. ita iſtud, ſecũdum præfatos. & Paul. Caſtren. in d. cõſi. lxxiii. in antiquis Corn. in conſi. ccxxxviii. & cclix. lib. iii. & Iaſo. in l. error, col. pen. & fin. cum aliis quæ adduxi in d. l. i. ff. de ii. di. & habetur etiã in tractatu ſpeciali de guarentigia.

Alius caſus eſt, quando confeſsio
91 facta eſſet in iudicio, † calore enim ipſius iudicii habet executionem paratã. l. unica. C. de confeſſ. & ibi no. Bart. in not. iii. Iaſ. in d. l. tale pactũ, in §. qui prouocauit, colum. fina. & Afflic. in deciſ. Regni. ccclxxxvii.

Et in ditione Illuſtriſs. Sabaudiæ Ducis conuentiones & apõtuamenta (ut ipſi appellant) facta corã prę ſide & Cãcellario Illuſtriſsimi principis habent executionem paratam tanquàm facta coram iudicibus, quibus de ueritate rei per prædicta liquet & apparet: & ita obſeruant, facit. l. i. ff. de offic. præf. præto. cum no. per Iaſ. & Matth. Afflic. in locis proximè alleg.

92 Quid de inſtrumentis † in forma Cameræ, quæ in Vrbe Romana & multis aliis in locis fiunt per tabelliones expertos, de quibus per Abb. in c. P. & G. colum. iiii. de fide inſtr. Hippoly. Bonon. in l. ſi quis ne qõ. colum. xiiii. & ſeq. ſupra de quæſtionibus, & Pariſ. in conſil. ciii. libr. iii. cum ſimilibus. Iſta habent quaſi executionem paratam, quia confeſſato debito in iudicio per procuratorem ad hoc in tali inſtrumento conſtitutum, poteſt uirtute dictæ confeſsionis ab executione inchoari: ut per Pau. de Caſt. in d. l. à diuo pio. in. §. primo faciunt quæ diximus ſuprà de confeſsione, & quæ in propoſito ſcribit Bal. in l. peremptorias, col. v. C. ſenten. reſcind. non poſſe.

Et an producens inſtrumentum cenſeatur ipſum in omnibus & per omnia approbare & confiteri omnia in eo contenta uera eſſe? uidete text. no. in l. fi. cum ibi not. p Paul. Caſt. ff. de inoffi. teſtam. Ale. in conſilio cviii. colum. ii. lib. v. Pariſium in c. cum uenerab. colum. xviii. & ſequen. de excep. cum multis aliis quæ cumulaui in l. edita, in princi. C. de edend.

## SVMMARIVM.

1 *Hac regula in peculio profectitio etiam hodie procedit.*

2 *Quicquid acquirit filius uel ſeruus, patri*

*patri & domino acquirit. Et hoc immediatè, num. 6.*
3 *Seruus & filius in acquiſitione quomodò differant.*
4 *Hæc regula non procedit in peculio caſtrenſi nec aduentitio.*
5 *Nec in detentatione.*
7 *Verbum uidetur, ueritatem importat.*
8 *Omne poſſeſſorum eſt triplex. Et quomodò intelligitur.*

L. XCIIII. METIANVS.

FILIVSFAMILIAS neque retinere, neque recuperare, neque adipiſci poſſeſſionem rei peculiaris uidetur.

SVMITVR ex legibus per gl. hîc alle. Et quicquid ſentiat Dec. hîc in pri. ibi no. ꝙ iſto iure. & circa fi. uerſ. & regula limitatur ut hodie nõ procedat, hunc tex. malè intelligens.
1 Dico †regulam noſtram in peculio profectitio prout loquitur adhuc hodie incorrectam eſſe, quia in tali peculio ex eoq; acquiſitis per noua iura nihil immutatum eſt. §. j. cum no. ibi per Ang. inſt. per qu. per. no. ac. Notandum igitur ex iſto tex. eſt,
2 ꝙ † ſicuti ſeruus domino, ita filius patri omnia præter caſtrenſia acquirebant, adeò ut nec momento ſubſiſterent in perſona filij. l. placet. ff. de acq. hær. & idem eſſe reſpectu poſſeſſionis, ut hîc uult Iuriſconſ. acquiſitio enim quæ omnia fit ex capite, & iure patriæ poteſtatis, fit miniſterio legis ſine facto hominis, quod non eſt regulariter in alijs caſibus in quibus ex perſona alterius accipere quis debet: ſecundum Are. in pri. d. l. placet. ideò incõtinenti fit, & patri etiam ignoranti ex cauſa peculiari acquiritur, quamuis ab alio poſſideatur. l. quicquid. ff. de acqui. poſſ.
3 Differentiaque eſt in hoc † inter filiũ & ſeruũ quoad acquiſitionẽ quã facit ſeruus: fit. n. medio poſſeſsionis ipſius. l. j. §. ſed per eũ. ff. de acq. poſ. meritò nobis non acquiritur poſſeſſio, ſi ab alio poſſideatur: ſed acquiſitio quæ fit per filium, non cauſatur medio poſſeſsionis ipſius filij, cum perſona libera à ſciente poſſideri non poſſit. §. fi. l. cũ hæredes. ff. eod. titu. ſed fit medio iuris patriæ poteſtatis, quæ ſemper durat, licèt filius tanquã ſeruus ab alio poſſideatur: ſecundum Are. in d. l. quicquid.
4 In peculio † uerò caſtrenſi aliud eſt: & in aduentitiis erit etiã hodie aliud. Iura enim antiqua correcta ſunt. l. cum oportet. C. de bo. quæ li. & inſti. per quas per. no. acq. §. j. cũ ibi not. per doct.
5 Nec etiam procedit † hæc regula in detentione & tenuta, quæ meri facti eſt. iſta enim remanet penes filiũ, non penes patrẽ, ut hîc per Dec. & Are. in d. l. placet. ad fi. j. col. Dũ generaliter concludit, ꝙ in his quæ meri facti ſunt, prout eſt implementũ conditionis, & in quibus factum perſonæ cohæret, tale factum domino uel patri communicabile nõ eſt: nimirum ergo ſi patri non acquiritur. Faciunt not. per doct. in l. j. in glo. in uer. uarios. ff. ſi cer. pet. & per Dec. in conſ. cccxj. col. iiij. & ſeq. Prædictis adde etiã Are. ſubtiliter loquẽtem in l. cum filio. col. ij. & vj. ff. de

 lega.

lega. j. ubi ponit talem acquiſitionē fieri patri, licèt proteſtetur, quòd nō uult rem ad ſe pertinere: cū non poſ ſit derogare iuri patriæ poteſtatis, cuius medio fit acquiſitio, de quo la tius dixi in l. inuito. ſ. eo. tit. Et quē admodum poſt Raph. uult ibi Are.

6 † acquiſitio quæ fit per tales perſo- nas, non acquiritur primo ipſis, & de ipſis tranſit in patrem uel domi- num, ſed immediatè per eorum mi- niſterium creatur in perſona domi- ni uel patris, ita ut nullum ius acqui ratur quærenti, ſed ſolùm cauſetur in pſona domini uel patris quibus fit acquiſitio, ut poſt Raph. Comē.

* uoluit Aret. in d. l. cum filio. * ſed communis & uerior opinio eſt ad oppoſ. quòd acquiſitio quę fit nomi ne filii uel per actum ciuilem ſtipu- latione puta, uel aditionem hæredi- tatis fiat & cauſetur in perſona filii, & inde confeſtim in patrem trāſeat d. l. placet. ita Bart. in l. frater à fra- tre, colum. vij. uerſi. ſecundò quero. ſ. de condi. indeb. Aret. met in d. l. cum filio, col. vii. & ſequen. ubi Mo der. Senenſes Iuniores fol. xvj. colū. iiij. uerſi. promitte primò. ubi reſpō. ad rōnes Rapha. & ſi dicas, quomo- do eſt poſsibile quòd acquiſita nec momento ſubſiſtant in perſona filii ſi ei primo acquiritur? reſpon. ut di- xi. ſ. in l. inuito. ꝙ intelligitur poſt acquiſitionem factā, quia legis my- ſterio incontinenti poſteà fit transla tio in patrem. poſſet etiam dici ꝙ momentanea (ut ibi dixi) nō ſunt in conſideratione, ideo quum ſta- tim acquirarur patri, dixit nec mo- mento remanere penès filiū: quia in continenti tranſit in patrem. [In ob- ligationibus ergo quæ filii nomine contrahuntur uel per actus merè ci- uiles, puta, ſtipulationem uel aditio nē hæreditatis, acquiſitio cauſatur primò in perſona filii, poſteà tran- ſit in patrem. in obligationibus ue- rò quæ contrahuntur per actus na- turales, puta, numerationem uel tra ditionem rei nomine patris factas, acquiſitio cauſatur directò in perſo na patris ſecundum Bart. in loco ſu- prà alleg. Et ſic actus narurales for- tiores ſunt ad acquirendum actio- nem & obligationem, quâm ciuiles, ut ſuprà de acqui. rerum domi. l. ex quæ ciuiliter. tradit Curt. in l. ſingu laria, col. v. ſuprà ſi cer. pet.]

7 Ex quibus patet † uerbum, uide- tur, in hac regula poſitum, ueritatē potius quàm fictionem referre, pro- ut aliàs plerunque: ut dixi in l. non uidetur cœpiſſe, ſ. eo. tit.

Secundo ex iſto text. uidetur prin

8 cipaliter colligi poſſe, omne † poſſeſ ſorium eſſe uel retinendæ, uel recu- perandæ, aut adipiſcendæ: ad idem §. ſequens. inſt. de interdi. ubi Impe- rator latè proſequitur: ſed uidetur, addi debere quartum, uidelicet con ſeruandæ: de quo in l. iii. in §. miſ- ſum. ff. de carb. edict. & in l. j. C. eo. titul. ideò Bald. in §. fi. in tit. de pro- hib. alie. feud. per Feder. arguit Im- peratorem fuiſſe diminutum in d. §. ſequens. Pro ſolutio. uide Alexand. & Moder. in d. l. j. & Ripam in rub. de cauſa poſſeſſ. & proprie. ubi con- cludunt, quòd interdicta poſſeſſo- ria ſunt tria. d. §. ſequens. iudicia plu ra, & iſtud conſeruandæ diuerſum eſſ ab illo retinendæ: eſtque extraor dinarium iudicium, & non inter- dictum.

dictum . ideò &c.

SVMMARIVM.

1 *Abundans cautela non nocet, et quo modò procedat. nu. 2.*

3 *Solennitas quæ non requiritur, ſi exprimatur ſed ineptè, non uitiat.*

l. XCV. VLPIANVS.

NON ſolent, quę ſuperabundant, uitiare ſcripturas.

SVPERABVNDARE, ſupfluere, & ſuperuacaneum eſſe, ſynonima uidentur: ſupereſſe uerò, aliud eſt. Gell. pulchrè c. xxii. lib. j. De hac regula plura dixi in l. quæ dubitationis. & in l. omnia quæ iure. ſ. eo. & ſunt diuerſæ regulæ ut occurramus arg. euitandæ ſuperfluitatis. iuxta §. quibus. in conſti. C. loquitur illa ubi expreſsio facta fuit dubitationis tollendæ cauſa, hæc in ſuperabundantibus quæ non uitiant. Hinc defen-
1 ditur uulgatū de † abundanti cautela quę nō nocet. l. teſtamentum. C. de teſta. ubi gl. hanc regulam & alia quędam citat. Quod intelligas niſi
2 ſuperfluitas † uitioſa eſſet, ut quia contra naturam & formam actus, ſicque inſeparabilis eſſet: tunc enim uitiatur & non uitiat. l. actus. ubi dixi ſ. eo. & in d. l. quæ dubitationis: no. Rim. & alii in d. l. teſtamentum. De quo quidem inculcationis uitio, uide l. quæ extrinſecus. ff. de uerbor. obl. & l. certi condictio. in prin. cum not. ff. ſi cer. pet. Et facit hæc regula
3 ad illud brocardicum, quòd † ubi aliqua ſolennitas non requiritur, uel cauſa exprimi non debet, ſi adhibeatur aut exprimatur, ſed ineptè, quòd non uitiat. de qua materia late per Feli. in c. cum ordinem. in primis col. de reſcrip. & in c. examinata de iudi.

SVMMARIVM.

1 *Verbum, ſoluere, quid ſignificet.*

2 *Verbum, ſolutionis ſimpliciter prolatum, intelligitur de ſatisfactione.*

3 *Condennatus in amputationem manus, niſi 100. perſoluerit, an liberetur datis fideiuſſoribus.*

4 *Hæc regula quando non procedat. & num. 5.*

6 *Soluendo intelligitur, qui idonea pignora paratus eſt dare.*

7 *Et qui nomina debitorum habet.*

8 *Soluendo non præſumitur, cuius bona uenduntur.*

9 *Soluendo in dubio an quis præſumatur.*

l. XCVI. VLPIANVS.

NEMO dubitat, ſoluendo uideri eum, qui defenditur.

PONDERA uerbum uideri, quod improprietatem denotat. Sol-
1 uere † autem propriè religare eſt: iuxta illud Virgil. Soluite me pueri &c. Sed quoniam qui debent, obligati ſunt creditori, ſoluere etiam, pro debitum reddere uſurpamus. Hinc per metaphoram ſolutionis uocabulum ad omnem liberationē quoquo modo factam transfertur, magisque

ad ſubſtantiam obligationis quàm ad nummorum ſolutionem: unde ſoluere pro ſatisfacere uſurpamus. l. ſolutionis uerbum. ff. de ſolut.& l.ſatisfactio. illo eo.tit.dum ait, ſatisfactio pro ſolutione eſt.habet ēt alios ſignificatus uerbum ſoluere, ut apud poetas,hiſtoricos,& oratores habetur.

Ratio præſentis regulæ eſt,quia ſecundum ueteres regulas alienę rei nemo idoneus fideiuſſor ſine ſatiſdatione intelligitur.§.pen.inſti. de ſatiſd.alium igitur defendens pro defenſo ſatiſdat,qui ex quo fideiuſſores habet,à quibus exacturus eſt,creditor,non eſt mirum ſi quantū ad creditorem ipſum ſoluendo uideri
2 dicatur.maximè cum †uerbum ſolutionis,ſimpliciter ut dixi prolatum, non intelligatur de ſolutione nummorum tantum, ſed de ſatisfactione.dict.l.ſolutionis. & l.ij.in §.j. ſi cert. pet. & dixi etiam in l. plus cautionis.ſuprà eo.Ille autem dicitur eſſe ſoluendo,qui ſolidum ſoluere poteſt.l.ſoluēdo.ſuprà titu.j.per ſe uel per alium ſcilicet,quia habet fideiuſſores puta:ſecundū gl.ibi., per hanc regulam. Quapropter cum aduerſus furem lex det fulloni actionem ſi fullo ſit domino ſoluendo, niſi ſolidum pręſtare ualeat, non dabitur ſibi actio.l.itaque.ff.de furt. nc compellatur dominus ex uno iudicio duo facere, ut uidelicet contra fullonem ex locato agat, & quanto minus conſequeretur,aduerſus furem condicat, id enim eſſet ei dē damnoſum. Qui igitur idoneos fideiuſſores habet, ſoluendo eſſe dicitur.Et ſic deciditur quæſtio hic ta- 3

cta per Bar.†qꝙ condemnatus in amputatione manus,niſi cētum perſoluerit,liberandus ſit datis idoneis fideiuſſorib.per hanc regu. & ita uoluit ipſe Bar.in l.itē liberatur. in §. i.ff.quib.mo.pig.uel hy.ſol. & ſequitur hic Dec. Sed uerius eſt op. quia pecuniaria requiritur ſolutio: ut per eundem Bart.in l.j.ff.de cuſt.reo.& per Iaſ.poſt Bal.in l.j.co.j.ff. qui ſatiſ.cog.& Mod.de Fan.in tract.de pigno.in v.parte pri.col.j.& Soc. cōſ. xciij.uol.j. Probaturque per ea quæ ſcripſi in dict.l. plus cautionis. quia cum uerbum ſoluere,adijciatur quātitati & pecuniariæ preſtationi,prout in quæſtione Bart. hic, intelligitur de pecuniaria ſolutione, ut ibi diximus.Ex quo patet ſol.ad arg. ex iſta regula ſumptum, quia loquitur de ſolutione ſimpliciter, quæ ut dixi, pro ſatisfactione capitur.quæſtio autem Bart. de ſolutione quantitatis uel pecuniæ, quæ uerificari non
4 poteſt in datione fideiuſſorum.Habes igitur ex prædictis † declarationem cum lim.ad præſentem regulā, ut intelligatur quādo in lege ſit mētio ſimpliciter de ſolutione: ſecus ſi de ſolutione pecuniaria,quia intelligi non poſſet,neque uerificari in datione fideiuſſorum.

5 Limita †& ſecundò iſtam regulā ut ſubtiliter per Bart.in d. l. j. ff. de cuſt. reo. dum reſpon. ad regulam iſtam.Et quemadmodum ſoluendo eſſe dicitur, qui dat fideiuſſores ido-
6 neos,idem †eſt in eo qui idonea pignora paratus eſt dare:per d. l. plus cautionis. cum ibi dictis. Soluendo etiam dicitur ſecundum Deci. hic,
7 †qui in nominibus debitorū æs ſuū habet

habet, modo idonei ſint, & bonam agnoſcant: ut per Alex. in l. facere. 8 ff. ſolu. matrim. Sanè is † cuius bona uenduntur, minimè ſoluendo præſu mitur. l. tres tutores. in fi. cũ ibi not. per Bart. ff. de adminiſtr. tut. ſecundum Dec. cuius dicta ſimpliciter ſequitur Alciatus in d. l. ſoluendo. ſ. 9 tit. j. in dubio autem † quis præſumitur eſſe ſoluendo ſecundum glo. in c. bonæ memoriæ. el j. in uerbo. naturam. ad fin. de elect. quã ſequitur ibi Panor. ſed glo. uidetur mihi contrarium ſentire. dum in fin. citat l. ex perſona. C. de prob. quæ uult, ꝙ aſſerens quem fuiſſe ſoluendo probare debet: ergo non præſumitur. ideò uide Bart. Iaſ. & alios in l. ſi uerò. in §. qui pro rei. colum. fin. qui ſatiſd. cog. concludentes communiter poſt gl. ibi, quòd fundans ſe in paupertate uel diuitijs id probare tenetur tanquam fundamentum intentionis ſuæ. Et illud commune dictũ quelibet præſumi idoneum, intelligi reſpectu morum & bonitatis à natura inſitę, non quãtum ad facultates, quæ à fortuna ueniunt.

## SVMMARIVM.

1 *Verba ambigua in inſtrumento poſita declarantur per notarios.*

2 *Hæc regula quãdo habeat locum in contractibus.*

### L. XCVII. METIANVS.

IN ambiguis oratióibus maximè ſententia ſpectanda eius eſt, qui eas protuliſſet.

SVMITVR ex legibus in glo. alleg. Verbum illud maximè, ſecundum gloſſ. reſpicere poteſt primam & ſecundã partem legis. Tu ſecũdã partẽ dicas determinare, nõ primã: quia ſi oratio nõ eſſet ambigua, ſed clara, declratione opus non eſſet nec coniectura. l. cõtinuum. §. cùm ita, & alijs ibidem allegatis. ff. de uerbor. obligat.

Exẽplificari poteſt iſta regu. multipliciter, ut hìc per gloſ. & latiùs exempla gloſ. proſequitur Dec. hìc & pleniùs in c. cùm ueniſſent. de iudi. & in c. cũ eccleſiasticæ. de except. ubi etiam alij ſcribentes. & per doct. in l. fi. C. de legib. & in l. ex facto. ff. de uulga. poteſt exemplificari pariter in 1 † ambiguis orationibus poſitis ĩ inſtrumentis. per notarios, ut ſtetur in terpretationi & declarationi ipſorum, ut in teſte. c. cùm clamor. de teſti. & latiùs dixi in l. ſi librarius. ſuprà eo. nu. 62.

2 In contractibus† regula iſta locũ nõ habet: imò oppoſitũ uidetur debere ſeruari, ut cõtra eũ qui uerba obſcurè protulit, interpretatio fiat ſecundum glo. per l. ueteribus. ff. de pact. ĩ ſuperioribus ꝑ me exornata. facit optimè text. ĩ c. contra eum. de reg. iur. ĩ vj. Hocque uerũ eſt ſecundum Alber. hìc ſi poteſt ſecundum intellectũ utriſque ualere, aliâs pro ualiditate actus fit interpretatio. l. quoties. de uerb. oblig. & de uer. ſig. Poſtremò de differentia ambigui, & obſcuri: & de triplici ambiguitate: uide que ſcripſimus in l. ſemper in obſcuris. ſuprà eo. *Et in ambiguis abſolutum non debet eſſe iudiciũ: tex. not. in cap. ſi. 33. diſt. pulchrè per

Matth.de Affl.in deciſi. Regni 13. col.fin.]

SVMMARIVM.

1 *Deportare quid ſit.*
2 *Proſcribere quid ſit.*
3 *Deportatus non habet hæredem fiſco uolente bona, alias ſecus.*
4 *Ius accreſcendi an habeat locum in fiſco hærede.*
5 *Vbi bona confiſcantur id ipſo iure non fit, ſed per ſententiam.*
6 *Bona futura non ueniunt in confiſcatione.*
7 *Bona hodie non confiſcantur, niſi in crimine læſæ maieſtatis. Et uide alias limit. nu. 8.*
9 *Bonis confiſcatis quomodò filijs prouidentur.*
10 *Feudum confiſcatum cui applicetur.*
11 *Banniti an æquiparantur deportatis, uel relegatis.*
12 *Indulgentia principis pœnam remittit, ſed bona non reſtituit.*
13 *Indulgentia principis an habeat locum in præiudicium tertij. Et quomodò uerba concipiantur, ut bona recuperet.*
14 *Indulgentia principis in crimine læſæ maieſtatis non ualet, niſi motu proprio.*

L. XCVIII. HERMOGENIANVS.

EA ſola deportationis ſentẽtia aufert, quę ad fiſcum perueniunt.

PRO declaratione legis & materiæ uidendũ hic eſſet, quid ſit interdicere, relegare, deportare, & proſcribere, & quomodò differant, ſed quia de his habemus titulos ſpeciales. ff. de interd. releg. & depor. & de bonis proſcrip. paucis contentus ero.

1 Deportare † eſt de loco portare, ſiue extra portare, hoc eſt ponere extra ea quæ ſunt iuris ciuilis. l. quidã ſunt. ff. de pœn. Barto. in l. relegatorum. ff. de interdi. & releg. Et hæc deportatio hodie ſucceſsit loco aquæ & ignis interdictionis. l. iii. ff. ad legem Iul. pec. l. Gallus. §. & quid ſi tãtum. cum glo. & ibi doct. ponunt. ff. de lib. & poſthu. & cuius authoritate fiat, tradit Spec. in titu. de relat. in §. iij. Iterum no. eſt, hanc pœnam deportationis hodie non eſſe in uſu, ſed eſt imponenda alia arbitrio iudicis: ita Imo. in l. ij. colum. ij. ff. de publ. iudic.

2 Proſcribere † ut declarat Vlpia. in l. ſed & ſi pupillus. in §. j. ff. de inſti. eſt claris literis, ut de pleno rectè legi poſsint, ante tabernam, uel ante eum locum in quo negotiatio exercetur, non in loco remoto, ſed euidẽti, quid proponere. Sed aliter accipitur in propoſito noſtro, uidelicet ꝓ damnare. Ideò in rubr. C. præalleg. dicitur. de bonis præſcriptorum ſeu damnatorum. tractum eſt autem ab eo quod Vlpia. loco præalleg. dixit, quia proſcriptorũ nomina ꝓ roſtris ponebantur. Et ſecũdum Alb. in dictionario, in uerbo proſcribere, pro ſcripti proprit dicuntur, qui corporaliter non damnantur, uerum eorũ bona publicantur, ut patet, dicit ipſe, in tit. C. de bon. proſcrip. Sed melius declarat M. Cic. in orationibus ſuis. Quid autem, inquit, eſt proſcribere:

bere: uelitis,iubeatis, ut M. Cic. in ciuitate nō ſit,bonaque eius ut mea ſint. ita enim fecit (ait) ſi aliis tulit uerbis,ex quo patet proſcriptionem afficere etiam perſonam cum extra ciuitatem & prouinciam ſæpè proſcriptus eiiciatur.

Redeundo modò ad text. noſtrū oppono contra ipſum. nam per deportationem omnia fiſco applicari uidentur.l.deportatorum. de pœn. & l.deportati.C.de bon.proſcrip.ergo ſententia deportationis omnia aufert,cuius contrarium uidetur uel le hic tex.in illis uerbis, ea ſola &c. Glo.ponit duos intellectus,commu niter tenetur ſecundus, quòd quæ non ſunt fiſco applicanda, per ſentē tiam deportationis non auferūtur, ea uerò plura ſunt: ut plenè per Alex.in conſil.xxiij.lib.j.& in conſilio lxxxix.lib.iiij. Exemplificare etiam poſſes in caſu l.ſi filius. C. de bon. proſcript.ubi filio deportato caſtrē ſe peculium non ſequitur fiſcū, ſed patrem.

Glo.hic ad fin.reputatur ad hoc ſolennis & ſingularis per Bal. Alex.
3 & alios. ꝙ † licèt deportatus nō habet hæredem.l. j. cum ibi not.C.de hære.inſti.id tamen uerum eſt,fiſco uolente bona deportati: aliàs ipſo fiſco uenire nolente deportatus hæredem habet:ut hic uult glo.de qua uide Alex.in l.ſi ſeruus plurium. in §. quis ante.in fi.ff.de leg.j.Iaſ.in l. ex facto.in §.Iul.colum.j.ff.de uulg. & in l.unica,colum.iiij.C.quādo non pet.part. Et per hanc eandem gl.di-
4 cebat Rom.ius † accreſcendi locum non habere in fiſco hærede, qui bona recuſare poteſt,ſed eſt hoc à ueritate alienum,neque glo.loquitur in caſu iſto: ut per Alex.in l.j.col.pen. ff.de acqu.hęred.Iaſ.in d.l.unica,in iiij.colum.

Benéque hic Iuriſconſultus dicit, quòd deportationis ſententia au-
5 fert. nam in † caſibus in quibus bona confiſcantur & publicantur, id ipſo iure non fit,ſed per ſententiam l.j.cum not.per Bartol.ff. de ui priua.& per Fran.de Parma in tract.de iure fiſc.chart.xxiiii. ſed in deportatione non requiritur alia expreſsio, quia ad pœnam deportationis taci tè ſequitur adeptio bonorum.d.l.deportatorum. cum not. per Salicet. ideò rectè hic dicitur, quòd ſententia aufert etiam, quòd de publicatione bonorum nihil dictum fuerit. ad quod uide etiam Aretin.in l.eius qui.in §.ſi cui.colum.j.& ij.ff.de teſtamen.

Et intelliguntur prædicta ſecūdū
6 Salic.† de bonis quæ deportatus habebat tempore deportationis.futura enim non ueniunt, nec comprehenduntur in publicatione.l.ſi mandauero.in §.is cuius.ff.manda.De quo uide Bald.in l.ij.C.de bon. proſcript.Ancha.in conſi.cclxxv. Rom. in conſil.ccxlvij.Paul.de Caſt. in conſil.xxxii.in antiquis.Alexan.in conſil.xv.ad h.uolum.j.Fel.in c.ad liberandum.in ii.no.de Iudæ.& Dec.in conſi.ccxxxv.& Salic.in anth. bona damnatorum.col.ii.C.de bon. proſcrip.Ang. Aret.in tracta. maleficiorum.charta antepe. Dec. nouiſsimè in l.fin. ̃ .quod quiſque iur.ubi ponit not.quæſtionem,quæ erat in facto de iure adeundi bannito delato.
7 De iure nouiſsimo † non publican-

 tur

tur nec confiſcantur bona, niſi in crimine læſæ maieſtatis. auth. bona damnatorum. cũ ibi plenè not. per do cto. C. de bo. proſcrip. & per Bar. in conſil. clvij. ubi intelligitur hoc eſſe uerum ſtantibus aſcendentibus uel deſcendentibus: ſecus autem ſit ſtantibus collateratibus tantum, ut patet ex corpore, unde illa auth. ſumitur, ubi de collateralibus non fit mētio. Et ideò uerba illa ex latere, de quibus in d. auth. bona damnatorũ. male ibi fuerunt per Irnerium poſita: ſecundum Bart. quam opin. cõfirmat & comprobat in puncto iuris Aret. in l. eius §. ſi cui. col. iij. ff. de teſta. fatetur tamen communem opin. eſſe in oppo. Ang. Aret. loco infrà alleg. & plenè Dec. in conſi. cclii. col. pen. ubi poſt Bald. ſcribit, ꝙ licèt iudex contra text. in d. authen. bona dãnatorum confiſcaret bona, ſentētia nõ ualeret, nec noceret, quãuis non fuiſſet appellatum. & dicit not. Bald. in tit. de pace conſt. in uerbo, nos Romanorum, ꝙ bona condemnati ad furcas pro furto ex forma ſtatuti nõ publicantur, nec confiſcantur. ſequitur Aret. loco prælleg. colum. iiij. & Dec. in l. ij. colum. fin. C. qui teſtam. fac. poſ. ubi de iure antiquo, & ante auth. bona damnatorum. aliud fuiſſe probat. De qua materia uide Bar. in l. j. ff. de bon. dam. Aret. in l. uĕtre col. fi. ff. de acqu. hære.* Pariſ. conſi. clv. & clxj. lib. iiii. & conſ. j. & xxxii. lib. j.] Ang. in tract. malefic. in gl. & eius bona publicamus. eſt in penult. charta tract. ubi ad text. prædictæ auth. bona damnatorum, alias limita.

8 tradit. præcipuè ea † procedere quando pœna confiſcationis in conſequẽtiam pœnæ corporalis uenit, ut in deportato: ſecus ubi bona expreſsè olim cõfiſcabantur non in conſequentiam, ut in relegatis incorrecta remanent antiqua iura de publicatione bonorum loquentia: ut per Bart. in prælleg. l. j. propterea uidemus paſsim ad confiſcationem bonorum etiam hodie procedi contra contumaces, & non cõparẽtibus nec obtemperantibus imponuntur pœnæ, declaranturque, & uſque ad confiſcationem bonorum incluſiuè proceditur.

9 Confiſcatis † autem bonis an, quo modo, & qualiter prouideatur filiis. uide Bart. & doct. in d. l. j. de bonis damn. Aretin. in d. §. ſi cui. in ij. colum. Angel. in tract. malefic. loco prælleg.

10 Et diligenter nota. ꝙ † in caſibus in quibus fit publicatio & confiſcatio bonorum modò offenſa non reſpiciat principaliter dominum, ſeu delictum non ſit commiſſum in perſonam domini, feudum non confiſcatur nec applicatur fiſco, ſed agnatis: ut per Bartol. in l. j. per illũ tex. ff. de interdict. & relega. de quo articulo uide Barb. inter conſil. Alexan. iiii. uolum. in conſi. lv. colum. fin. & in conſi. lx. in quarto dubio libr. iii. eundem Alexan. in conſil. ij. colum. iii. & ſequ. lib. v. & conſi. xxx. lib. vj. Iac. de ſancto Georg. in ſua feud. in ueſti. in uerb. qui quidem inueſtiti. colum. xiii. & ſequen. & in uerbo, & cum pacto de non alienando. colũ. viii. Franc. de Curte in tracta. feud. in liii. colum. uer. quę principalis. & Dec. in conſi. cxliiii. colum. ij. & conſil. ccviii. & cclii.

De

11 De bānitis † uerò noſtri tēporis utrū æquiparātur deportatis, uel relegatis: examināt gl. & doct. inſt. quibus mod. ius pat. po. ſol. in §. relegatis. Signo. cōſ. cxix. Anch. cōſi. cclxxv. Alc. cōſ. xvi. li. ij. oēs in l. j. C. de her. inſt. & in l. ex facto. in §. ex facto. ff. ad treb. Curt. Iun. in. cōſ. clx. clxvj. & clxxxij. & Grā. Neapol. in uoto. xix

Poſt quàm de ſententia deportationis, de publicatione, & confiſcatione bonorum plura diximus, uideamus aliqua de indulgentia, reſti
12 tutione, † & remiſſione. Indulgentia quidem pœnam ſolum remittit, bona uerò non reſtituit, niſi dicatur text. eſt not. ubi Salic. ſignat in l. cū patrem. C. de ſen. paſ. faciūt quæ dixi in l. id quod noſtrum. nu. iij. ſ. e.
13 tit. Vtrum uerò indulgentia † ac reſtitutio prædicta locum habeat in in præiudicium tertii: & qualiter ꝓ amico concipi & formari debeat, ut ēt alienata recuperet, notāt Doct. in l. Gallus. §. & quid ſi tm̄. ff. de lib. & poſthu. & Feli. in c. urgentis. de hær. Iaſ. in conſi. ult. lib. j. Dec. in l. in cōdēnatione. in §. j. ubi uide quæ dicam. ſ. eo. & in c. quia diligētia. col. ij. de elect. Alex. in conſi. cliiii.
14 Eſtoque memor † ut in reſtitutio ne pro condemnato in crimine læſę maieſtatis impetrata ad hoc ut ualeat, dicatur, motu proprio principis illam fuiſſe factam, ut per Curt. Iunio. in l. iii. in §. ſi procurator. ff. quod quiſque iuris.

## SVMMARIVM.

1 *In pari cauſa lucri, præfertur ille qui prior eſt in tempore.*
2 *Mulier habens expreſſam uel tacitā hypothecam, præfertur habenti tacitam anteriorem: ſecus ſi expreſſam.*
3 *Prioritas ex ordine cognoſcitur.*

### L. XCIX. HERMOGENIANVS.

QVOTIES utriuſque cauſa lucri ratio uertitur, is præferendus eſt, cuius in lucro cauſa tempore præcedit.

1 Et ſic in † pari cauſa lucri præfetur ille qui eſt prior in tempore. Et prioritas temporis cæteris paribus inducit prioritatem in iure. ad idem tex. in c. qui prior. de regu. iur. in ſexto, ubi eſt optima glo. declarans iſtam regulam. nonnullàs limitationes ponit ibidem Phili. Frā. uiginti ampl. & totidem limit. congerunt Moder. de Fano in tractatu de pign. in ſecundo membro. v. partis princip. char. xxxv. & ſequ. Nota
2 bis etiam diligenter, ꝙ † licèt mulier habēns expreſſam uel tacitam hypothecam pro dote peæſeratur habenti tacitam etiam anteriorem fauore dotis: iuxta l. aſsiduis. C. qui potio. in pigno. haben. non tamen præfertut habenti expreſſam: quicquid dixerit Ang. & Aret. & in ea locum habet regula l. noſtræ, ut prior tempore potior ſit in iure, & præferri debeat, ſecundum communem concluſionem ſcribentium: ut per Barto. in d. l. aſsiduis. Iaſ. in l. j. in ii. lect. ff. ſol. ma. & in §. fuerat. colum. xvij. in ſtit. de actio. Ioan. de Plat. in l. unic. C. cred.

C.cred.fiſc.præferri.libr. x. Moder. Peruſi.in d.l.j.char.pen.& Moder.
3 de Fano loco prælleg. Et in † ſcripturis ex earum ordine cognoſcitur prioritas temporis. Et quando producuntur duo inſtrumenta eodem tempore confecta, quomodò cognoſcatur prioritas temporis, ponunt prædicti Mod.Fanenſes loco præalleg.in ſecunda parte, quarti membri.folio xvj.

SVMMARIVM.

1 *Creditor non tenetur offerre, conſignare, aut deponere quando debitum eſt non liquidum.*
2 *Et quid debeat facere debitor. nu.2.*
*Vel pars debiti ſit liquida.nu. 3.*
4 *Debitor de x.à quo xx. petuntur an poſsit negare.*
*Et quid in poſitionibus.nu.5. Vel reſpectu moræ & expenſarum. nu.6.*
7 *Iudex debet ferre ſententiam diffinitiuè, ſeparans ius competens ab incompetenti.*

L. C. VENVLEIVS.

NON poteſt uideri improbus, qui ignorat quãtum ſoluere debeat.

SVMITVR ex legibus in glo. allegatis. facit etiam text. l. qui ſolidum.in princip.ff.de lega.ii. à cõtrario ſenſu.Et ſecũdum Albe.de Roſ. hic facit hæc lex ad materiam oblationis, conſignationis, & depoſitio-
1 nis: quòd † ſi debitnm incertum ſit & non liquidum, non teneatur creditor offerre, conſignare, aut deponere.allegat l.acceptam.C. de uſur. l.obſignatioue.C.de ſolu.& l.quidã exiſtimauerũt.ff. ſi certum pet. cum ibi not.& tradit Alex. in l. ſi mora. colum.ij.ff.ſolu.matrim. Vbi etiam
2 ponit, quòd † eo caſu ſufficit debitorem coram iudice comparere & requirere, ut deputetur unus mercator ad calculandum rationes, offerẽdo ſe paratum ſoluere quicquid cõſtabit eum debere.l.penul.ubi Bart. not.ff.de diſtract.pigno. Et ſi pars
3 debiti eſt liquida, ſufficit illam offerre, & pro reſiduo offerre ſe paratum ſatiſdare, quando eſt ſuſpectus, per l.ſtatuliber rationem.ff. de ſtatulib. aliter ſatis eſt offerre ſe paratum ſoluere conſtito de debito. De qua materia amplè tractant Pau.de Caſt.in conſil.cccxxiiii.colũ.iij.in antiquis. Alex.in conſi.ccxxij.colum.fin. lib. ii.& conſi.cxxx.col. iii. lib.iiii.& in princ.l.ſi ſe non obtulit.in ult.colũ. ff.de re iudic.Barb.in conſ.xxxvj.colum.xiij.lib.ij.Socin.conſi. lxxx.col. iii.uolum.iij.Iaſ.in l.j.col.iiij.ff.qui ſatiſda.cogan.& Alcia.in l.j. in §. ſi ſtipulanti.colum.fin.ff. de uerborũ obligat.

Et per iſtam regulam infert hic Bart.ad determinationem quæſtionis quam dicit habuiſſe de facto Pi-
4 ſis, quòd † ſi quinquaginta debeam. & petas centum, ex quo ratio nõ eſt implicita, ſi recuſo ſoluere quinquaginta, conſtituor in mora: & ſic uult Bar. ꝙ debitor decem florenorum à quo uiginti petiti fuère, negare non poſsit minorem illam ſummam citra incurſum periurii: ut latius per eundem Barto.& Alexand.in d.§. ſi ſtipulanti.

Contra-

Contrarium ſirmat idem Bar. in d.l.qui ſolidum.in princ.cōcludens, quòd ſi quis petat plus debito, aduerſarius habet iuſtam cauſam litigandi ſuper toto, nec condemnabitur in expenſis, niſi actor dixerit ſe paratum recipere partem, per illum textum? hanc opinionem uti ueriorem contra Bartol.hic, ſequitur hic Dec.Nec obſtat, ꝙ qui negat totum uidetur etiam negare partem: & ꝙ in maiori ſumma contineatur minor: quia in toto continetur pars ad integrandum illud totum & pariter minor ſumma continetur in maiori ad illam integrandum, ſed illa pars uel minor ſumma per ſe nō uidetur petita, ideò nō uidetur eſſe in mora improbus uel periurus, qui totum negat, uel ſoluere recuſat: ut hic per Decium. faciunt quæ in dicto propoſito an in maiori ſumma contineatur minor, plenius ſcribit idem Dec.in l.in eo quod plus. infra eo. Articulus eſt difficilis: quia Bart.& doct.fuerunt uarii & contrarii. Quātum ad poſitiones uult Bartol.in d. §. ſi ſtipulanti. ꝙ † poſitio
5 partim uera & partim falſa non poſſit ſine reatu periurii in totum negari: ideò reſpondentem fateri debere partem ueram, reliquum negare. In ſecreto iuris opinio Bald. quam hic amplectitur Dec.uerior uidetur. Et illam defendere poſt Peruſinos & Socin.conantur, Alciat.& Galiaula in d.§.ſi ſtipulanti. Communis tamen eſt cum Bartol.contra id quod hic tenet Dec.ut omnes præallegati Moder.atteſtantur. & latius Felin. in cap.nam concupiſcentiam. colū. fin.de conſtit. ubi poſteà poſuit tres notab.limitatio. Et ſecundum Lancel.Galiaulam ita eſt tenendum, ut ueritas facilius habeatur, & finis cauſæ citius imponatur. Adde, & quia in dubio tenenda eſt illa pars quę ſecurior eſt pro anima: ut per Abb.in c.eſtote miſericordes.de regu.iur.& dixi in ſuperioribus. ideò propter periurium animæ nociuum, ita teneri poteſt, uel diſtingui ante reſponſionem & poſt, ut ante reſponſionē conſulamus fateri debere partem ueram ut euitetur periurium: poſt reſponſum negatiuè datum dicamus licuiſſe, ut hoc modo euitemus incurſum periurii. Sed ad euitandum has opiniones & contrarietates doctorum, aduocati practici ſalutarem apponunt clauſulam, ꝙ ſi conuentus non credat de tanto reſpondeat de quanto: quia ita ponitur uſque ad quadrantem uel nummum citra præiudicium ponētis. tenetur enim tunc abſque dubio conuentus reſpōdere de qualibet parte: ut per Felin. ad fin.præalleg.c.nam concupiſcentiam.& omnes Mod.in d.§.ſi ſtipulanti.

6 Reſpectu uerò † moræ & expenſarum, communis eſt cum Bar.in d. 7
l.qui ſolidum.ad fin.principij.quia non eſt ueriſimile ꝙ totum petens uelit partem recipere, niſi id dixerit l.Lucius.§.tutor.ff.de uſur. ideò litigans ſuper toto iuſtam habet litigādi cauſam: unde condemnari non debet in aliquibus expenſis: ſecundum communiter ſcribentes, ut per Iaſ.in l.properandum.in §.ſin autē alterutra. colum.vii.C. de iudiciis. Galiaulam & alios in dic.§.ſi ſtipulanti.in ultimis colum. Bartol. hic uiſus

uiſus eſt contrarium dicere, quòd reſpectu partis liquidæ conſtituatur reus in mora. Ruinus ibidē quãtum ſit ad propoſitũ noſtrum ait, quòd ubi pars debiti eſt liquida per petitionem totius conſtituitur in mora reſpectu illius partis, ut hic dixit Bartolus, niſi confiteatur illam partem: quòd ſi fecerit in mora non conſtituitur, niſi actor dixerit ſe partem illam recepturum: quia non tenetur offerre: per d. §. tutor. & hoc modo dicit Ruinus, procedit tex. in d. l. qui ſolidum. cum dictis Bartol. ibi & ſequuntur quidam alii. Mod. Sed ut inquit Galiaula loco præallegato, Bart. in d. l. qui ſolidum. & communiter doctores ibi relati tenent, ꝙ etiam ſi non confiteatur partem, non debeat debitor cõdemnari in aliquibus expenſis propter iuſtam cauſam litigandi, niſi actor ſe paratum obtulerit etiam partē recipere. nec in d. l. qui ſolidum. apparet quod conuentus confeſſus ſit partē debiti, ut Ruinus ait. Et per præalleg. l. qui ſolidũ. in princip. cum notatis per Barto. dicit, poſt Antonium de Butr. Aret. in c. exhibita. ad finem j. colum. de iud.
7 quòd † ubi ſententia ferri poteſt diffinitiuē ſeparans ius competens ab incompetenti, iudex etiam parte non petente id facere poteſt, & debet.

## SVMMARIVM.

1 *Nihil ſuperfluum in iure. quomodò intelligatur. & nu. 2. 3. & 4*

5 *Dictiones in iure an abundent.*

### L. CI. CAIVS.

OMNIA quæ iure contrahuntur, contrario iure pereunt.

IN tex. non eſt difficultas: materia uerò tacta fuit in l. nihil tam naturale, ſuprà eod. Et ſi opponeres, quòd nihil debet eſſe ſuperfluũ, nec ſyllaba quidem in iure. §. quibus. in prima conſtitu. C. l. j. cũ glo. ſuprà quod met. cauſ. ideò dicebat not. Bald. in l. ampliorē. in §. in refutatorijs. C. de appel. ſemel capitulatũ nõ eſſe ulterius capitulandũ, nec interrogatum interrogandum: etſi in prima cauſa ſit reſponſum capitulis, nõ reſpondens eiſdē iterũ in cauſa appellationis factis nõ habetur pro cõfeſſo: quia ſemel reſpondendo ſatiſfecit legis mandato. Reſpõde, quòd
1 † ſi eadem lex ad uerbum nullo addito nec diminuto repeteret in eodem titulo, ſuperflua quidē dici poſſent: aliàs ſecùs. Et ideò cũ uerba diſferant, aliusq́ue ſit dicendi modus, & ſic ſenſus, non cenſetur ſuperflua. Abb. & Ioan. de Ana. in c. fi. per illum tex. de homici. dicuntur enim tũc diſſimilia, & diuerſa quò ad formam uerborum: ut pulchrè per Ia. in l. qui liberis. in princip. ff. de uulga. Et illud dicitur ſuperfluũ, quod nõ facit ad id quod cauſa deſiderat. Bald. in d. §. in refutatorijs. per illum text.
2 Et ad accuſandum † ſuperfluitatē plura ſunt adinuenta, & accommodata: vt pulchrè per Feli. in c. eã te. col. xij. de reſcript. in c. ſolitē. col. iij. de

de maio.& obediē.& in proœ.decretaliū.Rex pacificus.col.vlti.Deci. in l.ij.§.fi.col.fin.ff.ſi cert.peta.& in cō ſil.ccxxxij.col.fi. Peruſi.in c.unic.de ſumma trinita.lib.vj. ubi not.ſuperfluum nō eſſe illud quod magis diſtinctè exprimit modum eius quod primò erat diſpoſitum: ut etiam in locis præalleg. Quod facit pro poſitionibus & articulis ſaluandis, ne rei iciantur propter ſuperfluitatem. ſecundum Peruſi. & Gemi.ibidem.ſecuriusque eſt ſuperfluum admittere, quàm neceſſarium omittere.Spe. in titu.de teſte. in §. nunc de interrogatorijs.

3 Item † quando aliquid deciſum fuit in genere, ſi inde decidatur in ſpecie, non poteſt de ſuperfluitate redargui.gl. eſt not. per illū tex. ibique ualde notari mādat Cur.in l.fi. ſuprà quod quiſque iur.

4 Item quando una † regula loloquitur de poteſtate faciendi: alia de effectu iam facti, ceſſat etiam argumentum de ſuperfluitate: ut per Archiepiſcopum Floren. in prima parte ſummæ in regula, poteſt qui. in fin.Vides itaque plures modos excuſandi haſce regulas, & generaliter quamcunque diſpoſitionem à uitio ſuperfluitatis. quibus addas etiam Card.Alex.in c.romanorum. col.ij. diſtinct.xix.

5 Aduerte tamen quia † dictio fortaſsis abundat in l.ſi iure.ff.de lega. iii.ſecundum gl.ibi.idem in dictione maximè, in l.fi.C.de teſt.man. ſecundum glo.ibi.& Iaſ.in l.qui ſe patris.colum.x.C.unde lib.pariter, dūtaxat, in l.fi.in §.filiusfam.C.de bo. quæ lib.not.Dec.in authen.ex teſtamento.col.ii.C.de collat. ergo contra prædicta.ſed ſi bene prædicta iura conſideres inuenies uel cauſa ornatus, uel ad maiorē declarationē, aut alio reſpectu poni, ita ꝙ arg. de ſuperfluitate locus non eſt, quæ omnia bene not.

## SVMMARIVM.

1 *Menſis qoomodò intelligatur, & in contractu & teſtamento.nu. 3.*

2 *Nomen menſis ſimpliciter prolatum quomodo accipiatur.*

4 *Menſis in lege uel ſtatuto pœnali quomodò intelligatur.*

4 *Dies termini quando computetur in termino.*

L. CII. PAVLVS.

VBI lex duorum menſiū fecit mentionem: & qui ſexageſimoprimo die uenerit audiendus eſt. Ita enim Imperator noſter Antonius cū diuo fratre ſuo reſcripſit.

HANC not. & utilem regulam exemplifica.in l.j.ſecundum glo.ibi C.de temp.ap.& in l.ſi uenditor de his.ſt.de ædil. edic.

1 Dec.hic concludit, ꝙ † ſi menſis ſimpliciter proferatur, intelligitur de duadecima parte anni, quæ pro triginta diebus declaratur, & ſic de triginta diebus intelligitur: per text. l.fin.in princ.& in §.j.C. de iure de lib.& ita procedit text.legis noſtræ: quando facta fuit mentio duorum mēſium abſolutè, intelligitur enim de

de ſexaginta diebus: tamen hic ex benignitate adiungitur unus dies: quod intelligit in materia fauoribili prout etiam uoluit hic gloſ. Confirmatur, quia aliàs repugnaret d.l.fi. in prin. Et idem ubi fit mentio de menſe utili, prout in ducali decreto loquente de inſtantia, & de menſe qui iudici ſtatuitur pro uiſio ne actorũ, intelligitur enim de xxx. diebus:ut per Alex.in cõſ.cxiiij. col. fi.lib.v. Si tamẽ deſignetur menſis, quia exempli gratia, prima die Auguſti dicatur, hinc ad menſem uel duos menſes, tunc menſis intelligitur tot dierum quod eſt ille menſis de quo mentio facta fuit: iuxta gloſſ.in c.quam ſit.in uerbo menſe.de elect.in vj.ſecundum Dec. Vide Alber.de Roſa. ponentem aliam doctrinam, & ad plures quęſtiones inducentem in ſuo dictionario in uerbo,mẽſes.Signo.de Homod. tradentem aliam prolixam diſtinctionem in conſil. xxxviij. & Alexand. in apoſtil.ad Bart.in l.cũ biſſextus. ſuprà titu.proxim. Appellatione ergo mẽſis ſimpliciter & abſolutè prolati intelligimus de triginta diebus per prædicta, & c.de illicita. xxiiij.
2 q.iij.niſi† de aliquo menſe in ſpecie, & in indiuiduo facta fuerit mentio, quia tunc ſecundum numerum dierum illius menſis determinamus mẽſem per gl.in prædicto uerbo menſem.quæ à doc.eſt cõmuniter approbata:ut per Imo.&Alex.in l.de diuiſione.ff.ſol.mart.Soci.conſ.xcix.col. j.uol.iij.Mod.Peru. in l.ſi ante.col. j.ff.ſolu.mat.& Corn.in l.fin.in §. donec.ad fi.j.col.C.de iure delibe. ubi dicit in practica ita uidiſſe ſeruari.Phil.Franc.ſuper gloſ. prælle. in uerb. menſem.recedendo ab eo quod dictum fuerit de duodecima parte anni,& benè, quicquid dicat hic Deci.quia ſi rectè computabis, duodecima pars anni aliquantulum plus quàm ſit ſpatium xxx.dierũ cõperitur, concludit menſem capi pro xxx.diebus ſecundũ cõmunẽ uſum loquendi locum habentem in quali bet diſpoſitione, niſi ex lege uel ſtatuto uel alia demõſtratione aliud appareat, prout erat ibi ex quo expreſſum fuit à quo tẽpore inciperet menſis.tunc enim habita relatione ad eũ menſem ſecundũ ſubiectã materiam intelligimus, mẽſemque capimus ſecundum numerum dierũ illius menſis in quo incidit ſermo. Et ſecundũ prædicta temperanda eſſet & intelli
3 genda glo.iſtius legis, dicens † non procedere in teſtamento, & contractibus.uerum enim dicit, ubi ſimpliciter & abſolutè de menſe ſermo factus eſt,quia intelligitur de xxx.diebus tñ per prædicta:ſecus ſi in teſtamento uel contractu deſignatus aut nominatns in ſpecie foret menſis,ſecundum ea quæ.ſ.retuli: quia ad talem menſem & numerum dierũ dicti menſis fieri deberet relatio,& haberi conſideratio. Vide ẽt quod per hunc text.cum gl.conſuluit latè Ludo.Bolog.in conſi.ult. concludens,
4 ꝙ † in diſpoſitione legali aut ſtatutaria, etiam ꝙ non agatur de pœna euitanda,dies lxj. comprehendũtur ſub ſpatio duorum menſium, & nõ exigit ipſe, ut hic ad fin.facit Dec. ꝙ materia ſit fauorabilis. Et uerè hoc eſt diuinare ad hanc legem literamque uiolare. Fateor ex benignitate

legis

legis id eſſe in diſpoſitione ipſius legis, prout hic uoluit gl. Et ratio for taſsis fuit, q̃a duodecim menſes conſtituunt annum, qui habet dies ccclxv. l. anniculus. ſ. titul. proximo. Si in diſpoſitione legis ſolũmodo xxx. dies pro quolibet menſe acciperemus, poſt duodecim menſes ſupereſſent quinque dies calculo rectè facto quod eſſet abſonum: ideo lex de illis quinque diebus ſingulis bimeſtribus ſeu duobus menſibus adiungi debere ſtatuit diem unum. hoc eſt quod hic dixit eſſe eum audiendum, qui lx. die uenerit, ubi lex duo rum menſium mentionem facit. ita q̃ attributis ſingulis bimeſtribus diebus ſexaginta uno, comperietur annum finiri diebus. ccclxvj. & ſic uero numero diem unum addi, quem lex propter biſſextum adiunxit, & ſi ſex tantùm horæ quolibet anno ſuperſint dicto numero dierũ ccclxv. l. cùm biſſextus. cum glo. ſuprà de uer bo. ſign. Verum quia annum ciuiliter ad dies, non ad momenta tempo rum cõputamus, ut dicit tex. in præalleg. l. anniculus. ideò lex noluit diuidere illas horas, ſed diem illũ biſſextus ſingulis annis ipſius biſſextus attribuere. quod not. quia non legiſti hoc alibi.

5 Nunquid autem † dies termini computetur in termino, ſiue intelligamus de termino à quo, ſiue de termino ad quem: uide text. in c. pia. in §. ſi quis igitur. cum glo. in uerb. computato. & dicta Cano. ibidem de except. lib. vj. Barto. Paul. de Caſtr. & Iaſ. in l. j. ff. ſi quis caut. Ange. in conſi. pen. incip. Pau. Phil. Franc. in c. quam ſit. in §. j. col. j. de elect. in vj. Dec. in c. ex ratione. col. j. de app. & quæ ſcripſi in l. quoties dubia. in fi. ſ. eo. tit.

SVMMARIVM.

1 *Paria ſunt contra prætorem uel edictum aliquid fieri.*

L. CIII. VLPIANVS.

QVI uetante prętore fecit, hic aduerſus edictũ feciſſe propriè dicitur.

1 PARIA ergo ſunt † aliquid fieri contra prohibitionem prætoris, & contra edictum: ut etiam in l. ſi quis id quod. ff. de iuriſd. omn. iudi. & in l. aduerſus. ff. de arbit. ad declationem uide Alex. in conſi. cxciiii. li. vj. & de termino aduerſus, qui idem ſonat quod contra, uide text. in rub. C. ſi aduer. rem iudic. cum rubri. ſequen.

SVMMARIVM.

1 *Ad poſitionem generis non ſequitur poſitio ſpeciei, ſed bene ad remotionem.*

§. Eius eſt actionem denegare, qui poſsit & dare.

EXPEDITA eſt ſuprà in regula eius eſt nolle, qui poteſt & uelle. quod eſt idem. uerùm quod ibi dixerat in genere, hic dicit in ſpecie de actione loquendo. † Ad poſitionem. n. generis. non ſequitur poſitio 1

ſpeciei,

ſpeciei, quamuis bene ad remotio-
nem. uide glo.Cald. Alexã. & alios
inducentes ad nota.quæſtio.in l.iu-
riſgentium.in §.ſed ſi fraudandi. ff.
de pact.

## SVMMARIVM.

1 *Domus ſua debet eſſe unicuique tu-
tiſsimum refugium.*
2 *Idem in domo aliena prohibente do-
mino ingreſſum.*
*Niſi iuſtitia impediat.*
3 *Domum alienam ingredi an & quã
do liceat.*
4 *Locator quid facere debet conducto-
re non comparente & domo clauſa.*

L. CIIII. PAVLVS.

NEMO de domo ſua inui-
tus extrahi debet.

1 DOMVS † enim ſua debet eſſe
unicuique tutisſimum refugium, at-
que receptaculum: ut dicit tex. in l.
plerique.ff.de in ius uocan.& in l.j.
C.de præt.lib.xij.ibi, maneat unuſ-
quiſque domi ſuæ tutus atque ſecu-
rus.Deci.hîc quædam ponit quæ la
tius explicat Iaſ.in dict.l.plerique.u
bi materiam iſtius legis ordinauit aſ
ſignatis duodecim ampliationibus,
& quatuordecim limitationibus,
*ut ibi per eum. * Et per eundem &
alios Moder. contra eum in l.uinũ,
in v. not.ſuprà ſi cert.pet. & Socin.
in tract. de citatio. artic.xvij. in v.
quæſtione.uide etiam ea quæ plenè
ſcripſi in d.l.uinum, de fugitiuo an
de eccleſia & domo extrahi poſſit.]
2 Quod autem hîc dicitur † de do-
mo ſua, idem eſt de aliena domino
domus prohibente ingreſſum: niſi
iuſtitia impediret: quia dominus
domus tunc impedire non poſſet in
domo ſua capi illum puta, qui de
iure capi poteſt: vt hic per Dec.in fi.
de quo uide pulchrè Bart.in l.j.ff.de
ſeru.fug.Bal.Paul.de Caſt. & Aret.
in l.ij.C.eo.titu.de ſeru.fug.ubi po-
3 nunt, an † cum licentia iudicis poſ-
ſit quis impunè ingredi alterius do-
mum, gratia perquirendi rem ſuam
quam ibidem eſſet coniectat & opi-
natur.Et conſtituunt differentiam
inter res animatas & inanimatas.
res enim animatæ quæ dolum com-
mittere fugiendo poſſunt, prout ſer
uus, & uxor indiſtinctè iudice admit
tente in aliena domo perquiri poſ-
ſunt.l.requirendi.C.de ſeru.fugit.l.
j.& l.diuus.ff.eod. tit. cum pulchrè
not.per Aret.in conſ.xcv. colum.ij.
Aquen.in l.j.colum. ij.ff. de iuriſdi
ctio.omn.iudic. Secus in rebus ina-
nimatis etiam furto ſubtractis, ne in
diuitibus rei familiaris pompa pro-
pter inuidiam detegatur, in pauperi
bus ne utilitas paupertatis manife-
ſtetur, niſi aliqua præſumptio iudi-
cem ad ſic faciendum monerit. ſuffi
ciunt autem leuia indicia, quia agi-
tur de modico præiudicio: ſed ſi ad
ualiditatem publicã, indiſtinctè fie-
ri poſset per l.omnes.C.de aqu.du-
ct.lib.xj.ita concludunt præfati ſcri
bentes: & ſequitur Ioan.de Ana. in
c.qui cum iure.col.ii.de furt. & Mo
der.Bnnon.in l.j.in prin. in ix. col.
ff.de quæſt.
4 Poſtremò diligenter nota, † ꝙ ſi
conductor domus meæ non compa
reret, & clauſa ſit domus aperiri de-
bet

bet iudice præſente, & coram teſtibus deſcribi quæ ibi reperiuntur. text. eſt nota. in l. cùm domini. ubi Bart. not. ff. locat.

SVMMARIVM.

1 *Solutio in dubio facta uidetur in cauſa quæ remouet infamiam. & nu. 6.*

2 *Vita & fama quomodò æquiparentur. nu. 3.*

L. CV. VLPIANVS.

SI in duabus actionibus alibi ſumma maior, alibi infamia eſt: præponenda eſt cauſa exiſtimationis. Vbi autem æquiparantur famoſa iudicia: & ſi ſummam rei diſparem habeant, pro paribus accipienda ſunt.

SVMPTA eſt ex l. pcū ſeq. & ex l. ſi quid. cum ſequ. ff. de ſolut. ubi latius clariuſque, quòd hic ſummatim & ſuccinctè dicitur, explicatur.

1 Solutio † ergo in dubio facta uidetur in cauſam quæ remouet infamiam, quia grauior uidetur: cùm fama ſit præferenda pecuniæ. l. iuſiurandum quod ex conuentione. in §. ſi procurator. cum glo. ff. de iureiu. nihil enim eſt utile ſine honeſto, ſecundū Cice. in offic. Hinc Salomon melius eſt bonū nomen quàm diuitiæ multæ. hinc etiam eſt ꝙ periculum uitæ & infamiæ pari paſſu ambulant. l. iuſta. cum gloſ. ff. de manum. uindict. Ad oppoſitū facit quod poſt Bartol. & alios hic ſcribit Dec. limitando regulā & prædicta, niſi † ageretur de grauiori cauſa quæ reſpiceret conſeruationem membri aut uitæ. arg. l. j. ff. de his qui mor. ſibi conſci. ergo non procedunt à pari. Ad idem facit tex. in l. ſi adulteriū. in §. liberto. ibi, multò magis uitæ parcēdum eſt. ſupra de adulte. & tex. in l. j. ff. an cauſ. appel. per alium agi poſ. & quæ pulchrè congerit Felin. in c. ius generale. col. fin. in j. diſt. decret. Dici poſſet, quòd apud uiles perſonas quę magis curant de commodo pecuniario & uita quàm de fama, aut infamia, non procedit æquiparatio prædicta: ſecundum Aquen. in l. imperiū. col. fi. ff. de iuriſd. om. iud. regulariter ergo uult aliud eſſe. quod tamen ex prædictis confunditur. Ideò poſſumus dicere, quòd

3 † ſufficit æquiparationem & ſimilitudinem eſſe ſecundum quid, nō autem exigitur quòd ſit per omnia. c. translato. ubi Felin. & Deci. de conſtit. unde non æquiparantur in omnibus & per omnia, cum cauſa uitæ uel membri prapōderet, maiorque uideatur per prædicta. De æquiparatione uitæ & famæ ſuperius relata infinita accumulāt Are. in l. ſi quis. C. de poſtul. Barba. in conſ. xlvj. col. j. lib. ij. & in c. licèt cauſam. col. iij. de probat. Curt. Senior in repe. l. admodū. col. lxxvij. ubi Iaſ. fo. xvij. col. ij. uerſ. tertio ex prædicta. Iaſ. in l. iuſiurandum quod ex conuentione. in §. fin. in quarto not. ff. de iureiu. Dec. in c. in præſentia. col. xv. de proba. & Gaſpar. Portug. in dict. l. imperium col. lxxvij.

Poſtremò ad intelligentiam præ-

4 dictorum & materiæ †quod ſolutio cedit in duriorem cauſam, & potiùs pro eo quod debetur nomine proprio, quàm pro eo quod alieno nomine debetur: uide Fulgo. in conſi. vij. Alex. conſ. lxxxv. uol. iij. & conſi. lv. lib. v. Corn. in conſ. ccxcv. lib. iij. Bart. in quęſtionibus ſuis ad fin. primæ. Aret. in conſ. lxiij. col. iij. Alex. clix. colum. ij. & conſ. cxxxij. col. ij. & cxxxiiij. ad fin. lib. v. Soci. in conſ. xxiiij. uolum. iij. & Deci. in conſ. xxj. ad fin. & in conſ. ccxv. col. fin.

SVMMARIVM.

1 *Prætor quis dicatur.*

L. CVI. PAVLVS.

VBICVNQVE cauſę cognitio eſt: ibi prætor deſideratur.

1 SECVNDVM Albe. † prætor pro iudice ordinario ponitur: quia largo modo quilibet iudex prętor dici poteſt: ut hîc per Dec. quaſi uelit hîc dicere Iuriſcó. ꝙ ubi plena cauſæ cognitio exigitur, iudex ordinarius qui cognoſcat requiritur: & per delegatũ expediri nõ poteſt. de qua materia plenè dictũ fuit in l. omnia. ſuprà eod. Et in tali cauſæ cognitione eſt neceſſaria partis citatio. l. in cauſæ. l. j. §. cauſa cognita. ff. de mi no. ut hîc per Deci.

SVMMARIVM.

1 *Libertas eſt inæſtimabilis.*
2 *Patria poteſtas eſt inæſtimabilis.*
3 *Libertas quid ſit.*
4 *Contractus factus cum extracto de carcere appoſitis cuſtodibus non ualet.*
5 *Liberum corpus æſtimationem non recipit.*
6 *Vendens ſe ut de pretio participet an libertas tunc ſit æſtimabilis.*

L. CVII. PAVLVS.

LIBERTAS inæſtimabilis res eſt.

1 NOTA ex hac l. & alijs in glo. al leg. † Libertatem eſſe inęſtimabilẽ. ideo Alber. hîc dicit. not. auream legem, quam non nouerunt niſi qui ſeruitutem malorum tyrannorũ experti ſunt: nihilque gratius ſeruis præſtari poteſt, quam libertas: ut dicit text. not. in l. Paulus. ff. de fidei comiſſ. liber. quem hîc alleg. Dec. & prius Albe. de Roſa. de quo text. uide Barb. in conſ. xxxij. colũ. j. uolu. iiij. Et quia inæſtimabilis res eſt, omnibus alijs fauorabilior eſt. l. libertas omnibus. infrà eo. Et contra rigorẽ iuris pro libertate multa ſtatuta ſunt. l. generaliter. §. ſi quis. ff. de fi-
2 deicomiſ. liber. Et eodem modo † patria poteſtas inæſtimabilis eſt. dicit text. in l. filiusfamil. in §. ſecundum uulgarem. ff. de lega. j.
3 Quid autem † ſit libertas, diffinit iuriſconſul. in l. libertas. ff. de ſtatu homi. Et qui aliquem libertati reſtituere tenetur, debet illum in libertate ponere extra eius territoriũ, &
4 extra cuſtodiam ſuam. † quod facit contra illos qui è carceribus aliquẽ extrahi

extrahi faciunt, & ſecum contrahũt appoſitis cuſtodibus: ut per Abba. & alios in c.accedens.in iij.no.& in gloſſ.prima, de procu.& per Barto. l.qui in carcerem.ff.quod met.cauſ. Facit illud uulgatum, Non bene pro toto libertas uenditur auro.

5 Et eodem modo † liberum corpus, ut ait gloſſ. æſtimationem non recipit.l.fi.de his qui deiec. uel effu. l.ex hac. cum ſimil. ff.ſi quadru.pau pe.feci.dica.ubi propterea Iuriſcóſu. eleganter dicit quòd ſi liberum corpus læſum fuerit, iudex computat mercedes medicis præſtandas, cæteraque impendia, quæ in curatione facta ſunt. Prætereà operarum, quibus caruit uel cariturus eſt, ob id quod inutilis factus eſt. Cicatricum autem uel deformitatis nulla fit æſtimatio, quia liberum corpus nullã recepit æſtimationem.

6 Fallentia autem gloſſ. hîc † de eo qui ſe uenumdari paſſus eſt ad participandum pretium, non eſt bona: quia ibi uenditio fit tanquã de ſeruo, non tanquàm de libero: aliâs nõ ualeret: ut hîc per Deci. uide latiùs gloſſ.inſti.de iure perſo.in §.pen. in uerbo maior. cum not. ibi per ſcribentes. uide etiam ad hanc regulam & materiam quæ diximus ſuprà in l. quoties dubia.

L. CVIII. PAVLVS.

## Cum ſeruis nulla actio eſt.

EXPEDITA eſt in l. in perſonam ſeruilem. & in l. quod attinet. ſuprà eo.

SVMMARIVM.

1 *Infans non capax doli, uel pubes & capax doli quomodò puniantur.*

2 *Senex delinquẽs quomodò puniatur.*

3 *Maior quatuordecim annis imprudenter delinquens quomodò puniatur.*

4 *Dans imprudenter mulieri medicinam ad impediendum conceptum, non punitur pœna mortis.*

5 *Dictum imprudenter ſeuerè per Romanos fuit punitum.*

L. CIX. PAVLVS.

## FERE in omnibus pœnalibus iudiciis & ętati, & imprudentię ſuccurritur.

GLO. hic plenè declarauit materiam. Circa primum de ætate Deci.nõnulla ſcribens concludit, quòd 1 † ſi ſit infans non capax doli in totũ excuſatur, quia non habet animum, & ideò non uidetur deliquiſſe. l. j. C. de fal.mon. l. infans. de ſicar. & cle. j. de homic. Si ſit maior infante pubertati proximus & doli capax, tenetur ex delicto, ſed ſuccurritur, quia pœna diminuitur: ut hic & l. auxilium.in §.in delictis. ff.de min. & in ca.j. de delict. pue. Facit tex. l. ſi adulteriũ. in §. fratres. ff.de adul. ubi imperatores propter ætatẽ Claudię pœnã inceſti remiſerunt, ut hic per Deci.& latiùs per Paul.de Caſt. & alios in l. j. C. ſi aduer. delict. Hipp. Bono. in dict.l.infans. & omnes Cano. in titu. de delic. puer.

Arc.in conſ.cxxxj. ad fin. Franc. de Curte iuni. in conſi. viij.ad fi.Soci. conſil. clvij. ubi etiam inuenies, quod quando deliquit per culpam iuuatur per reſtitutioné in integrú ut nulla pœna plectatur.dict.l.j. C. ſi aduer.deli. ubi Paul.de Caſt.not. & quòd delictum conſiſtens in non faciendo non cadat in minorem, ideò ſeruatur tunc ipſo iure illeſus.l. ij.ubi Paul.de Caſt. tradit C. ſi aduer. delict.

Et pondera uerbum,ætati, in regula poſitum. non ſolum enim minoribus propter ætatem ſuccurritur in diminutione pœnæ:uerùm etiam

2 †ætate prouectis propter ſenectuté. l.ij.cum gloſ. ff. rerum amot. ut hic per Deci.

Circa ſecundum dictum regulæ

3 de †imprudentia, quæ etiam maiores excuſat: ut hic per gloſſ.ubi enim imprudenter, inaduertenter, & in inconſideratè delinquitur, conſideratur culpa potius quàm dolus, ideò mitigari debet pœna tàm in factis imprudenter,quàm in dictis: ut hic per Deci.Hinc conſuluit eleganter Cald.in conſ.iiij.poſito ſub titu. de ſenten. excom.quòd faciens, ſed non in contemptum, non incurrit pœnam legis utentis uerbis denotántibus dolú. accedant accumulata per Mod. Bon. in l.in lege Cor. in §.cú quidam.ff.de ſica. Hinc etiam eſt,

4 quòd †licèt dans mulieri medicinā aliquam ad impediendú conceptú, tenetur tanquam homicida. c.ſi aliquis.de homici. qui tamen inconſideratè & per imprudentiam ſit, pœna mortis non tenetur, ſed mitiori: per dicta Fel.in c.ſolite colum.ij. de maio.& obed. & in ſpecie per Mod. Bono. in l.ſi mulierem. ff.de ſica.

5 Sed de imprudenter†& inconſideratè dicto, ſeuerè & graui multa per Ro. punito in filia Appij Cæci. tradit Aul. Gel.in noct.atticis, & retulit in prin.l.unic. ff.ſi quis ius dicen. non obtemp.

L. CX. PAVLVS.

NVLLVM crimen patitur, is qui non prohibet, cum prohibere non poſſit.

EXPEDITA eſt in l.culpa caret. ſuprà eodem.

SVMMARIVM.

1 *Minor ſumma an contineatur in maiori de proprietate ſermonis.*

2 *Fideiuſſor pro maiori ſumma obligatus, non tenetur in minori ſumma in qua erat obligatus principalis.*

L. CXI. PAVLVS.

IN eo quod plus ſit. ſemper ineſt minus.

SVMITVR ex legibus per glo. alleg.& maximè ex.§.ſi ſtipulanti. l. j.ff.de uerb.oblig.Facit text.l. ſi ſeruus legatus.in §.qui quinque. ff. de lega.j.§.ſi.l. inter pares.ff. de re iud. d.l.rogatus.ff.mand.l.ſi ultra. C.de fideiuſſ. Et huic regulæ connexa eſt regula, non debet cui quod plus eſt. ſuprà eo.& ex iſta ſumptæ ſunt aliæ quæ ponuntur libr. vj. decre. in c. plus

plus ſemper.& in ca.in toto. de quibus miror quòd Dec.hic non fecerit mentionem . & in d.c.plus,eſt optima gloſſ.declarans hanc gloſſ.

Quaſdam limit. tradit hic Deci. de materia quã latius ordinarie examinant ſcribentes maximè Moder. in dict.§.ſi ſtipulanti.Recurrendum eſt igitur ad dicta legiſtarum ibi, & Canoniſta . in dict.c. plus ſemper . Et dum Dec. hic latè in princ. inſi-
1 ſtit . †an minor ſumma contineatur in maiori de proprietate ſermonis. Arc. Soci. & præfati Moder. in §. ſi ſtipulanti.concludunt, quòd de proprietate ſermonis per ſundamenta relata hic per Dec. & plura alia . & facit hercle optimè tex. in dict. c. plus ſemper. & hic in uerbo ineſt.Declarando tamẽ ut etiam hic per ipſum Dec. quod continetur propriè minor ſumma in maiori tanquã pars illius,non tanquam quid ſeparatum : & ſic qui petit uiginti, dicitur propriè decem petere unitè, non tamen propriè petere decem ſeparatim . & ideò in caſu dict.§.ſi ſtipulanti. non propriè continetur, ſed ex æquitate & legis interpretatione, ne actus pereat:ut hic per Dec.Dicit etiã Ruin. in dict.§.ſi ſtipulanti.ſummæ maiori ineſſe minorẽ uerè & propriè: quia ſine ea ad maiorem perueniri non poteſt, & hoc caſu loquuntur præalleg.Sed de hoc dicit ipſe non quæritur, ſed an uerbum ſignificatiuum maioris ſummæ, uox hæc centum exẽpli gratia, ex proprietate uocabuli comprehendat ſummam minorẽ : & tenet quòd non,ſed ex interpretatione tamen, ut ibi per eundem . Et uerè alia eſt ſumma de centum, alia de decem : ut de ſe patet .

Eſt etiam not.articulus ille de fideiuſſore, quem hìc in quinta limi.
2 tangit Deci.concludens,quòd †ſi in maiori ſumma ſe obligauerit pro principali,non tenebitur pro minori pro qua erat principalis obligatus:& hoc caſu in ſumma maiori nõ inerit minor . Dec. hic contrarium firmat, quãuis doct.communiter(ut ait)aliter dicant. Galiau.in d.§.ſi ſtipulanti. col.pen.licèt de Dec.nòn faciat mentionem, ſequitur hanc opi. tanquam ueriorẽ.ad §.illud.l. Græcè.ff.de fideiuſ. ubi eſt fundamentũ contrariæ ſententiæ reſpon.quòd illa uerba omnimodò nõ obligari, debent intelligi, id eſt,nec naturaliter nec ciuiliter . hæc enim benè reſpiciunt modum obligandi , nõ autem minor uel maior ſumma. Pro communi tamen opinione conſuluit Roma.in conſil. lxvj. incip. uir eximie. per d.§.illud.quia ubicunque reſpectu formæ actus eſt indiuiduus & inſeparabilis, licèt ſit diuiduus reſpectu eſſentiæ, ſemp utile & inutile uitiatur.Verum quia ubi adeſt iuramẽtum , utile non uitiatur per inutile, ut hic per Dec. Et ceſſat tũc difficultas prædicta,nõ eſt ſupra uires laborandum cum in omni inſtrumento & obligatione hodiernis tẽporibus iuramentum apponatur, in reliquis dicendum , ut per ſcribentes in d.§. ſi ſtipulanti .

## SVMMARIVM.

1 *In cauſa criminali admittitur quis ſine ſatiſdatione ad allegandum cauſas abſentiæ .*

1 *Executio ſine nouo proceſſu fit cõtra fideiuſſorem de iudicato ſoluendo.*

## Nemo alienæ rei expromiſſor idoneus uidetur, niſi cum ſatiſdatione.

Est regula iuris antiqui, ut dicit Imperator in §.pe.inſti.de ſatiſd. Dec.hic ponit tres amplia.plures cũ limit.ponunt Pau.de Caſtr.in l.qui procuratorio.in §.qui alium defendit.ff.de procu.Iaſ.in l.exigendi. colum.ſ.C.de procu.in l.filiusfa.col.j. ff.qui ſatiſd. cog. ubi latè poſt Alex. & alios ſcribit de materia iſtius.§. Dec.hic ſolũmodò inſiſtit circa unã limit.quam poſuit hic glo.reputata
1 no.per omnes ſcribentes, ꝙ † in cauſa criminali admittatur quis ſine prædicta ſatiſdatione ad allegãdum cauſas abſentiæ: quicquid dicat Iaſ. in d.l.filiusfam. quia agitur de utilitate publica.Et quia iudex defenſionem pro innocẽtia abſentis ſuſcipere tenetur, ideò iuſtum eſt, ꝙ quilibet defenſor pro innocentia abſentis poſſit comparere, excuſando ſcilicet eum propter abſentiam intellige,& ultra hic per Dec.alleg. de hac materia uide Signo.in conſilio.clxx. Imol.in l.pen. in §. ad crimen.ff.de publ.iud.Cor.in conſi. cclxxxj. lib. iiij Alex.in conſi.vj.& xxx.in fi. lib. vj.& pulchrè in l.queſitum.in fi. ff. de re iudic.Iaſ.in l. ubi pactum. col. v.C.de tranſac.& Dec.in conſi.cccclxix.circa finem.
2 Poſtremò quęritur, an † contra dictũm fideiuſſorem de iudicato ſoluẽdo fiat executio ſine nouo proceſſu. doct. communiter concludunt, ꝙ ſic, in l.fi.per illum text.C. de uſur. rei iudi.& in l.j.ff.iud. ſol. ubi per Bart. in j.colũ.& ultra uide Bald.& Paul.de Caſt.in.l.j.ubi cauſæ ſiſ.Angel.Arc.in §.fi.inſt.de ſatiſd. & Guido.Papæ.in q.xxvj.

SVMMARIVM.

1 *Pupillus pati non poteſt, quia quicquid uidet ignorat.*
2 *Pupillus an pati dicatur propter primum decretum.*
3 *Ad citationem contra pupillum plura requiruntur.§.i.l.hæc autem.ff. quibus ex cauſ.in poſ.eat. ornatur.*
4 *Pupillus agere poteſt actione iniuriarum pro iniurijs ſibi illatis.*

## §. Pupillus pati poſſe non intelligitur.

Svmitvr ex legibus in glo. alle. optimeque exemplificatur in l. Labeo.ff.de aqua plu. arc. Rõ iſtius
1 tex.eſt: quia † talis ætas, quicquid uidet, ignorat.l.j.C.de fal. mone. nec eſt capax conſilii.l.more.§.fin.ff. de acqu.her.& in omnibus rebus infirmum habet iudicium, ideò autore tutore regitur.l.fi.ff.de man. uindi. & à teſtimonio repellitur, teſtariq; prohibetur.§.præterea. inſti. quib. non eſt permiſ.fac.teſt.& eius uolũtas nulla eſt.l.furioſi. cum ibi no.ſ. eod.pro abſenteque habetur.l.ſi pupillus.ff.quib.ex cauſ. in poſ. eat. Iõ nimirum ſi iuris præſumptione pati non intelligitur, cùm neſciat, quid faciat, ut etiam dicitur in §.pupillus. inſtit.de inut.ſtip.
2 Quantum tamen ad † primũ decretum,

cretum,quod contra ipſum pupillũ interponitur,ſi non defendatur.l. apud Iulianum.in §.ſi. cum.l.ſeq. ff. ex quib.cau.in poſ.ea.pati dicitur,ſecundum Dec.hic,quæ limitatio malè conuenit in propoſito.Pati enim in hac lege pro permittere & conſentire,ut dictum eſt,accipitur.cui non quadrat quod de primo decreto dicitur,quia interponitur cõtra ipſum etiam inuitum & recuſantem . nec conſideratur, hoc caſu ipſius tãtum pupilli inobedientia & contumacia, ſed omnium aliorum illum non defendentium.requiritur enim,ꝙ fuerit legitimè citatus : quia illegitima citatio in eo qui citatur,excludit cõtumaciæ crimen.ff.de inter. act. l. ſi filius.la ij.& ff.ſi quis in ius uocã.l. ij.ad fi.tradit Rom.in cõſi. ccccliiij. in re'præſenti.& Soc. plenè in tract. de cita.artic.xx.q.iij. Sunt aũt plura

3 †neceſſariò requiſita ad hoc ut dicta citatio cõtra pupillum ſit legitima . uide text.cum glo.no. ff. quibus ex cauſ.in poſ.eat.in l.hæc autem.in §. j.quam materiam pulchrè explicat Cic.in xij.oratione pro P. Quintio Bald.conſ.ccclv.lib.j.Paul.de Caſt. conſi.lij.in antiquis.Fulg.cõſ.cxiiij. cum ſeq.Alex.in l.iij.C. de procur. & in l.ſi finita.in §.Iulianus colum. xiij.& ſeq.ff.de dam.infect.Socin.in tract.de cita.artic.v.q.xiiij.Et de intellectu d.§.j.cum materia dũ ait,liquere conſtareque prætori.uide Roma.in conſi.proxi.alleg.Paul.de Caſtr.in conſi.ccxcix.& cccxix. in antiquis.Aret.in conſi.clxiiij.col.v. Barba.conſil.lvj.col.ij.lib. iij. & conſil. vj.colum.iij.lib.iiij.Soci.in l.multũ col.ſi.ff.de condi. & demon. Feli.in c.ſciſcitatus.col.ſi.de reſcrip.& Dec. conſi.ccccxxj.col.ij.

Et prædicta intelliguntur quantum ad præiudicium ipſius pupilli,
4 ſed † reſpectu iniuriæ quæ ſibi infertur,pupillus pati dicitur, ut actione iniuriarum experiri poſſit, licèt illã inferre nequeat.l. illud relatum.ff. de iniur.ſecundum glo . hic & Dec. In ſe dictum uerũ eſt, ſed aliter capitur pati in regula iſta quã in lege illa ut ex prędictis liquere põt.ſi tñ ſit pupillus proximus pubertati & doli capax,põt ẽt iniuriam facere.l. pupillum.j̃.eo.& ſatis uoluit tex.d.l.illud pro declaratione uerò eius quod de doli capace dictum eſt, uide pulchrè Lapum allegatio.cxv.

## SVMMARIVM.

1 *Orationum ſpecies tres ſunt, & earum natura.*

2 *Oratio ſoluta quomodò accipiatur, ſi de mente apparet, & ſi non appa- ret.nu. 3.*

4 *Punctus in oratione ſoluta tenet locum copulæ.*

5 *In diſiunctiuis & alternatiuis ſuffi cit alterum uerum.*

## §. Vbi uerba coniuncta non ſunt : ſufficit alterum eſſe factum.

1 Tres ſunt † orationum ſpecies, ut declarat Dy.in c.in alternatiuis.de reg.iu.in vj. Quędam ſunt coniunctę,id eſt que aliquam copulatiuã orationem habent:quędam diſiunctę, quę habent aliquam diſiunctiuam: quędam ſolutę, quę nec diſiunctiuã nec copulatiuam cõiun-

ctionem habent. Natura copulatiuę requirit omnia ſimul uera.l.ſi quis ita.de uerb.obl.l.ſi hęredi plures.ff.de condi.inſti.Natura diſiunctiuę alterum tantū.præalle. regula in alternatiuis. Oratio uerò ſoluta eſt illa de qua hic fit mentio, ut cū in diſpoſitione plura abſq; copulatiua uel diſiūctiua nominanī: ut in l. ſępè.ſuprà ti.j.Et in iſta tertia ſpecie eſt maior difficultas & contrarietas inter gloſ.& ſcribētes,quàm in alijs pręcedētibus,ut patet ex dictis gloſ. & in l.triplici.& in l.alienationis.& in l.ſæpe.ubi per Bart. ſupra titul.j.

2 Si de † mente proferentis apparere pōt, nulla erit difficultas:quia uel coniuncta uel diſiuncta accipitur,ſecundum mentem ipſius proferentis.tex.eſt clarus.in d.l.alienationis. in fin. mens enim eſt illa quæ dominatur in omnibus diſpoſitionibus.l.non aliter.ff.de leg.iij.l.iij.C. de liber. præter. prout latius dixi ſi me non fallit obliuio,in l. ſtipulatio

3 nibus. ſuprà eod.Quod ſi de † mente non appareat, in hoc eſt difficultas.glo.hic, alterum, ait fieri ſufficere, ut dicitur in regula præſenti: quia etiam in obſcuris quod minimum eſt ſequimur. gloſ. in d.l. alienationis.in fi.contrarium dixit, quòd in dubio pro coniuncta accipi tur, per d.l.triplici.ubi probatur,

4 quòd † in oratione ſoluta punctus tenet locum copulæ,ut inquit gloſſ. in l. pretia rerum. ff.ad legem falcidiā,cum alijs hic alleg. per Dec. qui reſpondet, quòd ibi de mente proferentis conſtabat, & ſic ſequitur glo. hic dicens, in dicta regula in alternatiuis Dynum aliter reſpondere. Verùm adeò obſcurè loquitur,quòd Dec. eum non intellexit, nec ut puto ſe ipſum Dyn. intellexit. Bart. in d.l.alienationis.gloſ.ibi uerius dicere ſcribit,idem facit hic Alberi. de. Roſa.dum ait,uel dic ſimpliciter gl. alienationis.ueriorem eſſe ut ſoluta pro coniuncta accipiatur:unde non ſufficiet alterum fieri,ut hic. Et iſtā opinionem licèt de prædictis mentionem non fecerit,ſequitur Alciat. in d.l.ſæpè.& in d.l.alienationis. etiam in dubio nō recedendo à uerbis quæ coniunctionem inferunt.cū & punctum loco copulæ & coniunctionis ſæpè poni Accurſius docuerit.Sed idem Barto. in l.ſæpè. latius materiam reaſſumpſit.In diſpoſitione legali ſolutam pro coniuncta accipi dicit, niſi de mente legiſlatoris aliud eſſe appareat.per tex.d.l.ſæpè. ponderando uerbum interdum, in ea lege poſitum, quod in contrariū regulam eſſe notat. In diſpoſitione hominis,in iudiciis & in ultimis uoluntatibus diſtinguit, ut ibi per eū. In contractibus concludit interpretationem fieri contra fundantem ſe in uerbis, per regulā l.ueteribus. ff. de pact.Et ſic in fauorem debitoris, ut alterum fieri ſufficiat,ſicuti hic dicitur.Et iſtud uidetur uerius per hāc regulam, & alteram per glo.hic conſideratam in ſuperioribusque relatā,nos in obſcuris quod minimum eſt ſequi:niſi ut diximus de mente contrahentium ex uerbis aut coniecturis aliud eſſe appareret: quia tūc pro coniuncta uel diſiuncta accipitur:iuxta mentem contrahentium: ita procedit quod dicit text.prædictæ l.alienationis. in fi. Si igitur ſtipulatus

pulatus fuero Titium, Seium, Pamphilnm, Dāmam, ſi de mente contrahentium aliud non appareat, diſiunctiuè deberi dicendum eſt, ut ad minimam ſummā res redigatur. In diſi

5 unctiuis ergo † & alternatiuis ſufficit alterum fieri, & adimpleri, quod eſt uerum in alternatiuis affirmatiuis: in negatiuis autem requiritur quòd neutrum fiat. l. ſi quis ita. in fin. ff. de uerborum oblig. ſecundum Dyn. loco præalleg. nam ut affirmatiua uult alterum fieri, ita negatiua uult alterum non fieri, & ſic neutrum fieri: ſecundum Ioan. Andr. & Philip. Franc. in dict. c. in alternatiuis.

SVMMARIVM.

1 *Deceptis & non decipientibus iura ſubueniunt.*

2 *Leges tollunt occaſionem delinquendi quò ad poſſunt.*

MVLIERIBVS tunc ſuccurrēdum eſt, cùm de fraudantur: non vt faciliùs calumnientur.

SVMITVR ex legibus in glo.

1 alleg. Deceptis † ergo & non decipiētibus iura ſubueniunt: ut hic, & l. ij. §. uerba. ad uelleianum. & l. pen. C. ſi minor ſe ma. dixe. & c. inter dilectos. de donat. cum aliis hic p Deci. poſt glo. adductis, ad declarationem & intelligentiam d. l. pen. ultra allegata hic per Dec. uide Anch. in conſil. ccxxvj. Socin. conſ. lxvj. col. viij. lib. j. & Curt. Iunior in conſi. cxviij. cum ſequ. Et eſt no. ex hoc tex. ſecun

2 dum glo. ꝙ † iura tollunt occaſionē delinquendi quò ad poſſunt: reiiciuntque cōuentiones quæ poſſunt inducere ad delinquendum. l. cōuenire. ff. de pac. dot. quibus adde Bal. in l. ñ. C. de reuoc. dona. & in l. j. C. de ingrat. lib. Opizo. in l. pactum. colum. pe. C. de colla. & Dec. in c. j. colum. iii. de appellatio.

SVMMARIVM.

1 *Pubertati proximus quando quis dicatur.*

*Et in criminalibus. nu. 4.*

2 *Aetas quotuplex ſit.*

3 *Malitia ſupplet quandoque ætatem.*

*Et an præſumatur. nu. 5.*

6 *Pubertati proximus in matrimonialibus quando dicatur.*

7 *Pupillus proximus pubertati obligatur pro furto & iniuria.*

8 *Niſi ſit haud doli capax: quia etiam in ciuilibus non tenetur. Secus ad exhibendum. nu. 9.*

10 *Pubertati proximus & doli capax ligatur iuramento.*

11 *Et an poſſit teſtari etiam ad pias cauſas, uel ex priuilegio.*

L. CXII. CAIVS.

PVPILLVM qui proximus ſit pubertati, capacem eſſe & furandi, & iniurię faciendę conſtat.

SVMITVR ex legibus per gl. alleg. Sciendum eſt primò pro declaratione qui dicatur proximus

1 pubertati. † maſculus dicitur proximus pubertati ab anno decimo cū dimidio ſuprà, quod eſt tempus medium inter infantiam & pubertatē: fœmina

fœmina ab anno noro cum dimidio ſ.ſecundum.glo.hic & in §. pupillus.inſtit.de inutil.ſtipul.Bart. & doctor.in l.j.ff.de nou.Ang.Are.in dict. §.pupillus.Dec.hic & Alber.de Roſa.qui aſſerit in practica ſe uidiſſe ſeruari opinionem iſtius glo. uti mediam & æquitati conſonam, & ſequitur etiam Iaſ.in authen. ſacramenta puberum.colum.iiij.C. ſi ad uer.uend.in quibus locis ſcribentes atteſtantur opinio.iſtius gl.communiter teneri, ut etiam per Ioan. de Ana.latè in c.j.colum. ii. de delict.
2 puer. Vbi † ætatum aliam inquit eſſe infantilem, aliam pupillarem aliã pubertatis,iuuenilem aliã:ideò proximum dici reſpectu ætatum quãdo nulla eſt ætas media, ſed comparatione facta ad ætatem infantiæ tranſactam & ad futuram ætatem,pubertatis proximus infantię dicitur, qui nondum medietatem dictorum annorum exceſsit. proximus pubertati qui exceſsit. Quæ intelligas niſi
3 † malitia suppleret ętatem: quia tũc etiam ſi ſit minor annis decem cum dimidio pubertati proximus dicetur,ſecundum Ang.in d.§.pupillus. quia eſt doli capax & tenetur, ut ibi per eum.& per Ioan. And. Abbatẽ, & Ioan.de Ana.in c.j.de delic.puer. referentes Gregorij authoritatem, de puero quinque annorum Deum blaſphemante è manibus patris per diabolum exportato. ex quo patet dolum & malitiam in infantem cadere:quia aliâs Deus ex iuſtitia eius non permiſiſſet infantem illum rapi & perire: ut etiam per Hippol. Bonon.in l.infans.colum.j.ff. de ſicar.Iaſo.in dict.authen. ſacramenta colum.iiii.& ſequẽ. prædictam concluſionem procedere intelligit in ci-
4 uilibus:† ſecus in criminalibus acriter puniendis, in quibus non dicitur quis proximus pubertati,niſi parum à pubertate per ſex menſes puta. quæ declaratio confunditur per iſtum text. cum gloſſ. communiter, ut dixi, approbata. loquitur enim in delictis, ut patet:bene uerum eſt quod propter ętatẽ mitigaretur pœna, ut per Hyppol.loco prælleg.& dixi in l. Ferè in omnibus. ſuprà eodem.

Diligenter tamen aduerte, quòd
5 † nõ propterea ætatis prædictæ puer doli capax de neceſsitate præſumetur,ſed arbitrio iudicis id relinquetur: ſecundum Salic. Butr. Abb. & Ioã.de Ana.quos raſert & ſequitur Dec.quæ omnia prius retulit Ana. in d.c.j.colum.ii. dicentes, ꝙ iſtud conſiderabit & ſtatuet conſideratis perſonis.c.de cauſis.de offi.deleg. & materia ſubiecta. Intelligas ut per Lapum in prędlleg. alleg. cxv. ubi dicit, quòd licet impubes poſsit eſſe doli capax,ut intelligat malũ etiam & peccatum furari,iniuriam inferre blaſphemare,& ſimilia, tamen non erit doli capax ut poſsit intelligere quod coram delegato comparere teneatur,& alia quæ ad ordinem iudiciarium ſpectant: ſicque ſecundum ſubiectam materiam iudex cognoſcet & arbitrabitur, an pupillus ſit doli capax uel ne.

Non procedunt etiam quę ſuprà ſcripſimus de proximo pubertati in
6 † matrimonialibus,in quibus eſt arbitrium iudici qui ſit proximus pubertati, arbitrarique debet ex qualitate

litate pueri uel puellæ malitia & lanugine:ita Abb.& Præpoſitus in c. continebatur. circa fin. de deſpon. impub.

7 Secundò not.pupillum † pubertati proximum obligari ex furto & iniuria.idem eſt in alijs delictis ac contractibus, ut hic per Deciũ. Et iſtud

8 intelligitur † dummodò ſit doli capax: aliâs neque furti, neque iniuriarum tenetur, neque de conſilio aut ope: ita uult Iuriſconſultus in l. impuberem.ff.de furt.ubi Angel. multũ not.& ſequitur Ioannes de Ana. in cap.j.colum.iij.de delict.puer. Et quando non eſt doli capax, non obligatur etiam in contractibus ciuiliter aut naturaliter, etiam ſi ad eum aliquid peruenit, ut ex illo contra-

9 ctu teneatur. Ad † exhibendum tamen tenetur, ut res illa uẽdicari poſſit, uel actione ſine cauſa: ut per Baldum in l.j. ff. de donationib. Ioannẽ de Ana. in d.c.j.col.ij.& Decium in l.pupillus nec uelle, infrà eodem titulo.

10 Ex prædictis infertur, quod † pubertati proximus, dolique capax intelligo, ligabitur iuramento: ut hic per Decium atteſtantem communem opinionem, & latius Iaſon. in præallegat.authen.ſacramenta puberum.colum.iiii. & v. Corneum in conſilio ccxl. libro j. Afflictum in deciſio.regni.cccxxii. Pariſium in repetitio.cap.in præſentia.nume.xxx. de probatio. & Decium conſilio dcxxxii.

Quantum tamen ad ultimam uo

11 luntatem † pubertati proximus etiã doli capax uon æquiparatur puberi: quia licet pubes teſtari poſſit. l. qua ætate.ff.de teſtamen.ſecus eſt in proximo pubertati, etiam ad pias cauſas quamuis ex priuilegio principis habilitari diſpenſarique poſsit, ut teſtari ualeat: ut hic per Decium, per Aretinum, & alios. in dict.l.qua ætate.& in l.final.C.de milit.teſtamen. ubi Decius latè ſcribens idem concludit.

## SVMMARIVM.

1 *Actiones pœnales ex maleficijs ad hæredes non tranſmittuntur.*

2 *Cadauer mortui ad furcas ſuſpendere non licet.*

3 *Cadauer ſuſpenſi deponi uel ſepeliri inconſulto principe non licet.*

*Et quæ ſit pœna.nu.4.*

5 *Cadauer banniti offendi nec ſpoliari licet, dato quod bannitus impunè offendi poſſet.*

6 *Contra mortuum in pluribus caſibus proceditur.*

7 *Hæc regula quando non procedat.*

§. In hæredes non ſolent actiões tranſire, quę pœnales ſunt ex maleficio: uelut furti, damni, iniuriæ, ui bonorum raptorum.

SVMITVR ex legibus allegat. per glo. quę plenè regulam hanc exponit.

Nota certiſsimã iuris regulam,

1 † actiones pœnales ex maleficijs in hæredes non tranſire: ut dicit etiam Impe-

Imperator in §. non autem omnes. inſtit. de perpet. & tempo. act. & text.in l.j.ff.de priu. delict. Ratio eſt, quia delictum & pœna extinguuntur morte.l.j.ff. de publ. iud. l.j.& toto titulo. C. ſi reus uel accuſ. mort. ſeuu. omnia enim ſoluit mors.§ deinceps. in auth. de nupt. de quo uide pulchrè Anch .in conſil.cclxxiij.& Corn.conſil.cxcv.col. fi.libr.ij.& poſt mortem quis regulariter accuſari non poteſt.Et ea ra-
2 tiõe † iniuſtum & illicitum dicitur cadauer mortui ad furcas ſuſpẽdere, errantque aſſeſſores cõtrafacientes conueniriq; poſſunt in ſyndicatu tanquam iniuriam cadaueri inferentes: ſecundum Ang.in d.l. defuncto ff.de publ.iud.per tex.l.j. in §. quoties.ff.de iniur. & ſequitur hic Dec. alios allegans.& tradunt omnes Moder.in l.imperium.ſuper gl.animaduertendum.per illum tex.ff. de iuriſdict.om.iud.& latius tradit Cor. in l.ii.C.qui teſt.fac.poſ.Bald.tamẽ in d.l.ii. tenet hoc eſſe arbitrium iudici. qui ex cauſa facere id poterit ad aliorum uidelicet terrorem, ut ibi etiam per Dec.& per eũdem in d. l. imperium col.iii.poſt Imol. & Roma.& idem uolunt ibidem alii Moder.& ita uidemus in practica ſeruari. * Quæ quidem conſuetudo etiã ꝙ ius eſſet in oppoſitum excuſaret à pœna temporali.glo. in c.denique. iiii.diſtinct.plene d. Roch. Curt.in rep.c.fin.colum.x.de conſuetu.]

Poſtquàm uerò facta eſt executio
3 & † ſuſpenſus exempli gratia delinquens,deponi non debet nec ſepeliri inconſulto principe: per tex. cum glo.in l.i.& ii.ff.de cada.puni.& tradit Iacob.de ſancto Georg. in tract. feud.in uerbo cum mero. colum. ii. & bene, quia gratiam ſapit quæ ad ſolum principẽ ſpectat.l.i.ff. de quæſtio.& in l.diui fratres.ff. de pœn, quamuis gl.in cle.j.in uerbo pœnitentiæ.de pœn.& remiſ. uelit poſſe iudicem id facere,& de facili concedere debere.faciũt quæ ſcribit Cur. in trac.de conſue.ſuper c. fin. in iii. no.col.iii.ſed in puncto iuris refragantur leges præalleg.

4 Et quæ † ſit pœna deponentis cadauer ſuſpenſi abſque licentia, Ioã. Graſſus in l.ſi quis id quod.ff. de iuriſdict.omn.iud.pœnam illius legis de corrumpente aut tollente edictũ prætoris quæ eſt quinquaginta aureorum,incurri uult. Verũ quia, ut dixi,id ſoli principi ſpectat, uidetur talia attentantem ſibique authoritatem huiuſcemodi uſurpantem læſæ maieſtatis crimẽ incurrere:per l. iii. ff.ad leg.Iul.maieſt.Ex prædicta cõmuni concluſione, ꝙ crimen & pœna per mortem extinguantur, infer-
5 tur, quòd † licet ex diſpoſitione ſtatuti bannitus impunè offendi poſsit ſi bannitum mortuum reperias, offendere nõ debes, nec ueſtes illi ſubtrahere impunè poteris:ut per Bal. in l.ſororem.C.de his quibus ut indig.niſi incontinenti poſt mortem à te illatam id egeris:ut per Paul. de Caſtr.in conſil.xxxiii.ad fin. in antiquis. * Et Alcia.in uulg.§.Cato,in i.colum.ultimæ char.de uerb.oblig. ubi etiam ponit quomodo mortuus poſsit offendi. ]

6 Plures† uerò caſus in quibus propter atrocitatẽ criminis contra mortuum procedi poteſt,tradunt glo.& ſcribentes

ſcribentes in §.per contrarium.inſt. de hæred.quæ ab inteſt.Ang.de ma leſi.in uerbo,che hai tradito,col.iij. Felin.in c.cum nobis.col.iiij.de præ ſcript.& in cap.ſi quis Epiſcopus.de hæret.& alios caſus in quibus pœna morte non extinguitur, ſed continuatur,enumerat Deci. in dict. l. ij. colum. j. C. qui teſtamenta facere poſſunt.

Limitatur nunc iſta regula legis
7 noſtræ †aliquibus modis, ut hic per Deci.uide quæ ſcripſi in l. ſicuti pœna.ſuprà eod. eſt materia latè examinata per Bald.Ange.Salic.& alios in l.j.C.ex delict.defun.Imol.in l.j. ff. de priua. deli.Ange. in §. non omnis.inſtit.de perpe.& tempor.actio.

### SVMMARIVM.

1 *Hæc regula quomodò intelligatur.*

2 *Habere actionem inutilem, uel non habere æquiparatur.*

L. CXIIII. PAVLVS.

NIHIL intereſt ipſo iure quis actionem non habeat, an per exceptionem infirmetur.

ISTA regula in effectu traditur etiam in l. non uidetur cœpiſſe. ſupra eod.ubi latè ſcripſimus,& ex ibi dictis inuenies regulam hanc intelli-
1 gi quando †effectualiter contra agẽtem opponitur exceptio infirmãs & elidens actionẽ,ex quo enim quantum ad effectũ repellitur agens: lex
2 à †pari procedere uoluit,quòd non habeat quis actionem, uel quòd habeat, ſed inutilem & quæ infirmetur.accedat l.nam is.ff.de dolo. ibi enim æquiparantur, quempiam nullam habere actionem,uel habere
✱ inanem. *Facit text.in l.nulla cum ibi not.ſuprà eod.& not.per Dec.in l.lecta. col. vj. ſupra ſi cert. pet.]

### SVMMARIVM.

1 *Turpis eſt pars quæ ſuo non conuenit uniuerſo.*

2 *Rei appellatione etiam pars continetur.*

3 *Pars tripliciter capitur. Et quæ ſint.*

4 *Pars etiam eſt, quæ poteſt ſine toto conſiſtere.*

5 *Totum uniuerſale & integrale quid ſit.*

6 *Genus, ſpecies, & indiuiduum quo modò differant.*

7 *Ad poſitionem unius an ſequatur poſitio alterius. & num 8.*

9 *Ad poſitionem partis an ſequatur poſitio totius.*

10 *Genus ineſt ſpeciei poſitiuè.*

11 *Plebs differt à populo tanquam ſpecies à genere.*

12 *Ad remotionem partis non ſequitur remotio totius.*

13 *Pars cum toto pluribus modis dicitur.*

14 *Argum. de toto ad partem quando ualeat.*

L. CXIIII. CAIVS.

IN toto, & pars continetur.

SVMITVR ex legibus per glo. alleg. ponitur pariter hæc regula in

c. in

c.in toto.de reg.iur.in vj.ubi Ioan. And. ad quæſtiones inducit. Et per hanc regulã rectè dicitur in c.fi.de
1 ſpon.duo.quòd† turpis eſt pars quę ſuo nõ cõgruit uniuerſo.tunc enim non eſt in toto,ſed extrà totum.Limitãdo tamẽ ut per Anch.in conſ.x. & quia pars eſt ſub toto petito, & pars petita uidetur.Sentẽtiãque lata ſuper toto,etiã ſuper parte prolata cenſetur,& rei iudicatę.obſtat exceptio.l.ſi quis cũ totũ.ff.de excep.rei iudi.Dicunt etiam per iſtã regulam theologi,quòd in ſacramẽto ẽ totus Chriſtus,ideò & omnes partes eius, ideſt,corpus, anima,ſanguis,diuinitas, & huiuſmodi:ſecundũ Archiepiſcopum Flor. in d.c.in toto.Item quòd omnis ſcientia & ſapientia in Deo eſt:ſi quis igitur partẽ aliquam uelit ad eum accedat, ab eodemque petat: ut docet Ambr. diſt. xxxv. & xxxvij.in c.legimus. Facit etiam ad hanc regulam text. d. l. ſi quis cùm totum.& in l.appellatione rei. ſ.tit.
2 proxi.† Rei (inquit Iuriſconſultus) appellatione,etiam pars continetur. accedant quæ poſui ſuprà eod. in l. in eo.Et totum dicit totalitatem reſpectu unius rei tantum.inſti. de ſocie.in prin.cum gloſſ.j. ubi Chriſto. Porcius adducit ad not.in.l.iij.in §. filius inter medios.ff.de lib. & poſthum.ibi, & erit à toto gradu ſemotus.aliud in dictione uniuerſali omne,ut plenè ſcripſi in procem. fforũ. in princ.in ij.col.ubi latè poſui qualiter differant omne & totũ.Faciunt etiam ad hanc regulam quæ ſcribit Philoſo.li.j.de naturali auditu. Vbi totum, inquit, ſequi partẽ quo ad magnitudinem & paruitatem,exemplificando,caro,& os,& reliqua,partes ſunt animalis, & fructus plantarum: impoſsibile ergo carnem aut os aliquid aliud quantumcunque eſſe ſecundum magnitudinem,aut in maius aut in minus. ubi commentator Auerrois format cõſequentiam à deſtructione conſequentis, ſi partes ſunt infinitæ, compoſitum eſt infinitum,ſed compoſitum eſt finitũ, ergo etiam partes finitæ, ſed hoc parum ad nos.

Et ex dictis,menteque Barto. Angel. & aliorum in l. qui uſumfructũ ff.de uerb.oblig.& in l.ſi mater. in §.ſi quis iter.ff.de excep.rei iud.No. eſt pro declaratione præſentis regulæ & materiæ,ꝙ † pars tripliciter capitur. 3 Quædam numeralis, ut quatuor,eſt enim tertia pars duodecim, & iſta etiam nuncupatur per Barto. præallegat.pars integralis,ex quo eſt neceſſaria ad integrãdum illum numerum duodenarium: propriè tamen & à nomine ipſo facta denominatione numeralis rectius appellari uidetur.

Integralis uerò propriè illa cenſenda eſt ex qua unum totum & integrum conſtituitur,ſicuti paries eſt pars integralis domus & vſusfructus pars fundi: ſine pariete enim & tecto non conſtituitur domus.l. eum qui ædes.ff.de uſucapion. ideò paries rectè pars integralis ipſius domus appellabitur. idem in uſusfructu ſiue formali, ſiue cauſali pars eſt fundi, non quotitatiua ſiue diſcretiua, puta tertia uel quarta fundi pars, ſed eſt pars integralis fundi, cum ex proprietate & uſufructu totum illud integrale, ſcilicet fundus con-

conſtituatur, ut per glo.l. rectè dicimus.ſ.tit.j.& Iaſ.in d.l. qui uſumfructum.in ſecundo not. & Ripam in repe.l.re coniuncti.colum.x. cum ſeq.ff.de leg.iij.

Quædam eſt pars quotitatiua ſeu ſubiectiua, ut triens, quadrans, ſemis, partes ſunt aſsis:& appellatione aſsis, ut pars appellatione totius continentur.§.hæreditas.inſtit. de hær. inſtit.Et ſpecies ſub genere, animal enim eſt genus, ſicque totum homo, bos, & ſimilia, partes ſunt ſeu ſpecies ſobiectiuę, quia ipſi generi ſubiiciũtur & de genere prædicantur. quia ſi eſt homo, ſequitur animal eſſe, & dicitur etiam pars prædicamentalis, ut per Bart.in d.l.qui uſumfructum

* [Et de quota & quotitatiua parte, uide quæ plenè ſcribit Pariſ. conſil. lxj.lib.j.]

4 Eſt etiam † pars quæ poteſt ſine toto conſiſtere.l.cùm aurum.ad fin. ff.de auro & arg.lega.glo.l.malã. in uerbo inutiles.ſuprà titu. proximo, quicquid dixerit Alex.in rubr.ff. de leg.j. Et dici poteſt pars non neceſſaria: ut per Ruinum in prælle. rub. de leg.j.ſicuti de acceſſorio non neceſſario dicam in l.cùm principalis. ĩ.eod.tit.

5 Eſt quoque † totum uniuerſale, & totum integrale ſecundum præfatos ſcribentes, & Ripam in l.re coniuncti.colum.x.ſuprà de leg.iii.totũ uniuerſale eſt illud quod ſub ſe multas ſpecies numero differentes continet, genusque appellatur. Et quicquid continetur ſub iſto toto, ſpecies nuncupatur, & pars generis dicitur ſecundum Ang.& alios in d.l. qui uſumfructum. per text.not.in §. hoc edictum.l.j.ff.de his qui deiecerunt. ideò diſpoſitio loquens in genere, uerificatur in qualibet ipſius generis ſpecie, imò in quolibet indiuiduo ſub eodem genere contento. ff.quod cuiuſ.uniu.nom.l. ſicut. in fin.& l.non eſt ſine liberis. ſuprà titu.proxi.& l.j.C.de condi.inſer.per quæ iura concluſionem hanc tradit Aret.in l.ſi mihi & Titio. colum.v. ff.de uerb.oblig.Et ſicut genus propriè comprehẽdit quaslibet ſuas ſpecies, ita rõ generalis cõplectitur omnes caſus ſub rõne comprehenſos: ita Bal.in auth.poſt fratres.C.de legit.hære.facit tex.cũ ibi not.p Bart. in l.regula, in §.cũ quis.ff.de iuris & facti ignor.Dicuntque Cy.& Vltramon.in l.iura non in ſingulos.ſ. de legib.ꝙ quando in pluribus caſibus eſt una eademque rõ numero, illa decidit oẽs caſus non per extẽſionem, ſed ſicut genus quod prædicatur de ſingulis ſuis ſpeciebus: ut ẽt p Dec. in conſi.cclxxxiiii.col.ii. Quomodo

6 † autem, & qualiter dicantur, differantque genus, ſpecies & indiuiduũ declarat Bart.in l.quæſitũ.in §.pen. col.ii.ff.de fund.inſtr.& Curt.Iun. in conſi.cix.col.ii.Partis uerò appellatione quid ueniat, habetur in l. nomen, in §.portionis.ff.de uerb.ſign. dicã aliqua ĩ.in l.aliud. i §.refertur.

7 Nunquid† autem ad poſitionem unius, ſequatur poſitio alterius: & ad remotionem unius, ſequatur remotio alterius? dicendum eſt ad poſitionem totius ſequi poſitionẽ partis, poſita domo de neceſsitate ponitur paries: ut per Bartol. in d.§.ſi quis iter, poſita maiori ſumma, ponitur minor, quæ ineſt ſaltem interpretatiuè:

pretatiuè:ut diximus in d.l.in eo.Poſito aſſe ponitur pariter triens quadrans. &c. Niſi in toto uniuerſali, quo poſito non ponitur pars ſubiectiua ſeu prædicamentalis. poſito enim animali non ſequitur homo, quia poteſt eſſe aſinus: ſecundum Barto. & alios loco præalleg. & hoc eſt quod dicunt glo.& doct.quòd affirmatiuè ad poſitionem generis nõ ſequitur poſitio ſpeciei: ut ſi dicam, hoc eſt animal, non ſequitur, ergo eſt homo. l. inter agnatos. cum ibi nota.ff.unde legiti. & Alex.poſt gl. in l.iuriſgentium. in §. ſed ſi fraudandi.ff. de pact †Et ſi contentiuè
8 ſeu prædicamentaliter ſpecies generi inſit: quia poſito genere ſub eo continentur omnes ſpecies, quæ de genere ſunt. ideò poſito animali, cuncta animalia continentur. ita Ang.in dict.l.qui uſumfructum.col. fin.ualet ergo argumẽ.de genere ad ſpeciem affirmatiuè prædicamentaliter, non illatiuè. Bald. in titu. per quos fiat inueſtit.in §.j.Ripa in l.j. colum.j. ff.ſi certum petat. & Deci. in l.ij. in §.appellata.illo eod. titu.

9 Ad poſitionem†uerò partis non ſequitur poſitio totius: quia poſito minori numero, non ponitur maior, poſito pariete non ponitur domus, poſito uſufructu non ponitur fundus: niſi in parte ſubiectiua ſeu prædicamentali, prout eſt genus & ſpecies, quo caſu poſita ſpecie ponitur genus: ueluti ſi dicatur, homo
c eſt ſequitur ergo animal eſt. †cum genus inſit ſpeciei, poſitiuè.l.ſi quid earum. §. interemptum.ff. de legat. iij.tradunt glo. Alex.& alii in præal leg.§.ſed ſi fraudandi. Bartol. in dicto. §. ſi quis iter. & Angel. loco ſuprà alleg. Soc. in additionibus factis ad l.j.ff.de uulg. col. j. ubi pulchrè declarat quomodò hoc intelligatur, quòd appellatione generis de proprietate ueniat quælibet eius ſpecies.Nec obſt.text. in §.plebs. inſti. de iure naturali. ubi dicitur quòd
11 †plebs differt à populo tãquam ſpecies à genere: nam poſita ponitur genus:& tamen poſita plebe non ponitur populus. nam ſecundum Deci. loquitur ibi tex. de toto integrali,quo caſu non ualet argu. quia plebs nõ eſt pars populi ſubiectiua, ſed integralis, & licet taceat, fuit cõſideratio Are.& Soci.in §. fina. l.ij. ff.ſi certum pet.dicentium,quòd ibi genus & ſpecies nõ accipiuntur proprié,ſed genus capitur pro uno toto integrali,quod ſub ſe cõtinet partẽ, ſcilicet plebem ſub populo,& populus dicitur genus reſpectu plebis, quia plus comprehendit, ut per eoſdem.

12 Ad remotionem †uerò partis,nõ ſequitur remotio totius. ut patet ad ſenſum, quo caſu quærere rationẽ non eſt niſi infirmitas intellectus,ſecundum Auerroẽ & ſcribentes relatos per Iaſ.in conſ. cxxvj. colũ. pen. lib.iiij. ſicuti nec ad remotionẽ ſpeciei,ſequitur remotio generis.l.duobus.§.ſi quis iurauerit.ubi Bar.not. ff.de iureiuran.& tradit Alexand.in dict. §. ſed ſi fraudandi.

Quantum ergo ad regulã noſtrã tam in toto integrali, quàm in toto uniuerſali continetur pars: ſecundũ Deci.& ex prædictis ſatis liquet.quæ omnia bene no.

13 Sciendum eſt etiam, quòd †quædam

dam ſe habent ut pars in toto:ſicuti duo in x.& tunc diſpoſitio totius omnes ſuas partes includit.l. ſi unus. §.ſi cum decem.ff.de pac.& . l. poſt deciſionem . C.de furt.Quædam ſe habent ſicut pars circa totum, ut alluuio circa fundũ, & idem niſi ſunt limitati agri. l. in agris.ff.de acquir. rerum do.Quædam ſe habent ut cõtinens ad contentum, & tunc aut ſignificatio continentis ſumitur ex cõtento,aut de per ſe. Primo caſu continetur contentum nomine continẽtis. unde ille qui ciuitati præficitur, etiam hominibus ciuitatis pręfectus intelligitur : quia ſignificatio ciuitatis ex ipſis ciuibus ſumitur: ſecus eſt in ſecundo caſu : ideo appellatione ſacci non continetur farina, quæ eſt ibi,nec econtrariò: quia ſeparata eſt ſignificatio.l. qui ſaccum.ff. de furt. Quædã ſe habent ut connectens & connexum, & tunc ſi quidem connexum mobile eſt, non continetur,niſi actus ſit fauorabilis, & res mobilis ei ſit perpetuò deſtinata, aut uerborũ ſignificatio rem ipſam mobilẽ cõprehendat, uel immobilis rei pars cenſeatur.l.debitor.ff.de pigno.porrò immobile connexum ſemper cõtinetur. l. granaria.ff. de act.empti. Quædam ſe habent ut principale & acceſſorium, & tunc diſtinguitur inter acceſſorium neceſſarium & uolũtarium: ut pulchrè per Bald.in titu. de cap. qui cur. uen.& ibi etiam tradit Præpoſi. Mediol. in v.col.

Poſtremò ex quo dicitur hic partem in toto contineri, non impertinenter quæri poſſet, an idem iuris
14 ſit in parte quo ad partem, † quod eſt in toto quo ad totum,ualeatque arg.de toto ad partem, & ecõtrariò. gl. & doc.de hoc ponũt in l. quæ de tota p illũ tex. ff.de rei uend. Bal.in l.maximum uitium.colum.pe.C.de lib. præter. Arc. conſ.clxiij.colũ.iij. Corn.conſi.39.ad fi.lib.iij. Fel. in c. fi.col.ii.de ma.& obe.Iaſ.in l.iuriſgẽtium.in §.adeo.ff.de pact.Deci.in c. apoſtolicæ.col.ij.de excep.& in l.j. col.fin.C.unde legit.ubi concludit, quòd ſic,quando eſt eadem ratio, aliàs ſecus:ut ibi per eum. *Soc. pulchrè cõſ. cxxvij.fol.j.lib.j.Lud.Gozad.conſ.lxvij.col.ij. ubi hoc etiam in ſubſtitutio dicit pro cedere . Iaſ.in l.ſi cui in iij.not.de leg. j. ubi in materia ſtricta hoc non procedere tradit. aliter limitat Aquenſ.in l. ſi certis annis, col. ij. C. depact.] Item in materia indiuidua non pro cedit dictum arg. de toto ad partẽ. text. eſt not. in l. & per iuſiurandũ. in §. j. ff. de acceptila . & ſcribit etiã Dec. in l. cuius effectus . infrà eodem titu.

Et dicit præterea Ariſto. j. Cæli. xix. quòd idem feruntur totum & pars ſecundũ naturam. tota ſcilicet terra,& una gleba : ibique Auerrois ait,natura partis corporum ſimiliũ eadem eſt cum naturæ totius diffinitione.Et cùm ſit eadem diffinitione eadem eſt forma,& cum eadem forma , eademq; actione proueniente ab illa forma, & appellatione partis continetur aliquando totum: ut per illum text.dicunt Alex.& Imol.in l. cohæredi.in §.fin.ff.de uulg.ſed prout melius declarat Iaſ. id ibi alia ratione contingit.

L. CXV. PAVLVS.

IN obſcuris inſpici ſolet, quod ueri ſimilius eſt, aut quod plerunquè fieri ſolet.

Expedita eſt in l. ſemper in obſcuris. & in l. ſemper in ſtipulationibus. ſuprà eodem titu.

SVMMARIVM.

1 *Dare, & remittere paria ſunt & num. 3.*

2 *Accipere uidetur is qui liberatur ab obligatione.*

4 *In remiſſione facta ex cauſa donationis inſinuationem requiri.*

5 *Iuramentum ſupplet defectum inſinuationis.*

6 *Pactum de non petendo habet incluſam donationem.*

7 *Pactum liberatorium cauſam non requirit.*

L. CXVI. PAVLVS.

Si quis obligatione liberatus ſit: poteſt uideri accepiſſe.

Svmitvr ex l. ij. ff. de calun. ex l. ſi mulier. ff. de cond. cauſa dat. cum ſimil. de quibus hic per Dec. & priùs per Iaſo. in d. l. ſi mulier. & Feli. in c. veniens. el. j. de teſti. Dec. hic facit concluſionem,
1 quòd † paria ſunt dare & remittere, & ut etiam in d. l. ij. & in d. l. ſi mulier. Inde limitat iſtam concluſionem pluribus modis. In primis aduertendum eſt, quod hæc materia propriè non cadit ſuper hac regula, quæ non facit æquiparationem prædictam: ſed dicit † cum uideri accipere qui liberatur ab obligatione, &
2 iſtud eſt ueriſſimum. accipit enim liberationem quæ in omni contractu deduci poteſt, ut in titu. de lib. leg. & de acceptil. ideò dico uerbū uideri, hic poſitū ueritatē importare, quia non fictè, ſed uerè qui eſt ab obligatione liberatus, accipit liberationē.
3 Quantum ad articulum † an remittere ſit dare, Dec. hic plures limitationes accōmodat, ſed omnia priùs eleganter poſuit Feli. poſt Abbatē & Arc. in dict. cap. ueniens. el j. de teſti. ubi ipſe Dec. repetit omnia hic poſita, concludens pariter ut hic, quòd quātū ad factū remittere non ſit dare: ſecus quò ad effectum ex quo nullū intereſſe conſiderari pōt inter dationē & ſolutionē ſeu remiſſionē. pro qua cōcluſione eſt tex. not. in præal. l. ſi mulier. in fi. ibi, quia nihil intereſt &c. uult enim prędicta æquiparari, non quia uerè, idem ſint, ſed quia eiuſdem ſunt effectus. Ex prædictis infertur ſecundum gloſ. fa-
4 migeratam hic, quòd † in remiſſione facta ex cauſa donationis excedentis ſummā quingentorū aureorū inſinuatio requiratur, & cōis eſt receptiorque ſententia, ut hic per Deci. Iaſ. in d. l. ſi mulier. Feli. & alios in d. c. ueniēs. & Deci. in l. creditori. ad fi. C. de pa. Sed nō eſt ſ̃uires in hoc laborādū, cū hodie in omnibus con-
5 tractibus ferè ubique appouatur † iuramentum, quod inſinuationis defectum ſupplet. Aret. conſil. ii. xlvii. &

lxxvii

lxxvii. ad fin.Cal. conſil.ii.ſub rub. de iureiur. Paul. de Caſt. in conſil. c.col.fi.in antiquis. Barb. in conſil. liii. in primo dubio . uolum . iiii . Alex.conſ.iiii.col.pen. lib.i.& conſ. xxi.lib.iii.Soc.conſ.lxxvii.char.pen. & fin.uolu.i.Cor. conſ. ccxxi. uolu. i.& conſi.lxix.lib.ii.Dec.conſ.ccxxx ix.col.ii.& ccccl xxxviii. Iaſ.in conſi. li.col.x.lib.i.& Moder.Aſten.in tra cta.de forma.fol.lxii.col.ii.uer. prædicta limitatio .

Poſtremò uidebis in materia iſtius legis Aretin.in l.pactũ curatoris. C.de pact. ubi gl. huius legis uult,
6 † pactum de nõ petendo habere incluſam cauſam donationis. Et extẽdit ad quodlibet pactum nudum,ſi cauſa nõ appareat:ut per cũ. Sed gl. noſtra loquitur quando expreſsè fiebat remisſio ex cauſa donationis.ſicque non probat dictum Aret.quod tamen in ſe uerum eſt, ut per Alex. hìc in apoſtillis ad Bar.Confirmo,
7 †quia licèt pactum obligatoriũ cauſam requirat,aliud tamen eſt in pacto liberatorio . l. tale pactum. cum ibi not.ff.de pact.tradunt Alexan.& alii in dict.l.creditori.

§. Non poteſt uideri accepiſſe , qui ſtipulatus poteſt exceptione ſubmoueri .

Nota in iure noſtro conſiderari effectum , ut infrà in l. cuius effectus.Et pro declaratione iſtius tex. uidenda ſunt quæ ſcripſi ſuprà in regula, non uidetur cœpiſſe.ubi hanc expeditam uidebis.

SVMMARIVM.

1 *Conſenſus uiolentiæ & compulſionis contrarius eſt .*

L. CXVII. VLPIANVS.

Nihil conſenſui tàm cõtrarium eſt ( qui & bonæ fidei iudicia ſubſtinet) quam uis atque metus : quem com probare , contra bonos mores eſt .

Quantum ad declarationẽ iſtius text. gloſſ. benè & eleganter loquitur, docens & contractus bonæ fidei eſſe,ueſtimentumque ſume
1 re ex conſenſu †qui uiolentiæ & cõpulſioni contrarius eſt:unum enim conſeruat & ſuſtinet,alterũ deſtruit. idem eſt in errore. ff. de iuriſd. omni.iudic.l.ſi per errorem. cũ not. Et conſenſus eſt etiam aliquando conſenſui contrarius, quando uidelicet eſt coactus.ſed ut gloſſ. not. hìc dicit,tunc conſenſus coactus eſt cõtrarius conſenſui ſpontaneo, non ſimpliciter.facit.§.fi.infrà hac ead.l.& l. i.& ii.ff.quod metus cauſa.ubi quid ſit metus, & quid uis traditur . materiam autem metus plenè tractauimus in l. in omnibus cauſis pro facto . ſuprà eo .

SVMMARIVM.

1 *Lex quid ſit .*

2 *Ad obtinendum reſtitutionem in integrum duo ſunt neceſſaria .*

3 *Minor quando reſtituatur abſque ali qua probatione erroris & læſionis.*

§. Non capitur, qui ius publicum non ſequitur.

ASSVMPTA fuit ex legibus per gloſſ. alleg. facit text. l. fi. cum ibi not. C. de in integ. reſti. & l. j. in fin. C. de his qui uen. æta. impetra. l. j. & ij. C. de form. l. pen. & fin. C. qui ad mit. ubi huiuſcemodi captiones tolluntur per leges, ut dixi etiam in l.
1 quoties nihil. infrà eo. Prætereà †lex eſt ſanctio ſancta iubens honeſta, & prohibens inhoneſta, doloſque & deceptiones inquantum poteſt. l. j. & ij. ff. de legi. l. leges. C. eo. titu. c. erit autem lex. iiij. dict. l. in fundo. ff. de rei uendi. Quid igitur mirum ſi non decipitur, qui ius commune ſe
2 quitur. Duo †autem neceſſaria ſunt ad obtinendum in integr. reſti. de qua ſuprà facta eſt mẽtio: quòd probet quis ſe minorem: & ſui facilitate læſum: aliâs obtinere non poterit. l. nam & poſteà. §. ſi minor. ff. de iureiur. ut hic per Dec. latius per Alex. & Iaſ. in d. §. ſi minor. Alex. cõſi. lv. ad fi. li. v. Dec. in l. ſingularia. col. ix. ubi Curt. vij. ff. ſi cert. pet. Iaſ. in cõſ. clxxxviij. uol. ij. ubi cõſuluit de quo
3 hic per Dec. quòd †ubi in cauſa criminali minor confitetur delictum, de quo non conſtat aliter, quàm per confeſſionem ipſius minoris, eo ipſo læditur, & abſque alia probatione erroris aut læſionis uenit reſtituendus. de quo ſæpè etiam per Marſilium pluribus locis ſuorum commentariorum criminalium.

SVMMARIVM.

1 *Error conſenſum non habet. Et quid ſit.*

§. Non uidentur conſentire, qui errant.

1 ERROR igitur †conſenſum nõ habet, eſtque errare, unum pro alio putare, atque capere. Dec. hic dicẽs hanc regulã nunquam fallere, quia pro ueritate nõ conſentit, qui errat. de omnibus eſt tex. ubi omnes ſcribentes not. in l. ij. in prin. ff. de iud. latè de materia erroris, per Vitalem in tract. clauſularum. char. 35. cũ ſeq. Et licèt gloſſ. hic non ſoluat oppoſitam dc. §. ſi legatarius. in ea alleg. ibi tamen ſoluit.

SVMMARIVM.

1 *Bonorum poſſeſſor & hæres: bonorum poſſeſſio & hæreditas an æquiparentur, & quomodo. nume. 2. 12. An differant. nume. 13.*
3 *Et an æquiparentur in ſtatuto correctorio.*
4 *Quando duo in lege antiqua æquiparantur, lex noua etiam correctoria & pœnalis diſponens in uno, habet locum in alio.* Amplia. nu. 5. 6.
*Limita nume. 7. 8. 9. & 10.*
11 *Fideicommiſſarius & hæres an æquiparentur:*
14 *Vt de iure ciuili eſt hæreditas ius adeundi, & aditionem: ita de iure prætorio bonorum poſſeſſio, ius petendi uel agnoſcendi & conceſſio ea agnitio.*

Bonorum

15 *Bonorum poſſeſſio an ſit ſucceſſio, uel ius ſuccedendi.*
16 *Prætor an poſſit facere quempiam deſinere eſſe hæredem.*

L. CXVIII. PAVLVS.

PRAETOR bonorum poſſeſſorem hęredis loco in omni cauſa habet.

1 PER hãc regulam intelligit †hic Dec. bonorum poſſeſſorem exequari & æquiparari hæredi. Idemque eſſe in hæreditate, & bonorum poſſeſſione, ut parificentur etiam in materia ſtricta, ſed non in odioſa: ut per Soci. in l. j. col. iij. de uulg. Sed errore labitur, nec euacuat ſenſum & intellectum iſtius legis. Idcircò diligēter aduertendum eſt, quia non tantum Dec. imò omnes alij ſcribentes errant, & in hãc materia æquiuocãt intelligentes à pari procedere bono. poſſeſſorem, ac bonorum poſſeſſionem, hæredem, & hæreditatem, cõfundentes prædicta: prout faciunt Alex. Dec. & alii in l. emancipata. C. qui admit. & Dec. ibi in rub. in pe. col. j. lect. & Iaſ. in l. nec is. in §. j. col. fi. ff. de acqu. hære. ubi dicit, quòd ſicuti appellatione hæredis uenit bono. poſſeſſor de iure prætorio: ita appellatione hæreditatis uenire debet bonorum poſſeſ. idē dixit Rimi. in pręalle. rub. qui admitti. col. viij. ĩquiens, cùm prætor habeat bono. poſſeſſorem loco hæredis, quare eſt, quòd bono. poſſeſſionem loco hæreditatis habere non debeat? facit. l. hæreditatis appellatio. ff. de uer. ſig. dicens, quòd hæreditatis appellatio eſt nomen iuris, ſicuti bono. poſſeſ. Ideò dici ſolet, quòd ita ſe habet bono. poſſeſſio de iure prætorio, quemadmodum hæreditas de iure ciuili Dec. in præalleg. rub. col. pe. per l. ij. ff. de bono. poſſeſ. facit l. j. ff. de contra tabul. eo, inquit, iure eoque ordine uocari liberos ad bonorũ poſſeſſionem contratab. quo uocantur ad ſucceſſionem de iure ciuili. Sed ut prædixi aduertendum, quia longa eſt differentia inter prædictos terminos, ut enim hîc dicitur. & in d. l. ij. & in §. bonorum. l. j. ff. ad Treb. bono. poſſeſſor in omnibus eſt loco hæredis, ſed nuſquam dicitur, quòd bono. poſſeſſio antequam fuerit agnita ſit loco hæreditatis, illiúc exequata & æquiparata, quamuis ſit nomē iuris prout hæreditas: ut infrà declarabimus. Conſtituendo ergo inter
2 prędicta differentiã †ſi loquamur poſt aditam hæreditatem & agnitã bonorum poſſeſſionem, ſicque in hærede & bono. poſſeſſore, uel in hæreditate & bonor. poſſeſſione poſt aditam & agnitam concludendum eſt, quòd licèt bono. poſſeſſor uerè & propriè non ſit hæres, cùm unus ſit de iure prætorio, alter de iure ciuili: unus habeat iura tantùm utilia, alter directa: exequantur tamen & æquiparantur à lege. §. bonorum. §. quos autem. & l. ij. præalleg. & bono. poſſeſſor, ut ait Are. ſubrogatur loco hæredis. ita quòd lato ſumpto uocabulo ac impropriè bonorum poſſeſſor uenit appellatione hæredis, pro hæredeque in effectu habetur iuribus præallega. Et in hac regula ponderando illa uerba, in omni caſu habet. inſinuant enim, ꝙ

uerè non eſt hæres, ſed pro hærede habet illum prætor. Ex quibus infer
3 tur, † quòd in materia ſtatutaria cor rectoria, ſeu odioſa, diſpoſitio loquens in uno, locum habebit etiam in alio: ita uolunt cõiter ſcribentes: ut tradit Iaſ. in d. l. is qui hęres. in §. j. latius ipſe & alii in d. §. bonorum. & in rub. C. qui admi. in ultimis co
* lum. * ubi etiam Curt. col. fi. Alex. in §. ſed quid. infrà alleg. & Dec. in d. l. j. col. pen. C. qui admitti.]

Et probãt ſcribentes, quod etiam in materia ſtrictè intelligenda, appellatione hæredis ueniat bon. poſſeſſor: per text. in l. in conditionibus. in §. ſi patronus. ubi Soci. no. ff. de condi. & demon. & l. ſi quis mihi bona. in §. ſed quid ſi mandauit. ff. de acqui. hæred. Et pro ueritate hæc opinio legibus. ſ. allegatis & rationibus concludenter probatur. Nam bonorum poſſeſſor, ut diximus, loco hæredis ſubrogatur, ideo uirtute ſubrogationis etiam in materia à iure exorbitãti, illud quod de una perſona dicitur, ad aliam extenditur. l. libertum §. ſenatus. ff. de ritu nupt. licitaque eſt extenſio etiam in exorbitantibus ex idẽtitate rationis de ſtricta ſignificatione uocabuli ad latam. l. filiũ habeo. ff. ad Maced. cum aliis per Iaſo. alleg. in l. ſi conſtante. col. xiiij. in quarta limi. ff. ſol. mat. & in d. §. bonorum. col. fi. Et quando in lege an
4 tiqua † duo ſunt æquiparata & exæquata, lex noua etiam correctoria & pœnalis ſuperueniens & in uno diſponẽs, uirtute ipſius adæquationis locum habet etiam in alio. l. ſi quis ſeruo. cum gl. ubi doct. etiam no. C. de fur. iuncta l. ut tantum. in §. j. ff. de ſeru. cor. cum aliis adductis per Iaſ. in auth. quas actiones. col. xv. in uerſi. tertio pro opin. Plac. C. de ſacroſan. eccl. Dec. in c. tranſlato. de conſtit. Ripam in l. ſi conſtante. col. xii. ff. ſolu. matrim. Ioan. Crot. in repet. l. omnes populi. col. xxxviij. ſ. de iuſti. & iur. & per Aret. in l. ij. col. penul. ubi Iaſ. ult. ff. de leg. j. licèt Ruin ibidem in ultimis colũ. nixus fuerit dictis iuribus reſpondere: ut ibi per eum. Adde etiam Alex. in l. j. col. v. & in l. emancipata. C. qui admit. & in l. cum antiquioribus. col. fi. C. de iure delib. in quibus locis concludit prouiſiones a iure ciuili in hærede introductas, extendi etiam ad bonorum poſſeſſ. de iure prætorio exemplificando, ut per eũ. qui dicit hanc extenſionem paſſiuam dici, & eſſe, ideò locum habere in omni materia. ut etiam per Iaſ. in l. qui in aliena. in princ. in iii. col. ff. de acqu. hæred. & per Alex. & alios latè in l. j. in §. lex Falcidia. ff. ad legem Falcidiã. ubi latè ponunt & declarant iſtud quod dictum eſt de paſſiua extenſione, & quæ dicatur paſſiua extenſio.
* *In omni ergo caſu & in omnibus, ut ſcribentes & iura ſuprà alleg. dicunt, bono. poſſeſſor uice hæredis fungitur, & in eius locum ſubrogatur & conſtituitur a prætore, æquiparanturque: & per conſequens bonon. poſſeſſ. quicquid aliqui dicerẽt non tantum ſuccedit defuncto quo ad bona, uerum etiam quo repræſentationem perſonæ defuncti: alias nõ eſſet loco hæredis omni caſu, & in omnibus nec ſubrogaretur in illius locum, neque exæquarentur, contra prædicta: nec teneretur ad onera &

æs alienum,ad quæ tamen adſtringi
tur l.i.& iii.eo.ff.propter repræſen-
tationem perſonæ defuncti pro par-
te pro qua ſuccedit.l. cum a matre,
cum gl.C.de rei uend.l.j.§.ſi cer.pe
ta.cum aliis per me adductis.in.l.hæ
redem.§.e.non propter bona,actio-
nes & obligationes perſonales nō ſe
quererur rem & fundū, ſed perſonā
l.j.§.ſi hæres.ff.ad trebell.tenetur er
go bono.poſſ. ad æs alienum defun
cti exoluen.propter repræſentationē
perſonæ illius. quia rationes, actio-
nes obligationes perſonales in eum
& contra eum tranſeunt.hinc etiam
eſt ꝙ bon.poſ.hæres quandoque ap
pellatur & dici poteſt.l.in conditio-
nibus.§.ſi patronus. de condi.& de
mon.§.bonorum.cum ibi no.in l.i.
ff.ad trebell.

5 Prædictam conclu.† de æquipa-
ratis amplia, etiam ꝙ darentur plu
res inſtantiæ ut per Aret.in l. ex fa-
cto,in vj.no.per illum tex.ff. de uul
ga.& Dec.in c.translato,in col.ii.in
relect.de conſtit.

6 Secundò amplia † & in diſpoſi-
tione hominis.l.fin. ad fin. ff. man-
dat. tradit Aretin. loco infrà alle-
gando.]

Limita primò procedere dictum
7 argum. ab exæquatis † ſolum in eo
in quo reperitur omnimoda pari-
tas & ratio: ut per Gemin.in cap.j.
de tempor.ordin.in vj.Imol. in cle
mentina.j.de elect.Riminal.in l.pri
ma,colum.xv.ubi Alexan.v. C. qui
* admitti. * & Cur.in l.ii.cum ſeq.in
fin.de inoffic. teſtamen.] & ſeu in
caſibus in quibus reperitur facta æ-
quiparatio ſeu in eadem materia:
ſed extra illos caſus, ſiue materiam
non procedit argumentum eb æqui
paratis.gloſſ.in l.omnes in uer.apo-
ſtolicę.C.de ſer.& in cap.poſtquam
in §.fina. de electio.& per Deci. in
d.cap.translato.in prima lectu. in ſe
cunda colum. Vbi & ſecundò limi-
tat quando æquiparatio facta eſt
per modum regulæ: aliâs ſecus, ꝗal-
legat Mathæſil.& Angel.Aretin.ſe-
quentem hanc limitationem. uide
tu Alexan.& alios in l.Gallus. in §.
& quid ſi tantum.colum. quarta ſu-
per gloſſ.in uer. emancipatus.ff. de
liber.& poſthum.& Hercu. Peruſi.
ubi no.reputat.in d.§.lex ſal. col.fi.

8 Tertiò limi.† ubi duo ſunt æqui
parata per modum cauſæ fiēdi:quia
non procedit tunc argumentum: ut
poſt Bapti.de ſancto Blaſio tradit
Ripa.in l.prima colum. ſecunda.ff.
de leg.j.

Quartò limita ſeu reſtringe & in
9 tellige ſecundum aliquos not.† ubi
ſolùm eſt eadem ratio: quia licèt le-
ges dicant eſſe ibi idem ius.l. à Ti-
tio.ff.de fur.tamen iſta nō eſt æqui-
paratio de qua loquimur, ſed ut di-
ctum eſt, debet eſſe facta in lege anti
qua per modum regulæ: ut declarat
Aret.in præalleg.§.& quid ſi tantū.
in j.colum.

Poſtremò limita & declara prædi
10 ctam† concluſionem ut per Pariſiū
in conſ.xii.lib.ii.& conſ.xlix.lib.iii.
& Alex.in l.j.col.pen. ſuprà ſi certū
petatur.

Item aduerte, ꝙ Socinus in l.j.co
lum.iii.hic per Dec.alleg. non dicit
id ad quod per Dec.allegatur, quia
non loquitur in bonorum poſſeſſo-
11 re hæredi æquiparato, † ſed in fidei
commiſſario, inter quos minor eſt

conformitas quàm inter hæredem & bonorum poſſeſſorem: quorum uterque totã ſucceſsionem iure proprio uniuerſaliter conſequitur: aliud in fideicommiſſario, qui de manu hæredis illam recepit: ut per eundẽ Deci. in l. fi. col pen. C. qui admitti. Quare autem prætor hęredem quẽ facere non poſſet, ſed faciebat bonorum poſſeſſorem, qui loco hæredis in omnibus habebatur, ut hic & in præallegat. iuribus, ſcripſi aliâs in d. rubr. qui admitti. reprobando intel. Bulgar. Senen. licèt Deci. & Moder. illũ ut ſubtilem ſequantur ibi. ad §. quos autem. in uer. ſolus. Declarando pariter quomodò intelligi debeat, nouumque ſenſum & intellectum, accommodando ad illũ text. ibi, hæredes quidem ipſo iure non fiunt.

12 Si uerò ſermo † ſit de hæreditate non adita uel bonorum poſſeſſione non agnita: licèt ſcribentes ſuprà relati de uno ad aliud arguant, eo ꝙ eodem modo ſe habeat bonorũ poſſeſsio de iure prætorio, quo hæreditas de iure ciuili. d. §. quos autem. Et quia ſicut eſt dare hæreditatem aditam & non aditam, quamuis primo caſu improprie dicatur hæreditas: ita eſt dare bonorum poſſeſ. agnitã, & non agnitam. prima non poteſt repudiari, ſecunda ſic. l. j. ff. de ſucc. edic. Et aliquę aliæ ſimilitudines dari poſſunt.

13 Sunt tamen † inter prædicta plures differentiæ: & diſsimilitudines, ſeptem congeſsit Iaſ. in d. rub. qui admi. col. fi. aliam ponit Pau. de Caſtr. in l. ſi infanti. col. j. C. de iure delib. patet etiam alia: quia propterea diuerſimodè diffiniuntur hęreditas & bon. poſſeſsio. nam hæreditas eſt ſucceſsio, & bono. poſſ. eſt ius ſuccedendi. Dec. in d. rub. qui admitti. ad fin. primæ lecturæ. unde Bald. in l. j. in vij. oppo. C. qui admitti, negando ſimilitudinẽ adducit rationẽ diſſimilitudinis: quia ipſe prætor, inquit, non procedit per eaſdem regulas: magis enim ſequitur æquitatem quàm iuris ſubtilitatem. Ius uerò ciuile, dicit, per punctum rationis procedit: ſed prætor rei conſiderauit effectum. unde non fecit ipſe prætor differentiam inter iuſtum & conſenſum, prout ius ciuile: propterea & ſi hæreditatis aditio in ſuſpenſo & pẽdenti ſtare non poſsit, iuſſuſque patris de iure antiquo requireretur. l. ſi quis mihi bona. in §. iuſſum. ff. de acquir. hære. ſecus tamen eſt in agnitione bonorum poſſeſsionis facta ꝑ filiumfam. ignorante patre, cui ratificãti acquirebatur, aliàs inefficax reddebatur. l. fi. ff. quis ordo in bonor. poſſeſ. ſer. l. j. C. qui admi. ſatis enim uiſum prætori fuit nullum ex agnitione inferri patri pręiudicium, cũ non implicetur oneribus hæreditariis, niſi ratificauerit. iuribus præalleg. & l. fin. in pluribus locis. C. de bon. quæ liber.

Item differunt in modo acquirẽdi. nam in hęreditate ſuccedıtur propria uoluntate, cũ ſolo animo quis hæres efficiatur. l. gerit. & l. pro hærede. ff. de acquir. hæred. & l. mutũ. cũ glo. illo eod. tit. ſed in bonorum poſſeſsione agnoſcẽda requirebatur de iure antiquo decretum, uel iudicialis agnitio de iure nouiſsimo. l. iij. §. cauſa cognita. cum not. ff. de bonorum

rum poſſ.l.fin.C.qui admit.§.fi. inſtit.eo.tit.

Differũt etiam aliqualiter in modo tranſmittendi ad hæredes ſucceſſiones prædictas:ut per Iaſo. & ſcribentes.in d.l.emancipata. quamuis enim regulariter non tranſmittatur hæreditas nec bonorũ poſſeſsio non agnita, attamen ratione ſuitatis hæreditas ad quoſcunque trãſmittitur, quem effectũ nõ poteſt operari ſuitas in bonorum poſſeſsione edictali tranſmittenda,ut per Iaſ.in d.l.emãcipata.col.v.& Rimin. in præalleg. l.j.colum.xv.ubi probat non procedere hoc caſu ar.ab exæquatis, etiã, quòd diceremus iſta eſſe exæquata propter diuerſitatem rationis, quæ reperitur in prædictis.In modo autem repellendi adæquantur proniſiones prædictæ,lege non eſt ambigendum.in fi.ff.de bono.poſſ.l.j.in princ.cum glo.ff.de contratab.unde ſicut excluſus tempore à bono.poſſ. poteſt ex alio capite uenire.l.j.§.ſed uidendum.ff.de ſuc.edict. ita excluſus ab aditione hæreditatis. nam ſi hoc fieri non poſſet in aditione hereditatis, fieri etiam non poſſet in bon.poſſ. à qua eodem modo quis excluditur,quo ab aditione.d.l.non eſt ambigendum.& not.Areti. in l. quandiu. la prima,col.fi.ff.de acqu. hæredit.

Poſtremò circa prædicta aduertedum pro perfecta intelligentia & declaratione iſtius legis & materiæ, ꝙ

14 †ſicuti de iure ciuili eſt dare hæreditatem,ius adeundi,& aditionẽ, quæ diuerſa ſunt:ut per Bar.in rub.ff. de acquir.hær.& in princ.l.iii.ff.de bonorum poſſ.ita de iure prætorio aliud uidetur bonorũ poſſeſsio, quæ eſt loco hęreditatis, aliud ius petendi & agnoſcendi ipſam bonorũ poſſeſsionem, quod ſuccedit loco iuris adeundi de iure ciuili, & aliud ipſa conceſsio & agnitio bonorum poſſ. quæ eſt loco aditionis,quæ eſt actus quidam animi,& facti: ut per Rim. in præallega.rubri. qui admitti. colum.viii.

Quamuis ergo hæreditas ſit ſucceſsio in uniuerſum ius, quod defunctus habuit.l.hæreditas.ſ.eodẽ:

15 tamen.† bonorum poſſeſsio ſecundum Bart.in d.l.iii.in princi. nõ eſt ſucceſsio,ſed ius ſuccedendi.Verùm Rim.loco præalleg.hoc reprehendit per dictam l.iii.ibi, uniuerſitatis ſucceſsionem.& §.ſed cùm plures.inſti. de bono.poſſ.& l.iii.C.unde leg. ubi hæ bonorum poſſeſsiones ſucceſſiones nuncupantur.Hinc not.dixit Bart.in l.ex aſſe.ff.ad Trebell. quòd hæreditas eſt quoddam ius uniuerſale hæreditarium.Et hoc apud bonorum poſſeſ.utile eſſe dicit.& Are.in rubr.de acquir.hæred.col.j. dicit, ꝙ hæreditas & bonorum poſſ. inquantum conſiderantur ut ius quoddam & ſucceſsio uniuerſalis æquiparãtur & eiuſdem naturæ ſunt. ita ꝙ ſic dici poteſt ſucceſsio de iure prætorio ſicuti de iure ciuili. ad quam quidẽ ſucceſsionem de iure prætorio inuẽtam acquirẽdam introduxit prætor bonorum poſſeſsionẽ.ita ait uoluiſſe dicere Iuriſconſultum in d.l.iij.in princ.& in d.§.bonorum. de bono. poſſeſsio. & probatur,licèt ab Aret. non allegetur,in l. bonorum. ſuprà tit.proximo.Conſiderato igitur iure illo uniuerſali bonorũ poſſeſsio ſatis

ſatis dici poteſt ſucceſsio, & ita procedunt iura quæ bonor.poſleſs.ſucceſſionem appellant: ſed quo ad formalitatem differunt.hæreditas enim ſolo animo acquiritur, ſed bonorũ poſſeſ.mediante decreto uel agnitione iudiciali: ut dictum eſt, ideò aliter diffinitur quàm hæreditas,ut patet in dict.l. iii.in §. bonorum. Dũ igitur Barto. dixit bonorum poſſeſ. non eſſe ſucceſſionem, ſed ius ſuccedendi:ſecundum formalitatem,eius ſermonem intelligere oportet, aliâs ut ex prædictis liquet, malè diceret.

* *Et in dicto iure adeundi agitur de iure quærendo, non de quæſito. ex quo requitur notabilis effectus, ut per Dec.ad fin. tit. ſuprà quod quiſque iur.]

16 Poſtremò not. †quòd ſicuti prætor hæredem facere non poteſt: ita nec poteſt facere quempiam deſinere eſſe hæredem. ita gloſſ.Alexand. Aretin.& alii,in l. ex duobus.in §.fi.ne.& in l.in ſubſtitutione.ff.de uulga. Tu tamen conſidera: quia mihi non ſapit, & id à ueritate alienum eſſe uidetur. & ſi enim prætor non haberet per prius legis condendæ poteſtatem, ideòque hæredem facere non poſſet, habebat tamen poteſtatem corrigendi legẽ.ff.de iuſti.&c iure l.ius autem ciuile.& faciẽdi hæreditatem ad alium ſpectare.§.emancipati.de hæred.quæ ab inteſt. & de bono.poſſeſ. per totum. ergo facere deſinere quem eſſe hæredem: & cõtraria eſt determinatio,quãdo ratio eſt cõtraria in contrariis:ut per ſcriben. in rubri. ff. de acquir. poſſeſ.

SVMMARIVM.

1 *Creditor conſentiendo alienationi pignoris, cenſetur ius ſuum remittere. Limita. nu. 2. 4. & 6.*

*§. Si in uenditione.l.iiij.ff.quib. mo. pig. uel hypo. ſol. ornatur.*

3 *Creditor ſciens debitorem pignus uendidiſſe & non contradicens,ſibi non præiudicat.*

*§. non uidetur .l.ſicut. ff. eod. titu. ornatur.*

5 *Vxor conſentiens marito alienanti res hypothecatas,ſibi non præiudicat, niſi in eo in quo conſenſit.*

L. CXIX. CAIVS.

CREDITOR qui promittit rem uenire,pignus dimittit.

SVMITVR ex legibus in glo. 1 alleg. cenſetur † enim per talẽ actũ ius ſuum remittere,quod unicuique permiſſum eſt.l. pen.C.de pact.& 2 ideò † ſi cõſentiret ſalua cauſa pignoris ſui, aliud eſſet.l. iiii. §. ſi in uenditione.ff.quib.mod.pig. uel hypo. ſol. de quo text.uide Roma. in conſil. lxiii.col. ii. Paul. de Caſt. in conſilio clxii.col.fin.Alexan. conſi. cxxx.lib.iiii.Socin. conſi.cxxxv. col. ii. lib. ii. & in c. i. col. xxxiii. uerſi. ex prædictis.de litis conteſt.Iaſ.in l. ii.in princ.ff.ſi quis cau. & Deci. in conſi. cccclx.

3 Nec uidetur †conſenſiſſe creditor, ſi eo ſciente & aliud non faciente debitor rem uendiderit, cum ius ſuum ſaluum durare ſciret: ut dicit text.

text.nota.l.ſicut.in §.nõ uidetur. ff. quib. mod. pig.uel hypote. ſol. Ad cuius declarationem & intelligentiã plura ſcribunt Feli.in c.eccleſia. col. ix.de conſti. Iaſ.in l.emancipata. in primo not.C.qui admi.& in authẽ. ex cauſa.col.pe.& fi.C.de libe. præ. & Mod. Aſten.in tract.de forma. in articulo de probatione & præſumptione formæ. col. xliiii. uerſic. ſed eſt conſiderandũ.Mode. de Fano loco infrà citando. Et quãuis in caſu præſentis regulæ, pignus remiſſum
4 cenſeatur,aliud †tamen eſt in debito,quod propterea debitori remiſſũ non cenſetur h. poſtquàm. ſuprà de pact. ſecundum Dec.quẽ ſequuntur præfati Moder.de Fano in tract. de pig.in tertio mẽbro ſextæ partis,nu. xi.xxiiii.& liiii. Et ratione prædicta.
5 ſubiicit hic Dec.quòd †uxor marito pignus remittere poteſt, quia nõ eſt donatio,l.ſi pignus.ff.de his quæ in frau.cred.& l.etiã. C.ad Velleia.ubi glo.& doct.notant. reſtringiturque ad illas res & perſonas quibus accõmodatus fuit prædictus conſenſus,l. iubemus.C.ad Velleia.de quo uide Pau.de Caſt.in conſil.cxvii.in antiquis.Soc.conſil.cxxv.uol.iiii.Matt. de Afflict.in dec.regni.ccexj.cũ ſeq.
6 Poſtremò †ad hanc regulã xi.amplia.& xii.limit. ordinarũt prædicti Mod.loco ſuprà alleg.fol.lvi.& ſeq. ibi uide ne fruſtra ſcriptura chartas occupet. contra text. in c.ſi Roma. xix. diſtin.

SVMMARIVM.

1 *Eadem res an & quando poſſit noſtra eſſe ex pluribus cauſis.*
2 *Scientia an inflet,& quos.*

L. CXX. PAVLVS.

NON ut ex pluribus cauſis deberi nobis idem poteſt: ita ex pluribus cauſis idẽ poteſt & noſtrum eſſe.

SVMITVR ex legibus in glo. alleg. eſt materia §.ex pluribus.l.iii. ff.de acquirend. poſſeſſ. ubi uidendum eſt.

In text.ibi, ex pluribus. id eſt etiã diuerſis temporibus intrantibus: ſecundum Dy.& Alb.de Roſ.exponẽtes eadem uerba in fi. ad aliud pro-
1 poſitum dicta, ꝙ † eadem res nõ poteſt noſtra eſſe ex pluribus cauſis ſuc̃ ceſsiuis,ſcilicet ſiue ſimul in idẽ tempus traditionis non concurrentibus ſecus ergo ſi eodem tempore cõcurrant: ut infrà per Dec. licèt de Alb. non faciat mentionem.

Duæ limit.Pau.de Caſt. ibi relatæ hic per Dec. circa primum dictũ regulæ quando cauſæ eſſent contrariæ uel altera inualida:& ſi uerę ſint in ſe non ſunt bonæ limitationes ad regulam iſtam, quæ intelligitur de habilibus.l.qui teſtamento.ff.de teſtam.l.i.C.de ſacroſan.eccle.Secundum dictum limita,ut ſcripſi in l.neque pignus.in prin.ſ.eo.Cætera de hac materia dic,ut per ſcribentes in d.§.ex pluribus.Et ad gl. dicentem, quòd ſi egerim rei uendicatione, & ſuccubuero, inde iterum agam; repellor.uide Bart.& doct.melius declarantes in l.& an eadẽ. in §. actiones.ff.de except.rei iudi.& in l.j. in prin.ff.de eden.

Eſt etiam ſignanda iſta glo.in fi.
2 ad illud uulgatum dictum,q† ſcientia inflat.glo.reprehendit,quia ſcientia cauſat ſuperbiam,ſuperbia inflationem.Et ſic ſcientia dicit glo. non eſt cauſa proxima ſuperbiæ,ſed cauſa remota.Ad oppo.eſt text. contra quem dicit glo.in c.niſi cum pridẽ. in ij.col.de renun. ubi referendo au ctoritatem Apoſtoli expreſsè dicit, ſcientia inflat, charitas ædificat: quodque ideò imperfectum ſcientię ſupplere poteſt perfectio charitatis. Inflat autem ſcientia ruſticos, nobiles nequaquam: ut per Bal.in l.mercalem C.de cond.ob turp.cauſ.Feli. in c.ſuper eo.el ij.de teſtib.& probatur ſecũdum aliquos in l. Domitius Labeo.ff.de teſta. ut tamen ſubtilis Aret.ibi declarat, ille text.aliter intelligi debet.

SVMMARIVM.

1 *Conſentiens uenditioni an teneatur de euictione.*
*L.Si pater.in fi.ff.de manu. uindict. ornatur.*
2 *Aliud eſt uendere, aliud promittere de uendendo.*
3 *Prohibitus contrahere an poſſit alteri contrahenti conſentire.*

L. CXXII. VLPIANVS.

ALIVD eſt uendere,aliud uendenti conſentire.

SVMITVR ex legibus in glo. alle.quam glo.Bar.multum no.mãdat † ad cognoſcendum,quando cõ-
1 ſentiens uenditioni de euictione teneatur. Adducit etiam Dec.duo alia ſimilia,in l.cum pater.in §. libertis. ff.de leg.ij.& in l.ſi pater.in fi.ff. de manu.uind.quæ iura adduxit prius hic Alb.Et de illo no.text.l. ſi pater. in fi.cum materia.uide Bald. in l.ii. q.xx.ff. de reſcind. uend. Signo. in conſi.lxj.Barb.conſi.xlj.col.v.& vii. lib.iii.Fel.in c.eam te.col. xv. de reſcript.Dec.in c.j.col.j.& in c.ij. col. vj.de iudic. & in c. at ſi clerici. in §. de adul.col.xj.eo.tit.& in rub.C.de pact.ad fi.& in cõſ.cl.col.ij. & Aqu. in l.Gallus.in §.uidendum col.fi.ff. de lib.& poſthu.

Adde etiam huic regulæ aliud pa-
2 riter † eſſe uendere, aliud promittere de uendendo: ut per gloſ.not. in l.in bonæ fidei.ff. de eo quod certo loco.ubi latè Iaſ.ad fi.j.col.cum ſeq. faciunt dicta Alex.in conſi.xlv. lib.
3 v.Et an † prohibitus cõtrahere, poſſit alteri contrahenti conſentire? conclude ſecũdum Dec. hic quòd ſic,ſi eadem ſit ratio, aliàs ſecus.de quo uide latius in locis ſuperius allegatis.

SVMMARIVM.

1 *Quod fit à maiori parte uniuerſitatis,cenſetur fieri per totam, & quomodò procedat.*
2 *Intelligitur per fictionem nu.2.*
3 *Concorditer factum quando dicatur.*
5 *Syndicatus legitimus quando dicatur,& an ſufficiat dicere duas partes interueniſſe.nu. 6.*
7 *Abſentes an ſint uocandi, & an maior pars intereſſentium actum poſſit*

*ſit expedire ſi maior pars uniuerſitatis legitimè citati non uenerint. nume.8.*

10 *L.quòd maior.ff.ad munic. ornatur, & limitatur.nu.12.*

11 *Statutum quòd ſacris initiatus non admittatur in cõſilium an ualeat.*

13 *Tit.de his quæ à maior.part.c.extrà non habet locum in profanis.*

14 *Alia cauſa eſt uniuerſitatis,alia ſingulorum de uniuerſitate.*

15 *Subditus capitulo, eſt ſubditus in uniuerſo non ſingulis de capitulo.*

16 *Subditus* Do. *Venetorum, eſt ſubditus omnibus ut uniuerſis, non ſingulis ipſorum.*

17 *Contradictio aliquorum de conſilio, non facit, quin dicatur facta per conſilium, & an tales poſſint dici conſentientes.*

18 *Factum per conſilium populi, cenſetur factum à populo. Limita nume. 19. 20.*

21 *Vniuerſitas quando poſſit delinquere & puniri.*

§. Refertur ad uniuerſos, quod publicè fit per maiorem partem.

Repvtatvr not. & utilis §. per Alber.de Roſa. hic. Sumpta fuit ex l. municipales, & ex l. quod maior. ff. ad munic. cum ſimilibus.

1 Quod †ergo fit per maiorem partem populi, cenſetur per uniuerſos, totumque populum fieri. Et quod fit à maiori & ſaniori parte capituli, per capitulum cẽſetur factum.c.j. & ult.de his quæ fi.à mai.par.cap. Eodem modo quod à maiori parte ordinis ſalubriter fuerit conſtitutum, cùm duæ partes ordinis in urbe poſitæ,totius curiæ inſtar exhibeant,ut dicit tex.in l.nominationum. C.de decurio.lib.x.tex.uerò d.l.quod maior. illud inquit, quod facit maior pars curiæ,pro eo habetur,ac ſi omnes egerint: ſicque†per uiam fictionis,ut per Abb.in c.cùm olim. ad ſi. de re iudic.& Deci.hic in princi. Et clarè huiuſce §. & omnium præallegatorum iurium oſtendunt uerba. 2

Ratio autem regulę ſecundũ glo. & Dec.eſt,quia facilè diſſentiunt homines.l.quia poterat. ff.ad trebel. ideò diſſicaliter expedirentur uniuerſitatum negotia, ſi omnium conſenſus requireretur,imò perrarò. unde licèt in aliquo actu uniuerſitatis dicatur dę conſenſu omnium,intelligitur ſecundum ſubiectam materiam, id eſt maioris partis:ut per Dec.hic. & in c.cùm omnes, infrà alleg. ubi

3 etiam ſcribit prout hic dicit†concorditer factum,quod a maiori parte factum fuit, habita ſcilicèt relatione ad collegium uel uniuerſitatem: ſecus ſi ad ſingulares haberetur relatio. Cur autem actus à maiori parte uniuerſitatis factus teneat, licèt omnes non affuerint, aſſignatur ratio per text.dict. l. nominationum. ne paucorum abſentia,ſiue neceſſaria ſiue fortuita, impediat factum maioris partis.

Intellige prędicta ſecundum glo.

4 hic, †dummodò duæ partes omniũ conſiliariorũ uenerint & interſint, conſenſeritque maior pars: ut hic & l.nulli.& l.planè. ſuprà quod cuiuſ. uniuerſ.nom. quicquid alibi dixerit Sali.ut per Ioan.de Pla.in d.l.nominationum. & Iaſ. in conſi. cxl. libr. iiij. ubi

iiij.ubi enim ſunt duę partes uniuerſitatis.ibi tota uniuerſitas uel collegium adeſſe cenſetur.d.l.nominatiõ num.tradit Bald. in dict.l. nulli. & Corn.in conſ.ccxxiiij.col. j. lib. iiij. Et ſi agatur de electione in numero maioris partis,computatur etiam ipſe electus, & ſic obtinet uicem eligentis & electi.d.l.planè.

Et propterea ſcribi debet in inſtrumento, quòd interfuerint duæ partes.Barto.in l.j.ff.de alb.ſcrib.& in l.fin.C.de præd.cur. lib. x. Bald. in d.l.nulli.& in l.fi.C.qui bo. ced. poſ. imò dixit notab. Alex. in conſ. xviij.col.ij.lib.ij.& in conſi.j.col.ij.
5 libr.iiij.non eſſe †legitimum ſyndicatum uniuerſitatis, niſi in eo dicatur quòd interuenerunt duæ partes ex tribus,& quòd maior pars cõſenſit:ut etiam per Aret.in §. præterea. col.xxiiij.de excep.ubi ponit ea quæ poſſunt opponi contra ſyndicatum. Iaſo.in l.& hæredi.in §.hodie.ſuprà
6 de pact.ubi etiam Alex. Niſi †enim dicatur de duabus partibus ex tribus, intelligitur de duabus partibus ex duodecim:ut poſt Bar. & Angel. ſcribit Firmianus in ſuo reperto. in uerb.pars. Sed iura præalleg.uidelicet l.nulli l.planè.l.decurionum. cũ ibi not.l.iij.ff.de decre.ab ordin. facien.cum not.ibi per Barto.& Alex. Abb.in c.j.col. fin. de his quæ fiunt à maio.part.capitu.probant oppoſi. ſufficere dicere duas partes interueniſſe, & ſic intelligitur ex tribus, licèt non dicatur. & hoc in terminis tradit Alex.in l. cùm quæſtio. colũ. j.C.de leg.* & Dec.in l.iij. col.ij.C. de teſta.milit.]nec eſt lex quæ requirat exprimi duas partes ex tribus.Et non ſunt multi dies,quibus diſceptabatur ſuper intelligentia cuiuſdam ſtatuti requirentis interuenire quatuor partes uniuerſitatis, de quibus partibus intelligatur, & reſpondebamus de quatuor ex quinque ſcilicèt, per prædicta: & ſimiliter ſi loquatur de octo partibus,intelligitur ex noue. Non obſt. deciſio ſuperius mentionata. procedit enim in hæreditate, quam lex in xij. partes diuidit:in alijs uerò rebus ſecus: ſecundum Angel. in l. defuncta.ſuprà de uſufru.quapropter ſi duas partes rei petieris,non duas ex aſſe, ſed ex tribus partibus petiiſſe uideberis. ꝙ ſi ſex partes dari teſtator uoluerit, ſemiſſem deberi certum eſt. ita procedat dictum Bart.in l.interdum.ff. de hęredi.inſtit.& ſequitur Alcia.in l.nomen filiarum. in uerſic.portionis. ff.de uerbo.ſignifi.Adde omnino Fel. in cap. ij.col.v.de libel.oblat.& ea quæ ſcribunt Cæpol. in caute.xxix.Deci. loco infra alleg. & Iaſ.
conſ.liiij.ponentem,an†abſentes uocandi ſint. Et quando †illi qui faciunt maiorem partem uniuerſitatis aut conſilij nolunt uenire,etiã legitimè uocati, an maior pars intereſſentium actum poſſit expedire:ponit Seue.in repetition.l.omnes populi. column. xv.& xvj. de iuſtit. & iur. 7 8

Intelligitur ſimiliter prædicta cõcluſio †quando uniuerſitas fuit legitimè congregata,& ex generali licentia ac poteſtate id facere poterat: aliàs ſecus, ſi reſtrictam uidelicet & limitatam poteſtatem ad aliquos actus habeat. fruſtrà enim ultra manum poneret. Corne.plenè in dict. conſ. 9

* conſ.ccxxiiij*Vide etiam ad materiã iſtius §.cum gloſ. & prædictis Rui. in cõſ.clxxxix.li.1.] Rurſus ad decla
10 rationem † & limitationẽ d.l.quod maior . poſſent plura adduci,de quibus per Abb.in tra.conſ.lij.Baſil.in primo caſu primi dubij.Barb.in cõſ. vij.lib. j. Alexand. conſi.cxxiiij.lib. ij. & conſil. cxcij. libr. vj. in l. ij.ad fin. C. de pact. in l. omnibus.ff. ad trebellia . ubi docet à quibus poſſit ſyndicus uniuerſitatis conſtitui . Felin. in cap. cùm omnes. colum. j. de conſtitut.in c.non poteſt.colum. iij. & fin. de re iudi. & in cap. dilectus. el ij.colum. fin.de ſimo. Curt. Iuni. in conſi. clxxiiij. col. fin. Corſet. in ſing. in uerſ. uniuerſitas . Aquen. in lib. iiij. in §.Cato.colum. fin. de uerbo. obliga. Deci. in d. c. cùm omnes, in penultima columna ij. lectu. & in capitulo conſtitutus. de appellat. Iaſ. conſil. lxxj. lib. iij. Ripam lib. j. de legib.cap. xxij. Iaſo.& ſcribentes in l. ciuitas. ff. ſi certum petat. & Alciat. in l. collegarũ.
11 ſuprà tit. j. ubi ponit † nunquid ualeat ſtatutum collegij uel populi diſponens, ne qui ſacris initiatus eſſet admitteretur in collegium uel conſilium. Et pariter ſtante ſtatuto iurato ne quis recipiatur niſi omnibus conſentientibus,an maior pars admittere quempiam poſſit.

Prædicta uerò concluſio & regula l.quod maior . locum ſibi uendicat in his quæ communia ſunt pluri
12 bus ut uniuerſis : ſecus † ſi ut ſingulis : quia tunc omnium requiritur conſenſus . quod enim omnes tangit, ab omnibus approbari debet . l. per fundum . ff. de ſerui. ruſti. prædi. tradit Deci. in d. capit. cum omnes. in ſecunda colum, primæ lecturæ .

Nec requiritur quòd ſit factum à maiori & ſaniori parte copulatiuè prout in c.j.& toto titul.de his quæ a mai. parte cap.nam illud procedit in rebus eccleſiaſticis : ſecus in profanis, & ſecularibus, in quibus iura ciuilia ſpecialiter dicunt, quòd maior pars attenditur : ut concludunt Alexan. & alij in l. maiorem . ff. de pact. Dec. in dict. c. cum omnes. in ulti. colum. ii. lect. & Curt. in tracta. de iure patr. fol. xiii. col. ii. in lix.q.

14 Alia † tamen eſt cauſa uniuerſitatis, alia ſingulorum de uniuerſitate .ff. quod cuiuſque uniuer. nomi. l. ſicut. §. ſi quid . pulchrè Deci. in conſil. lxi. colum. fina . Felin. in c. cam te . colum . x. de reſcript . & in cap.dilectus. el ii. colum.ſecunda de ſimon. ubi dicit aliud eſſe uniuerſitatem, aliud ſingulares de uniuerſitate .

15 Et quòd † ideò clericus iurans Epiſcopo & capitulo ( iuxta text. cap. cum clerici. de uerbo. ſignifi. ) non eſt ſingulariter canonicis ſubditus, ſed omnibus tanquam capitulo : ut per eum . & ſic † etiam Magnificis illuſtribuſque dominis Venetis ſubditus, non eſt ſingulis ipſorum ut ſingulis ſubditus, ſed omnibus ut uniuerſis, & excelſo eorundem dominio uniuerſaliter conſiderato,ad quod uidetur te.no.in l. ſed ſi hac. in §. qui manumittitur. ff. de in ius uoc. faciunt quæ ſuprà dixi de cauſa uniuerſitatis, quæ alia eſt à cauſa ſingulorũ,ut ultra præallega

lega. ponit etiam Pariſi. conſil. xcj. lib.iiij. Cùm tamen penes ipſos no biles ſit dominium, omnes meritò ipſi nobiles præhonorantur.

17 Ex quibus etiam patet, quòd †licèt aliqui in ſenatu uel conſilio alicuius principis fuerit contrariæ ſententiæ aut opinionis eius quod per alios communiter concluſum fuit, cum plurimorum præualeat ſententia, maiorisque partis attendatur factum, quòd ſententia uel concluſio prædicta per ſenatum conſiliumúe dicitur facta.& relationes & contradictores poni poſſunt: prout recuſantibus quandoque illis, qui contrariæ fuerant opinionis, uidi fieri, apponique & nominari in fine ſententiæ uel concluſionis per ſecretarium. Rectè itaque dicitur perſonarum uel conſilium præſentibus talibus &c.etiam quòd ex illis nonnulli contradixerint.Et nota,quia non ſolet dici conſentientibus, quamuis etiam ſi diceretur de conſenſu omnium non eſſet falſitas, per hunc text. & d. l. quod maior.cum aliis. *hic per Deci.alleg.* & per eundem in cap.licet euitanda,col.2.de elect.] melior tamen eſt prædicta practica, ſecundum quam ſolùm dicitur præſentibus, &c.

18 Et gloſ. hic uolens, quòd †factū per conſilium populi, cenſeatur factum à toto populo per conſiliū repræſentato,eſt not.cōcordat cum gl. per quoſdam pro ſingulari reputata. in rubri.C. quæ ſit longa conſuetu.uide Alexan.in apoſtil.ad Bar.in l.hi qui. ff. de iure immu.tubi alleg. etiam alias glo.ratio patet ex prædictis, & ponit Car.Ale.in ca. ſenatuſ. per illum tex. ij. diſt.decreti.

19 Quam †concluſionem reſtringe ſeu limita tripliciter ut dixi in l.ij.in prin.in uerſicu.fin.col.iiij.ff. de ori. iur.

20 Item †in delictis perpetratis ſeu factis per cōſilium populi: nō enim attribuuntur populo, quia in generali poteſtate eis data non includitur poteſtas delinquendi, niſi dicatur uel poſteà ratificetur.l.j.in prin. ff.de magiſtrat.cōue.l.ſi procurator. ubi Bart.& alii not. ff. de condi. indeb. Oldr. conſ. lxvj. Corn. conſi. ccxxiiij.præalleg.Felin.in c.j.col.vj. ut lite non conteſta.in ca.nouit.col. viij.de iudi.in dict. c. dilectus. el ij. col.fin.cum ſimil.& Pariſius præal-

21 leg.An autem & quando†uniuerſitas delinquere poſſit & puniri, regreſſumque habeat contra conſiliarios & rectores,& in quibus caſibus parcatur multitudini, ultra ſuprà allegata,uide Feli.in dict.c.dilectus. col.j.& fin. Bart.& alios in l. aut facta. in §.fin.ff.de pen.omnes docto. in d.l.ciuitas. & Pariſium in conſil. xxj.& xcj. lib. iiij.

## SVMMARIVM.

1 *Reſoluto iure datoris, reſoluitur ius acceptoris.*

§. Abſurdum eſt plus iuris habere eum, cui legatus ſit fundus, quam hæredem, aut ipſum teſtatorem, ſi uiueret.

FACIT

Facit alia regula l. nemo plus iuris. ſuprà eo. & l. quod ipſis. & §. fi. l. in omnibus officiis. infrà eo. vbi gl. cir. fi. has regulas citat. Cùm igitur melioris conditionis eſſe non debeã, quã ſit meus author à quo ius in me tranſit, infert ad illud vulgatũ, quòd † reſoluto iure datoris,
1 reſoluitur ius acceptoris. l. lex vectigali. ff. de pign. & hyp. ad quod plures cotas hîc citat Deci. & vltra vide Anch. cõſ. lxiij. & cxxxiiij. Alex. conſil. xlv. vol. v. Iac. de ſanct. Geor. in tract. feu. in verbo, qui quidẽ inueſtiti. col. xvij. & in verbo, ita etiã quòd ipſi vaſalli. col. penul. Deci. in conſi. ccxxxxix. col. iiij. Mode. de Fano in tracta. de pigno. in primo mẽbro qntæ partis prin. nu. 53. cũ ſeq.

SVMMARIVM.

1 *Conditio habetur pro impleta quando ſtat per eum, ad quem pertinet quominus impleatur, & quomodò procedat.*

L. CXXII. VLPIANVS.

IN iure ciuili receptum eſt, quotiens per eum, cuius intereſt conditionẽ impleri, nõ fiat, quominus impleatr, perinde haberi, ac ſi impleta conditio fuiſſet: quod ad libertates, & legata, & ad hęredum inſtitutiones pducitur: quib[9] exemplis ſtipulationes quoq; committuntur: cum per promiſſorem factum eſſet, quominus ſtipulator conditioni pareret.

Svmitvr ex legibus in gloſ. alleg. & præſertim ex l. iure ciuili. ff. de condi. & demonſt. vbi ad verbum ferè poſitã leges. Et inſeritur etiam lib. vj. de regu. iur. in c. cùm ſtat per eũ. vbi Ioan. Andr. in mercuriali. inducit ad not. q.

1 Not. ergo, quòd † cum ſtat per eũ ad quem pertinet quominus cõditio impleatur, pro impleta haberi debet. cõcordãt iura pręalleg. Gloſ. hic not. declarat hanc legem & clariùs adhuc glo. in d. c. cùm ſtat. aliter etiam exemplificãs. Deci. hic accommodat quaſdam limit. de quibus latiùs per Paul. de Caſt. & Soci. in dicta l. iure ciuili. etiam per omnes ſcribentes in l. j. C. de inſtit. & ſubſtit. & in l. fi. C. de condi. inſer.

SVMMARIVM.

1 *Neceſſitas non habet legem.*
2 *Fornicatio vel adulterium non permittitur prætextu neceſſitatis.*
3 *Furtum propter neceſſitatem permittitur, intellige nume. 4. 5. 7. & 8.*
6 *Vuas comedere in agro alieno licet in neceſſitate, non tamen exportare.*

L. CXXIII. PAVLVS.

QVæ propter neceſſitatẽ recepta ſunt, non debent in argumentum trahi.

Svmitvr ex legibus in glo. alle. & inſeritur hęc regul. etiam in vj. de reg. iur. in c. in argumentum vbi eſt gl. optima pro declaratione

iſtius regulæ, ad quẽ te remitto, ne
fruſtrà occupem membranas. Ne-
1 ceſſitas † ergo non habet legẽ: &
quod nõ eſt licitũ, facit quandoq;
licitum, durante, ſcilicet neceſſitate
l.j.cum ibi not.ff.de offi. conſul. vt
hic not. Dec. de quo latè per Barb.
in ca.quanto. col.v. de cõſue.& per
quendam Pet. Gerardi in not. ſuo
100. Felin.in c. omnes.j. diſt. decr.
Dec. poſt alios ibi in l.j.ff. de offic.
eius.in iiij.not.& ſuper gl. in verbo
non aliter. Et dicit pulchrè Bald.in
l.diuus.ff.de peti.hær. quòd tempo
re neceſſitatis, ideò ceſſant legis prę
cepta, quia lex debet eſſe poſſibilis,
extremitas verò ꝑſupponit impoſ-
ſibile. Aduerte tamen inquantum
Dec. hic & in locis præalleg. ait, ꝙ.
2 † propter neceſſitatem licita nõ eſt
fornicatio, nec adulteriũ.l. palàm.
§.non eſt ignoſcendum.ſuprà de ri
tu. nupti. vbi neceſſitas quãuis co-
gat ad turpia, non tamen excuſat
turpem vitam: ſecus in furto, quod
propter extremam neceſſitatẽ per-
mittitur. ca. ſi quis propter neceſſi-
tatem. cum gloſ. de furt. ratio aſſi-
gnatur. Quia mediãte furto imme
diatè neceſſitati famis prouidetur:
non ſic in coitu illicito, ex quo nõ
ſatiatur fames: vt hic per Deci. Nã
talis concluſio periculoſa videtur.
ideò Ioã.de Ana.timoratæ cõſcien-
tiæ vir in dict.c.ſi quis propter.& in
c. quoniã. de ſimo. vacillat, pedem
firmare nõ audens. Communis eſt
doct.concluſio receptaq; ſententia,
3 quòd † tempore extremæ neceſſita
tis licitum ſit furari: quia tali tem-
pore omnia debent eſſe cõmunia.
c.ſicut hi.xlvij.diſt.l.ij. cũ gl.in ver
bo, conferret. ſuprà ad leg. rho. de
iact. vbi Ang.infert ad milites ſtipẽ
dio conductos, vt etiam per glo. in
dict.c.iij.de furt.

Et proterea furtum propriè com
mitti non dicitur, quia aliena res
non contractatur: ſecundũ Abbat.
& Anan.in locis præalleg.

Et prædicta intellige quãdo eſt
tanta neceſſitas, quòd rapiens peri-
ret, niſi raperet, tunc excuſatur ab
omni culpa. ita intelligitur cap. di-
4 ſcipulos, de cõſec. diſt. v. ſed † quan
do tanta neceſſitas non vrget, alle-
uiatur pœna & culpa, ſed non excu
ſatur ex toto. ita etiam intelligitur
tex. præalleg. ca.iij.de fur. ſecundũ
Abb. & Ioan. de Ana. in d.ca. quo-
niam. nec etiam in foro cõtentioſo
per iudicem puniri poterit, qui pro
pter ineuitabilem neceſſitatẽ talia
ſubtraxerit: ita Abb. in d.c.iij.ad fi.
& Ang.in l.ij.§. cũ in eadem. ſuprà
ad legem rhod. de iact. vbi inquit,
quòd ſi tempore cariſtię familiaris
vel mendicus panem furatur, non
punitur, & ſequit' Ana. in dict. c.iij.
ad fin. Et ſic in effectu volunt præ-
fati, quòd taliter ſurripiẽs comeſti-
bilia, ita demũ excuſetur, quòd pu-
niri non poſſit, quãdo aliter ſubue-
nire ſibi nequit, eſtque in periculo
mortis, niſi faciat. Si ergo modum
habeat emendi prędicta, ſeu ſubue
niẽdi, licèt maxima inſtet penuria
& cariſtia, de ſuo id facere debet,
non aliena rapere, nec tũc aliter fa-
ciens excuſaretur, quod nota.

Videntur etiam præfati ſcriben.
5 velle, quòd † tunc excuſetur rapiẽs
quando modicum quid raperet, vt
famem ſatiaret, vt loquitur tex. in
d.c.

d.c.diſcipulos. ſecus ergo ſi raperet & furaretur magnam quantitatem cibariorum & commeſtibilium rerum. Facit quod ſcribit Felin. poſt alios in dict.c.omnes leges. colum. fin. ad intelligentiam.d.c. diſcipu-
6 los.† licitum eſt in neceſſitate vuas comedere in agro alieno, ſed nõ exportare: & quòd ideò ruſtici vuas exportantes trahuntur per plateas vuis ad collum pendentibus. vidimus etiam annis præteritis quaſdã mulieres fuſtigari, eo quòd ſaccum frumenti furto ſubtraxiſſent. Inuenio etiam, quòd Dec. in gloſſ. præalleg. ſuper verbo, non aliter: ex ratione ſuperiùs relata, cur potiùs permittatur furtum quàm fornicatio, quia ex furto immediatè neceſſitati famis non prouidetur, infert
7 † aliud eſſe in eo qui furaretur argentum aut veſtem, quia militaret eadem ratio, quæ eſt in muliere cõmittente adulterium propter neceſſitatẽ: quia ex tali furto immediatè non ſatiatur. Sed huiuſcemodi diſtinctio, videtur contra tex. præal leg.c.iij. expreſsè loquẽtis de veſte. ideò Ioan. de Ana. in d.c. quoniam. col.ij. dicit conſiderandum, quòd iura prædicta quæ propter neceſſitatem famis vel nuditatis furtũ permittunt, videntur permittere furtũ cibariorum & veſtium. ſicq; aliud forſitan eſſe, ſi alia, inquit, res ſurripitur: quamuis tex. d.c.iij. videatur permittere furtum pecorum, quod mihi non placet. cum tex. ille velit, quòd fiat reſtitutio. Ego tamen in prædictis crederem, quòd inſtante maxima neceſſitate & mortis periculo, niſi raperetur veſtis, quod licitè fieret, quẽadmodum de cibariis dictum eſt propter rationis identitatem. Et quia illa ratio doctorum, quòd tempore neceſſitatis omnia ſunt cõmunia, videtur pariter hoc caſu militare.

8 Eſt tamẽ not. quòd † ille qui ob maximam neceſsitatem licitè ſurripuit, tenetur inde cum facultas datur reſtitutionẽ facere: vt per Abb. in d.c.iij. quæ bene not.

## SVMMARIVM.

1 *Verbum, concedo, quid importet.*
2 *Verbũ, trãsferre plus ẽ, quàm cõcedere.*
3 *Verbum donare ſe habet in plus, quàm vendere, vel cõcedere in emphyteuſim.*
4 *Donare & perdere an æquiparentur.*
5 *Hæc regula quando non procedat.*
6 *An venditione prohibita, cenſeatur prohibita donatio.*

L. CXXIIII. VLPIANVS.

CVI ius eſt donandi: eidẽ & vendendi, & cõcedendi ius eſt.

HAEC tria de quibus in tex. donare, vendere, & concedere, vt diuerſa ponũtur, ſicuti ex lectura ipſius legis patet iuncta expoſitione gloſ. ad participium concedendi, de emphyteutica conceſſione intelligentis. & vocabulorum equidem differentia rerum differentiam inducit l. ſi idem. C. de codicil. l. nam cùm deficiant, ſuprà de præſcript. verb. cum aliis alleg. per Ruynum in §. diui fol. antepenult. dũ examinat, an & quãdo appel. venditionis, om

nes alij cõtractus veniunt:& quando expreſſo vno modo, veniant omnes alij eundem effectum habẽtes.

1 Et quamuis verbum † concedo, donationem aliquãdo importet.l. vxori.§.fi.vbi glo. & Bartol. not. ff. de legat.iij.Iſtud tamen eſt ratione ſubiectæ materiæ, cùm ſit verbum generale, quod ſecũdum naturam contractus, cui adiicitur, accipitur & intelligitur. Alber. de Roſa. in l. cùm autem.C.de don.ante nupt.& in ſuo dictionario in verbo concedo. & in verbo cõcedere. & Bald.in l.non ambigitur.col.fi. ſuprà de legib.& in §. Titius. in tit. ſi de feud. fue.cõtro.circa prin.vbi vult,quòd conceſsio ſit nomen generis ad omnem contractũ, in quo ſeu per quẽ transfertur ius vel poſſeſsio, aut tenuta ex cauſa lucratiua vel oneroſa:vt refert & ſequit Aquen. in Speculo ſub rub. de feud.diffin. col.x. vbi dat plures remiſsiones in materia cõceſsionis.& Iacob.in ſua feudali inueſtit. ſuper verbo fluminibus. * Et Rui. conſ.xxxviij. cũ ſeq. & xlij.lib.j.& Iaſ.ad notabilẽ quæſtionem inferẽs in l.ſed & ſi me putem.§.cum inter. ſuprà de condict. in deb.] patet igit, quòd iſtud participium concedendi, tanquam generale in regula præſenti rectè poſitum fuit.

De ipſo autẽ articulo an & quando conceſsio ſeu verbum concedo importet donationem,infeudationem,emphyteuſim, cuſtodiam,vel alium contractum : & an cedere & concedere differant, quia non eſt principalis huiuſce regulę farrago, vltra prææalleg. vide Bartol.in l.j.ad fin.ff. de prçcar. Alexan. in l. ſed ſi me.in §.j.ff.d condict.in debit.in l. à Titio.col.fi.ff. de ver. obliga.& ſi certũ pet.in l.cùm quid.col. penul. vbi etiam per alios.Socin.in conſil. xciij.colum.ij.& xj.vol.j.Felin.poſt Abb.in c.cùm venerabilis.col.j.vbi Dec.in vlt.not.de except.Are.in cõſil.clx.in ſexto dubio.Pract.Pap.in lib.actio.confeſſoriæ.in glo. plenã. col.ij.Præpoſi.& alios ĩ c.j. in prin. in vlti.col.in quibus cau. feu.amit. Iaſ.in l.ſi prius. col.xiiij.ff. de noui oper.nunciat.& in l.j.in ſecũdo notab.de conſtit.prin.& Dec.in conſi. dclxxxix.cum ſimilibus.

2 Transferre † verò plus eſt,quàm concedere. importat enim totalem tranſitum.gl.in.c.j.de commod.vnde trãslatus de vna eccleſia ad aliã, nihil retinet de priori : vt per Dec. in l.j.in §.fi.ad fi. ff. de offi. eius. & in ca.translato.de conſtit.& in l.nõ vult. vbi aliquid ſcripſimus, ſuprà eod.tit.Et an cõceſſio cenſeatur realis vel perſonalis: item an facta cenſeatur ſecundum conſuetudinẽ cedentis,dictum fuit in l.in omnibus cauſis. & in l. ſemper in ſtipulatio. hoc eod. titu.Gloſſ. nõ citat legem ex qua appareat hanc regulam fuiſſe ſumptam, ſed extrahitur ex §. in cõtrariũ.l.ſicut.ſuprà quibus mod. pig.vel hypo.ſolui. ſecundũ Alber. de Roſa.hic. Faciũt pro hac regula aliæ ſuprà poſitæ,videlicet cui licet quod plus eſt, licet vtiq; quod minus eſt, & in eo quod plus eſt,continetur quod minus eſt. Et ex legibus à quib' ille deſumptæ fuere,potuit pariter iſta ſumi. plus † enim 3
eſt poſſe donare, q̃ poſſe vendere,

aut

aut in emphyteoſim concedere. donans enim rem alienat, à ſe abdicat abſq; recompenſatione, vt hic inquit Dec. ſed vendens pretium habet, quod loco rei ſuccedit, & aliquando rei ęſtimationem excedit & exſuperat l.ij. cum not. C. de reſcin. ven. Et ſimiliter rem in emphyteuſim cōcedens (prout intelligi poteſt iſte tex. de conceſſione loquēs ſecūdum gloſ. hic) retinet dominiū directum & penſionem percipit. C. de iure emphy. per totum tit. Hinc
4 eſt, quòd † donare & perdere quandoq; à lege parificātur. l. filiusfa. ff. de donat. ideò alia quęuis præſumptio & coniectura potiùs quàm donationis capi debet. l. Cāpanus. ff. de oper. lib. dixi in l. donari. ſuprà eod. & ſi glo. rub. ff. commo. dicat beatiùs eſſe dare, quàm accipere. hinc Ouidius, Crede mihi res eſt ingenioſa dare. probatur in cle. j. in §. nos. de reliquiis & venerat. ſanct. & ibi Cardin. not. donationem rem eſſe vtilē & ingenioſam, quia amicos acquirit.

Et probatur hęc regula p inſtantias in gl. poſitas, quib' liquet plures eſſe perſonas quæ vendere poſſunt, donare verò nō poſſunt. Errore tamen labitur glo. ponens illos caſus pro limitationibus. nō enim exceptiones ſunt à regula: quia nō dicit regula, quòd potens vendere poſſit donare, ſed oppoſitum. & in prædictis inſtantiis dicitur nō poſſe donare, qui poteſt vendere: ideò apparet exceptiones minus bonas eſſe ſecundum Alb. hic.

5 Limitat modò † hanc regulam glo. in caſu l. fi. C. de prædijs curial. lib. x. & in caſu l. fin. C. de iure emphy. vbi eſt gloſ. conſimilis dicens eſſe ius ſpecialiſſimū. & rationem diuerſitatis aſſignat, licèt Dec. hic eam non referat. de quo etiam per ſcribentes in d. l. fi.

6 An autem & quādo econtrariò, † venditione prohibita, cenſeatur prohibita donatio, examināt Cor. & alij in l. voluntas. C. de fideicom miſ. Et ſimiliter vtrum ille qui non habet liberam rei adminiſtrationē aduerſario iuramētū deferre poſſit. Iaſ. ī d. l. fi. in xj. q. C. de iure emphy.

## SVMMARIVM.

1 *Iudicium quando cœptum dicatur.*

## L. CXXV. PAVLVS.

PÆNALIA iudicia ſemel ac cœpta, in hæredes tranſmitti poſſunt.

CONCORDANT iura alleg. in gl. in quibus iuribus materia huiuſce regulæ explicatur. Et eſt limitatio ad regulam poſitam ſuprà in l. pupillum. in §. j. vbi dixi. Et gene-
1 raliter † quando iudicium cœptū dicatur, tradunt omnes in l. j. C. de iudic. in l. ampliùs non peti. ff. rem rat. hab. & ī l. vnic. C. ex deli. defun.

## L. CXXVI. VLPIANVS.

CVM quis poſſit alienare, poterit & cōſentire alienationi. Cui autē donare non conceditur: probandum erit

nec ſi donationis cauſa conſenſerit, ratam eius voluntatem habendam.

Expedita eſt ſuprà in l.aliud eſt vendere. Facit regula cui ius eſt, ſuprà eod. cũ aliis ibidem pro corroboratione adductis.

Glo.in except. poſitis minùs benè loquitur. nam prima regula nõ dicit, quòd qui non poteſt alienare, non poſſit alienanti conſentire: ſed dicit, qui poteſt alienare, poteſt alienanti conſentire. fallit hæc regula in caſibus exceptis, de quibus hic per glo.

L. CXXVII. PAVLVS.

QVI rem alienam defendit: nunquàm locuples habetur.

Intellige ad euitandum onus ſatiſdationis iudicatum ſolui. ſecũdum Alber. de Roſa. & fuit expedita in §.nemo.l.in eo.ſ. eod.

SVMMARIVM.

1 *Dare eſt dominium transferre.*

L. CXXVIII. VLPIANVS.

NON videntur data, quæ eo tempore quo dantur, accipientis non fiunt.

Svmitvr ex §.fi.l. vbi autẽ. ff. de verbo. obligat. & §. ſi hęres. l. qui concubinã. ff. de legat. iij. No-
1 ta ergo,† quòd dare eſt dominium transferre. de qua materia latè per ſcribentes in dict.§. fin. & in §. ſic itaque. inſtitu. de actio.

SVMMARIVM.

1 *Mandatum iudicis excuſat à dolo: niſi conſtet de iniuſtitia. nu. 5.*

2 *Debitor ſoluens non creditori ex iudicũ mandato, liberatur à creditore.*

3 *Qui iurauit ſoluere certo termino, excuſatur iudice præcipiente ne ſoluat. Limita. num. 4.*

§. Qui iuſſu iudicis aliquid facit, non videtur dolo malo facere: quia parere neceſſe habet.

Svmitvr ex legibus per gl. allega. & habetur etiam in c. quod quis mandato. de reg. iur. in vj. vbi glo. plura notabilia exempla congerit. & clariùs hanc regulam declarat, quàm fecerit hic glo. nſæ legis.
1 Nota ergo ex hac regula † mandatũ iudicis excuſare à dolo: ſicq; dolo caret, qui iudicis obtemperat pręcepto. Sicuti econtrariò, non caret dolo, qui mandato iudicis non obtemperat. l. nõ poteſt dolo. infrà eod. cum not. per glo. in d.c. quod quis. facit l. iuſtè poſſidet. cũ accumulatis, ibi per Iaſo. & alios. ff. de acquiren. poſſeſ. & in l. j. in §. huius ſtudij. ff. de iuſti. & iur. & in c. ij. cũ ibi not. de maior. & obedien.

Ex hac regula & prædictis infert
2 ad queſtionem † debitoris, qui de mandato iudicis ſoluit alij quàm vero creditori, vt ſit excuſatus, & à vero creditore liberatus, per quem in poſterum moleſtari non poteſt: vt

vt per Bart. in l. creditor. ff. de ſolu. Philip. Franc. in dict. c. quod quis. Anchar. in conſi. lxiiij. col. fi. Paul. de Caſt. conſi. cclxxxviij. in iij. dubio. in antiquis. Comen. in conſi. clxxxv, Barb. cõſi. xxvj. lib. iij. Curt. Seniorem. in repet. il. vnic. in xvj. q. C. de prohib. ſeq. pecu. Deci. conſi. xxv. Iaſ. cõſi. xxvj. vol. iij. Matth. de Afflict. in deciſio, reg. cl. & Pariſiũ in c. ex tranſmiſſa, col. iiij. de præſcript. vbi poſt Paul. de Caſt. dicit ita demum cõtingere liberationẽ, ſi debitor fecerit aliquam reſiſtentiam, & ſecundum præceptum expectauerit: aliàs ſecùs, quod reputat multùm nota.

3 Et pariter † ſi ſit debitor cum iuramẽto & ſub pœna ſoluere, ad certam diem obligatus, & iudex ſequeſtrari fecerit pecuniam vel præcepe rit ne ſolueret: nõ incurrit debitor periurium nec pęnam non ſoluendo. dolo enim & culpa caret iudicis parens mandato: vt hic per Deci. & eſt tex. optimus in §. fi. l. fi. ff. de lege cõmiſ. quibus adde Felin. in c. j. col. pen. de iureiur.

4 Intellige † niſi malitioſè tale ſequeſtrum & præceptum fuiſſet procuratum: quia tunc non prodeſſet, p l. & qui data. ff. ex quib. cau. ma. cum ſimilib. de quibus per Barba. in conſi. lvj. lib. j. Feli. in c. fi. col. fi. de teſti. & in c. fin. col. antepen. de. for. competen. & Parp. in repeti. l. ſi quis maior. in viij. not. in verſi. vj. facit. C. de tranſactio. Poſſet etiam induci ad alias quæſtiones, vt per Io. And. in mercurialibus in d. c. quod quis. & ibidem Phil. Fran.

Limitatur iſta regula ſecũdum glo. Alberic. & Dec. hic. & Canon. in dict. c. quod quis. vt pcedat qñ præceptũ fuit iuſtum vel in dubio: 5 ſecùs † vbi de iniuſtitia conſtaret: quia parendum illi non eſſet, ſed reſiſtendum l. prohibitum, C. de iure fiſc. lib. x. Et ſimiliter vbi procederet non ſeruato iuris ordine, ſeu extra eius officium: vt hic per Dec. de qua materia vide ſlatè & pulchrè Aquen. in repet. l. vt vim, col. vij cũ tribus ſequen. ff. de iuſtitia & iure. vbi etiam per alios Mod. & p Ruy. in repeti. §. diui. in vlt. col.

## SVMMARIVM.

1 *Verbũ, occaſio, quomodò itelligatur hic.*
2 *Occaſio quid ſit, & quotuplex. nu. 3.*

## L. CXXIX. VLPIANVS.

CAPIENDA occaſio eſt, quę prębet benignius reſponſum.

1 OCCASIO † hic capitur pro interpretatione, & cauſa: ſicuti in l. qui occidit. in. §. in hac. ff. ad legẽ 2 Aquil. Diciturq; occaſio † cauſa iniuſta, & non ſufficiẽs; vt per Cardi. in clem. cauſam. col. j. de elect. & in clemen. ij. in §. ij. de ſepult. ſeq; habet ad non verum & irrationabile. c. j. de ſtatu regul. lib. vj. cum glo. in verbo cauſam, eamq; aliqui quęrunt, vt lupus aquę turbationem. ſicuti in authen. de defen. ciuit. in prin. cum glo. & tradit Alber. in dictionario ĩ verbo occaſione. de qua materia vide Feli. in c. ſolitè. col. iiij. de maior. & obed. Deci. in rubr. C.

3 qui admit.col.iij. Theologi † verò dicunt duplicem eſſe occaſionem, datam ſcilicet,& de iſta quẽ teneri, et acceptã de ſe,de qua dicunt quẽ nõ teneri. ita Archiepiſcopus Flor. in prima parte ſummæ,in regula qui occaſionem. Oratores occaſionem temporis, opportunitatem caſu prouenientẽ eſſe intelligunt ſecundũ Feſtum.hinc Cicero lib.rhetor. Occaſio, ait, eſt pars temporis in ſe habens alicuius rei idoneam faciendi opportunitatem. Eſt autẽ expedita materia præſentis regulæ in l. ſemper in dubiis benigniora. ſuprà eod. faciunt quæ excuſando Iuriſconſultum à rudi, duroq; reſponſo ſcribit Areti.in l. Domitius Labeo.ff.de teſtamen.

SVMMARIVM.

1 *Animus percutientis indicatur ex qualitate vulnerum.*

§. Quod factũ eſt:cùm in obſcuro fit,ex affectu cuiuſq; capit interpretationem.

Exemplificari equidẽ hæc regula poteſt in legibus per glo.alleg. ſed non ſumi, cum poſteriores ſint,& Cęſarum creaturæ.accipi autem potuit ex §.fin.l. ſi ſeruus plurium.ff.de legat.j.& ſecundum Alber.hic facit optimè tex.in l.j.cum
1 ibi not.C.de ſicar.quòd † ex qualitate vulnerũ,iudicatur animus percutientis. de quo pulchrè Aret. in conſi.lxxx.col.ij.Regula verò præſens expedita fuit in l. in obſcuris. & in l.ſemper in ſtip.ſuprà eo.

SVMMARIVM.

1 *Qui per alium facit,per ſeipſum facere videtur. Etiam quòd facit per alium facientem*
2 *Statutum loquens de faciente an habeat locum in mandante.*
3 *Mercantiam per alium exercens an perdat nobilitatem.*
4 *Quòd poteſt quis per alium, poteſt & per ſeipſum.*
5 *Princeps poteſt ſuam ſententiam reuidere & reuocare, num poßit alteri committere?*

L. CXXX. VLPIANVS.

IS damnum dat, qui iubet damnum dare. Eius verò nulla culpa eſt,cui parere neceſſe eſt.

Assvmpta fuit ex legibus per gl.alleg.vel ex l.j. in §. deieciſſe videtur.ff.de vi & vi arma.& ex fin.l. aut qui aliter.ff. quod vi aut clam. Facit alia regula l. quod iuſſu. infrà eo.& l.& ſi prętor.ſuprà de officius.vbi licèt prætor ſit ille,qui alterius iuriſdictionem exequitur,& ex delegatione ſibi per alium facta cognoſcit:non tamẽ pro imperio ſuo facit, ſed pro eo cuius mandata iuriſdictio eſt. ſicq; conſideratur potiùs iuriſdictio mandantis & delegantis, quàm actũ facientis & exequentis.ad idẽ l. ſolet. ſuprà de iuriſd.om.iud.Et iſtæ regulæ traduntur etiã in c.poteſt quis. & in c.qui facit.vbi glo.notabiles. de reg.iur. in vj.& propterea dicunt Ioã.And. &Archiep.Flor.in d.c.poteſt.quòd ſicut

ſicut per ſe poteſt quis ſe ſubſcribe re, ita per alium. in tex. nulla culpa. ergo nulla pœna, ſecundum Alber. ad quod eſt text. not. in c. cognoſcẽ tes. vbi latè per Canon. de conſtit.
1 Not ꝙ † qui per aliũ facit, videtur per ſe ipſum facere. concordantes allegauimus ſuprà. Ampliaɾ vt pro cedat etiam in eo, qui facit per aliũ facientem pariter per aliũ. Si igitur ego Titio mandaui, & Titius Seio, omnes tenemur. l. ſi ego. vbi text. ſing. ff. quod vi aut clam. vt poſt Bald. ſcribit Phil. Franc. in cap. qui facit per alium. Procedit autẽ hęc regula ex quadã iuris fictione ſeu interpretatione, vt denotat verbũ videtur, impoſſibileq́; eſt ſecũdum veritatem quòd factum vnius dica tur factum alterius: vt declarat etiã Bart. in repe. l. ſi is qui pro emptore. in v. q. princ. in verſ. venio ad ſecun dum. de vſucap. imò factum ab eo dem diuerſis temporibus eiuſdẽ fa cti identitatem nõ repręſentat. l. ne mo. ff. de duobus reis. Dyn. Io. And. & alij in loco prædlleg. & voluit ẽt
2 Dec hic. Ex quo infertur, ꝙ † ſtatu tum loquens de faciente, locũ non habeat in fieri faciente & mandan te, quæ diuerſa ſunt, niſi ſtatutum loqueretur in rem: vt hic per Dec. & per eundem. & Curt. Iun. in l. iij. in §. ſi procurator. ff. quod quiſque iur. & pleniùs per ipſum Deci. in l. ſi quis id quod. in ſeptimo. not. ff. de iuriſd. om. iud. Et quia prædicta ſunt diuerſa, accuſans aliquem de homicidio & probans de mandato ſuccumbit. Et pariter ſi de mãdato accuſet & de inſtigatione probet: vt per Deci. hic ad fi. & latiùs de materia per Feli. in c. mulieres. el. ij. de ſenten. excom.

3 Hinc etiam eſt, quòd † licèt exercentes mercaturam & apothecã tenentes non ſint nobiles, imò ſi nobiles erant, perdant nobilitatẽ: quę cum tali exercitio ſe nòn compatitur. l. antepe. C. de cohartal. lib. xij. l. iij. C. de commer. & merca. iſtud procedit quando per ſe id faciunt tali vacantes exercitio: ſecus ſi per alios quibus ipſi nõ aſſiſtant, quia ceſſat tunc vile exercitium perſonę nobilis à lege conſideratum ad faciendum reputandumq́; quem vilem. Et ceſſat hoc caſu ratio iſtius regulæ, qui per alium facit &c. ex quo exercitio prædicto ſe perſonaliter non immiſcet, & conſideratur in hoc actus perſonæ exercentis. Et dicta regula non procedit, vt dictũ eſt, inſpecta veritate, ſed per quandam iuris fictionem, quã iſto caſu locum habere æquum nõ eſt. & ita tenẽt Alb. de Roſ. in l. humilem. C. de inceſt. nupt. Gemi. in c. j. de vita & honeſta. cleri. in vj. & Alciat. in tract. de præſumptio. in xlviij. præſumpt. primæ regulæ. faciunt quæ de actu perſonalitatem denotante in locis ſuprà allegat. Deci. ſcribit. Acquirens tamen per aliũ verè proprieq́; acqrit. l. placet. ff. de acqui. hære. & inſtit. per quas perſo. nobis acqui. & l. certè. in §. j. ff. de precar.

Prędictam regulam noſtram ad tres. not. quæſtiones inducit Ioan. And. in d. c. qui facit. vbi etiam per Philip. Franc.

Et de hac materia, & alia regula
4 huic conformi, † quod poteſt quis per aliũ, quòd poteſt per ſeipſum. vltra

vltra not per Canon. in d. c. poteſt quis. vide Alex. in l. j. in §. fi. col. ij. & iij. ff. de oper. noui nunciat. vbi etiam per Iaſ. Felin. in c. quæ in eccleſiarum. col. iij. de cōſtitutio. ſcribentes in l. j. in §. itē acquiritur. in vltimis col. ff. de acquiren. poſſeſſi. Aquen. in repet. l. vt vim. charta penultima col. j. ff. de iuſtitia & iure. Dec. in cap. eccleſia. col. viij. de conſtitutio. Hip. Bonon. in ſuo not. clxxv. & Moder. Taurin. in repetitione l. fi. num. 103. C. de pact.

Faciunt etiam prædicta ad quęſtionem, quæ per quoſdam annis pteritis excitata motaq; fuit. Vtrū,
5 ſicuti † princeps eius ſententiam reuidere reuocareq́ue poteſt, ſi malè prolatam inuenerit: ita poſſit id alteri committere? Prædicta probāt, ꝙ ſic: licèt quidam contrariū dicerent, concedentes, ꝙ poſſet committere cognitionem, non autem diffinitionem, ne honorem ſuum in alterius manū reponeret, ſed ex hac regula & prædictis patet reſpon. qa ſatis per ſe facere dicitur, per alium faciens. Ad declarationē autē verſi. eius verò, licèt Deci. hic quędā ſcribat, videnda ſunt, quę pleniùs ſcripſimus in l. velle non creditur. ſ. eo.

SVMMARIVM.

1 *Pendentia à futuro euentu non habentur vt pura.*
2 *Lex quando de futuris certa dicatur.*
3 *Quæ reſolui poßūt, de præſenti dicūtur.*
4 *Si repræſaliæ reuideri debent & approbari approbanda, vel reprobari reprobanda, interim executio nō ſuſpēditur.*
5 *Quantitas promiſſa ea lege, quòd facto calculo ſi minùs debeatur, illa minor quantitas promiſſa cenſeatur, interim executio non tardatur in quantitate promiſſa.*
6 *Excommunicatus niſi infrà decem dies ſatisfecerit, interim non dicitur excommunicatus.*
7 *Diſpoſitio quæ eſt in ſuſpenſo quò ad reſolutionem pura cenſetur.*
8 *Spes an ſuſpendat.*
9 *§. Si pendeat. l. j ff. ad maced.*
10 *Plura ſunt quæ à futuro euentu pēdent.*

## §. Quod pendet, non eſt pro eo, quaſi ſit.

1 NOTA quòd † pendentia à futuro euentu non habentur vt pura ac præſentia: & conſequenter ꝙ de futuris contingentibus non eſt determinata veritas. vnde Aret. in cōſ. clv. periculoſum, col. iij. poſt Imol. in l. centurio. ſuprà de vulg. reprehendit opi. Bart. in d. l. centurio. dū dicebat cōpendioſam ſubſtitutionem per verba directa nō ciuilia factam ſemper fideicommiſſariā interpretari, ſi caſus mortis filij poſt pubertatem contingat: quia lex ab initio certa erat filium inſtitutum illo tempore moriturū. l. cum quidam. §. ſuum. ff. de acqui. hęre. nā ſine dubio falſum eſt ſecūdū Aret. loco præal. qa vt Bart. met dicit in
2 d. §. ſuum. † lex non eſt certa de futuris euētibus, ſed de eo quod iam eſt in rerum natura, & quod modo aliquo homini notum eſſe poteſt: qa futuros euentus ſolus Deus ſcit. vnde cū mori hoc vel illo tempore de futuro ſit euentus: non procedit. dicūt Imol. & Aret. ratio Bart. imò confun-

confunditur per d §.ſuum.& idem in effectu ſenſit Pau. de Caſtr. in d. §.ſuum,col.ij.Quantum tamen ad effectus reſultantes ex ſuis diſpoſitionibus lex certa eſſe dicitur de futuris,ſecundum Ripam in d.l. centurio.col.xxxv.vbi priùs per Galiau
* lam col.xlv.&xlvj.vide eũ.* & tex. l.iij.C.de ędil. action. qui dicit, ꝙ temerè promittuntur futura.]

Sumpta fuit regula iſta ex legibus per glo. alleg. facit l.pen. ſuprà quand de pecu.act.eſt anna & §.in nouiſſimo l. vnic.C. de cad. tol. cũ aliis de quibus per glo. in §. ſi pendeat.l.j.ff.ad maced. Et quẽadmodum vult hic glo.ſi ſint cõditionalia,ante conditionis euentũ ſuſpenditur diſpoſitio & locũ non habet. Eodem modo ſecũdum Dec. exem
3 plicari poteſt in † re quæ in futurũ reſolui poſſit, quia de præſenti dicitur certa, & alteratio illa quæ fieri poteſt, non eſt pro eo quaſi ſit, ſed potiùs quaſi non ſit.l.ij.cum glo.ff. de iu diem addict.vbi venditio dicitur pura, licèt reſolui poſſit ſub cõ
* ditione.* Itẽ vide Matthę. de Affl. in tract.de iure prothom.in §. licèt aũt,in verſ. Præterea dicebat.char. pen.] Facit quod vult Bart. ad fi.l. Iulianus.ff. de condi. indeb. quòd
4 † ſi ordinatum fuerit omnes reprę ſalias reuideri debere, & approbari approbandas, reprobari verò reprobandas, ꝙ interim non impeditur executio, & ſic quáuis poſſint reſolui comperta earum iniuſtitia,interim tamen currunt,& executio nõ retardatur.& ſequitur hic Deci. Pariter inferri poteſt ad quæſtionem
5 † quando in inſtrumento eſt promiſſa certa quantitas ea lege,quòd ſi facto calculo minùs debeatur,illa minor quãtitas promiſſa cenſeatur,dubitatum fuit, an in quantitate promiſſa inſtrumẽtum haberet executionem ? prædicta faciunt ꝙ ſic.& ita Soci. ſe obtinuiſſe teſtatur in l.pecuniam.col.j.ff.ſi.cert.petat. & in l.quibus diebus.in §.quidam Titio.col.fi.ff.de condi.& demon. vbi ſimiliter dicit,ꝙ ſi ſup exceptionibus oppoſitis cõtra inſtrumentũ guarentigiatum factũ fuerit compromiſſum,cum ſtatuto repugnante non poſſet fieri ſuper cõtentis in inſtrumẽto pendente compromiſſo,quamuis contẽta in inſtrumento poſſint reſolui per laudi prolationem ſuper exceptionibus, interim tamen inſtrumentum pro puro habendum eſt & executioni mandandum prædicta cautione de ſatisfaciendo, ſecundum formam laudi: iuxta auth.quæ ſupplicatio.

Ex prædictis poteſt etiam inferri
6 ad nota. quæſtionẽ. † Dixit iudex, excõmunico te, niſi ſatisfeceris intra x.dies. vtrũ interim ſit debitor excõmuaicatus?præſcripta faciunt ꝙ ſic.contrarium determinat Bald. in d.c.§.quidam Titio.quia quędã ſunt quæ ad eſſentiam non requirunt moram, & tũc procedunt prędicta. Quædam verò morã exigũt: vt excommunicatio, & tunc, quia pendente conditione nõ eſt in mora,excõmunicatus. non eſt.l.lecta. verſ.ſed cùm fortis.ff. ſi cert. petat. & cũ iſta opinione tranſeunt Imol. & Soci.in d.§.quidã Titio. allegantes pro hac deciſione tex. in c. præterea.el.ij. de appellation.

Aduer-

Aduertẽdum tamen eſt diligenter pro intelligentia prædictorũ & huiuſce materiæ,ꝙ regula §. noſtri de pendentibus à futuro euẽtu malè adduci videtᷓ ad quæſtiones prædictas,& ad comprobationem glo:
7 d.l.ij.quæ loquitur quãdo † diſpoſitio non eſt in ſuſpẽſo quoad eſſe ſuũ, ſed ſolùm quoad reſolutionẽ: ideò nimirùm ſi pura cenſetur.hęc enim regula loquitur de eo quod pendet ſimpliciter, quod pro puro nõ habetur.Et pro hoc videtur etiã tex.no.in l.Gallus.in §.videndum. ff.de lib.& poſt.ex quo not.ibi.Bal. ꝙ licèt captus deſinat eſſe ſuus, tamen id non eſt irreuocabiliter: ſed ſi poſteà in captiuitate decedat,apparet ſpem illã quæ ſuberat inanẽ eſſe: ex quo infert,ꝙ illud quod nõ pendet eſſentialiter, licèt pendeat quoad ſpem reſolutionis, interim pendere nõ dicitur:ſecus ergo ſi eſſentialiter penderet: vt hic. de qua materia vide quod ſcribit Aqu. in d.§.videndum. col.j. vbi reſoluẽdo difficultatem ibi tactã inquit, Aut
8 † quærimus,quantum ad veritatẽ, & tunc ſpes nõ ſuſpendit: aut verò quantum ad effectũ,& iuris diſpoſitionem interpretationemq́;, & tũc attenditur futurus euentus:ſcilicet an reuertatur ab hoſtibus, an verò ibi moriatur, & propter incertitudinem futuri euentus dicitur ſtare in ſuſpenſo:vt ibi probatur,quicquid dixerit Bald. pro qua diſtinctione adducit etiam l.fi.cum ibi no.C.de ſent. paſ.& §. ſi ab hoſtibus. inſtit. qui mo.ius pat. pot.ſol. Et ſic videtᷓ cõcludendum, ꝙ vbi diſpoſitio eſt in ſuſpenſo reſpectu reſolutionis, pro pura habetur de pręſenti,quantum verò ad effectũ & iuris diſpoſitionem attenditur futurus euẽtus. Quando verò tota diſpoſitio pẽdet ſuſpenditur & procedit quod dicitᷓ in iſta regula. Sed contra prædicta videtur tex.not.in l.j.in §.ſi pẽdeat.
9 ff.ad mace. † vbi ſi factũ fuerit mutuum filioſa. patre apud hoſtes exiſtente, ſicq́; in pendenti ſit propter ſpem poſtliminij & reuerſionis, an patrifa. vel filioſa. factũ fuerit mutuum,interim, dicit Iuriſcon.deneganda eſt actio,ſed tamẽ contrariũ ſtatuendum videbatur, vt in caſu conceſſo potiùs quã in caſu prohibito mutuum factũ videretur. Ille tex.loquitur quãdo à futuro euẽtu diſpoſitio pendet, & non eſt dubiũ ꝙ attendi debet futurus euẽtus, ſed ambigitur quid interim faciẽdum ſit. & dicit actionem denegandam, quia vbi aliquid pẽdet,& poteſt ſtare ſe ue habere, vt ad prohibitũ & vt ad permiſſum, ſemper ſtat vt ad prohibitum.d.§.ſi pendeat.& l.nec nos.C.de capt.& poſtl. reuer.& tradit Lan.Dec.in l.edita. col.vj. C.de eden.& in l.j.ad fi.ij. col.vbi Aquẽ.
10 iij.C.de pact. De pluribus verò † à futuro euẽtu pendẽtibus, vide tex. nota.in §.hoc autẽ. de non eligen. ſecun nub.l. pater filiũ.ff. de inoſ. teſta.l.legata.cum dictis Soci.ibi ff. de cõdi.& demon. Barb. conſ.xliij. lib.j.Alex.& Iaſ.in l.vnic. col. fina. C.quando non peten. par. Iaſ. in l. duo iudices.ff.de re iudi. Deci.in l. precibus.col.v.C.de impub. & aliis ſubſtitut.Curt.in tracta.feud.in tertia parte in viij.q.

In fi.glo.ibi ſpeciale.ratio ſpecialitatis

licatis apparet ibi in text.& in §.pręcep.ne venter famę pereat,ſecundũ Albe.de Roſ.hic.

SVMMARIVM.

1 *Quis ſoluere tenetur pro alio,vt poſt ſolutionem repetat.*

2 *Habens actionem contra alium, non tenetur ſoluere, ſed actionem cedere.*

L. CXXXI. VLPIANVS.

NEmo ideò obligat᷑, quia recepturus eſt ab alio, quod præſtiterit.

Svmitvr ex § apud ferocem.l. ſuprà iter.ff.de aq.plu.ar. Nota,ꝙ
1 † nõ tenetur quis ſoluere pro alio, ob hoc ſolùm, ꝙ poſt ſolutionem poſſit repetere,quia meliùs eſt non ſoluere, q̃ ſolutum repetere : vt hic & d.§. apud ferocem. Facit tex.l. fi. C.in quib. cauſ. reſti. in integ. non eſt neceſ.& text.not.in l.quod debetur.ff.de pecu. & in l.qui actionem habet.& in l.minùs. ſuprà eo. Et ſic quando quis non habet actionem contrà alium, ſed poteſt ſoluendo acquirere, vt in l. ſoluendo. & in l. cùm pecuniam.ff.de neg. geſt.non tenetur ſoluere & actionem ſibi ac-
2 quirere. Sed ſi iam † habeat actionem cõtra alium, antequam mihi aliquid ſoluat, & quæratur vtrum propter hoc ꝙ habet actionem teneatur mihi ? Reſpon.teneri quidẽ non ſoluere,ſed illam actionem cedere.text.eſt nota.in d.l.quod debetur.ſecũdum Paul de Caſt. & alios in dict.§. apud ferocẽ. de quo vide Bar.& Alex. in l. ſi maritus.ff. ſolu. matri.Alex. in l. ſingularia. col.vj. ff.ſi cert.peta.& Soci.in conſ.cxliij. col.fi.vol.j.

Et præſens regula generalr procedit. nam limitationes de quibus in glo.malè conueniunt, quia non tenebatur in eis quis pro alio ſoluere,eo ꝙ inde repetere poſſet,ſed propter aliam cauſam ſubſiſtẽtem : vt per Bart.& ſcribentes in d.§. apud ferocem.

SVMMARIVM.

1 *Iudici procedenti vt priuatus,non eſt parendũ:etiã quòd facta bona ſint.nu.2.*

3 *Citatus coram iudice notoriè incompetenti non tenetur comparere.*

4 *Epiſcopus ſi facit compoſitionem de aliqua parte cum vſurario,remittendo reliquum,nihil agit.*

L. CXXXII. VLPIANVS.

FActvm à iudice quod ad eius officium nõ pertinet,ratum non eſt.

Ibi à iudice, ſubaudi aliàs, ſecundum Archiepiſcopum Flor. in j.parte ſummę ſuper regula,ea quę
1 fiunt.Et ratio regulæ eſt,quia † vbi aliquid facit ad eius officium iuriſdictionemùe nõ pertinens, tanquã priuatus videt᷑ procedere : ideò qđ agit,non ſubſiſtit,neq; ei parẽdum eſt.l.fi. ſuprà de iur.om. iud. viſum fuit in §.qui iuſſu.l. non videtur.ſuprà eo.plura accumulat Felin. in c. cùm ordinem.de reſcrip.

Sumit᷑ iſta regula ex legibus pe. glo.

glo.alleg. Et inſeritur etiã in vj. de reg.iur.in c.ea quæ fiũt.Proceditq́;
2 hęc regula † etiã in his quæ bona ſunt,quę à iudice fiunt,viribus enĩ non ſubſiſtũt, cum ad illius officiũ non ſpectent.c. bene quidem xcvj. diſtin Eſtq́; generale non ſufficere bonum facere,niſi & benè fiat.xvj. q.j.c.monachi.ij.

Inducitur iſta regula ad quæſt.
3 de † citato coram iudice notoriè in competenti,vt cõparere non teneatur:vt plenè per doct in l.ij.ſuprà ſi quis in ius voc.nõ ierit.Item inducitur ad alias quæſtio. vt per Ioan. And & Phil.Franc.in dict c. ea quę fiũt.vbi Archiep. Flor pariter dicit,
4 ꝙ † ſi Epiſcopus faciat compoſitionem cum vſurario publico de certa quota remittens reſiduum reſtitutioni obnoxium certis perſonis, nihil agit,nec tenet remiſſio : quia Epiſcopus nõ eſt iudex alienæ ſubſtantiæ.c.reintegrãda iij.q.j. Et abſolutio facta per cõfeſſorem à caſu peccati à quo non poteſt, non tenet.Et ſi prælatus pręcipiat ſubdito aliquid contra regulam ſuã, vel aliquid ei releuandum ſaluo ordine fraternæ correctionis,tale pręceptũ non obligat, nec obtemperandum illi eſt.c ſi peccauerit ij.quæſtio.j.

SVMMARIVM.

1 *Verba dubia interpretantur contra fundantem ſe in verbis.*

2 *In dubio fieri debet interpretatio vt actus valeat.*

L. CXXXIII. VLPIANVS.

IN cõtrahenda venditione ambiguum pactum contra venditorem interpretandum eſt. Ambigua autem intẽtio, ita accipienda eſt, vt res ſalua actori ſit.

Svmitvr prima pars ex l. Labeo ſcribit.ſuprà de cõtrahen.emp. & ex l.veteribus.ff.de pact.Et inſeritur iſta regula etiã in vj. de reg.iur. in c.contra eum.

1 Not. ergo, ꝙ † verba ambigua ſeu dubia interpretanda ſunt cõtra fundantem ſe in verbis ipſis, & qui potuit aptiùs loqui.Deci. hic col.j. nõnullas ampl & declarationes ponit, latiùs & ordinariè gl. & ſcribẽ. in dict.l.veteribus.& in dict.c. contra eũ. Et vltra vide innumeras cotas quas citaui in l. ſemper in obſcuris. ſuprà eo.

Secundò nõt ex ij. parte, ꝙ legis
2 † in dubio fieri debet interpretatio, vt act⁹ valeat.Iſta regula habet plures concordantes & ſimi.& ex ea infertur ad multas quæſtiones,vt hic per Dec. & miror ꝙ non dicat verbum de Iaſo. qui omnia prius poſuit in l.quoties in ſtipulationibus. vbi idẽ dicitur quod hic.ff. de ver. oblig.Eſt etiam tex.in l. quoties. la prima.vbi Soci. ponit.ff.de reb. du. & l.in contrahenda.ſuprà eo.

SVMMARIVM.

1 *Donator non tenetur niſi inquantum facere poteſt.*

2 *Donatarius an & quando teneatur praſtare alimenta donanti.*

3 *Vſuræ centeſimæ non currunt poſt quadrimeſtre.*

L. CXXXIIII. VLPIANVS.

IN condemnatione perſonarum, quæ in id quod facere poſſunt, damnātur: non totū quod habent extorquendum eſt: ſed & ipſarum ratio habenda eſt, ne egeant.

Dec. ſe remittit ad d. in l. diuus. vbi quædam ſcripſi. ſuprà eo. Glo. hic eſt multum corrupta. Alb. ex dictis Azo. in ſumma vnde extracta fuit hęc glo. eā corrigit approbando opinionē Ioannis antiqui gloſ-
1 ſatoris, ꝙ ſiue † priuilegium detur ratione perſonę, ſiue ratione cōtractus, vt in donatione, non tenetur quis niſi inquantum facere poteſt, vt etiam hic per Alex. in apoſtil. ad Bart. Et approbant etiam prædlleg.
2 ſcribentes gloſ. hic volentem † donatarium teneri ad præſtandū alimenta donatori. declarantes gloſ. intelligi debere de obligatione cauſatiua, vt alere teneatur, ſi nolit perdere donata: ſecus in præciſa obligatione, quia directè non poſſunt peti alimenta, ita ꝙ præſtanda de neceſſitate ſint: reuocabitur tamen donatio ſi non præſtiterit, quia ingratus eſt donatarius. & ſequitur latiùs diſcutiens articulum Ripa in repet. l. ſi q xlix. C. de reuoc. don. intelligendo de ſructibus rerum donatarum. & ad petitionem donatoris, ac de donatione ſimplici. Adde & propria omniumq; bonorum, vt patet ex allegatis hic per Alexand. in apoſtil.

Reputatur etiam not. glo. hic in
3 fin. volens † poſt quadrimeſtre nō teneri quempiam ad vſuras centeſimas. Alb. allegat concor. in l. iij. C. quod cum eo.

SVMMARIVM.

1 *Verbum, reſtituo, quomodò accipiatur.*
2 *Rebannitus an recuperet fructus à fiſco perceptos. Et de clauſula reſtitutionis. nume. 3.*

§. Cùm verbum, reſtituas, in lege inuenitur: & ſi nō ſpecialiter de fructibus additum ſit: tamen etiā ſunt reſtituēdi.

Svmitvr ex legibus alleg. per glo. & Dec. Et reputatur hic §. vtilis. per Alb. nihil tamen ſup eo ſcribentem, quia gloſ. ſufficere dicit.
2 Nota ꝙ † verbū, reſtituo, plenè eſt ſignificationis, vt etiam fructuū reſtitutionem comprehēdat: quia reſtitutio omnia in priſtinū ſtatū reponit. l. quod ſi minor. in §. reſtit. ff. de minor. & hic per Deci. concludentē,
2 quòd † reſtitutus aduerſus bannum & confiſcationem bonorum, debet etiā recuperare fructus à fiſco perceptos, ita tamē quòd in prǫiudiciū tertij non operetur effectum. eſt materia quam latè explicant ſcribētes Mode. in l. Gallus. in §. & quid ſi tantùm. ff. de liber. & poſth. Felin. in c inter quatuor, col. penul. & fina. de maior. & obed. & in c. vrgentis. de hęret. & Iaſ. in cōſ. vlti. lib. j. & Moder. Ale. in cōſ. cliij.
3 vbi tradunt, quid † iuris ſi in literis gratiæ dicatur, ita ꝙ nihil opponi poſſit de confiſcatione bonorū ſeu de

de banno.ad quam materiam conferunt quę ſcripſi ſuprà in l.ea ſola. Et in actu practico vtilis eſt clauſula petentis rem cum fructibus perceptis & percipiendis ex omni cauſa,quod verbũ ex omni cauſa, importat reſtitutionem totius, quod actor cõſecutus fuiſſet,ex re vel propter rem, ſi tempore litis conteſtatę res fuiſſet reſtituta : vt per Feli.in c. inter dilectos, col ij.de fide inſtru.

SVMMARIVM.

1 *Mora ſua vnicuique nocet. Limita nume.2.3.& 4.*

§. Vnicuiq; mora ſua nocet: quod in duobus reis promittendi obſeruatur.

SVMPTA eſt ex legibus per glo.
1 alleg. † Et ponitur etiã in c. mora. de reg.iur.in vj.vbi gloſ. ponit multa not exẽpla.& plures effectus moræ congerit ibidem Philip. Franc.
✱ * Adde in materia aliũ notab. tex. in l.hominem, ſuprà mandati.] Et in foro poli nociua eſt mora in ſuſcipiendis ſacramẽtis præcipuè baptiſmo, propter varia pericula quæ contingere poſſunt.ca.baptizari.di ſtinct.v.ſimiliter in contritione habenda de mortalibus, quorũ nondum aliàs pœnituit cũ recordatur peccat mortaliter,ſecundum beatũ Thomã : ideo dicitur Eccleſiaſt. v. Non tardes ad dominum cõuerti, & ad benefaciendum.& ſubueniendum neceſſitatibus aliorum.Math. xxv. Moram faciente ſponſo virginibus quæ ſe non præpararũt clauſa eſt ianua. Et coruus vocem habens procraſtinationis nõ rediit ad archam.Gen.8.Et leuita,qui moroſus fuit in recedendo à ſocero,contigit ſcandalũ conſtupratæ vxoris; vt habetur in lib.Iudicum c.xix.

Item ampliatur iſta regula etiã ꝙ dicti rei debendi eſſent ſocij propter ipſius regulę generalitatem,vt hic per Decium poſt Are. in l.ꝑpen. ff.de duo.reis.

2 Limitatur primò hęc regula † vt nõ procedat in mora commiſſa in faciendo, quæ appellatur mora ex maleficio:quia grauior eſt cęteris, & ideò nocet alteri reo debẽdi. tex. eſt in d.l. pe. vbi Aret. & ſequit᷑ hic Decius.Obſtare tamẽ videtur, quia factum vnius alteri nocere non debet, nec refragari videtur ꝙ mora ex maleficio grauior ſit:qa reſpon. poſſet, ꝙ iſta mora plus quàm alia ipſi moroſo nõ alteri noceri debet, etiã per ea quæ ibidem in vlti. col. Are.ſcribit.

3 Fallit ſecundum Deci. prædicta regula † in fideiuſſore, cui mora principalis nocet.l. quoties in diẽ. ff.de verb. obl. cũ aliis hic per eum alleg. Et propterea dicunt Ang. & Aret.in d.l.pe.quòd mora vnius ex reis debẽdi alteri nocet, quãdo fuit color quæſitus:quia verè vnus erat fideiuſſor & alter reus, tunc factũ illius qui erat principalis, nocet alteri tanquam fideiuſſori: per l.mora rei.cum ibi not. per Are. ff. de verb.oblig.

4 Item fallit regula † quò ad interrumpendum præſcriptionẽ rei debẽdi,vnius mora nocet alteri quando iudicialiter facta fuit interpellatio,

latio, licèt glo. hic de hoc non curauerit, ſecundum Ange. ſed vt dicũt Imo. & Are. in dict. l. pen. curare debuit. nã iudicialis interpellatio pręſcriptionẽ interrumpit, non autem extraiudicialis: vt ibi per eos, & latiùs per Balbum in tract. præſcrip. fol. lxx. num. 39. cum ſeq. dum de ſecunda ſpecie interruptionis pręſcriptionis tractat. Et quod dictum eſt de fideiuſſore, procedit quãtum ad perpetuandam obligationẽ: aliud eſt quò ad augẽdam, q̃a mora principalis non nocet fideiuſſori. l. j. cũ nota. ff. de in litem iur. vt hic per Deci. ad fi. commenti.

## §. Dolo facit, qui petit, quod reſtituturus eſt.

Svmitvr ex legibus in gloſſ. alleg. Et ponitur etiam in vj. de reg. iur. in c. dolo facit. vbi eſt optima glo. pro declaratione præſentis regulæ tradens ea quæ hic ſuccinctè ſcribit Deci. Aliquas limitationes & quæſtionum deciſiones ponunt ibidẽ Ioan. And. & Phil. Fran. vide etiam Raph. Com. in l. dolo facit. ff. de except. doli. Aret. inſt. de except. in pen. char. & Decius in cõſi. ✱ ccccxxiiij. * & Rui. conſ. cxl. lib. 5.]

### Svmmarivm.

1 *Qui propriè dicatur aliquid non poſſe. & nume. 6.*

2 *Epiſcopus negligens in petendo abſolutionem a ſuſpenſione, poſt negligẽtiam dicitur non velle ſeu negligere.*

3 *Negligenti remouere impedimentum, quando poterat, currit tempus abſque ſpe reſtitutionis.*

4 *Hæc regula quando non procedat. & nume 5.*

*L. Qui cõmeatus. ff. de re milit. ornatur.*

L. cxxxv. Vlpianvs.

Qvi poteſt facere, vt poſſit cõditioni parere, iam poſſe videtur.

Exempla glo. licèt Dec. cũ eis tranſeat, non placent Alb. de Roſ. hic: quia in eis cõditio habetur pro impleta. hic autem non quærimus exempla in quibus cõditio pro impleta habeatur, ſed in quibus intelligatur quis deductus in ſtatũ potentiæ adimplendi: ideò exemplificat in l. quibus diebus. in prin. ff. de condi. & dem. & l. ſed & ſi per prætorem. in §. j. ff. ex quib. cauſ. maio. & in c. fi. de electio. Et q̃ iſta intelligẽtia ſit vera, probatur, quia de primo articulo, q̃ conditio habeatur pro impleta, quando ſtat per eũ in cuius perſonã impleri debet, quin adimpleatur, tradita fuerat regula ſuprà in l. iure ciuili. ideò dicendum idem non repeti hic, ſed aliud dici, id autẽ quod s̃. oſtẽdimus dicitur.

1 Ille igitur † dicitur propriè aliquid nõ poſſe, qui etiam ſi faciat diligentiam, hoc non poteſt: ſecus ſi ex ſua diligentia impedimẽtum remouere poſſit. iuribus prællegat. ſecundum Are. etiam in c. teſtimonium, col. iij. de teſti. adducentem alium tex. optimum in c. j. in verb. in mora, ne ſede vac. lib. vj. vbi dicitur, q̃ † Epiſcopus qui eſt ſuſpenſus, ſi eſt negligens in petẽdo abſo-

lutionem à ſuſpenſione, poſt negligentiam non dicitur ampliùs impeditus conferre beneficiū, ſed potiùs nō velle, vel negligere, ideò poteſtas ad capitulū deuoluitur. propterea infert ad aliam quęſtionem, vt ibi per eum.

Ex prædictiſ decidūtur duæ aliæ not. quæſtiones, vt p Soci. poſt Bal. & aliós per eum relatos in princip.
3 d.l. quibus diebus. Quādo † igitur impeditus remouere potuit tale impedimentum, & fuit negligēs in remouendo, currit tunc ſibi tempus abſq; ſpe reſtitutionis: vt plenè per Fel. in c. ex tranſmiſſa. col. j. vbi Pariſius iij. de præſcri. & Balb in trac. præſcrip. fol. lxiij. nu. 23. plura alia ad propoſitum & materiā illius regulæ vide p Ro. in conſ. ccccxxxv. Pau. de Caſt. in conſi. ccxcij. in antiquis. Alexan. in conſi. lxxij. col. fi. lib. v. Rimi. in l. procurator. in vltino. C. de eden. Dec. in cap. cùm inter. colum. viij. de except. & in cōſi. DClxxvij. & Crotum in repetitio. l. ſi is qui pro emptore. in iij. col. pen. char. ff. de vſucapio.

Et iſta regula ſecundum Dec. vi-
4 detur † locum habere quādo quis aſtringitur ad aliquid faciendū, vt in d. c. fi. aliàs ſecus. ita procedit limitatio gl. per tex. in l. is qui hęres. in glo. alleg. Sed non eſt limitatio ſi bene aduertatur & conſideretur: quia ibi videtᵉ poſſe, & verè potuit parere, ſed noluit: & cùm eſſet poteſtatiua nihil ſibi imputatur. Magis poſſet capi pro limit. alterius regulæ de qua ſuprà dixit, quòd conditio habetur pro impleta, quando ſtat per eū, qui debet implere, quin impleatur, vt non procedat in conditione poteſtatiua. quia cū ſit collata in arbitrium partis, non habetur pro impleta, niſi voluerit. Et de illo tex. l. is qui hęres. vide pulchrè ibi Are. & Iaſ. ſequen. ſol. glo. in §. qui ſub conditione. hic p gl. alleg. vt iſtud nō procedat in caſu illius. §. quò ad edictū ibi relatum. quia conditio quamuis poteſtatiua pro pura habetur, hocq; magis placet quàm id quod ad illū tex. hic ſcribit Alberi. quòd quantum ad damnum eius ī cuius poteſtate erat pro impleta & pura habetur, vt ibi: nō quantum ad illius commodum. d. l. is qui hęres. quia non liquet de commodo allegato in d. l. is qui hęres. Et ſi fuiſſet commodum non eſt veriſimile, quòd fuiſſet repudiatum. tene ergo ſol. glo. in d. §. qui ſub conditione.

5 Secundo intelligitᵉ regula † quando impedimendum de facili remoueri poteſt, ut in iuribus ſuprà allega. ſecùs ſi eſſet difficile remouere impedimentum: quia excuſatur ſi fecit quod potuit. l. qui cōmeatus. cum ibi not. per Bart. ff. de re milit. ſecundum Dec. Pondera tu iuriſcōſult. id ſatis clarè hic velle in verbo
6 poteſt. nā † id poſſe dicimur, quod commodè poſſumus. l. nepos Proculo. cum glo. & not. ibi ſuprà tit. j.
* *& in fortioribus terminis vide pulchrè Paul. de Caſt. in l. j. C. de relig. & ſumpt. fun.] Et pro intelligentia ac declaratione d. l. qui commeatus. vide Dec. in c. ex ratione. colū. antepenul. cum ſeq. de appellatio. & Pariſi. in d. cap. ex tranſmiſſa, de pręſcript.

Summariū

SVMMARIVM.

1 *Ius de futuro non poteſt repudiatione tolli, ſed pacto. & quæ ſit ratio.*

2 *Qui non poteſt repudiare, non poteſt adire. ſed affirmatiuè ita indiſtinctè non procedit.*

§. Quod quis, ſi velit, habere non poteſt: id repudiare nõ poteſt.

Sumitur ex legibus in glo. alleg. in quibus exempla ponũtur. Facit regula, eius eſt nolle. cum ibi dictis ſuprà eod.

Nota ergo ex iſto tex. cum gloſ.
1 † ꝙ ius de futuro repudiatione nõ tollitur, ſed bene pacto: quod pactum duorũ conſenſu nititur, ſicq; fortioris virtutis eſt. ſimplex verò renunciatio ſolo renunciantis conſenſu nititur. Idẽ dicit glo. magna l. j. C. de pact. in ij. parte. vbi docto. cõtra hanc rationem plura dicunt, difficultatẽ præſentẽ hoc modo cõmuniter reſoluentes, ꝙ ideò ſola renunciatio non valet, quia ſimpliciter renunciãs ſolùm agit de aliquo iure à ſe abdicãdo, ideò nõ poteſt abdicare quod nõ habet, quia priuatio præſupponit habitũ. l. decẽ. ff. de verb. obli. l. remittit. ff. de iure iur. cũ vulg. ille autẽ qui paciſcitur de nõ petendo iure cõditionali, nõ ſolùm agit, vt à ſe abdicet, ſed etiã agit vt eius pſonã aſtringat de præſenti ad nõ petendũ in futurũ: ideò potuit in eius perſona talis obligatio fundari, & ſubſiſtit, ita poſt Salicet. & Pau. de Caſt. declarãt in d. l. j. C. de pact. Are. col. j. Dec. vj. Moder. Pap. iiij. & alij ſcribentes vbi quandoq; ordinariè ſcripſi aſſignando plures limitationes ad iſtud dictũ de repudiatione. Ibidem inuenies quomodò intelligatur, quod de iudice glo. hic in fi. dixit. quibus etiã adde Iaſ. hanc materiam tangentẽ in d. l. is qui hęres.

Et regula iſta negatiua, vt inqt hic Dec. ſemper procedere videtur,
2 ꝙ † non poteſt repudiare, qui non poteſt adire. ſed affirmatiuè nõ ita indiſtinctè ꝓcedit: quia nõ omnis, qui adire poteſt, repudiare poteſt: vt p Bart. in l. is poteſt. ff. de acquir. hęre. eſt materia plenè per ſcribentes examinata in d. l. is poteſt. & in d. l. is qui hęres. vbi per Iaſ.

Et prędictã regulã negatiuã intellige ĩ repudiatione propriè ſumpta, ſecus q̃n haberet vim pacti: iuxta tradita in d. l. j. quia hoc caſu, licet quis adire non poſſit cõditione pendente, exẽpli gratia, poterit tñ repudiare & ſe aſtringere ad nõ adeundam, etiam ſi cõditio euenerit.

SVMMARIVM.

1 *Seruus officium notariatus an exercere poſſit. & nume. 2.*

L. CXXXVI. VLPIANVS.

In omnibus officiis, quæ fieri per liberas perſonas leges deſiderant: ſeruus interuenire non poteſt.

Clara eſt, & ſumitur ex legibus in glo. alleg. Quædam hic congerit Deci. in quibus nequit ſeruus interuenire nec adhiberi.

Plura alia poſſent addi de quibus per eundem Deciũ in l. finali infrà eodẽ. Brixienſemq; & Firm. in ſuis repertoriis, in verbo, ſeruus. Et dũ
1 ponit hic Deci. de † officio tabellionatus, quod ſeruus exercere nõ poteſt, declarabis, vt pulchè per eundem Deci. in l. quod attinet, ſuprà eo. vbi meliùs ſcripſit q̃ fecerit Zaſius Germanus in l. prętor ait. ff. de eden. Eandem materiã tangit etiã ipſe Dec. in c. decernimus. col. ix. de iudic. vbi ait, ꝙ ſi priùs quis fuiſſet notarius & inde ſeruus efficeretur, eſſet omninò inhabilis ad officiũ notariatus: quia per ſeruitutẽ omne ius inductum à iure ciuili extinguitur. l. ex facto. in §. Iulianus. ff. de vulga. & idẽ in monacho, vt ibi per eum.

2 Quò ad limitationem † tactam per glo. quando cõmunis error interueniſſet, vide latè Iaſo. in d. l. Barbarius Philippus. ff. de officio pręt. Abba. in c. cùm in iure peritus. col. fi. de offic. delega. & Soci. in conſil. xxxij. col. antepen. vol. j.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio compenſationis an poßit oppo ni emptori per venditorem.*

2 *Exceptio compenſationis cohæret rei, non perſonæ.*

3 *In re trãſeunte de vna perſona ad aliam poſſum melioris conditionis eſſe, quàm author meus.*

4 *Qualibet res iudicanda eſt ſecundũ præſentem ſtatum, non futurum.*

§. Non debeo melioris condi tionis eſſe, quàm author meus, à quo ius in me trãſit.

Fvndata eſt in ratione naturali, & cõprobatur per alias plures regulas conſimiles in hoc titu. poſitas, & adductas per glo. hic ad fi. in quibus plura de materia ſcribũtur. Facit etiã tex. not. in l. exceptio. cũ ibi nota. ff. de except. rei iudic.

1 Ex quibus infertur ad quæſtionem de † exceptione compenſationis an poſſit opponi emptori cõtra venditorem? & per hanc regulã videtur ꝙ ſic, ſecundum Dyn. Præte-
2 reà (iudice Alberico) certũ eſt † exceptionem compenſationis cohęrere rei non perſonæ: quia competit fideiuſſori. l. ſi quid. ff. de cõpenſa. & omnis exceptio rei cohęrẽs, quæ opponi poteſt venditori, pariter emptori poterit opponi. l. ij. & l. omnes. ſuprà de exceptio. non facta diſtinctione an competat ex cauſa lucratiua, vel non: vt hic per Alber. & per omnes in l. doli. ſuprà de noua. Item infertur etiam ad aliam quæſtionẽ de qua ſcripſi ad fin. l. aliud. ſuprà eodem titu.

Et intellige ſanè hanc regulam, ꝙ ius iam cauſatum & exiſtens pe-
nes authorem meum, ſi in me tranſeat, non debet eſſe melioris conditionis & qualitatis penes me, q̃ erat penes authorem meum, ita intelligitur iſta regula: quia tale eſt ius creditoris, quale ẽ ius obligatoris: vt per hanc regulã pulchrè ſcribit
3 Bald. in conſi xxij. lib. ij. Secùs † in re tranſeunte de vna pſona ad aliã: quia mutata perſona mutatur ſtatus rei. qualitas enim ſuperueniens ius mutat ſucceſſionis, etiã in perſona eiuſdem. l. ſi ſeruus. in §. qui fideicommiſſariã. ff. de hęred. inſtit. ibi,

ibi, non vt deſinat hęres eſſe, ſed vt ius mutetur ī eo ſucceſſionis. Et in pluribus ſimilibus patet, ꝙ cauſa extrinſeca, ſcilicet accedente, mutatur conditio & natura rei: vt in ſucceſſione cuius qualitas alterat̃ mutatione perſonæ. l. Paulus, aliàs per procuratorem. ff. de acquir. hęred. & in iure patronatus de laico in eccleſiaſticam perſonā deuoluto. c. j. de iure patro. lib. vj. Similiter in poſſeſſione laici quæ poſtquàm tranſlata eſt in eccleſiam, liberata eſt ab oneribus & collectis laicorum. c. ij. de immuni. eccleſ. lib. vj. Et generaliter
4 † quęlibet res iudicanda eſt ſecundum præſentem & nouum ſtatum, qui ei acceſſit, non ſecundum antiquum. c ferrum. 50. diſtinct. l. non diſtinguemus. §. ſacerdotio. ff. de arbi. cum multis aliis ſimilibus: de quibus per Calder. in diſputatione incipiēte Impetrauit clericus beneficium. Petr. de Ancha. in conſil. clxxj. caſus talis. colum. ij. & conſil. ccccriij. colum. fina. Bart. conſi. clxxx. Alexan. conſi. xxxv. col. pen. lib. iiij. Socin. conſi. xcvij. colum. ij. lib. j. Bolog. conſi. iiij. Iacob. de ſancto Georg. in ſua feud. inueſti. in verbo, qui quidem inueſtiti. colū. xvij. cum ſequen. Præpo. Mediola. in tit. qualiter vaſal. debeat fid. iur. colum. fin. Iaſ. conſi xxj. lib. j. Deci. in l. j. in § fin. ff. de officio eius. & in l. in omnibus cauſis. ad fin. ſuprà eod. titu. & Fran. de Curte iunir. in conſi. xlij. Dicemus etiam quædam ad hanc regulam concernentia in l. qui in ius. infrà eod. & nonnulla dicta fuere in l. fœminę. in § primo. ſuprà eodem.

SVMMARIVM.

1 *Permitti non debet vt propria authoritate ſibi quis ius dicat.*
2 *Creditor an poſſit ſibi ſatisfacere de bonis ſui debitoris.*
3 *Poſita in ſolo à ſe poſſeſſo an quis poſſit deſtruere.*
4 *Creditor an poſſit vigore pacti capere ſuum debitorem.*
5 *Captura perſonæ an poſſit cōmitti parti.*
6 *Occaſio ſeditionis & tumultus remoueri debet. Et quid ſit ſeditio. nu. 7.*
8 *Si familia poteſtatis dubitet eripi ſibi captiuum, occidere iuridice poſſunt.*

L. CXXXVII. VLPIANVS.

NON eſt ſingulis concedendum, quod per magiſtratū publicè fieri poſſit: ne occaſio ſit maioris tumultus faciendi.

* *Nota ꝙ maior reuerentia debetur magiſtratibus quàm priuatis. Propterea dans alapā officiali ſeu iudici decapitationis pęna plectendus eſt. vt poſt Bal. tradit Aquens. in l. j. §. j. ſuprà de iuſt. & iure.]

Glo. exemplificat legē noſtrā
1 vt per eam. ex quo patet, ꝙ † nō debet alicui permitti ꝙ authoritate propria ius ſibi dicat. l. j. C. ne quis in cauſa ſua iudi. vbi ſcribentes ponunt plures caſus in q̄bus hoc permittit̃. Dec. hic adducit plures cotas in hac materia, in quibus etiam traditur an & quādo poſſit quis authoritate propria rem ſuam accipere, vbi aliter per iudicem illam conſequi non poteſt. Et vtrum † clam

& occultè poſsit quis de bonis ſui debitoris capere, ſibiq; ipſi ſatisfacere. Et vltra accumulata hic per Dec. plura alia ponunt Signoro. in conſi.lxxv.col.vij. & in conſ cviij. Bald. in l.j.col.ij.C.ſi quacũq; prędi.pot.& in c.j.§.fi. verſ. ſed quid ſi dominus. de prohib. feu.alie. Abb. in tractatu concilij Baſil. in quinto membro, ſecundi dubij. col.j. Pau. de Caſt. in conſil.xxxv. col.j. Alex. conſi.cxxxv.lib.j. Soci. conſil.cxx. col.viij.lib.j.& conſi.xxxvj. col.fi. lib.ij. Bolog. conſi v.col.vj. Zabarella in clem.ij.§.vt illud.q.pen.de re iud. Cardi. Alex. in c. ius militare. col.ij.j.diſtin. Peruſi. in c.cupiẽtes.in princ in glo.malignantium. de elect.in vj.Barb. in c.nouit. col. vj.de iudic. Feli.in c.j.col.vj.eo.tit. Dec.in c.cum veniſſent.illomet tit. & in d.c.nouit.ſuper glo. iudicare. Bru. Aſten. in conſi.xix. & xxxj. Et
3 quando † authoritate propria poſſit quis in ſuo & à ſe poſſeſſo poſita tollere & deſtruere: Dec. latè in cõſ. cexxj.col.ij.& Aqu. in l.j.in §.nunciatio.ff. de noui oper. nunc. Et an
4 † per pactũ initum liceat creditori authoritate propria debitorem capere? & hęc regula facit quòd nõ liceat: quia hoc magiſtratibus tantũ conceditur: ergo priuatis denegaẽ. Et licèt ſint hinc inde multa argu. tamen hęc eſt veritas, ſecundũ Alb. de Roſa. hic, facit tex. in l. liber homo.ff. ad legem Aquil. in ratione ibi allegata, quòd nemo ſit dominus membrorum ſuorũ. ad quod vide Guido. Papæ in quæſt. lxj. & cclxxviij. & Dec. in conſil. dclxix. * & Iaſ. in l.iubere. colum.1. ſuprà de iuriſdic. omnium iudi.]

5 Sed maius dubium eſt, an † executio & captura perſonæ committi poſsint parti. Bart. Alex. Areti. Iaſ. & alii communiter in l. iuſtè poſsidet.ff. de acquir. poſſeſ. concludũt, ꝙ ſic, dummodò executio non habeat annexam cauſæ cognitionẽ, & fiat ſine armis & reſiſtentia, aliàs ſecùs. Feli. autẽ in c.de cętero.col. iiij.de re iud.& in c.cũ cauſa.col.ij. de offi.deleg. refert Bal. in quęſtio. incip. accuſatus. col.xviii. dicẽtem ꝙ Bart. malè & inſipidè loquutus eſt: quia poſſum in re mea fieri merus executor, & ꝙ iudex & lex armat me, non ego, & ſic ꝙ poſſum vim inferre cũ moderamine tamẽ, quodq; hoc nõ videtur facere pars tanq̃ aduerſarius, ſed tanq̃ officialis prætoris. Et ad regulam legis noſtræ reſpon. debere intelligi quando quis facit authoritate priuata, ſecus ſi publica, per quã etiam priuatus poteſt vim inferre: & ꝙ hæc lex non negat quin iudex hoc committere & permittere poſsit. Sicq; tenet poſt Bald. Innocen. & Roma. ibidem allegatos, ꝙ ſit licitum authoritate iudicis defendere & mouere arma etiam cum violẽtia pro accipienda re ſua. Hanc deciſionẽ Bald. & aliorũ referunt etiam Alex. Iaſ. & alij in dict.l. iuſtè poſsidet. dicentes recedendum non eſſe ab opinione Bart. & communi tanquàm æquiori, & ſcandali euitatiua. Et ad §.j.l.ij.ff. de ſeruis fugitiuis. reſpon. Aret. & Aquen. in dict.l.iuſtè. hoc ibi permitti propter frequentiam, vtque ſerui a fuga deterreantur, & ſimiliter homines ab occulta tione

rione ſeruorũ fugitiuorum.& dicit ibidem Aquen. ꝙ Feli. nihil quod ſtringat contra communem citat.

Quod igitur fieri poteſt per magiſtratum forti armataq; manu ac cum violentia etiam cõtra reſiſtentem executioni iuſtitię, fieri nõ debet, nec poteſt per partẽ etiam de licentia ac commiſſione iudicis, ne oriantur ſcandala, vel præſtetur occaſio faciẽdi tumultus: vt hic dicit
6 tex. Et ſic not. ꝙ † occaſio ſeditionis & tumultus remoueri debet. facit l. penulti. ff. de ſicar. & § j. in authen. de mandat. prin. & eſt crimen lęſæ maieſtatis. l. j. ad fin. ff. ad legẽ Iul. maieſt. & hic per Dec. Eſt autẽ
7 † ſeditio quietis ꝑturbatio. l. j. & ij. C. de ſeditio. differtq; à bello: quia bellũ pertinet ad hoſtes, ſeditio ad ciues: ſecundum Gregorium. Quã quidem materiam ſeditionis & tumultus populi, ponunt ſcribentes in pręallegata. l. j. & ij. C. de ſeditio. Cardi. Alexan. in c. ſeditionarios. xlvj. diſtinct. Iaſ. in cõſi. clxvij. lib. iiij. & Gramma. Neap. in voto xix.
* * in Iudice aut familia officialis exequentibus nõ cenſetur vis nec violentia, ideò non eſt licita defenſio. vnde ſi reus quem familia perſequitur, ſe defendat, & occidatur, impune id fieret. l. iii vbi tex. not. C. de his qui ad eccle. cõfugi. tradit Paul. Caſtren. in conſi. 193. Viſo proceſſu, in antiquis. Bologni. conſil. 63. Feli. & alij in c. de cętero præalleg. & Idem Felin. in c. vt famæ. de ſent. excom. Dec. in l. vt vim. col. j. & viii. ſuprà. de Iuſt. & iu. cum aliis quæ ſcripſi ſuprà eo. in l. non debet alteri. & in l. hoc iure. Facit etiam ad quæſtiones de colono & emphyteota priuatis iure ſuo ex cauſa aliqua, an ꝓpria auctoritate Dñs poſſit rei poſſeſſionem apprehendere. Quæſtio eſt de apicibus iuris, diximus aliqua in l. ſi quis maior. C. de tranſac. Deci. in conſi. 146. in ſecundo dubio, & Iaſ. in conſi. 148. lib. j. & Gozadi. in conſi. 39. col. fi. concludunt cum communi ſecundũ eos, quòd ſic. Sed contraria opinio verior eſt in pũcto iuris. per. l. noſtrã & alia, quòd ſit neceſſaria, citatio & ſententia declaratoria, & fortè cõmunior: vt per Iacob. de San. Geor. in tract. feud. in verbo. Et promiſerunt eidem Dño. Præpoſ. in titu. de pac. iuram. firm. in §. fi. Math. de Afflic. in deciſ. Regni. 97. Pariſ. in cõſ. primo. lib. j. Ripam in l. fi. col. fi. C. de reuo. don. & Zaſiũ in tract. feud. in x. parte fol. 8. Et concordari poſſunt opin. vt non ſit neceſſaria ſententia priuationis, quę ipſo iure imponitur cõſtito de voluntate Dñi. Sed vt quis poſſit priuari poſſeſſione rei feudalis vel emphyteoticę eſt neceſſaria citatio & ſententia: & ꝙ conſtet de culpa & delicto ſecundũ præalleg.]

Poſtremò vtilem & pulchrã deciſionem per hanc legẽ tradit Bal. in l. addictos. C. de epiſco. audien.
8 † de captiuo ad carceres vel ad iuſtitiam per familiã poteſtatis conducto, ſi dubitet eum in itinere ſibi tolli & liberari, non poteſt illum interficere, niſi habeat ad id ſpecialem commiſſionem: tunc enim faceret vt perſona publica & mãdato ſuperioris, ita ꝙ excuſaret, ſecùs ſi vt priuata. quilibet enim priuatus

talem captiuum occidens capitaliter, dicit, puniretur per legem noſtram, quod valdè not. eſt.

§. Infinita eſt æſtimatio libertatis: & neceſſitudinis.

PRIMVM dictũ de libertate declaratum eſt, & expeditũ in l. libertas. Secundũ de neceſſitudine id eſt, coniunctione ſanguinis in l. iura ſanguinis. ſuprà eod. tit. vbi videnda ſunt quæ diximus.

SVMMARIVM.

1 *Succeſſor particularis etiam iure domini vti debet.*

2 *Immunitas loco cõceſſa, ad ſucceſſorem loci tranſit.*

3 *Ius perſonale mutatur mutatione perſonæ.*

Lib. CXXXVIII. VLPIANVS.

QVi in ius dominiumúe alterius ſuccedit, iure eius vti debet.

CONCORDANT plures aliæ regulæ huiuſce noſtri tit. de quibus per glo. in l. in omnibus officiis. in §. non debeo. cũ ibi dictis ſuprà eo. Et ex hac ſumpta fuit regula c. is qui in ius. de regul. iur. in vj. vbi gl. notabilis exemplificat, & rationem regulæ aſſignat.

1 Et locũ habet hęc regula † etiã in ſucceſſore particulari & ſingulari, cum loquatur de illo qui ſuccedit in ius dominiũ'ue alterius, exẽplum in l. ſi aquæductus. ff. de contrahen. emp. vbi ſeruitus aquæ ducendæ, quæ debetur prædio, tranſit in emptorem prædij: & in l. forma.
2 in §. quanquã. ff. de cenſ. vbi † immunitas loco conceſſa, ad ſucceſſorem loci porrigitur: declarando vt hic etiam per Dec. per Alexã. Iaſ. & alios in l. quædam. in §. nihil. ff. de eden. Iaſ. in l. ait prætor. in ij. not. ff. de iureiu. & latiùs per Phil. Franc. poſt alios in d. c. is qui in ius. vbi inducunt ad plures q. & per Alex. in conſi. xii. col. ij. lib. iiii. vbi hanc regulã procedere dicit in eo qui vellet vti iure ſeu tit. authoris ſui, aliàs ſecus. l. an vitium. cũ ibi not. ff. de diuerſ. & temp. præſcri. cũ aliis ibidem alleg. Item † non procedit in
3 iure perſonali, quod mutatur mutatione perſonæ. c. vnic. de iur. patro. in vj. vbi gloſ. not. in verbo, ſemeſtre. inducit ad not. quæſtiones.

SVMMARIVM.

1 *Ignorantia iuris an excuſet à dolo.*

§. Nemo videtur dolo facere, qui ignorat cauſam, cur non debeat petere.

SVMITVR ex § & generaliter l. ij. in glo. alleg.

1 Quomodò autẽ † & qualiter iuris error, vel ignorãtia excuſet à dolo, & bonã fidem cauſet, tradit hic Deci. cõcludens excuſare ignorantia durãte, ſecus ſi ſuperueniat ſciẽtia: quia ſi perſeueret, non excuſat. Bald. in l. cum ancillis. per illũ tex. C. de ſecun. nupt. De qua materia latè per Feli. & alios in c. de quarta de

de preſcript. Alexan. & alios in l. ſi quis id quod. ff. de iuriſdi. om. iudi. Balb. latè de præſcrip. in repe. l. Celſus. in iiij. no. de vſuc.

SVMMARIVM.

1 *Acceſſorium illius efficaciæ, virtutis, & naturæ eſt, cuius principalis. Amplia nu. 2. 3. 4. Limita nume. 14. 15. 16. 17. 18. 19.*

5 *Marito ex forma ſtatuti lucrante partē dotis, an partem bonorum paraphernalium lucretur.*

6 *Acceſſorium duplex.*

7 *Legata & fideicommiſſa quomodò ſint acceſſoria ad teſtamentum.*

8 *Dependens, appendix, appenditiæ quid ſint.*

9 *Acceſſorium an videatur reſciſſum, reſciſſo principali.*

*Glo. §. patronū. l. ſi patronus. ff. ſi quid in fran. ornatur.*

10 *In cauſa ſummaria, an legitimatio perſonarum ſit ſummaria.*

11 *Pactum ſuper principali trahitur ad acceſſorium.*

12 *Hortus contiguus domo, an veniat in domo conceſſa, vendita, legata, vel in feudum conceſſa. nume. 3.*

L. CXXXIX. VLPIANVS.

CVM principalis cauſa nō conſiſtat, plerunquè nec ea quidem, quæ ſequuntur, locum habent.

SVMITVR ex legibus in glo. alleg. Excepto verbo plerunquè. ponitur ad verbum in l. nihil dolo. in §. j. infrà eo. & inſeritur in vj. de reg. iur. in c. acceſſorium. vbi glo. & ſcribentes.

1 Nota ergo quòd † acceſſorium ex principali productū vel deriuatum illius efficaciæ, virtutis, & naturæ eſſe debet, cuius eſt principale producens ſeu deriuans: ſecūdum Ioan. Andr. & alios in d. c. acceſſo-

2 riū. Quæ regula locū habet † ſiue loquamur de principali inducēdo, ſiue tollendo, ſiue confirmando, vt acceſſorium inducatur, tollatur, & confirmetur cum principali: vt per glo. Ioan. And. Phil. Franc. & alios in d. c. acceſſorium. & per Feli. in c. inter dilectos, de fide inſtru.

3 Et quicquid dicat Phil. Franc. loco prælle. procedit † etiam ſi acceſſorium eſſet precioſius & nobilius ipſo principali: quia extinguitur extincto principali. tex. eſt notab. in l. & ſi non ſint. in §. perueniamus. ff. de auro & argen. lega. voluit etiā Bart. in l. j. & ij. ff. de pecu. leg. Rom. in ſing. 628. & Corſet. in ſingul. in verbo legatum.

4 Item † procedit in ſtatutis, quia ſi loquantur de principali, locum habent etiam in acceſſoriis. l. iii. §. hæc verba. ff. de nego. geſt. cū not. ibi per Bald. & Philip. Franc. in d. c. acceſſorium.

5 Ex quo īferri poteſt ad not. quæſtionem. † an quemadmodum maritus ex forma ſtatuti lucratur partem dotis vxore ſine liberis præmoriente, ita lucretur partē parapherналium bonorum, ſiue ſcherpæ, vt vulgò dicitur? Iſta regula vt ſuprà ampliata probat quòd ſic: & ita voluit Ioannes de Ana. in conſ. xxxvi. & Bolog. ibi in additio. & ita etiam conſuluit

conſuluit Curt. Iun. in conſ. cxxix. col. fi. p dicta Ioan. de Ana. in cõſi. prealleg. ꝙ ſtatutum loquens de lucro dotis, locum etiã habeat in bonis paraphernalibus. *nam & augmentum eiuſdem naturæ eſt cuius principale. l. etiã. in fi. C. de iu. dot. tradunt Bal. & ſcriben. in l. j. C. de iudi. Pet. Ancha. in conſil. vij. in fi. Pau. Caſt. in conſi. viij. in antiquis. latè Brun. in trac. de augm. fol. 8. in quinta quæſtione princip. ſtatutũ enim ſuper principali extẽditur ad acceſſoriũ. l. lecta, vbi omnes not. ſ. ſi cer. pet. & ita vidi quãq; per ſolennes viros cõſultũ & practicatum.]

Ad oppoſit. faciunt not. p Iaſ. in l. maritus. col. fi. C. de ꝓcurato. Et verè paraphernalia sũt bona vltra dotẽ data, vt p Azo. in ſumma C. de iure doti. in prin. ideò dictũ ſtatutũ de lucro dotis, quod eſt ſtricti iuris & ſtrictè intelligendũ non videt̃ habere locum. Pro qua opinione vidi conſultũ & ita ſeruatũ in ciuitate Vercellarũ, vbi tale ſtatutũ viget, reſtituiq; in totũ & ſine difficultate bona paraphernalia. Faciunt optimè quæ ſcribit Are. in l. placet. col. ij. ff. de acquir. hære. ponunt enim ibi doct. aliquos caſus in quibus cõtra regulas iuris antiqui aliquid filio acquirit̃. Et primò ſpeciale eſſe dicũt in dote vt acquiratur filię in poteſtate. l. ij. §. quod ſi in patris. ff. ſolut. mat. circa quã fallen. dubitat̃ nũquid idẽ ſit in paraphernalibus, & dicit Aret. eſſe nouã quęſtionẽ tactam ibi p Rom. referentẽ quoſdã conſuluiſſe ꝙ ſic: quia iſta bona ſunt quodammodò acceſſoriũ ad dotẽ. l. fi. C. de pact. cõuen. ideò debent ſibi vẽdicare priuilegiũ dotis, ſicuti dicimus in augmẽto dotis. l. etiã. C. de iure dot. l. inter ſocerũ. §. penul. ff. de pact. dot. Sed iſta non ſunt ſimilia: quia augmentũ dotis efficitur ipſa dos ſubſtantialiter: cũ dos ſit vniuerſale quoddã, recipitq; diminutionẽ & incremẽtũ. l. quod dicit̃ ff. de impen. dot. ideò Rom. cõtrariũ tenuit, dicit Aret. quia bona hæc paraphernalia nõ ſortiunt̃ priuilegiũ dotis. l. ſi ego. in §. dotis. ff. de iur. dot. & ſequitur Alexan. in cõſ. cxvij. col. fi. lib. vj. Sed iſta cõſequentia non tenet: vt p Areti. in d. l. placet. col. ij. qui tamen hanc opinionẽ ſequit̃, eo ꝙ bona paraphernalia ad dotẽ acceſſio ſint, nõ ex natura dotis, ſed ex voluntate partiũ: quia ad ſolam dationẽ dotis nõ ſequitur. vnde ſecundũ Aret. periculoſum eſſet iuxta cõſilia à Rom. relata iudicare. Cõprobari hæc pars poteſt per ea quæ ſcribit Dec. in c. translato. col. ij. in. j. lect. de cõſti. ꝙ pactũ factũ ſuper principali, nõ porrigitur ad appendices & acceſſoria in odioſis, & vbi cõtra ius cõmune diſpoſitio facta legit̃, prout in hoc caſu contingit. *allegat tex. ſingu. in. l. fi. §. fi. ſ. de condi. indeb. p quẽ idẽ dicũt Soc. & ipſe Dec. in l. lecta, ſuprà ſi cert. pet.] Vt igitur ex prædictis patet, eſt acceſſorium † neceſ-
6 ſarium, item & voluntarium. ſicuti in alio propoſito tradit Prępoſi. Me dio. in tit. de capit. qui curi. vendi. col. v. Et alibi etiam per ſcribentes
7 in rub. ff. de lega. j. † legata & fidei commiſſa (ſecundum glo. ibi) ad teſtamentũ acceſſoria dicũtur, quod propter hęredis inſtitutionem principaliter

cipaliter fit.§.ante hęredis. inſti.de lega.acceſſorię verò legata & fideicommiſſa poſtea fiunt, quæ teſtamenti pars non ſunt,ſed potiùs additamentum,& ſecundum gloſ.acceſſorium. quod ſecundum moderniores in prælleg.rub. intelligitur de acceſſoriis voluntariis & ex accidenti,nō de neceſſariis, id eſt ex natura teſtamenti, cum ſine eis teſtamentum fieri poſſit.l.j.§. qui neq; legatarius.ſuprà de hæred.inſti.reperitur enim quoddam acceſſoriū ex natura principalis ſine quo principali nō datur,quod dicitur acceſſoriū, vt littus ad mare, & ripa ad flumen.§.j.& §. riparum. inſtit. de rerū diuiſi. Item ſimiliter intellige ex accidenti, non ex natura legati vel fideicōmiſſi,cùm ſine teſtamento fieri poſſint:vt per doct. in.l.j.ff. de legat.j. ideò procedit concluſio præallega.glo.quando legata facta ſunt in teſtamento:quo caſu regulantur velut acceſſoria à teſtamento, queadmodum à ſuo principali regulantur.l.ſi nemo.ff.de teſtam. tute.& ita procedit in eis regula acceſſoriorū,ſecundū neotericos pręallegatos. Quod ſi dicas ergo eodē modo in paraphernalibus,licèt acceſſoria ſint ex volūtate & accidēti, non ex neceſſitate, ſiue ex natura principalis contractus dotis à dote principali regulari debebūt, cuius contrarium dictum eſt ſuprà? Reſpondeo ꝙ ſtatutum ibi circa principale eſt contra ius cōmune, quo caſu vt dixi, non extenditꝰ ad acceſſorium voluntariū ſiue ex accidēti, ideò nimirū ſi ſtrictè intelligitur, nec reguletur tunc à principali ac- * ceſſorium. * Nec obſtat regula d. l.etiam,cum aliis. ſuprà alleg.quia huiuſcemodi bona non ſunt augmentum dotis, ſed ſuprà vtraque dotem allata:ideò di. illis habet curam & adminiſtrationē vxor, non vir. prælleg.§. dotis. vir igitur de illis quicquàm non debet lucrari, quemadmodum nec de aliis bonis
8 mulieris.] Depēdens † verò, vel appendix ſeu appendiciæ quid ſint:vi de Are.in l.ſi quis hęres inſtitutus. colum.j.ff.de acquir.hęred.

Et per hanc regulam & prædicta
9 infertur,quòd † reſciſſo principali videtur etiā reſciſſum acceſſoriū: iuxta gloſ.not. in §. patronum.l. ſi patronus. ſuprà ſi quid in fraud.patro. Et ſi non tenet contractus principalis, nec acceſſoria in eo contenta, vt hic per Deci. poſſet pluribus deciſionibus & authoritatibus cōprobari & exornari præallega glo. vt eleganter per Bald.in l.j.in quæſtio.C. qui admi.Roma. in conſil. ccxxiiij.ccxlvj.cclvij. & cccclilij.colum.iij.Anchar.in conſi.clxxxij.colum.fina.cccxxx.colum. penult & fina.& cccxciiij. Barbat. conſi.xlij. colū.viij.lib.j.Alexan. conſi.xxxij. lib.ij.& xxxviij. colum.ij.in iij.volumine.& lxxxj. colum.iiij.in eod. Corſet. in ſuis ſingul.in verbo officialis.Soci.in l.frater à fratre.in xij. not.ff.de cond.indeb. & in l.j.in §. ſi vir.ff.de acquir.poſſeſ.& in l.ſi is qui ducenta.in §.cùm quis.in j.notab.ff de reb. dub. & in l.ſi quis arbitratu. in v. nota.de verb.obliga. & in cōſi.iij.col.iij.lib.j. & iiij.col. pen.& fi.in eo.& cōſ.xcix. in ſecunda difficultate lib.ij. & conſ. xxij.

ad fi.lib.iiii.Iaſ. in l. ſub prætextu. la j.col.fi.C.de tranſact. & in l.non dubium.col.penul.& fi.C.de legib. & in l.ex teſtamēto.C. de fideicommiſ.& in conſ.ccxiii. lib.ij. Moder. in repetitio.l.ſi vnquam.in iiii.quęſtio.C. de reuocan. donat. Curt. in l.vnic.col.v.C. quando non peten. part.vbi ponit,quòd ſublato principali nō tollitur acceſſorium,quando de per ſe poteſt ſtare:per text.cū glo.in l.intelligere.C.de luit. pign. cum aliis ibi per eum alleg. Itē per, hanc regulam & prædicta videtur

10 dicendū, quòd † vbi cauſa eſt ſummaria,pariter ſummaria erit legitimatio perſonarum in cauſa ipſa,ſecundum Iaſ.in l.ij.C.de edict. diui. ſed malè, cū articulus legitimationis perſonarum à cauſa ſit ſeparatus:vt per eundem Iaſo.in rubri.C. qui admit col.j.& Dec. in l.fin.col. xv.C.de edict.diui.Item infertur,ꝙ

11 † pactum ſuper principali factum operatur in acceſſorio.l.lecta. cum ibi not. per Alexan.in vij. nota.ff.ſi cert.peta.quod multum notat ad limitationē §. ante omnia.l. ſi vnus. de pact.

12 Infertur etiam, ꝙ † conceſſa ſeu vēdita aut legata domo, venit etiā hortus contiguus tanquā acceſſorius ad domum ſiue tanquā de pertinentiis domus.l.prędiis.§. qui domum.ff.de leg.iii. cum aliis de quibus per Alex. in conſ. pen.ij.vol.& conſil.liiii. lib.iii. & xxvi. lib.iiii.& xxxiii.& cciiii.vol.vj. Barba. in c.j. col.10.de proba.& in c.Rainutius. col.vii.de teſta.Cępo.in tract.de ſeruit.vrba.præd.in tit. de horto.Feli. in c.Rodulphus.col.xv. de reſcrip.

13 & Dec.in conſi.cix.Et ideò † cōceſſa domo vel caſtro in feudum,videbitur etiā in feudum conceſſus hortus ibi contiguus,per prędicta.& regulam c.acceſſorium.de reg.iur.in vj.& not.in terminis per Aquen. in ſpec. feudorum in tit. ſeu rub. quæ res in feu.dar. poſ. col.vii. in princ. quamuis hortus ibi contiguus poſſit eſſe allodialis,licèt domus vel caſtrum ſint feudalia:vt poſt Bal.ſcribit Præpoſi. Mediola. in præludiis feud.col.xvii.verſi.xv. & Iſer.in tit. quæ ſint rega.in verbo & plauſtrorum col.fi. Et ſimiliter mobilia exiſtentia in caſtro vel domo in feudum cōceſſa, propter diuerſam naturam & rationem rerū cenſebunt allodialia, licèt acceſſoriæ veniant ad rem principaliter in feudū conceſſam : vt per Iacob.in lib.feud.in verb.fluminibus. niſi in caſibus poſitis per Aquen.in loco pręalle.Nec mirū, quia in dictis caſibus mobilia accedunt naturæ immobilium, eórumq; naturam aſſumūt,& cenſent pars fundi & feudi, per l.quod fundum.in fi.& l.ſi aquęductus.cū legibus ſequen.ff. de contrahenda empt.vbi rota putei,fiſtulæ & canales cenſentur pars ædium : ideò nimirùm ſi feudalia cenſentur. Facit tex.l. quæ religioſis.ff. de rei vend. & in §.econtrariò.in titu.de inueſtitu.de re. al.fact. cū not. per Barba. in c.poſſeſſiones.de rebus eccleſ.nō alien.& in ca.cum dilecti. col.fi.de dona.Bald.in l.fi.col.j. de conſtitu. princip.Præpoſi.Mediolanen. poſt Baldū in titulo de cōtro.inueſtitu. in §.ſi quis de manſo. & Iſer.in prę alleg.ver. plauſtrorum.dum volūt, quòd

quòd inſtrumẽta ad culturam fundi, munitiones caſtri deſtinatione patrisfami. ibi conſtitutæ vt perpetuò ibi ſint, quemadmodum bombardæ & cętera arma, veniant in cõceſſione, feudaliumq; naturam ſortiantur. * & etiam per Dec. in conſi. 516. col. fi.] Item quemadmodũ fides viua eſt principale, vt fundamentum in ſtatu ſpirituali, opera de genere bonorum ſunt vt acceſſorium, remota fide nihil boni meritorij poteſt eſſe in homine. xxviij. q. j. §. ex his. vt per Archiepiſcopũ Floren. in prima parte ſummæ, ſup regula prima, quia corruente principali corruit acceſſorium.

Quandoq́ue tamen hæc regula non procedit, vt hic innuit tex. in
14 verbo plerũq;. intelligitur † enim vbi eadẽ eſt ratio: ſecus ſi diuerſa. Bart. in l. ita ſtipulatus. in duodecima oppo. ff. de verbo. obliga. per l. & ſi is. C. de prædiis minor. quem text. exornat Alexan. limitando in conſ. lxvj. ad fi. lib. iiij. De qua limitatione latiùs ſcribit Deci. hic. & in l. certi cõdictio. in §. ſi nummos. ff. ſi cert. peta. vbi etiam alij Moderni cõcludunt hanc regulam intelligi quando validitas acceſſorij à principali dependet, vt colligitur ex verbis iſtius legis, ibi nec, ea quæ ſequuntur: ſecus quando non dependet, ſed ſubſiſtit per ſe, vt per præallegatos & Deci. hic, & Alberi. priùs quamuis Deci. illum non referat. Dicit enim poſt Butriga. regulã eſ-
15 ſe veram, † niſi acceſſorium à principali dependeat: quia tunc non ſequitur eius naturã. §. fin. l. iij. ff. de liber. & poſthu. Vel niſi vtrunq; ſit principale: tunc enim vno ſublato nõ tollitur aliud. ff. de fideiuſ. l. generaliter. & ff. de ſolut. l. ſi duo. & clarè ponit Philip. Franc. in d. c. acceſſorium. in acceſſorio videlicet, quod ſine principali conſiſtere nequit: ſed ſi abſq; principali conſiſtere poſſet, quamuis conceſſo principali acceſſorium videatur etiã conceſſum, eo tamen ſublato non erit ipſum acceſſorium ſublatũ: ſecundum Lapum.
16 Itẽ limita, † niſi diſpoſitio ſacta in principali eſſet contra iuris communis diſpoſitionem: tunc nõ porrigitur ad acceſſorium voluntariũ, vt de paraphernalib9 ſuprà dixim9.
17 Limita etiam † quando in acceſſorio reperiretur à lege facta prouiſio, vel diſpoſitio. l. centum Capuę. ff. de eo quod certo loco. l. fin. ff. de fun. inſtruct. not. etiam Dyn. Ioan. And. & Franc. in dict. regula acceſſorium. probatur etiam in authen. ex cauſa. & in corpore vnde ſumit. C. de liberis præte. licèt enim habẽtia dependentiam ab alio irritẽtur & annullentur illo irritato. l. nam. & ſi. §. fi. ff. de iniuſto rup. Barto. in dicta authentica ex cauſa. col. vj. iſtud tamen nõ procedit in legatis rupto teſtamento ex cauſa exhęredationis cũ cauſa facti, vt ibi, licèt dependentiam habeant ab inſtitutione, quæ irritatur propter exhęredationem, ipſa tamen legata conſeruãtur ſpeciali quadam rationẽ, vt ibi.
18 Item limitatur † in c. debitores. & in c. cùm cõtingat. de iureiurando. vbi tenet iuramentum acceſſorium & non principale, ſed illud eſt

propter

propter periculũ animę quod non ſeruato iuramento ſequeretur: vt
3 ibidem not. Poſtremò lim. vt † per Fel. in c. cùm inter. col. pe. in x. lim. de re iudic. vbi dicit, quòd licèt ſecundum regulam iudex ſuper toto eo quod petitur, pronũciare debeat, aliàs ſententia nullius ſit roboris. l. in hoc iudicio. ff. famil. ercisc. l. j. cum ibi not. C. ſi aduerſ. rem iudic. Tamen fallit quando iudex omittit in acceſſorijs, puta in expẽſis, condemnare: quia non vitiatur expreſſum ꝓpter omiſſum in acceſſorijs. l. Paulus. ff. de re iud. ſm Bar. in. l. terminato. C. de fru. et lit. expẽ.

L. CXL. VLPIANVS.

IN obſcura voluntate manu mittentis fauendum eſt libertati.

PRO declaratione ſufficit glo. cum ibi dictis in. l. quoties dubia. & in l. non eſt ſingulis. in §. j. ſuprà eod. & infrà eo. in l. libertas.

L. CXLI. VLPIANVS.

QVOD iuſſu alterius ſoluitur, pro eo eſt quaſi ipſe ſoluiſſet, vel ipſi ſolutum eſſet.

EXPEDITAM habes in l. is damnum dat. ſuprà eo.

SVMMARIVM.

1 *Huius regulæ ratio quæ ſit.*
2 *Verbum, ſoluitur, quomodò exponatur.*
3 *Hæc regula quando procedat, remiſſiuè.*

L. CXLII. VLPIANVS.

SI nemo ſubijt hęreditatẽ, oẽ ius teſtamẽti ſoluitur.

SVMPTA fuit per glo. allega.
1 Rationem † iſtius regulæ latiùs q̃ per alios vide per Iaſ. in l. eam quã. col. vj. in ſecundo not. C. de fideicommiſ. Tu magis eleganter & pulchrè potes etiam dicere, quòd per legem xij. tab. hæreditatis inſtitutio inuenta fuit non ſolùm vt teſtamẽti caput eſſet in ordine ſucceſſionis, ſed etiam in ordine ſermonis & ſcripturæ: cum enim hæres idem ſit ꝙ dominus: ab ipſo & per ipſum l. xij. tab. fundamẽtum poſuit. § ante hæredis. inſtit. de leg. l. proximè. ff. de his quę in teſta. delen. & ideò quæ in teſtamẽto relinquũtur niſi à perſona hęredis ſumerent principium, inania erãt: quia in omni diſpoſitione debet eſſe perſona à qua & in quam. l. quidã referunt. ſuprà de iure codicil. Ideò hęc regula fun data eſt in ratione naturali, quòd ſi nemo ex teſtamẽto adijt hęreditatem ſoluitur ius teſtamenti. ex teſtamento enim non ſubſiſtit, quia non eſt teſtamentum, cùm careat hęrede, neq; ab inteſtato cum cauſam ĩteſtati teſtator nõ ꝓſpexerit: vt C. de codicil. l. non codicillum. nec ex alia cauſa poteſt ſubſiſtere, ita pulchrè declarat Bald. in auth. ex cauſa col. j. C de lib. præter.
2 In text. ibi. † ſoluitur. gloſ. exponit, id eſt non incipit. cui expoſitioni conſonãt alia iura de hoc loquẽtia. l. ſi nemo. ff. de teſta. tut. l. eam quã. præalleg. dum dicũt: Si nemo ſubijt hæreditatem, nihil valet ex ſcriptis

ſcriptis in teſtamento. facit tex. not. in l. j. in §. decretalis. in verbo, finiri quidẽ, cum gloſ. ibi. ff. de ſuc. edict. Procedere etiã poteſt quod hic dicitur, ſoluitur, habita cõſideratione ad ſpem, quæ erat vt per aditionẽ omnia in teſtamẽto diſpoſita confirmarẽtur: quia ſi non adeat hæreditas, id totũ ſoluitur. Poſſet etiam exponi ſoluitur. i. ſolutum eſſe apparet. per not. hic in glo. & dicta in l. generaliter. ſuprà eod.

3 Ad hanc regulam † Deci. hic tradit quĩque limitationes de quibus latius per Iaſ. in d. l. eam quam. ponẽtem duodecim limit. Corn. verò ibi xxv. caſus ab hac regula exhorbitantes congeſſit. & vltra vide etiã Anch. in conſ. viij. ad fi. & Deci. in cõſ. ccccl xxvj. ad fin. Barb. in c. Raynaldus. fol. lx. cũm ſeq. de teſta. Alexand. in auth. ex cauſa. col. fin. vbi Corn. xxvij. C. de lib. præter. * & ibidem Curtius in. j. col. vbi ſcripſi.]

L. CXLIII. VLPIANVS.

QVOD nullius eſſe poteſt: id vt alicuius fieret, nulla obligatio valet efficere.

PRO declaratione ſufficit gl. iũctis his quę dicent in l. Impoſſibiliũ.

SVMMARIVM.

1 *Ius ſolenne quid ſit.*
2 *Forma in minimis ſeruanda eſt.*
3 *Sententia ritè lata immutari non poteſt niſi euidẽs iniquitas appareat. Et quid in criminali. nume. 4.*
5 *Exceptio innocẽtię nunquam reÿcitur.*

L. CXLIIII. MARCELLVS.

ET ſi nihil facilè mutandũ eſt ex ſolennibus: tamen vbi æquitas expoſcit, ſubueniendum eſt.

SVMITVR ad verbũ ex l. pe.
1 ff. de in integ. reſt. † vbi exemplificatur de ſolẽni iure, de quo hic mẽtio fieri videtur. vide tex. cum ibi dictis in l. nec ex prętorio. ſuprà eo. facit etiam text. not. in l. ij. C. de ſent. ex pericu. recit.

Et per hanc regulã dicunt Bald.
2 Butr. Abb Socin. & alij, quòd † forma ſeruari debet in modicis quemadmodum & in magnis, & quòd de forma à ſtatuto tradita, nihil immutari poteſt, ẽt ratione vnius horæ: vt plenè tradit Brun. Aſten. in trac. de forma. char. lij. col. iij. ĩ ver. ſecundo ampliatur. E de forma decreti vel ſtatuti ad vnguẽ ſeruãda, alias actus ſit nullus. Bal in l. ordo. col. ij. C. de exec. rei iud. Dec. in con. cccccxxxj. cum ſeq. & dcxij. Iaſ. cõſ. clxvij. cum duobus ſequẽ. lib. ij. & xcvij. lib. iiij.

Et quia vbi ęquitas ſuggerit ſubueniendum eſt, vt ſcribit hic. dicit Ang. in d. l. pen. & Deci. hic ꝙ licèt
3 † poſt ſententiã ſolẽniter prolatam nihil ſit immutandum: verum illi iuxta verba inhęrendum, tamẽ ratione euidentis ęquitatis ſuccurrẽdum eſt ei, qui cõtra ſe ſententiã reportauit. Vnde dicũt ſuccurri † ca-
4 pitaliter condemnato contra veritatẽ poſt modũ manifeſtatam, qa iudex debet ab executione deſiſtere, & principi ſcribere. l. diui fr̃es. ff. de pœn. l. j. §. j. vbi latè Mod. Bono.

ff. de

ff. de quæſtio. exceptio enim innocentiæ nunquam reiici debet, nec excluſa cenſetur; vt hic per Dec. dicentem non eſſe opus ſuperiorem conſulere, ſi innocentia ſit notoria. per tex. l. inde Neratius. in §. fi. cũ l. ſeq. ſuprà ad legem aqui. de quibus omnibus latiùs ſcribit Felin. in c. conſanguinei. de re iud. vbi tamẽ tutiùs eſſe, ait, adhuc principẽ conſulere: nec ego aliter facerem, aliis vè faciendum conſulerem.

## SVMMARIVM.

1 *Authoritas principis circa impoßibilia an extendatur. Et quid de Deo.*

2 *Impoßibilia quæ dicantur.*

3 *In generali diſpoſitione non includitur quod fieri non poteſt.*

4 *Promittens de rato cum pœna vel iuramento, an liberetur, ſi ille non vult ratificare.*

5 *Conuentio ſuſceptiua caſus fortuiti valet.*

6 *Conditio impoßibilis contractũ vitiat, ſecus in modo impoßili & turpi.*

L. CXLV. MARCELLVS.

IMPOSSIBILIVM nulla obligatio eſt.

SVMITVR ex legibus per gl. alleg. & ponitur etiã in c. nemo poteſt. de reg. iur. in vj. vbi eſt not. gl. ſufficiens ad declarationẽ iſtius regulæ. Propriè triplex eſt dicit, impoſſibilitas iuris, facti, & naturæ: & rationẽ ad regulam aſſignat, vt ibi per glo. & Ioan. Andr. ponentẽ verſus illos antiquos.

*Vltra poſſe ſuum nullum lex iuſta coegit.*<br>
*Nec putat eſſe reum, qui toto poſſe peregit.*

Gloſ. etiam inſtit. de hęre. inſti. in §. impoſſibilis. addit impoſſibilitatem perplexitatis, ſeu cõtradictionis. de quibus etiã per Bald. l. eam quam, col. ix. C. de fideicom. vbi di-
1 cit, quòd † circa impoſſibile de natura vel de facto, aut ratione cõtrarietatis, non ſe extendit authoritas principis: imò nec Deus, ſecundum Theol. poteſt, dicit, ea quæ contradictionem implicant. adde text. §. quæ rerum natura. l. vbi repugnantia. infrà eod. & l. ij. de vſu earum rerum quæ vſu conſu. ſuprà. Circà verò impoſſibile, quia cõtra bonos mores vel de iure an ſe extendat authoritas principis, diſtingue, vt per eum notabiliter dicẽtem, ꝙ ſi princeps vellet facere legẽ generalem, quòd ſpurij ſuccedant, nõ valeret, quia cõtra bonos mores indirectè, & quia eſſet ꝑmiſſio futuri delicti, ideò non ſubſiſterer. ca. erit autem lex. iiij. diſt. Qua ratione eleganter dicit, non poſſet legitimare naſcituros, qui nondum concepti ſunt ex aliquo: ſecus in iam natis: quia nõ remouetur reatus, ſed pœna, vt ibi per eum.

2 Item adde, quòd illud quod per miraculum fieri tantũ poteſt, cenſetur impoſſibile. c. fraternitatis. cũ ibi no. de frig. & malefic. Et pariter impoſſibile cenſetur quod fieri ſolum modò poteſt per beneficiũ extraordinarium. Inno. in c. paſtoralis. de cauſa poſſeſ. & ꝓpri. in prin. Et ſimiliter quæ dependent à poteſtate ſolius principis. l. apud Iulianum. §. fi. ff. de leg. j. Quod tamen intellige,

intellige, vt ibi p doct. & in §.cùm quis.l.continuus.ff.de verb.oblig. Soci. in l. quidam relegatus, in vlt. not. ſuprà de reb. dub. Nattam in rep.cle. ſępè. in prin. in iiij. not.de verb.ſignificat. & Aquen.in l.Gallus.in §.inſtituens. colũ.j. de liber. & poſthum.

Et quia,vt hic dicitur,Impoſſibilium nulla eſt obligatio, nullus effectus,ſi ex dilatione conceſſa tantum temporis præteriit, vt certum ſit illud poſſe adimpleri, an iudex ꝓcedere poterit dilationis fine nõ expectato.Ioan.And. in Spec.de dila.in §.j.ver.probatoriæ. Item ſi cõditio & dies adiecta fuerit in diſpoſitione,& ante diem certum ſit cõditionem non poſſe impleri, nunquid ante diem agi poterit?Imo.in l.in illa ſtip.ſi calẽdis. col.j. de ver. oblig. Et ſicuti lex non fingit impoſſibile ſecundum naturam.l.qui ad certum.ff.locat.glo.& docto.in d.l. Gallus. in §. ſi eius. ita nec impoſſibilia de iure.glo.& ſcriben. in l.talis ſcriptura in §.fi.ff.de legat.j.

Ex prædictis, ꝙ lex & obligatio non adaptantur ad impoſſibile, in-
3 fertur, ꝙ † in generali diſpoſitione non includitur quod fieri non poteſt.c.à nobis.de ſenten. excom. cũ alleg. per Dec. in l. vnic. col.j.C.de ſent quę pro eo qđ intereſt profer.

4 Infertur pariter, † quòd promittens de rato pro aliquo cum iuramẽto & pœna ac cũ effectu, ſi quicquid potuit fecit, diligentiamq; adhibuit,vt ille ratificaret,non incurrit periurium nec pœnam illo recuſante ratificare, niſi conſtaret promittentem ad pœnam vel intereſſe obligari voluiſſe etiam non ſecuta ratificatione, vt quia promiſit indemnẽ ſeruare, aut de ſuo proprio ſoluere : vt hic per Dec. poſt alios. *& latè per Paris.conſi. cx.lib.j.] Soletq; hodie in huiuſcemodi ꝓmiſſionibus & inſtrumẽtis deſuper cõfectis dici, caſum & debitum proprium faciendo, vel cum effectu & ſine defectu,ita ꝙ non excuſetur faciendo poſſibilia,niſi enim tunc effectualiter ſequatur ratificatio, de rato promittẽs ad intereſſe vel pœnam adiectã obligatur, & ita ſępè iudicari in arduis cauſis vidimus. Et vltra hic alleg.per Dec. vide Fulgo.conſi.clx. col.iij. Alexan.conſil. cxxvij.lib.v.Corn.cõſi.lxj.char.vlt. lib.iij.Soci.conſi.xliiij.lib.j.& lxxij. col fi.in eo.Matth.de Afflict. in deciſione regni. ccxcv. Dec.in conſil. ccxiij. ccccxxiij. & ccccj. * Moder. Taur.in l.quod te, colũ.ix. & x. vbi Ripa col.xiij.& ſeq.š.ſi cert.pet.]

Sed cõtra hanc regulam videtur caſus in l.ſi quis fundum. in princ.
5 ff.locat.vbi † valet cõuentio ſuſceptiua caſus fortuiti, cui tamẽ mens humana ꝓuidere nõ poteſt.l. quæ fortuitis.ff. de pign. act. ergo tenet obligatio ad intereſſe.ſolue vt pulchrè per Salic.ad fi.l.j.C.cõmo. vel vt per Ripam in tract. de peſte.fol. viij.ver.quæro primo.nume.49.

Induci pariter poteſt ad plures quæſtiones de quibus per Philippũ Franc.poſt antiquos in dicto c. nemo poteſt.

6 Deniq; not.ꝙ † licèt cõditio impoſſibilis cõtractum vitiet,aliud tamen eſt in modò impoſſibili & turpi:ſecũdum Ang. in l.impoſſibilis.

ff.de verb.oblig. modus enim non ſuſpendit,prout facit conditio. Rimin.in l cùm donationis. in fin.C. de tranſact.

SVMMARIVM.

1 *Belli timor & peſtis, idem quòd de bello & peſte iudicatur.*

L. CXLVI. CELSVS.

VANI timoris non iuſta excuſatio eſt.

SVMPTA eſt ex legibus p gl. alleg. Expedita fuit materia metus ſupra in l in omnibus cauſis pro ſa-
1 cto. Et de † iuſto timore belli peſtiſue, iudicatur idẽ quod de bello vel peſte.l.ij. & l. interpoſitas. cum not.C.de trāſact. tradit Ripa in tractatu de peſte.fol.iij.num.12.

L. CXLVII. CELSVS.

NIHIL peti poteſt ante id tempus, quo per rerum naturã perſolui poſſit. Et cũ ſoluendi tempus obligationi additur:niſi eo tempore præterito peti non poteſt.

PRO declaratione ſufficit glo. ſecundum Alber. materia verò plenè fuit examinata & diſcuſſa in l. cùm in tempus.ſuprà eod.

SVMMARIVM.

1 *Hæres proximus, ſi mulier ſit prægnãs, hæreditatem adire non poteſt.*
2 *Sine liberis deceſſiſſe nõ dicitur, qui vnũ cum filium reliquit.*
3 *Conditio liberorum ante natiuitatem eorum non dicitur impleta.*
4 *An mulier infallibiliter poſſit iudicari prægnans.*
5 *Mulier ex vẽtre tumefacto præſumitur grauida. & al is ſignis.num.6.7.8.9. Et quando ſit certum, nu.10.*
11 *Mulieri dicẽti ſe prægnantẽ an credatur.*
12 *Legitima matri per ſtatutum debita in bonis filij ſui ſine liberis decedenti, non tranſmittitur ad fratrẽ,quando vxor filij prægnans præſumitur.*

L. CXLVIII. CELSVS.

SI quis prægnantem vxorẽ reliquit: non videtur ſine liberis deceſſiſſe.

PONE caſum vt p gl. Facit tex. not in l. cùm quidã.in §. quod dicitur.ff.de acqui.hęre vbi dicitur, q
1 † proxim⁹ à filio poſthumo hęres, ſi mulier prægnãs ſit vel eſſe putet, hęreditatem adire non poteſt: qm̃ mortis tẽpore qui in vtero eſt quantum ad moram faciendam inferioribus,& ſibi locũ faciendum,ſi fuerit editus,pro iã nato habetur: prout etiã dicitur in l. qui in vtero.ff. de ſtatu homi. cũ his quæ ſcribit Signorol. in conſ.j. & Moder. Aſten. in tracta.de forma char. viij.col.iij.
2 Nec dicit† ſine liberis deceſſiſſe, qui vnicũ filium reliquit.l. non eſt ſine liberis.ſuprà titulo ꝓximo. & C.de conditio. inſertis.l.j. in fin. Ad quam vltra dicta ibi per ſcribentes videre poteris Roma. in conſil. cxlviij.Pau.de Caſt. in conſi.lxxix. in

in antiquis. Corn. in conſi cciij. lib. iij. & cclxxv. lib. iiij. Caprã in cõnſ. xviij. & xxij. Alexan. conſi. xxxviij. lib. vj. Ancha. conſi. ccclxxxxvj. Crotum in repeti. §. & quid ſi tantùm. col. vj. Dec. in cõſi. xvij. l. 477. 480. colũ. iii. 495. 511. 545. 585. Iaſ. in conſi. cxl. cũ ſequenti. lib. ij. & conſ. lxvj. lib. iij. Curt Iuni. in conſi. xj. & 3 clxiij. Et quamuis † ob ventrẽ prægnantem relictũ vt hic dicitur non defecerit conditio, nõ eſt tamen impleta niſi naſcatur partus, vt hic p glo. & Dec. Qui etiam ait, quòd licèt credatur mulieri ſe prægnantẽ aſſerenti, hoc tamen intelligitur cõcurrentibus cõiecturis, aliàs ſecùs: iuribus per eum alleg.

Et in præſenti materia ventris prægnantis in caſu ex raró contingenti pulchrè conſuluit aliàs genitor meus dum in agro Vercellenſi ſerperet peſtis & crudeliter ciuitatẽ ipſam laniaret. Ex morbo peſtis decefferat ab ĩteſtato & ſine prole Dominicus Vrſus, relictis poſt Andrieta matre & Magdalena vxore: quæ Andrieta intra paucos dies migrauit ex hoc ſeculo, & deinde Magdalena vxor, quæ dum viueret ac tempore mortis ſe prægnãtem dicebat & pro tali à dicta Andrieta à vicinis & ab aliis cõmuniter tenebatur & reputabatur, propter quod tam mater ipſius Magdalenæ, q̃ Andrieta ſocrus faſcias & alia in hoc negotio neceſſaria præparauerãt. de muliereq; ad ipſius cuſtodiã tempore partus prouiderant. Inſurrexit frater dictæ Andrietæ dicens, quòd & ſi per ſtatutum Vercell. excludatur mater à ſucceſſione, reſeruat tamen eidem legitimã, & naturalem portionem de iure debitam, quam ſibi vt fratri perſolui dariq; ue requirebat, attento quòd dicta Magdalena deceſſerat vt prædiximus, nulla edita prole. dubitari contingit de pluribus.

Primò vtrum poſſibile eſſet, & certitudinaliter & infallibiliter cognoſcere, iudicareq; mulierem prægnantem eſſe.

Et ſi id fieri non poſſit, vtrũ poſſibile ſit p ſigna aliqua, vel demonſtrationes, aut verba probabiliter præſumere, tenereq; mulierem prægnantem eſſe.

Tertiò, poſito quòd præſumptio prægnantiæ conceſſibilis ſit, vtrum eſſet in caſu prædicto: ſufficeretq; ad iudicandum quòd Andrietę prędictæ ius nullum competeret in bonis relictis per dictum Dominicum in eius hæreditate ratione legitimæ, aut alio reſpectu.

Ad primum poſſent pro & contra coloratæ aliquæ rõnes adduci. 4 Nonnulli † phyſici aſſerunt communem opinionem eſſe ſecũdum Canones phyſicales quòd impoſſibile ſit certitudinem talem infallibiliter habere. Hippocrates tamen ĩn 61. aphoriſmo. Si mulieri purgationes, inquit, non exeunt, neq; frigore ſuperueniẽte, aut febre, anxietates, defectiones, abominationes animi ei acciderint: hanc in vtero habere reputa. Et quãuis Galenus in cõmento dicti aphoriſmi dicat prædicta omnia abſq; ſubſequente conceptu euenire poſſe, cum ſtomacho aut alij mẽbro mali dominantur humores: vnde oportere, ait, me-

dicum rem bene proſpicere:nõ propterea concludit Galen. eſſe impoſſibile prægnantem mulierẽ cognoſcere.imò contrarium præſupponere videtur, dicendo oportere medicum bene proſpicere,ꝙ videlicet peritus & expertus ſciet diſtinguere, prudenter,ſubtiliterq́; conſiderando vtrum ſit prægnantia vel defectus humorum, maximè cum ſint multa alia ſigna indicatiua demõſtratiuaq́; prægnantiæ, de quibus per Hippo. loco præallegato in 40. Aphoriſmo, per Raſim & Serapionem in varijs locis, & Auicennam vigeſimaprima tertij tractatus c.xj. de ſignis ꝑgnationis. vbi pluta quã faciant alij,ꝑgnationis ſigna ponit.

Idcircò ad ſecundũ faciliter breuiterq́; reſpondebat, poſſibile eſſe probabiliter per ſigna actus, & plures demonſtrationes pręſumere, ac tenere mulierem eſſe pręgnantem.
5 Vt † quando venter adoleſcentulæ nuptui traditæ, quæ vẽtrem planũ habere conſueuerat, creſcere,tumefieriq́; paulatim incipit,& de die in diem ſic procedit. talis enim excreſcentia & tumefactio ventris infirmitate ceſſante pręgnantiã arguit, ſecundum Phyſicos præallegatos, maximè quando à vicinis,ab obſtetricibus, & ab expertis mulieribus tenetur,ꝙ talis prægnãs ſit,pro pręgnante pręſumitur & reputatur.Et ſimilis excreſcentia & tumefactiò vẽtris mouit perturbauitq́; Ioſeph virum Mariæ virginis, adeò ꝙ illã clam voluit dimittere: vt habetur Matthęi j. vbi Nicolaus de Lyra dicit fuiſſe dignam dubitationem Ioſeph. Sed hæc illo cogitante apparuit ei Angelus in ſomnis dicẽs,Ioſeph filij Dauid,noli timere accipere Mariam in coniugẽ tuam: quod enim ĩ ea eſt, de Spiritu ſancto eſt. Ecce quomodò ꝑ ventris excreſcentiam & tumefactionem vltrà ſolitũ cognouit Ioſeph veram Mariæ virginis prægnationem, adeò ꝙ eam dimittere voluit, niſi ei Angel' cauſam & modum excreſcentiæ vẽtris declarauiſſet.Et niſi talis excreſcentia ventris prægnantiam argueret, fruſtra occuparet membranas titu. ff.de ventr.inſpic.

Eſt etiam aliud ſignum quãdo
6 † talis mulier mãmillas tumidas & lac in eis habere incipit.hoc præcipuum ſignum eſt pręgnationis,accedente maximè tumefactione vẽtris,eiuſq́; cõtinua ſuperexcreſcentia:ſecundum Serapionem præallegatum. Bald. in rubr. C. de proba. col.iij.& Firmia. in repertorio ĩ verbo fœmina, & in verbo prægnãtia.

Aliud ſignum prægnantiæ eſt,
7 quando † mulier quæ ſolebat menſtruari ceſſat à menſtruo: ſecundũ prædictum Serapionem.

Et dicunt nouiſſimi Phyſici, ꝙ ſupfluitas illa humoralis,quę quolibet menſe regulariter mulierem occupat,ob quod menſtruum dicitur, deſit ceſſatq́; ſtatim ꝙ mulier prægnans eſt, & animatũ eſt puerperiũ:quia ex ſuperfluitate illa nutritur,ſecundum aliquos.

Aliud ſignum quod in pręgnantibus communiter accidit eſt quia
8 † ſuprà faciem mulieris prægnãtis certæ maculæ ſuperueniunt, quæ vulgò,pannæ nuncupantur: ſecundum Serapionem.

Eſt

9 Eſt aliud ſignum † prægnantiæ mulieris: quia vt plurimum res extraneas, & aliquando quas non licèt appetunt comedere.

10 Certum verò † prægnationis ſignum eſt quando mater ſentit partum in vtero moueri, ſicut contigit in Heliſabeth. Lucæ cap. j. ibi, Exultauit pręgaudio īfans ī vtero meo. motio tamen illa in vtero Heliſabeth facta fuit principaliter ex permiſſione mandatoq; Dei, ad declarationem ſanctitatis virginis & prolis in eius vtero exiſtentis. Naturaliter ea motio in muliere fit partu tantùm animato, anteà fieri nō poteſt, quod quando ſit, declarat tex. cum glo. in c. quod verò cū ſequenti. 32. q. ij & in c. j. v. diſtin. Et licèt Phyſici dicant talem motum in vtero contingere poſſe aliundè quàm propter prolem & partū, hoc fatendum eſt: qa vt Galenus loco ſuprà alleg. dicit, etiam in homine ratione alicuius ventoſitatis contingere poſſet: in muliere tamen quæ quatuor vel quinq; menſibus vterum grauem portauit, ꝙ contingere poſſit ſimilis motio quin ipſa cognoſcat quòd ſit motus infantis credēdum non eſt.

Sunt etiā multa alia propter quę præſumitur, imò tenetur ꝙ mulier
11 prægnans ſit, puta † quādo mulier dicit ſe eſſe prægnantem. Credendum enim ei eſt, cum de facto ſuo agatur: ſecūdum Angel. in l. illud. ff. ſi pars hęred. pet. Pau. de Caſt. in præallega. §. quod dicitur. Dec. hic intelligit concurrentibus etiā aliis cōiecturis per l. j. in prin. ff. de vētr. in poſ. mitt. ibi, nec ſe prægnantem dicere ſufficit. adde alium not. tex. ff. de ventr. inſpic. in §. de inſpiciendo. l. j. vbi mortuo marito ſi mulier ſe prægnātem dicat, his ad quos ea res pertinebit, procuratoribusue eorum bis in menſe denunciandū eſt ret, vt mittant, ſi velint, quæ ventrē inſpiciant. Sola ergo mulieris aſſertio & denūciatio non ſufficit ad iuſtificationem allegatæ prægnationis: obſtetricum verò depoſitio adiuncta ſufficiens eſt, imò ſola ſufficit: vt per Ang. in d. l. illud. Paul. & Roma. in d. §. quod dicitur. Fama autem viciniæ vel communis opinio cognoſcentium & amicorū pręgnationem probant: ſecundū Pau. de Caſt. & Rom. loco præalleg. & ibidem Aret. in pen. col. Et ſi aliter diceremus, ꝓbabiliter cognoſci, aut teneri non poſſe mulierem eſſe pręgnantē, ſuperuacua eſſent quę Phyſici prædicti tradunt, & iura multa ſupflua: vt l. prægnantis. ff. de pœn. l. Imperator. la ij. ff. de ſtatu homi. quibus cauetur executionem mulieris prægnantis ad mortem damnatæ differri, donec partū ediderit. Idem eſſet dicendum de titu. ff. de ventre in poſ. mit. & ff. ſi ven. nomine mulier. ac etiam de ventre inſpi. qui non inſpicitur, niſi ratione tumefactionis, nec per inſpicientes in uita muliere tangi debet. l. j. §. de inſpiciendo. ff. de vent. inſpi. Erit igit vera cōcluſio poſſe probabiliter cognoſci, præſumi, & teneri ex multis ſignis mulierem eſſe prægnantem. Pro reſolutiōe tertij dubij dicebat genitor meus ꝙ in caſu propoſito
12 vbi † præſupponebatur poſſe ſufficienter probari, quēadmodū Mag-

dalena tempore ſuę vitæ & mortis ſe prægnãtem eſſe dicebat,plura ſigna prægnãtiæ oſtẽdendo,quòdq; Andrieta prædicta eius ſocrus tenebat & reputabat illam prægnantẽ, faſciaſq; & alia ad partum neceſſaria præparauerat, & de muliere ad illam in partu cuſtodiendo prouideret: & ꝙ communis opinio vicinorum Magdalenæ erat illã fuiſſe prægnãtem: nullum ius cõpetebat tempore mortis eidem Andrietæ in bonis & hęreditate dicti Dominici filij ſui. Quia vbicunq; & quotieſcunq; is qui putatur vel præſumit in vtero eſſe,ſi naſceretur,omnes excluderet qui ius in hęreditate prætendũt, & impedit aditionẽ hęreditatis quandiu incertũ eſt an naſcatur naſci ve poſſit.l. antiqui.l. illud & §.quod dicit.in ſuperioribus allegatis.in quibus locis Angel.Pau.de Caſt. & alij ſcribentes notant.& ꝙ fama & cõmunis opinio pręgnantię mulieris impedit aditionem hęreditatis, tradit etiam poſt gloſſ.& Ioan. de Imol. Aret.in prælleg. §. quod dicitur.col pen.& in l.ventre. col.j.per illum tex.ff.de acqui.hęredita. Et conſequẽter cùm ipſi Magdalenæ mortis tempore in bonis & hęreditate Dominici filij ob ſpem poſthumi,cuius natiuitas ſperabatur & expectabatur,ius nullum cõpeteret,ad hęredem ſuũ pariter nullum ius potuit tranſmittere: quia nemo plus iuris ad alium transfert quàm ipſe habeat. l. traditio.ff. de acquir. rerũ dominio.l. nemo plus iuris.ſuprà eodem titulo. Ad quod facit optimè tex.l. Lucius. in.§. fin. & l.qui habebat.ff. de vulgar.& eſt caſus in §. fin autẽ aliquid ſub conditione.l.vnic.de caducis tollendis. & in l.ſi cùm hęres.ff. quando dies legati cedat. cum accumulatis per Ancharanũ in conſi.ccclιiij. incip. Viſis diligẽter. & Barb.in ſua Ioannina ſuper c.Raynaldus. fol.liiij. ſuper gloſſ.ſi fortè rem. de teſtamen. cum ſimilibus. Quę quidem ſupra ſcripta concluſio ſatis clarè probatur per regulam legis noſtræ volentis,non videri ſine liberis deceſſiſſe. qui vxorem prægnantem reliquit: ergo venter plenus ita impedit matri defuncti ius quæri,quemadmodum impedirent liberi, ſi reliquiſſet.quæ omnia nota.

SVMMARIVM.

1 *Repugnantia ſeu contraria ſe inuicẽ elidunt. Limita. nu.4.6.7.8.9.10.11.*
2 *Cõtrarietas quæ dicatur.& quotuplex.*
3 *Prohibita reprobatione teſtium,non videtur prohibita reprobatio quæ ex contrarietate reſurgit.*
5 *In contrarijs coniecturæ fortiores præualent.*
11 *Reus contrarias exceptiones proponere poteſt.*
12 *In diſpoſitionibus contrariis quæ præualere debet.*
13 *Caſus pulcher in practica, & diſputatus.& nu.ſeq.vſque ad fi.*
14 *Principale propoſitum & intentionem conſiderari, non autem ea quæ ſequuntur.non ita de boue & equo. & num. ſeq.vſque ad finem.*
15 *Spoliatus ante omnia reſtituendus.*
16 *Murum ſuper muro communi extructũ communem fieri quomodo intelligendum.& nu.ſeq.*

17 Muro

17 *Muro communi non poteſt ſuperimponi fiſtula aquaria. Tex. l. fiſtulam, de ſeruit. vrb. præd. declaratur. ibidẽ cũ ſeq.*
19 *Animus ceſſans vbi ſequitur illicitum, non facit quin agens teneatur & puniatur.*
20 *Tex. l. Sabinus, Commu. diuid. declaratur & ornatur, & nu. ſeq.*
21 *Verba non ſufficiunt, vbi opus eſt facto.*
22 *Oblatio verbalis non ſufficit. & nu. ſeq.*
23 *Periculoſum eſt, & dubiũ obtinere, vbi res votis potius quàm rõnibus agitur.*

L. CXLIX. CELSVS.

VBI repugnantia inter ſe in eodem teſtaméto inueniuntur, neutrũ ratum eſt.

SVMPTA fuit ex legibus per glo. alleg. Dec. adducit cõcordantes. habet propè infinitos, prout tradunt omnes ſcriben. in l. j. C. de furt. & in l. Titiæ. ff. de condi. & demonſtr. & in c. vt qui duas. de elect. lib. vj. cũ aliis infrà allegandis. Nota ergo,
1 † ꝙ repugnantia ſeu cõtraria ſe inuicem elidunt, ſibiq; inuicẽ fidem derogant, vt etiam dicitur in d. l. j. & in l. ſcripturæ. C. de fide inſtrum. earumq; rerũ naturaliter inter ſe pugna eſt: vt dicit Iuriſcõſultus in l. ius noſtrum. ſ. eod. tit. vbi nõnulla ſcripſimus. propterea allegans cõtraria nõ auditur, iuribus prealleg. Contradictoria enim, & ſeu contraria & repugnantia non poſſunt in eodẽ ſubiecto ſtare: quinimò vnius incluſio alterius eſt excluſio. clemen. gratiæ. de reſcript. cũ præalle. Et eſt ſimiliter philoſophorum regula dicentium, cõtraria ſimul ſtare non poſſe, ſed mutuo ſe expellere: vt per Philo. in x. metaph in prædicamentis, ſiue fuerint contraria priuatiuè, ſiue poſitiuè, ſicut calidũ nõ ſtat cum frigido, nec album cũ nigro, nec tenebræ cum lumine. vnde quia boni malis contrarij ſunt, mali illos infeſtant & perſequunt. c. qui ſecũdum carnem, xxiij. q. iiij.
2 Et contrarietas † eſt in eadẽ vel diuerſis rebus contraria & incompatibilis qualitas: ſecundum Bald. in d. l j. col. pen. de furt. Sunt autem directò contraria ſeu repugnantia capitula de legitimitate puta, & illegitimitate. De ꝑſentia, & abſentia. De furore, & ſana mente. De actu ſpõtaneo, & coacto. De virginitate, & corruptione. cùm hæc & ſimilia de eiſdẽ perſonis & actibus eodem temporis inſtanti ſic contraria formentur: ſecundũ glo. in clem. fi. de teſtib. Et quædam ſunt cõtradictoria ſeu contraria, quorum vnũ neceſſe eſt verum eſſe, alterũ falſum. vt ſi vnus teſtis dicat me contraxiſſe, alter neget. de neceſſitate enim vnus verũ dicit, alter falſum. l. optimam. C. de cõtrahen. & cõmit. ſtip. licèt interdũ neuter puniatur, quia quis falſum dixerit, neſcit: vt not. in l. duobus. in §. fi. ff. de iureiuran. Quędã ſunt contraria in quibus teſtes vtriuſq; partis poſſũt eſſe falſi, vt ſi vnus dicat oẽs de caplo interfuiſſe, alius ꝙ nullus: vterq; de falſo puniri poterit, ſi quidã interfuerũt, quidam non. l. ſi is qui ducenta. in §. vtrum. ff. de reb. dub. cũ not. contraria ergo ſimul vera eſſe non poſſunt, ſed falſa, ſic Bald. ĩ d. l. j. col. iij. Adeòq; legi odioſũ eſt ꝯtrarietatis

Gg 4 et

& repugnantiæ vitium, ꝙ neq; ſimplicitas, neq; ruſticitas excuſat: nec remota nullitate vel exceptione intelligitur remota illa quæ continet
3 in ſe contrarietatẽ Et pariter †prohibita reprobatione teſtium, nõ videtur prohibita reprobatio, quæ ex contrarietate ipſorum teſtium ſurgit. Dec. hic & pleniùs in l. edita. col. xiij. cũ ſeq. in tertia regula Bart. C. de eden. & in l fi. illo eod. titu. in quibus locis concluditur nec legiſlatorem, nec Deum poſſe ſimul repugnãtia in eſſe producere, de quo in ſuperioribus dixi. Nunquid autem iudiciũ in quo quis eſt ſibi cõtrarius, ſit ipſo iure nullũ, an verò ita demùm ſi excipiať? ponit Bald. in l. ordinarij. col. ij. & iij. C. de rei
* vendic. * Aret. in l. j. C. de furt. omnes ſcribẽtes in vulg. §. Nihil commune. de acqui. poſſ.] faciunt quæ Deci. ſcribit in d. l. edita. col. antepe.

Et per hanc regulam cũ præalle. dixit Bald. in l. j. col. iij. C. quan. pro uoc. non eſt neceſ. ꝙ ſi reperiantur duæ ſententiæ eadem hora prolatæ, ſiue duo inſtrumẽta contraria, neutrum valet. Item ſi ille cui tam ex teſtamẽto q̃ ab inteſtato alicuius ſpectat hęreditas adeat hæreditatẽ ab inteſtato proteſtatione pręmiſſa, ꝙ non vult, neq; intendit cauſæ teſtati renunciare, propter repugnantiã & contradictionem redditur actus nullus: ita Aret. in l. illud. in fi. ff. de acquir. hæred.

Reſtringiť modo & limitať hęc regula cum prædictis pluribus modis. Et primò quãdo eſt tãta tamq; præciſa contrarietas ꝙ nullo modo
4 tolli poteſt: † ꝙ ſi cum aliqua diuiſione, diſtinctiõe, ſeu alio legitimo modo remoueri poteſt, id omninò fieri debet, cùm quęlibet diſpoſitio ſic interpretari ac intelligi debeat, ne ſibi contradicat, ſi fieri poſſit. §. quibus. in prima conſtit. C. §. ceterùm. In auth. de fide inſtr. c inter dilectos. de fid. inſtrum. Dec. hic & in l. fi. C. de eden. & in cõſ. cxcv. col. ij. & conſ. dcliij. col. fi. Alex. in conſil. clvj. clxx. & cxc. col. iiij. lib. vj. Iaſ. in Spe. feud. in prin. in vij. col. verſi. itẽ licitum eſt. Bald. & Pau. de Caſt. in l. ij. ff. ne quis eũ qui, dum loquuntur de producente poſitiones quæ contrariæ videntur: vt ſi petas à me centum. & opponã te non ſoluiſſe. Item me præſcripſiſſe, quia hæc cõtraria eſſe videntur: intelligi debet, dico me præſcripſiſſe caſu quo conſtet te ſoluiſſe: vt etiam per Rimin. in l. j. col. xij. C. qui admit. Et ſi dicatur rem eſſe communẽ pro diuiſo, ſicq; videatur repugnantia: cùm nihil diuiſum ſit commune. remoueť tamen cõtrarietas habito reſpectu ad totam rem. ſi enim pro vna parte ſit mea, & pro alia etiã diuiſa tua ſit: ſatis poteris cõmunis dici, quia nec tua nec mea abſolutè dici poteſt: vt per glo. in l. id quod noſtrũ. ſuprà eod. & in terminis vult Dec. in conſ. cccclxxxviij. col. fin. & in depoſitione teſtis à contrarietate ſaluandi, pulchrè ſcribit Iaſ. in l. j. col. iij. ff. ſi cert. petat. & Felin. in c. cùm tu. de teſti. Ex prædictis, ꝙ contrarietas remoueri debeat ſi fieri poteſt in qualibet diſpoſitione, infert ad deciſionem multarum quęſtionum Card. Pariſ. in conſi. vij. col. j. lib. ij. & in cõſ. j. col. ix. lib. iiij. & in conſ.

conſ.lxxij.col. antepe. in eo. vol.& in pluribus aliis ſuis conſiliis.

Quod ſi ſit tanta eiuſdem diſpoſitionis contrarietas, ꝙ nequeat remoueri, neutrum valet, vt hic dici-
5 tur: ſed † ſi pro vna parte ſint meliores rationes vel plura & fortiora ſigna, præualet pars illa. argu. l. quæritur. ff. de ſtat. homi. & c. capellanus. de feriis. Faciunt quæ diximus in l. mutare conſilium. ſupra eo. & quæ poſt Bald. ſcribit Alex. in conſ. cxc. col. iiij. lib. vj. ꝙ quando ſunt plura inſtrumenta repugnãtia, illi creditur quod maioribus adminiculis iuuatur. Propterea dicebam alias in differentia cuiuſdam muri quem vnus vicinorũ communẽ dicebat propter feneſtrellas in eo ex ſui parte exiſtẽtes: iuxta ea quæ ſcribit Cæpo. in tract. de ſeruit. vrb. pd. in tit. de pariete ſeu muro. col. ij. & iij. alter propriũ aſſerebat propter duos magnos terminos longitudine vnius pedis extra murum ſe protendentes ibiq; defixos, quibus murum non eſſe communem ſed propriũ ſignificari dicebat, aliàs dicti termini eſſent ibi ſine effectu. In tali repugnantia videtur debere præualere partem illius pro quo ſtant termini, tanquàm ſint ſigna potentiora & vrgentiora ad oſtendendũ eius proprietatem muri prædicti. Faciunt etiam quæ ſcribit Iaco. de ſancto Georg. in tract. de Rhoidis ſeu operis. col. xj. dũ vult ꝙ exiſtẽtibus hincinde coniecturis & argumẽtis ad venditionem & permutationẽ, iudicandus ſit contractus ſecundũ fortiores coniecturas & argumẽta. * *& quaſi in ſimili caſu inuenio cõſultũ per Rui. cõſ. lv. col. ij. lib. iiij.]

6 Secundò limità, niſi † repugnantia ſit inter principium & finem alicuius ſcripturæ: tunc enim attendit finis, qui principio derogat, & per quẽ receſſum cenſetur ab illo. arg. l. pacta nouiſſima. C. de pact. propterea vltima diſpoſitio teſtamenti attenditur: vt per Dec. in conſ. dcliij. colum. fin.

Ideò in ſtatutis quando duo ſtatuta ſunt contraria, vltimum attenditur: imò quãdo vnum ſtatutum ſibi ipſi contradicit, ſeruari debet quod vltimo loco ſcriptum eſt. ita Ang. in l. inciuile. ſupr. de legib. per glo. ibi. & reſpon. ad hanc legem: ꝙ loquitur vbi eſt ſuſpicio falſitatis, vt ibi per eum. Propterea dicebatur aliàs in quæſtione occurrẽti ſuper quodam inſtrumẽto, per quod ceſſum erat ius redimendi & recatãdi, & cõſtitutus quis pcurator in rem ſuã in multis partibus inſtrumẽti, poſteà in fine inſtrumenti dicebatur, ita tamen ꝙ quicquid per præfatum B. vigore præſentis inſtrumẽti & contentorum in eo geſtum & negotiatum fuerit, faciat ipſe B. ad cõmodum & vtilitatẽ ipſius domini conſtituentis &c. Quod hæc verba in fine inſtrumẽti poſita quæ ſunt attendenda, alterabãt naturam ceſſionis & faciebant tranſire in ſimplex mandatum reuocabile per pœnitentiam, vel morte re integra per gl. & doctrinã Salic. & Pau. de Caſt. ibi in l. per diuerſas. C. manda. Sed confundi videntur prædicta per l. nam ad ea. ff. de cõd. & demon. vbi incontinenti non præſumitur quiſpiam ſe corrigere. ideò Dec. in l. pacta

cta nouiſſima.col.j.C.de pact.dicit illam regulam intelligi quando ſecunda diſpoſitio contraria primæ facta eſt ex interuallo: ſecus ſi incō tinenti,quia attenditur prima, pręcipuè plenior: cùm non præſumatur quis incontinenti ſe corrigere. d l.nam ad ea. Quod cōfirmari poteſt ex pluribus quæ ſcribit Alciat. in tracta. præſump. in xxviij. præſump.ij. regulæ, & Corn. in conſil. cccviij.lib.iiij. Alexan. clarè in cōſ. clxx.lib.vj. Et propterea in caſu ceſſionis prędictę ego conſului oppo. quòd imò erat ceſſio & conſtitutio procuratoris in rem propriam, pro ut principium dicti inſtrumenti in pluribus clauſulis clarè oſtēdebat: & quòd clauſula in fine poſita, cenſetur potiùs p errorē poſita,q̄ quod partes voluerint ſe corrigere.l.quoties.§.tantundem.ff.de hęre.inſtit.

Et prædicta procedunt niſi præcisè cōſtaret de voluntate partium ad correctionē tendente. illa enim attēderetur.quia actus agentiū &c. l. non omnis.ff. ſi cert. pet. Dec. in d.l.pacta nouiſſima col.j.Et in iſtis terminis ſaluari poſſent quæ ſcribunt Ange. in d.l.inciuile.& Deci. in conſ.dcliij.col.fi.

Tertiò limita.quæ dicta ſunt de allegante contraria ſeu vtente con trariis remediis, vt audiri non debeat,vbi quis eſt contrarius eodem
7 tempore & inſtanti:ſecus † ſi intentauerit ſucceſſiuè remedia contraria:vt per Bar.Alex.Iaſ. & alios in l. naturaliter. in §. nihil commune. in iij.lect.ff.de acquir. poſſeſ.vbi petitorium & poſſeſſoriū retinendæ, quia contraria ſunt (quia in petitorio dico aduerſarium poſſidere. l.prima.C.de alien.iudi.mut. cauſ. fa. in poſſeſſorio retinendæ dico me poſſidere.l.prima. ff. vti poſſ.) poſſunt tamen intētari ſucceſſiuè, licèt ſimul & ſemel non. Sed dic iſtud eſſe, quia intentando poſſeſſorium retinēdæ à primo remedio contrario receſſum videtur, illiq; renuntiatum.Alexan.& Iaſ. in dic. §.nihil commune.in tertia lectura. Intellige prædicta, niſi conuentus negauerit quod per actorem aſſertum fuit. non enim tunc poſſet dicere per ſecūdum eſſe primo renun tiatum, cū ſe iuuare quis nequeat ex eo quod impugnauit, vt ibi per Alexan. colum. xiij. verſic. item ex hac tertia lectura.& ſequuntur poſteriores. Vbi autē quis ſuccubuit in intētato remedio, poteſt ad contrarium ſe conferre, & ſic in diuerſis inſtantiis allegare contraria & contrariis remediis vti.l.Aurelius. §.fin.ff.de liber.leg.not.Aret.in l.j. C.de furt Iaſ. in dicto §.nihil commune.colum.vij.ver.ſecundo principaliter.not. Alex.in l. qui Romę. in §.pen.de verb.oblig.

8 Quartò limit. vbi † incertitudo ex facto conuenti procederet: tunc enim licèt actori cōtraria remedia intentare: vt per Bart.in.l. vbi autē non apparet.in §.fin.ff.de verborū obli.& ita erat in d.§.nihil commu ne.ſecūdum iij.lect.Bart. quia reus confeſſus fuerat actorem poſſidere: ſecundum quoſdam Mod. ibi dicentes, ꝙ ſicut tunc admittūtur cōtrariæ probationes, ita admittūtur contrariæ poſitiones: vt per Alex. conſi.lxxxij.col.iij.lib.ij.

9 Limita

9 Limita q̃ntò † niſi pars velit vnũ ex contrariis remediis per actorem in ſuo libello intentatis acceptare, quia iſtud poteſt facere. Bald. in l. cùm precum. ad fi. C. de libe. cauſ. Deci.in d.c. ſollicitudinem. in viij. notab. de appellatio. & Abb. in ca. cùm olim.in not.de cenſi.

10 Sextò limita † niſi quis intentaret contraria remedia ſubordinatè & conditionaliter: vt pulchrè p Romanum in conſ.cccxij. circa princ. col.ij. & per omnes ſcribentes in l. edita.C. de eden. in materia cumulationis. propterea vbi aduocati in iudiciis opponunt de contrarietate & repugnantia remediorum intentatorũ, ſolet replicari id friuolum eſſe, cũ ſubordinatè propoſita fuerint & cumulata, *ratione contrarietatis. non obſtat quin ſuſtineatur petitio ratione ſubordinatiõis, vt per Pau.de Caſt.in l. contra maiores.C.de in off. teſt. Iaſ.in l.j.col. fin.C.de furt. Fel. in c ij.col.xiij. de lib.obla. Et ratio apparet,quũ tunc nõ ſit cumulatio,ſed ſubordinatio; ideo nimirum ſi regulę impeditiuę cumulationis non obſtant. poterit tamen refragari regula impeditiua cumulationis,ratione maioritatis: iuxta l.fi.C.de ord.iudi.& ſuprà.de iudi.l.per minorem.

Septimò limit.vt per Pau.de Ca. in l.j.colum.iij.verſ. Et ad contra.

Octauò pro limitatione. nota quòd diuerſis reſpectibus duo contraria poſſunt ꝓcedere, vt p Roch. Curt. in tract. de conſuet.ſuper ca. finali,in gloſſ.ſuper verbo rationabilis. colum.vij.verſ.octauò aduertendum.]

Nonò & vltimò quo caſu regula impeditiua cumulationis limi. 11 in † reo: quia licèt agendo non liceat contraria proponere: ſecus tamen eſt excipiendo: vt dicit glo.in ca.ſi à ſubdelegato. in verbo cõtrariis. in fin. de offic. delegat.in vj. declarando, vt per Phil. Franc. & alios in c.nullus pluribus.de regul. iur.lib.vj. & plenè ſcripſi in l.nemo ex his.ſuprà eodem.titu.vbi eſt tex. ſecundum intelligentiam gloſſ. & docto.

12 Stante autem † repugnantia & contrarietate diſpoſitionum, quæ præualere debeat, affirmatiua, aut negatiua: fauorabilior vel æquior & iuſtior:ponit Decius in l.ſi Ruffinus. colum.j.C. de teſtam. milit. Et ſi concurrant cauſa naturalis & accidentalis, ſeu magis potens & minus potens, aut duæ qualitates repugnantes, quæ præualeat & attendi debeat, tradit poſt alios Seueri. in repeti. l. cunctos populos. folio. xvij. verſ. nec obſtat lex qui habet.C. de ſumma Trini. Faciunt not.per Iaſon.in l.prima. in prima lectura in ſecunda colum. ff. ſoluto matrimonio.quòd exiſtentibus duobus teſtibus contrariis eodem tempore facti,ſeu datis duabus contrariis prouiſionibus eodem tempore, ille qui reperit̃ in poſſeſſione, præfertur. Et ſi ſit dubietas ratione perplexitatis & concurſus plurium locorum, quis locus attendatur: ponit Brun. in paruo ſuo tract. de rebus ſeu diſpoſitionibus dubiis.fol.xlij. cum ſequenti, & in eodẽ tract. plura congerit de dubiis & repugnantibus diſpoſitionibus. hic

✱* hic iuuabit referre quæſtionem quandam deciſioni ampliſſimi collegij Patauinorũ aliàs remiſſam: pro qua adducebatˀ præcipuè regſa iſta de repugnãtia & cõtradictiõe.

Nicolaus Marcenius,& Frãciſcus tinctor Catharẽſes ſeu de Catharo Sereniſſimi Dominij Veneti, ædes habebant vicinas, imò contiguas cõmuni pariete & muro diſtermi-
13 natas & diuiſas † verſus Franciſcũ extra,ſed in muro applicata erat fiſtula in quam ambarum ędium defluebãt aquæ pluniæ, quæ in viam publicam ducebantur:qui quidem cõmunis paries,brachio tenus parte Nicolai eleuatus fuerat,prędicta fiſtula prout erat dimiſſa in quam (vt dixi)cadebant aquæ prædictæ, quæ in viam publicam deduceban tur:& ſic domus Franciſci aliquantulum depreſſior remanſerat:fortuna Franciſco fauente, ędes ſuas extollere propoſuit, & illas altius tollere, ędibusq; Nicolai reſpectu altitudinis ęquare. qui quidem Nicolaus ſuper antiquo & cõmuni muro diuidẽte prædictas domos fabricauerat modicũ muri altitudinis fortè vnius brachij: ſuſtulitq; dictˀ Franciſcus auctoritate propria, gottalia,vt ipſi nuncupãt, Nicolai. itẽ ligna quædam prædicto muro applicata, extra tamen murum,tegulas ſuas videlicet Nicolai,ſuſtinendi gratia: reſtringendo aliquantulum tectum Nicolai ponendo gornam (vt ipſi appellant) id eſt aliam fiſtulam ſuper dicto pariete ſuperędificato per Nicolaum, vbi prius erãt tegulę ſeu cuppi Nicolai,quos huius rei grã ſubſtulerat ipſe Franciſcus reſtringẽdo tectum Nicolai, quo fiſtulam ibi ponere poſſet, in quam ex ęquo defluerent prædictę aquæ conducendæ in viam publicam,prout anteà,relicta antiqua fiſtula prout & queãdmodum erat: animo tamen illam tollendi ac remouẽdi pfecto ędificio, quod Franciſcus propoſuerat,& intendebat facere: offerendo ſe paratum ſoluere ipſi Nicolao partem expenſarũ factarum in conſtructione illius modici muri ſuper antiquo & cõmuni facti ſuper quo fiſtulam poſuerat.

His peractis Nicolaus Franciſcũ coram ordinario loci vocando con queſtus eſt,petendo ipſum Franciſcum cogi ad reducẽdum in priſtinum, quod in præiudicium ipſius Nicolai fecerat: deſtruẽdo tectum ſuum, auferẽdo cuppos & gottalia prædicta contradicente ipſo Franciſco.tandem curia Cathari uiſo loco differentiæ pronunciauit teneri gornam & fiſtulam prædictam tollere & remouere,remittere gottalia & cuppos prout erant anteà. Et ſi Franciſcus voluerit altius ędes ſuas tollere & fabricare, poſſit,ſoluendo partem expenſarũ prædicti modici muri eidem Nicolao pro medietate.& inde debeat ponere gornã & fiſtulã ſine dãno & pręiudicio Nico.

A qua ſentẽtia tanq̃ nulla & iniqua appellatum fuit ad ſacrũ Collegium Paduæ:modò quærebatur, quæ deberent eſſe partes dicti Collegij in conſulendo & pronuncian do, an bene iudicatum & malè appellatum,vel bene appellatũ & malè iudicatum cum victoria expenſarum,quarũ reſtitutio ex forma ſtatuti

tuti Cathari venit & refundi debēt per partem contra quam cōſulitur & pronunciatur, etiam quòd nihil de hoc in conſilio dicatur, ſm formam ſtatutorū ipſius collegij, electi fuerunt quatuor relatores, duo forenſes,& duo ciues, ac Dominus prior collegij, inter quos ego vnus forenſiū licèt minimus electus fui. Re inter nos diſcuſſa,ipſi omnes cōcludebant bene appellatum,& malè iudicatum:ego verò ſolus totum oppoſitum , ita quòd oportuit rem ad ipſum collegium reducere , & ibi aliquibus dieb⁹ inter nos diſputata. Dicebant ipſi conſulēdum & pronunciandum malè iudicatum & bene appellatum pluribus rationibus & argumentis.

In primis quia ex quo Nicolaus non nūciauerat nouum opus, nec prohibuerat per ſe vel per iudicem ne Franciſcus prædicta faceret, prout potuiſſet nunciare & prohibere. l.j.in prin.& l. de pupillo.§.meminiſſe.ff.de no.oper.nunc.l.j. & toto tit.quod vi aut clam. conſenſiſſe cenſet,ideò remittentibus actiones ſuas non datur regreſſus. l. quæritur.§.ſi vēditor. ff. de ædil. edic.cū accumularis per Dec. in conſ.551.

Secundò,quia prædicta ſentētia continet magnam repugnantiam & contrarietatem, ideò non debet ſubſiſtere per hāc l.noſtram. & l.j. C.de furt.cum vulg condēnauit.n. Curia Cathari Franciſcum Tinctorem ad tollendum fiſtulam & remittendum gottalia & cuppos prout ante erant,& ad reſtituendū eſſe in priſtinum. poſteà dat ſibi licentiam hoc faciēdi, dum dixit, quòd ſi ipſe Franciſc. voluerit altius ędes ſuas tollere,poſſit ſoluendo medietatem prædicti parui muri. quæ videntur implicare contradictionem & repugnantiam, quòd poſſit facere, & quòd non potuerit, quòd deſtruat, & poſteà ſi velit, conſtruat contra regulam noſtræ.l.

Tertiò,quia iniquitatem continet, quòd deſtruat, & poſteà ſi velit cōſtruat:quod eſt valde iniquū. §.cum in ſuo,inſtit.de rerum diuiſ. l.Sabinus. ff. cōmuni diuidun. ne vrbs deformetur ruinis: quam iniquitatem non tolerant, ſed potiùs prohibēt leges. c.erit autem.4.diſt. l.j.C.de no.oper.nū.l.quod ſi Epheſi.ff.de eo quod cer.lo.

Quartò, quia illud factum fuerat ſine dāno & præiudicio Nicolai appellati.nemo autem prohibetur ſibi prodeſſe,dum alij nō obſit. l.j.§.idem autem,ſuprà de aqu plu. arc. idque dictat æquitas, & ſi iure deficeremus: vt dicit text. in d.l ij. in §.q̄q̄.ergo &c. & ſic ex parte Nicolai eſt ſolum vna quædam animi pertinacia & durę ceruicis obſtinatio ac iniqtas, vt deſtruat quod fecit,poſteà poſſit conſtruere.

14 Quintò,† quia attenditur & cōſideratᷓ principale propoſitū & hominis intētio.l.ſi quis nec cauſam. ſuprà ſi cert.pet.quę quidem intentio Franciſci non fuit, vt noceret & obeſſet Nicolao, tollēdo dicta gottalia & regulas animo ei damnum inferendi, ſed ſolum vt poſſet ipſe ædificare & facere prout Curia iudicauit poſſe eum inde facere.

Sexto & vltimò adducebant tex. vbi dicebant eſſe caſum quæſtionem

nem hãc decidentẽ in d.l.Sabinus, poſt mediũ, ibi, vt tũ factum opus tollat, cogi non poteſt. ædificatum ergo ſuper cõmuni ſocio nõ prohibente non debet deſtrui, ſed agendum eſt cõmuni diuidũdo ad damnũ, ſi quod fuit, vt ibi dicitur. Nec obſ. ꝙ ille paruus murus fuiſſet cõſtructus expẽſis Nicolai, quia id factum fuerat ſuper muro antiquo communi, ideo cedit parti inferiori, & cõmunis efficitur. l. ſi ſupra tuũ. ſuprà de acqui. rerum. dom. l. ſi is. C. de ædifi. priua. tradit Cępol. in tract. de ſer. vrb. præd. in tit. de pariete ſeu muro. c. cxl. Ex quibus concludebant pro appellante & reſcindendam eſſe prædictam ſententiã iudicis à quo.

Ego autem contrariæ opinionis ſemper fui, ideo ſurrexi in contrarium: hãc partem clariſſimis rationibus et fundamentis probando ac fundando. Dicebam enim ꝙ prædicta ſentẽtia habet tria capita rationi & æquitati conſentanea, prout probabam: & ideò eſſe confirmandam: quum eſſet multùm iuſta.

Primum caput erat, quòd Franciſcus remoueret fiſtulam ſuper dicto muro poſitam.

Secundum, quòd remitteret got talia & cuppos prout erant antea.

Tertium, quòd ſolutis expenſis pro medietate prædicti parui muri ſuperędificati poſſet in altum fabricare poſita gorna & fiſtula ſine dãno & præiudicio Nicolai. quæ omnia iuſtè ſanctéque facta fuerant.

Primò, quia tollens de ædificio meo tegulas tenetur interdicto qđ vi aut clam. tex. eſt in l. ſi alius, in fi. cum l. ſequẽti quod vi aut clam. ſed Franciſcus remouit tegulas de tecto Nicolai, ergo tenetur interdicto illo reſtitutorio & ad reſtituendum rem in priſtinum: quum exiſtimare debuerit ſibi cõtrouerſiam futuram, vt dicitur in l. iij. in fin. cũ l. ſequenti illo eod. tit.

Secundò, quia auctoritate propria non licuit dicto Franciſco, ẽt quòd ius habeat, prædicta attentare & ius ſibi ipſi facere. d. l. j. ff. qđ vi aut clam. & C. ne quis in ſua cauſa, in rubro & nigro.

Tertiò, quia in poſſeſſione ſua quis manutenendus eſt, & fortius magiſque reſtituendus & reintegrandus, ſi fuerit ſpoliatus. d l. j. cũ glo. in verbo ius habuit. l. ſi in poſſeſſione, cũ l. ſeq. C. vbi cauſa ſtat. vbi Paul. Caſ. not. Guido Papæ in quæſtione ccclxvj. Deci. in conſil. cclxxj. col. iiij Brun in conſil. cviij. manutenẽdus ergo erat Nicolaus in ſua poſſeſſione prædicti tecti in qua erat, & quum fuiſſet per Fran-
15 ciſcum ſpoliatus† rite rectéque per Curiam Cathari reſtitutus, & ordinatum in priſtinum rem eſſe reponendam. vulg. l. ſi quis ad ſe fundũ. C. ad l. Iul de vi. & c. reintegranda. iij. quęſtione j. cum plenè cumulatis per Alex. in vulg. §. nihil cõmune, col. viij. cum ſequen. nonne ergo fuit iuſta prædicta ſententia. per quam ſpoliatus reſtituitur, & ablata reſtitui mandat?

16 Quartò, quia † ille paruus murus ſuper antiquo cõmunique conſtructus & fabricatus, non efficiebatur communis, niſi per ſolutionem medietatis expenſarum in eo factarum,

factarum, nec antea illo ſe iuuare poterat Franciſcus, vt declarat Barthol. Cępol. in dicto tit. de pariete ſeu muro colum. vij. & hoc eſt notorium, & ſeruatur per totum mũdum, quòd muro communi eleuato aut in melius refecto per ſociũ alter ſocius vti vel ſe eo iuuare nequit, niſi refundat & ſoluat ꝓ eius parte expenſas in illo factas. Franciſcus id non fecerat, ergo &c.

Quintò, quia etiam quòd murus ille fuiſſet communis, non potuiſſet ſuper eo, inuito ſocio poni
17 † gorna ſeu fiſtula. tex. eſt not. in l. fiſtulã. ſuprà de ſer. vrb. præd. vbi Bar. not. & volunt cõmuniter ſcriben. per Cępol. in tract. pręalleg. ca. iiij. quia eſt nimis pręiudicialis muro communi. nam, vt ait ille Poeta:

*Gutta cauat lapidem, non bis, ſed ſæpe cadendo.*

Aſſiduo enim humore madefaceret murum & illum marceſcere faceret: ideò non poteſt ſuper ipſo muro, licèt eſſet communis teneri. Et huic fundamento non cadit bona reſpõſio Et ideò iudices Cathari viſo loco prædictæ differẽtiæ dũ in tertio capitulo ſententiæ conceſſerunt licentiam ſuperædificandi ſolutis expenſis pro medietate muri, dixerunt, quòd ponat gornã ſine dãno & præiudicio Nicolai applicanda eſt à muro, ita quòd pendeat & ſit extra murum prout erat antiqua fiſtula: quemadmodum licèt conſpicere in modello ædium tranſmiſſo loci contentioſi.

Ex prædictis apparet de iuſtitia & æquitate omnium capitum ſententię ſuprà relatæ. primum caput, quòd Franciſcus tolleret & remoueret fiſtulã, iuſtificatur, quia non fuit poſita ſuper muro communi ante ſolutionem expenſarum dimidiæ partis muri, vt dixi. Item quòd licèt murus ille communis eſſet, nõ aliud per iuſtum iudicem iudicandum foret, quum ſuper muro communi fiſtula poni etiã poſſit, vt dictum eſt: per d. l. fiſtulam. vbi caſus. Eſt etiam huic capiti coniuncta æquitas, quòd ante ſolutionem medietatis dicti muri per Nicolaũ fabricati nequeat Frãciſcus illo vti nec eo ſe iuuare. ſecundum naturam enim eſt, vt ille repellatur à cõmodo & emolumento, qui nõ vult onus rei annexum ſentire. l. ſecundum naturam ſuprà eod. Item eſt ſumma æquitas, quod ſuper communi ad dãnum parietis & rei cõmunis non ponatur aliquid, quod illi noceat, prout fiſtula parieti: vt ſuprà oſtendi.

Secũdum caput clariori iuſticia & æquitate eſt ſubfulctum, quòd temerarius & violentus rerum occupator oblata reſtituat, & remittat, quòd in priſtinũ reponatur res, & reſtituatur ſpoliatus, prout fuit Nicolaus. non ne hoc omnia iura clamant, & omnis æquitas dictat, etiam quòd iure deficeremus? Certè ſic: idque etiam cæco nato pateret. Eiuſdem conditionis eſt tertium caput, quamuis ab eo nõ fuerit appellatum: quia concernit ſolum fauorem & commodum Franciſci appellantis, quòd poſſit ædes ſuas altius tollere, & ſup illo muro fabricare ſoluta medietate muri, & quòd debeat ponere fiſtulam ſi-

ne

ne dãno & præiudicio Nicolai, vt ex prædictis apparet.

Non obſtant adducta in oppoſ. ad primum reſpondeo, quòd nõ cadebat nunciatio noui operis, quia Franciſcus adhuc nihil ſup illo par uo muro ſuperædificarat, nec etiã ex conſequenti cadebat prohibitio aliqua. quò ad gottalia & cuppos non apparet, quod Nicolaus cõſenſerit remotioni & deſtructioni ſui tecti, imo de diſſenſu & cõdictione: quia ſtatim quòd Nicolaus de illis habuit notitiam coram iudicibus conqueſtus eſt petẽs reſtitutionem. Et iſtæ renunciationes & remiſſiones iurium ſuorum ſunt ſtricti iuris ſtrictéq; intelligendæ, & cenſeri factum tantum remiſſionẽ quatenus ex actu de neceſſitate infertur. l. ſi domus, ſuprà de ſeruit. vrb. præd. l. cum de indebito. §. de proba. cum alijs accumalat. per Deci. in conſi. ccccij. col. ij. cum ſimil. ſed ſomnium eſt dicere quòd Nicolaus ius ſuum remiſerat quò ad cuppos & gottalia remota, & quò ad poſſeſſionem tecti ſui: quæ omnia repetit & rem in priſtinum reſtitui ac reponi, ergo &c.

Ad ſecũdum reſpond. quòd prędicta ſententia nõ continet aliquã repugnantiã, nec implicat ſibi contradictionẽ vllam: quia nõ dicit ꝙ poſſit Franciſcus facere quod primò ſuprà tanq̃ prohibitum & illicitum reprobatum ac dãnatum fuit, prout ex aduerſo arguebatur. Iudicatur enim primò, quòd remittat guttalia & cuppos ,put erãt antea, & ꝙ tollat fiſtulam. Nec poſteà cõceditur illi quòd accipiat & amoueat prædicta, & quòd reponat gottnam ſeu fiſtulã vbi erat primò poſita: ſed aliud continet ſententia, ꝙ ſolutis prius expenſis pro medietate dicti parui muri poſſit ibi fabricare, prout iuris eſt, vt prædixi. & adhuc non fecerat, & ponere fiſtulam ſine damno & præiudicio Nicolai, & ſic non reponere vbi erat & cum damno Nicolai, ſed ponere ſine dãno; & ſic aliter & alio modo quemadmodum erat antiqua, & ſic extra murum, vt ſuprà dixi.

Ad tertium dico, quòd fundamẽtum prædictum eſt penitus a veritate alienũ et in arena poſitum: quia ſententia non condemnat Franciſcum ad deſtructionem operis ſuperędificati, ſed ad reſtitutionẽ gottalium & tecti nec hactenus fuerat fabricatum ſuper illo muro, vt poſſet cadere deſtructio, ſed tãtum poſita fiſtula, quæ tollenda eſt, & remouenda, quia præiudicialis & dãnoſa muro cõmuni, vt ſuprà dixi. videant, præcor, & cognoſcant, qui exclamabant tantam iniquitatem eſſe in dicta ſententia condemnatoria ad deſtructionẽ operis fabricati, quũ de hoc nihil in ſententia: ſed de reſtitutione & remiſſione eorum, quæ ablata & remota temere per Franciſcum fuerant, loquatur. licèt poſteà concedat Franciſco licentiam ſuperædificandi prout iuris eſt ſolutis expẽſis medietatis dicti muri, & ſine damno & præiudicio Nicolai. quis eſt tam Frãciſcanus qui iuſtiorem ęquioremùe ſententiam proferre potuiſſet? nemo. iudicio meo.

Ad quartum ex prædictis patet ſolu.

ſolu. quia cũ magno damno & prę iudıtio Nicolai & prędicti muri nõ ſolutis expenſis muri, non poſita fiſtula prout erat ponenda extra murum quemadmodum ſtabat antiqua, deſtructo tecto Nicolai, nõ reſtitutis temerè amotis prędicta omnia ex parte Franciſci proceſſerant: ęquitatem ergo continet prædicta ſententia.

18 · Ad † quintum arg. ſumptum ex l. ſi quis nec cauſam. de principali propoſito & intentione conſiderandis ſtomachatus (vt verum fatear) quẽadmodũ dicebat ſubtilis Aret. in cõſiliis ſuis, ꝙ in collegio Excell. doctorum ad deciſionemq; cauſarũ alligarẽtur huiuſcemodi leuia fundamẽta & vulg. regulæ quę patiuntur tot limitationes & declarationes, vt veluti nebulę ſole veniente, ſpiritu nr̃o difflarẽtur, excandeſcere aliquãtulum & cõmoneri quaſi ad iram coactus fui, ꝙ mihi cõtradicẽtes huiuſcemodi nenias adducere auderent: quum vbi ſubſequit̃ delictum vel damnum tertij nõ habeat locũ nec procedat regula illa

19 † l. qui ſaccũ. ſuprà. de furt. vbi ille qui ſaccum habentem pecuniã ſurripuit, tenetur furti, etiã pro ſacco, licèt animus eius nõ eſſet ſacci ſurripiendi, & noluit Bal. limitando illam regulam in d. l. ſi quis nec cauſam, & Iaſ. ibidẽ in pen. col. hocq; procedit etiam ꝙ operam rei licitę ꝗs daret. l. qui foueas. l. ſi putator. ſuprà ad l. aquilliã. & l. prima cum vulg. ſuprà de his qui deiecerunt. licèt ergo in propoſito noſtro principalis intentio Franciſci fuerit fabricare ſine dãno Nicolai, vt dicitur, quod in conſequentiã põtuerit nõcere Nicolao, amouendo illius gottalia & tectũ eius, vt fecit deſtruendo & pro libito reſtringẽdo; verba ſunt ad Epheſeos coram doctis viris minimè proferẽda. Rurſus principaliter prohibita vt in propoſito noſtro prohibentur etiam in conſequentiam, vt per Deci. in l. ſi. per errorem. ſuprà. de iu. om. iud. cõmomotus pariter fui aduerſus contradictores, affirmantes Nicolao nullum remedium competiiſſe nec cõpetere, & ſic agiſſe ſine actione contra ſexcentũ ll. & omnia iura mundi. quum innumerabilia illi competerent remedia ciuilia & criminalia. nam potuiſſet Nicolaus accuſare ipſum Fran. de violentia in auferẽdo gottalia & tectũ eius, deſtruendo commiſſa l. ſi quis ad ſi fundũ. in fi. C. ad l. Iul. de vi. agere furti ciuiliter & criminal̃r accuſare, quum prędicta inuito dño contractaſſet. l. j. cum vulg. ſuprà de furt. habebat plura alia remedia ciuilia, tria enumerat Bald. in d. l. ſi quis ad ſe fundum. Item habebat remedium l. ſi coloni. C. de agrico. & cẽſit. lib. xj. legis quẽadmodum, cum ſimilibus ſuprà ad l. aquil. remedium c. reintegrãda. iij. quæſtio. j. & multa alia quæ omitto, ne lectori nauſeam faciam.

20 Ad vlti. † de l. Sabinus, dicebam tantũ cõuenire propoſito, quantũ calliga Maximini pigmeo. primò quia ille paruus murus ſuper quo poſita fuerat fiſtula, non erat communis ante ſolutionem expenſarũ ꝓ dimidia muri, vt ſuprà dixi. nec opitulatur, ꝙ Franciſcus obtulerit ſe

ſe ſatis facturũ, quia vbi opus eſt fa
21 cto † verba non ſufficiunt.l.prima cum glo. ſuprà ſi quadru. pauper. ſec.dic. Alexan. in conſi.xxj. col.fi. vol.j.& Rota in nouis in deciſ.ccxj.
22 non ſufficit † & ſic debebant realiter ſoluere non verbo offerre. maxime, quum vellet Franciſcus conſequi remedium ędificandi ſup muro cõmuni, quod acquirebatur ex implemento & ſolutione prædictarum expenſarum.quo caſu neceſſarium eſt depoſitum & conſignatio pecuniæ debitæ, iuxta l.acceptam. C. de vſur. & l. obſignatione.C. de ſolu.vt per Alexan.& Iaſ. in l. iuris gentium,in princ. in vlt.col. ſuprà de pact. Bar. & alios in l. prætor in §.ſi quis paratus.ſ. de no.oper.nũ. Alex.& Aquenſ.in l. ſi mora. j. ſol. mat.eundẽ Alex. conſ.cxxx.col.iij. lib.iiij. Mod.de Fano in tract. de pignor.fo.45.Iaſ.& alios in l.qui Romæ.in princ. de verb. obli.& Caſanęum in conſi.xlj. & licèt tota ſumma non eſſet clara & liquida,debebat facere illã liquidari dictus Franciſcus qui iuuare ſe volebat ex hoc & prædicto muro.Item offerre partem,& pro reſiduo dare fideiuſſorẽ, iuxta tex.not. in l. ſtatu liber ſi rationẽ.ſ.de ſtat.libe. cum nota. per Alex.& Mod.de Fano pręalleg.etiã in iudicio, quàmuis dicta verbalis oblatio nõ fuiſſet facta in iudicio: quicquid per contradicentes aſſereretur, ſed extra iudicium,quamuis coram illis qui erãt iudices, vt acta oſtendebant.

Secundò reſpondebã,ꝙ dato,ſed non conceſſo, murum illum fuiſſe communem, gornam & fiſtulã nõ poſſe ſuper illo poni, & fuiſſe remouendã tanquàm damnoſam & nociuam muro cõmuni, vt ſuprà dixi. Et nihil fuiſſe ſuper illo ędificatum nec actum ad deſtruendum ibi ſuperędificatum,quicquid ſomniando contradicatur ineptè ergo allegabatur in quęſtione noſtra tex.d. l.Sabinus.

Tertiò ꝙ agebatur vt remitterentur ablata,res in priſtinum reponeretur, & ſpoliatus rebus & poſſeſſione ſua reſtitueretur; & ſic terminos penitus eſſe diuerſos & ſeparatos, ideò &c.

Ex quibus vt mihi videbať ſententiam Curię Cathari ęquam ſanctamq; fuiſſe oſtendebam: nec beatum Franciſcum ſanctiorẽ ſententiã in dicta cauſa proferre potuiſſe. Et contrariæ opinioni adhęrentes dicere contra caſus legum apertiſſi
23 mos. tamẽ plura vota † collegiatorum reperta fuere contra opiniõnẽ meã,ꝗ pro ea. maior enim pars(vt plerunq; fit) meliorẽ vincit. Et fuere forſan ſui cariores ꝗ exterus, & iuſticia.hoc tamẽ ego iudicare nolo,iudica tu ęquiſſime lector,qui remotis animi paſſionibus id melius facere poteris.]

## §. Quæ rerum natura prohibentur, nulla lege confirmata ſunt.

Expedita fuit in l.impoſſibilium.ſuprà eod.tit.

### SVMMARIVM.

1. *Pupilli voluntas nulla eſt.*

L. CL. CELSVS.

PVPILLVS nec velle nec nolle in ea ętate (niſi appoſita tutoris authoritate) creditur. Nam quod animi iudicio fit, in eo tutoris authoritas neceſſaria eſt.

IN tex. ibi animi iudicio. exponas, id eſt in quo intellectus requiritur, ſiue animi diſcretio, ſecundum Albe.

1 Not. † pupilli voluntatem nullã eſſe: ideò illum tutore qui eum regat, egere. quicq̃d enim videt, ignorat, & quid faciat ne ſcit: vt dixim⁹ in l. in eo. in §. pupillus. & in l. pupillum. ſuprà eod. vbi declarauimus quando dicatur pubertati proximus, dolique capax: & quomodò tunc obligetur.

SVMMARIVM.

1 *Tempus pro tempore ſæpè ponitur.*
2 *Dotalia bona non dicuntur eſſe in bonis mariti.*

L. CLI. CELSVS.

QVOD euincitur, in bonis noſtris non eſt.

DE materia euictionis habem⁹ ſpeciales tit. & amplas ſcribentium doctrinas, quæ hic non ſunt replicandæ: neq; inculcãdæ. Exponi verò debet, euincitur, id eſt euictum
1 eſt, vt hic per gl. & Albe. ſicq; † tempus pro tempore ponitur, de quo videnda ſunt quæ diximus in l. generaliter. ſuprà eo. Et huiuſce regulæ ratio aſſignari poteſt. re enim iuſtè euicta nec actionẽ nec exceptionẽ ad rem illã habeo: ideò nimirùm ſi non dicitur in bonis noſtris. per iura infrà alle. Pro declaratione igitur & intelligentia regulæ & materiæ videbis l. rem in bonis. cũ gloſſ. ff. de acqui. rer. dom. & l. bonorum appellatione. §. in bonis. ſuprà titu. proxi. & Dec. in cõſi. ccxxxvij. col. fi.
2 Et mirùm videtur, q † bona dotalia dicantur non eſſe in bonis mariti, vt hic per Deci. poſt Bart. quem videbis in l. Lucius. in §. idẽ reſpõ. el ij. ff. ad munic.

SVMMARIVM.

1 *Beneficium principis alicui datum, non ſubſiſtit, ſi ille erat mortuus. Et quomodo procedat.*
2 *Beneficium mortuo datum quando valeat. Et quid ſi per eccleſiam datum fuerit, nume. 3.*
4 *Mortuus quando poſſit ſepeliri in loco ei viuo prohibito.*
5 *Mortuus laudari poteſt.*
6 *Beneficij interpretatio ad concedentem ſpectat.*

L. CLII. CELSVS.

NERATIVS cõſultus, an quod beneficium dare ſe quaſi viuenti Cęſar reſcripſerat, iam defuncto dediſſe exiſtimaretur. Reſpondit non videri ſibi principem, quod ei quem viuere exiſtimabat, conceſſiſſet, defuncto cõceſſiſſe. Quem tamẽ modum eſſe beneficij

neficij ſui vellet, ipſius ęſtimationem eſſe.

SVNT duo dicta. Primum, ꝙ priuilegium alicui tanquàm viuēti datum mortuo nō competit. Secundum, ꝙ interpretatio beneficij ad principem concedentē ſpectat: ideò ipſius ęſtimationem eſſe dicit, hoc eſt conſiderationem, iuxta illud Ouidianum.

*Hæc quicūq; leget, ſi quis leget, æſtimet ante.* Prius enim rem ęſtimamus, hoc eſt cōſideramus. deinde exiſtimamus, id eſt iudicamus.

In tex. ibi, quaſi viuenti. non credas eſſe notam improprietatis, ſed voluit Iuriſcōſult. dicere tanquàm viuenti, patet ex ſequentibus ibi, quē viuere exiſtimabat. In eo. tex. ibi, quem tamē modum. exponitur & declaratur ſecundū Alberi. id eſt vtrum ad hęredem tranſire debeat vel non.

1 Not. primò ex tex. quòd † ſi princeps ei quem viuere opinabatur, beneficium dederit, & ille mortuus cōperiatur, cōceſſio non ſubſiſtit. Ratio eſt in promptu, quia in interpretatione huiuſce beneficij, ſeu priuilegij mens concedentis attendi debet. ca. cùm te. de reſcript. ca. inter alia. de ſenten. excom. l. ex facto. in prin. cum ibi not. per Iaſ. in iij. not. ff. de vulg. ſed in propoſito noſtro mens principis fuit viuenti dare: ideò mirùm nō eſt ſi non tenet conceſſio comperto ꝙ mortuus ſit.

Sed refragari videtur text. in l. ſi iam facta. ff. de cōdi. & demon. vbi legatum à teſtatore ſub cōditione caſuali factum debetur, licèt conditio ante teſtamētum impleta eſſet ignorante teſtatore, cū multis aliis iuribus allegat. per Alex in conſil. cxlvj infrà adducto. p quæ iura dicunt docto. ꝙ ſi Papa mandauerit alicui prouideri de primo beneficio vacaturo in certa eccleſia, prouideri poterit de beneficio quod tempore datę vacabat, licèt pontifex vacare ignoraſſet. Item ꝙ ſi teſtator centū legauerit pro Berta maritanda, debebuntur, quamuis nupta eſſet teſtamenti tempore. Item ꝙ cōceſſio Pontificis de teſtando facta alicui incapaci, Cardinali puta, vel Epiſcopo de bonis acquiſitis ex beneficiis, trahitur ad teſtamentum ante huiuſcemodi conceſſionem & licentiam factum, quod ex tali indulto cōfirmatur. Et ſimiliter mandatum ad contrahendū matrimonium cum tali factum, operatur, licèt tunc iam eſſet cōtractum, & ratificationem inducit: vt de iſtis tradit Alex. in conſi. cxlv. lib. v. Et aliqua ex prędictis declarat Soci. in dicta l. ſi iam facta. & Brun. Aſten. in ſuo tract. de rebus ſeu diſpoſitionibus dubiis, fol. xxx. capite incipi. diſpoſitio circa aliquid faciēdum an trahatur ad iam factum.

Reſpōderi poteſt, ꝙ in prædictis non ceſſat mens legantis, mandantis, vel cōcedentis, nec cauſa impulſiua aut finalis, prout ceſſat in terminis iſtius legis, vt dixi. ideò nimirum ſi diſpoſitio fortitur effectum, licèt eo tempore actus explicandus ex forma verborū diſpoſitionis factus comperiatur: vt ſentiūt etiam Alexan. Soci. & alij prææalleg. & pulchrè Alex. in cōſ. xcv. col. iij. lib. vij.

vbi

vbi conſuluit non valere gratiam à
ſummo Pōtifice impetratā de con-
ſequendo certum quid pro nuben-
do,ſi filia iam nupta erat:quia licèt
vt dictum eſt, quando teſtator ſub
ea conditione legat, debeatur lega-
tū, licèt filia nupta ſit:quia ibi nul-
la culpa ſurreptionis vel obreptio-
nis committitur per legatariū:ideò
nō efficitur indignus legato : ſecus
tamē in impetratione facta ſeu quę
præſumitur facta ad poſtulationē
ſupplicantis:quo caſu literę gratio
ſæ vitiantur, ſiue ſurreptio aut ob-
reptio fuerit cauſa inductiua & fi-
nalis ipſius gratiæ, ſiue impulſiua,
adeò ꝙ cōcedēs ſurreptione ceſſan-
te conceſſurus fuiſſet, ſed nō ita de
facili aut leui.c.poſtulaſti.de reſcr.
Propterea etiā infertur, ꝙ licèt ſuffi
ciat,ꝙ qualitas reperiatur ineſſe tē-
pore quo dies diſpoſitionis cedit.l.
ſi cognatis.ff.de reb.dub. ſi quis ta
men alicuius beneficij expectatiuā
impetrauerit vti Papæ familiaris,
cum tunc talis non eſſet,ſed poſteà
effectus eſt,conceſſio non valet, ceſ
ſat enim mens concedentis, qui ad
initiū ſe retulit: ita conſuluit Bald.
in conſilio. ccccxlvij. incip. Petrus
lib.iij.

2 Nunquid autem † mortuo bene
ficium dari poſſit. Deci.hic conclu
dit non poſſe mortuo legari, nec li-
teras dari,neq; doctoratū conferri:
ſi tamen priuilegiū conueniat etiā
mortuo, vt ꝙ in ciuitatem deferri
poſſit,qui viuens ibi ſtare non pote
rat, concedi dariq; valebit : vt per
eū.De quo pulchrè ꝑ Abb.& Felin.
in c.à nobis.el ij.de ſenten.excom.
aſsignātes rationem cur mortuus
doctorari nequeat, ſed benè mili-
tia dignitateq́ue exornari. Eccleſia
3 † verò cōmunicat theſaurum ſuū
etiam mortuis, ad quos ſaltem per
modum ſuffragij ſummi pōtificis
ſe extēdit authoritas & poteſtas: vt
per Feli. in tract. de indulgentiis in
quęſtio. incip. hodie mecū eris in
4 paradiſo. col.vij. Et ꝙ † mortuus
nequeat ad ſepulturam deferri, vbi
viuus commorari prohibeatur, prę
terq̄ ex licentia & beneficio princi-
pis,eſt tex. in l.ij. ſuprà de cad. pu-
nit. Et his diebus præteritis occiſo
quodam nobili bannito Mediola.
in hac ciuitate Vercel.illius affines
& amici nec à Senatu nec à Cęſare
impetrare potuerūt vt poſſet ibidē
ſepulturæ tradi. De qua materia eſt
etiam tex.not. in c.ſacris. de ſepul.
& not. Felin.in c.mulieres. el ij.de
ſent.excom.Dec.in l.ij.C.qui teſta-
men.face.poſ. Hippo. de Marſil. li-
mitantem in oſſibus delatis in l. fi.
col.penult.ff.de quæſtio.Et quem-
5 admodum † mortuus beneficio cō
donari poteſt, vt dictum eſt, & lau-
dabiliùs extolli. cap. religioſus. de
reliquijs & veneratione ſanctorum
in ſexto, iniuria & offenſa affici.§.
ſoluta.in authen.de nupt.§.primo,
vbi latè Ange. inſti. qui & ex qui.
cauſ.maio.nō poſ.Bart. in l.prima.
ff.de his quibus vt indi. & Bald. in
l.ſororem.C.eodem titulo.

6 Secundò not.beneficium † prin
cipis ab ipſo principe eſſe inrerpre-
tandum. de quo eſt text. optimus
in l. ex facto. in principio vbi latè
Iaſon in iij.not.ff.de vulg.& tradit
Roma.in conſi.ccccxciiij.

L. CLIII. MARCELLVS.

EA quæ in partes diuidi non poſſunt, ſolida à ſingulis hęredibus debentur.

SVMITVR ex l ij. in §. & harũ. & §. ex his. vbi latè ſcribentes. ff. de verb. oblig. & in §. Cato.

§. In re dubia benigniorẽ interpretationem ſequi non minùs iuſtiùs, q̃ tutiùs eſt.

EXPEDITA eſt in l. ſemper in dubiis. ſuprà eod.

SVMMARIVM.

1 *Dictio, perinde, quãdo fictionẽ denotat.*
2 *Aditio hæreditatis retrotrahitur ad tempus mortis.*
3 *Poſſeßio non tranſit, niſi apprehẽdatur.*
4 *Repudiatio retrotrahitur ad tẽpus mortis vt aditio.*

L. CLIIII. CELSVS.

OMNIA ferè iura hęredũ perinde habentur, ac ſi continuò ſub tempore mortis hęredes extitiſſent.

SVMITVR ex legibus in glo. alleg. & ex l. hęres quaudocunque. ff. de acquirenda hęreditate, vbi clariùs dicitur, hęres quandocunque hęreditatem adeundo, iam tunc à morte defuncti ſucceſſiſſe defuncto intelligitur.

In tex. ibi, hęredum iura, id eſt, quæ tranſeunt ad hęredes. & quod ſubiungit à tempore mortis, intelligitur, id eſt, immediatè poſt mortem, ſecũdum Alb. hic, & probatur clarè in d. l. hęres. ibi, à morte de-
1 functi. In eod. tex. ibi, † perinde &c. vt infrà dicetur denotat fictionem, idq; eſt regulare, niſi ponatur ĩ his quæ ſunt iuris. tunc enim veritatẽ denotat: vt per Alex. in l. ſi quis vi in prin. ff. de acquir. poſ. de quo vide Aret. & Ripam in l. rem quæ nobis. col. j. illo eod. tit.
2 Not. ꝙ † aditio hęreditatis retro trahitur ad tempus mortis: perinde eſt enim ac ſi immediatè hęreditas fuiſſet adita & iura acquiſita, & ſic eſt per viam fictionis non veritatis recto tramite. Quod facit ad quæſtio. de qua hic per Deci. & latiùs Are. in dicta. l. hæres. vbi regulam legis noſtræ inducit ad quaſdam not. quæſt. Vtitur autem hic Iuriſconſultus temperamento, ferè, ad denotandum regulam non ſemper procedere, exempli gratia, vbi extrema quæ requiruntur in fictione translatiua de tempore ad tempus non ſunt habilia, vt in caſibus not. per gloſſ. in dicta. l. hęres quandocunq;. & in l. hęres in omne. eodem tit. & in regula noſtra vbi Dec. aliũ adiungit caſum. faciunt quæ vidimus in regula, quę legata. ſuprà eo.
3 Potes alium caſum addere † de poſſeſſione, quæ translata non fingitur, neque tranſit, niſi apprehendatur. l. prima. §. Scęuola. ſuprà ſi quis teſtam. lib. & l. cùm hęredes. ſuprà de acquirenda poſſeſ. & ſic acquiritur, ſolùm à die apprehenſionis:

niſi

niſi quantum ad complendam cœptam præſcriptionem. intelligitur enim eo reſpectu poſſeſſio in hereditate fuiſſe, & in heredem tranſire etiam ſine apprehenſione. l. cœptá. & l. nunquam. §. vacuum. ff. de vſu cap. & hoc ſingulari quodam iure receptum eſt: vt dicit tex. l. penulti. in §. nōdum. de vſucap. de quo per Bart. & ſcribentes in l. ſi is qui pro emptore. vbi Iaſon colum. xlv. illo eodem titulo.

Poſtremò not. quòd ſicuti hereditatis aditio ad tempus mortis re-
4 trotrahitur, eodem modo † repudiatio ad dictum tempus retrotrahitur. Are. pulchrè in conſ. cl. incip. viſis diligenter. ad fin. iiij. colum. Sic etiam in iure accreſcendi. eodē enim modo retrotrahitur, ne contingat quem decedere pro parte teſtatum & pro alia parte inteſtatū: vt per doct. in l. re coniuncti. vbi Ripa col. xxv. ff. de leg. iij.

## SVMMARIVM.

1 *Hæredis appellatione veniunt omnes hæredes in infinitum. Amplia nume.* 2. 3 4. 5 *&* 6. *Limita nume.* 8. 10. 11. 12. 13. *&* 14.

*Papa dicitur ſucceſſor Petri, licèt fuerint plures intermedij poſt. nu.* 2.

7 *Libellus in quo quis dicit ſe hæredem in ſolidùm, cum habuerit fratrem qui deceſſit poſt immixtionem, ſuſtinetur & valet.*

9 *Hæredis appellatio comprehendit omnes hæredes ex mente & vtilitate, ſecus de propria vocabuli ſignificatione.*

L. CLV. MODESTINVS.

QVi per ſucceſſionem quā quis longiſſimam defuncto heredes extiterint: nō minùs heredes intelliguntur, quàm qui principaliter heredes extiterunt.

IN TEX. ibi principaliter, ideſt immediatè, ſecundum Alber. hic.

1 Not quòd appellatione † heredis, veniunt omnes heredes in infinitum. Ad idem l. heredis appellatione. & l. ſciendum. ſuprà titu. j. & l. ſi quis filium. §. fi. ff. de acquiren. here. cū alleg. per Alex. in conſ. xlix. lib. vj. & eſt antiqua iuris regula: vt dicit tex l fi. C. de here. inſti.

Ampliatur regula iſta quatuor modis per Iaſ. in d. l. fi. & in §. fi. d. l. ſi quis filium. cuius dicta eo tacito tranſcribit hic Dec. Prima amplia-
2 tio eſt, vt † procedat etiam in alio ſucceſſore. c. j. de homic. in vj. cum ibi not. per Gemi. vbi Inno. Papa ſe Petri ſucceſſorem dicit, cum tamen multi fuerint medij, vt hic per Dec. & Iaſ. in d. l. fi. & in d. l. ſi quis filiū. in § fi. col. j de acqui. here.

Secunda ampliatio, vt procedat
3 † regula etiam in eo qui non eſt heres heredis, verū ei ſucceſſit alio titulo vniuerſali non hereditario, vt dicatur heres principalis defuncti, quamuis non ſit heres heredis. tex. eſt ſingul. in l. j ff. de caſtren. pecul. ſecundū Iaſ. ibidem. & Ro. in ſing. 690. vbi mille effectus mirabiles ex hoc ſequi dicit: & ꝙ contra illū tex. quilibet prima facie reſponderet.

ſed & ſi illum tex. quis nõ vidiſſet, poſſet iſtud dictum facile probare per regulam l. in pari §. hi qui. infrà eod. tit.

4 Tertiò extende † etiam in implemento conditionũ, quæ licèt in forma ſpecifica impleri debeant, dando tamen hęredi hęredis impleri dicuntur. l. ſi ſtatulibera. §. non ſolũ. & §. ſi filiusfam. ff. de ſtatulibe. l. cũ ita datur. §. fi. ff. de cond. & demon. vt hic per Dec. & Iaſ. loco prealle.

5 Quartò amplia † etiã ſi dicatur ſcriptis hęredibus, venit tamen hęres hęredis. l. j. vbi Bal. not. C. quor. lega. l. cum filio. in verbo. ſcriptos. ff. de vulga. tradit Iaſ. loco prealle. Quod mirum videtur: quia vbi eſt mentio de hęrede ſcripto, intelligit de hęrede ex teſtamento: ſed vbi de hęrede ſimpliciter, intelligitur tàm de hęrede ex teſtamento, q̃ ab inteſtato: vt per Alex. in conſi. xlix. col. fi. lib. vj. Dec. hic ſequit diſtinctionem Corn. in conſi. lxix. lib. iiij. ꝙ vbi eadem eſt ratio veniant omnes in infinitum: aliàs ſecus. Eandẽ cõcluſ. ſequitur etiam ſimpliciter Alciat. in l. hęredis appellatio. ff. de verb. ſigni. ꝙ non ex vi verborum, ſed propter vtilitatem receptum ſit cõtineri hęredem hęredis, licèt ſcriptus non ſit, quãdo nulla veriſimilis affectio magis in hęrede ſcripto conſiderari poteſt, quàm in nõ ſcripto. vbi ergo vel particularis affectio oſtenderetur, aut mens teſtatoris demonſtraret magis in ſcripto, quàm in non ſcripto hęrede, tunc de ſcripto tantummodò intelligeremus diſpoſitionem.

Quintò & vltimò amplia nõ ſolùm in hęrede vniuerſali primi teſtatoris, † ſed etiam in herede millesimæ partis: ſecundum Bald. in d. l. fi. in ix. quęſt. argu. l. quæ de tota. ff. de rei vendi. declarando tamen vt ibi per Corne. in j. col.

6

Ex hac regula inferunt docto. ad quæſtionem. dixit † quidam ſe patris inſolidum hęredem, & cõuenit inſolidùm debitorẽ paternum. inde apparuit patrem deceſſiſſe relictis duobus filiis, qui paternæ hęreditati ſe immiſcuerunt, quorũ alter poſteà deceſſit, cui dictus actor ſucceſſit: dubitatur an libellus fuerit aptè conceptus, vel non, poſſitq; cõdemnatio ſequi, vel debeat abſolutoria ferri? & doctor. communiter concludunt ſuſtineri dictum libellum, & ſequi debere condemnationem. argu. text. noſtri, vt per Iaſ. & Corne. in d. l. fi. & Iaſ. in §. hęc verba. in ſecundo notab infrà alleg. & in d. l. ſi quis filium. §. fi. col. j.

7

Limitatur nunc primò hęc regula † niſi fieret mentio de hęredibus cum adiectione ſupraſcriptis vel infraſcriptis: quia, tunc non venirent hęredes hęredum: ſecundum Bart. in l. qui liberis. in §. hęc verba. per illum tex. ff. de vulga. Quia infraſcripti dicũtur hęredes qui legi poſſunt. l. j. ſuprà de his quæ in teſta. delen. cum dictis Iaſo. in locis præalleg. & Dec. hic ponũtq; not. Alex. in conſi. clxxiij. lib. v. & Dec. in cõſ. cccclxv. col. ii. & cccccxiij. col. ij. ipſe tamen Deci. hic & Alcia in d. l. hęredis appellatio. ſequitur diſtinctionem Corne. in prealleg. conſi. lxix.

8

9 lib. iiij. † ꝙ licèt generaliter loquendo prædictis caſibus hęredes hęredum

dum nō contineantur: ſecùs tamē quando militaret eadem ratio magis ex mente & vtilitate, q̄ ex propria ſignificatione vocabuli. Alios not. effectus & differētias reſultantes ex denominatione hęredis ſcripti, potiùs quàm ex denominatione hęredis ſimpliciter prolati, ponunt Aret. in l. j. col. v. verſi. ſecūda ratio. ff. de teſtamen. & Alex in l. ij. in glo falſum. ad fi. C. de edict. diui.

10 Secundò limita † in pœnalibus, ſi enim teſtator grauaſſet hęredem ſub pœna aliquid facere, non comprehenditur hęres hęredis: quia in pœnalibus & ſic in odioſis non proceditur ita per coniecturas, verum liquidiſsimè probari debet: vt hic ꝑ Deci. & Iaſ. in d. l. fin col. ij. Si enim teſtator mandat hęredi, ꝙ cōſtruat monumētum ſub pœna, ſi ſcriptus hęres intra tempus deliberandi decedat, & ei⁹ hęres ex iure deliberandi tranſmiſſo hęreditatem teſtatoris adiit, & non facit monumentū, non incidit in pœnam. l. mulcta. ff. de condi. & demon. Idem eſt ſi primus hęres adiuit hęreditatē, & decęſsit intra tempus per teſtatorem aſsignatum ad faciendum monumentum, ita ꝙ non fuit in mora: ſi enim hęres eius non facit, non incidit in pœnam. argu. d. l. mulcta. in prin. Intelligendo ſanè quando nominatim iniunctum fuit primo hęredi, vt quia dixit teſtator infraſcriptus hęres meus faciat &c. ſecundū Bart. conſi. lxv. Andreas. quē refert & ſequitur Corn. in d. l. fi. col. ij. ſecùs itaq; videtur in caſu per Bart. formato, ſecundum Corn. ibidem Et meritò, nam l. mulcta. per quam ſe fundat, probat ꝙ in vltimis voluntatibus nō receditur à perſona, ſed ſi onus ſit iniunctum hęredi, & hęres hęredis cenſetur hęres primi, ſi in eo verificatur mulcta non receditur à perſona, vt ibi per Corne. de quo artic. tangit etiam Iaſ. in præalleg §. fi. col. fin.

Tertiò intellige prædicta procedere largo modo & impropreiè: vt dicit glo. in d. l. hęredis appellatio. & eſt tex. in l. fi. in §. fi. in verbo, videtur. ff. de vulga. vt ibi not. Aret. & Dec. hic. facit lex noſtra in verbo intelliguntur, quod improprietatem

11 denotat: ſecùs † ergo ex proprietate ſermonis. Quod confundi videt̃ per tex. in d. l. fin. qui vtitur verbo, eſſe, quod veritatem & proprietatē importat. hunc artic. plenè diſcutit Iaſ. in d. l. ſi quis filium. in §. fi. vbi tandem concludit ꝙ hęres hęredis verè & propriè dicat̃ teſtatoris hęres, licet per mediam perſonam. & ſequitur Alcia. in d. l. hęredis appellatio. Intellige in his quæ iuris ſūt, & quę verè propriè tranſeūt ad hęredes: aliàs ſecùs: vt hic per Dec. Faciunt quæ latiùs ſtatim dicam.

Quartò limita iſtā regulam procedere vbi fit mentio hęredis ſuper re tranſitoria ad hęredes: regulariter enim intelligitur de quocunq; hęrede in infinitū, iuribus pręalle.

12 ſecùs vbi † fieret mētio hęredis ſuper re de ſui natura non tranſitoria ad hęredem: quia de primo hęrede intelligitur, vt in ſubſtitutione conditionali. l. ſi ex pluribus. ff. de ſuis & legiti. pulchrè Anchar. in conſil. cxxxj. incip. pro & cōtra. vel etiam in materia vſusfruct⁹. l. antiquitas.

C de

C.de vſufruct. ne proprietas domino reddatur inutilis ſublata ſpecie conſolidationis. & in quibuſdam aliis caſibus not. per Alciat. in d.l. hęredis appellatio. & priùs p Alex. not.in conſi.lxix.lib.vj.

Quintò limita & intellige regulam procedere quãdo terminus hęres, profertur à lege vel ſtatuto, vt veniant omnes in infinitum per iu
13 ra præalleg. † ſecùs ſi proferatur à teſtatore: quia intelligit de primo tantùm, nõ de aliis.d.§. hęc verba. ſecundum Bald. Angel.& Paul. de Caſt.ſed Iaſ.in iij.not.reprobat hãc doctrinam per dict.l.in annalibus. C.de lega.& d.l.fi.C.de hęred.inſti. vbi verbum, hęres, à teſtatore profertur,& tamen intelligitur de hęredibus in infinitum.Et propterea cõcludit Iaſ. loco præallega. poſt Comen. iura præalleg. loqui quando teſtator facit mentionem de hęredibus alterius, non de ſuis:eoq; caſu non ſolùm de primis intelligi, ſed in infinitũ: quia ratio cur teſtator ibi nõ magis intellexerit de primo quàm de aliis hęredibus eſt: quia fortè non magis cognoſcebat primos quàm alios: ſecùs quando teſtator mentionem facit de hęredibus propriis: tũc enim intelligitur de primis ad quos præſumitur habuiſſe affectionem.d §. hæc verba. vt ibi per eum poſt Bald. in d.l. fin. in iiij.oppo.de quo arti. tangit etiã Anch.& Alex.in conſiliis præalleg.

Duas alias limit. ponit Iaſ. in d. l.ſi quis filium.in §.fi. col.fi. quan-
14 do † teſtator vſus fuiſſet hoc pronomine,meo hęrede, aut dixiſſet ipſe hęres;quia facit relationem perſonaliſſimam. Sed niſi alia cõiectura mentis concurrat, hęc non procedunt, ſecundũ Alciat. loco præalle. & verè confunduntur per generalitatem iſtius regulæ cum aliis ſuprà allegatis.

15 Nunquid autem † prohibitio de non alienando facta hęredi, porrigatur ad hęredes in infinitum? ponit vnum verbum Dec. hic in fin.& Alexan.in conſi.præalleg.lxix. latè examinant ſcribentes ordinariè in §.diui.l.filiusfa.ff.de leg.j.

## SVMMARIVM.

1 *Expreſſa plus nocent quàm ſuppreſſa quantùm ad annullandum actum.*

2 *Libellus in quo eſt expreſſa actio inepta non valet de iure ciuili: ſecùs canonico.*

3 *Expreßio magis prodeſt in nouatione, quam ſuppreßio.*

*L.fin.C.de nouatio.ornatur.*

4 *In contractibus taciti & expreßi par eſt virtus.*

5 *Expreſſum quid dicatur, et quid tacitũ.*

L. CLVI. MODESTINVS.

EXPRESSA nocent, non expreſſa non nocent.

SVMITVR ex l.nõnunquàm. ff.de condi.& demon.vbi eſt notabilior & plenior glo.q̃ hic.Et Iuriſcõſult.ibi alio modo hoc dici poſſe docet,dum ait, Nonnunquàm contingit vt quędã nominatim expreſſa officiant,quãuis omiſſa tacitè intelligi potuiſſent, nec offutura eſſent,exẽplificando vt ibi.Idem ſubiungit,dictum eſt,expreſſa nocent, non

non expreſſa non nocent. ſicq; regula ad oppoſitum potiùs faciēda videbatur, prout dictio nonnunq̄, ibi poſita indicat. Sed vt omnia rectè procedant, conſiderari poſſunt quędā concluſiones, & tradi certæ regulę ſecundū glo. & doctores.

1 Prima regula eſt, † quantùm ad vitiandum ſeu annullandum actū plus nocent expreſſa quàm ſuppreſſa, & ſermo q̄ taciturnitas: vt hic & d.l.nonnunquam. & l.ſi in diem.§.fi.eodem titu.& l.actus legitimi.ſuprà eod.ita Alexan in l. cùm quid. col.ij.ff.ſi certum pet. dicens ſic intelligi regulam iſtius legis noſtræ quādo enim expreſſio actus corruptiua facta fuit, de vitio manifeſtè apparet: ſecùs vbi non fuit expreſſum. Vnde nimirùm ſi apparentia magis inficiunt, q̄ latenter exiſtentia, quæ in benigniorem partem interpretari poſſunt. Ideò non valet libellus, in quo quis petit ſe mitti in poſſeſſionē vigore edicti diui Adriani, quod eſt ſublatum & correctū. Item ſi exprimitur actio incōgrua libellus nō ſubſiſtit.l.j.§.j.ff.ſi menſ. fal.mod. dix. quia propter vitiū viſibile expreſſa nocent, vt hic. & tradit Bald. in l.fin. col.iij.C. de edict.

2 diui. Subiungens, ꝙ † licèt de iure ciuili propter expreſſionem ineptæ actionis non procedat libellus: ſecùs tamen de ęquitate canonica, ſecundum quā ſiue actio cauſæ præmittatur, ſiue cauſa actioni præcedat: quia quādo ſuperfluo additur non nocent, ex quo etiā ſine actione ſufficit ipſa naturalis iuſtitia ex cauſis reſultans. quod dicit eſſe notab. Et ad exemplum poſitum in d. l.nonnunquàm. vide ibi Paulū de Caſt. aſſignantem rationem diuerſitatis. & ſcribētes in l.j.ff.de legat.j. Item pro limitatione prędictorū, vide quę pulchrè ponit Aquen in l.j. ff.de offi.aſſeſſ.

Secunda cōcluſio ſeu regula gl. hic, & in dicta l. nonnunquàm. eſt

3 ecōtrariò, quòd † expreſſio prodeſt magis quàm taciturnitas, vt in caſu l. fi.C.de nouatio. quia hodie nō fit nec inducitur nouatio niſi expreſſè agatur. De quo articulo ſi voiueris, vide plenè Fulgoſium in cōſilio cxxx. Alexan. conſi.x.colū.iij. & conſi.xiij.colum.ij.lib.ij.& 72.in eo.& in vj. vol.conſ.lxxij.& clxxiij. in vij volu.Barb.conſi.xix. colum. fin.lib.j.& conſi. xxxvi. in eodem. & conſil.lxxxvj. in ſecundo articu. lib.iiij.Soci. conſi.xxj.lib.j. Rimin. in l.pacta nouiſſima. in glo.j.C.de pact. Iaſo. in l.ſingularia. colū.xiij. ſi certū petatur. & l. ita ſtipulatus. in tribus vltimis colum. de verboꝶ obligationibus. Dec. in conſi.cccc. Mod.Papien.in l.cùm quid. col.vj. & in l.lecta.in ix.nota ſi cert. peta. & Moder. Aſten. in tracta. de augmento in iiij.quæſtione tertię quæſtionis principalis fol.vij.& in aliis caſibus de quibus per glo. in dicta l. nonnunquàm. & aliqualiter hic extendit Decius.

4 Tertia concluſio † in contractibus regulariter taciti & expreſſi par eſt virtus.l. cùm quid. ſuprà ſi cert. pet. Quod procedit in his quę ſunt de naturà cōtractus, & ex prouiſione legis potiùs, quàm ex intentione partiū: vt hic per Dec.latiùs per omnes in d.l. cùm quid. Et dicitur † expreſſum

5 † expreſſum, quod voce profertur, vel ſcriptura apparet: tacitũ quod colligitur per rationẽ intellectus, ſeu quod virtualiter comprehenditur, ſeu quod venit in cõſequentiã expreſſi. Bald. & Imo. in l. illud. ff. de acqui. hęred. & in l. fi. col pen. C. de inſti. & ſubſti. vbi Bald. dicit illud eſſe tacitũ, quod magis intellectu percipitur, quàm locutione exprimatur. arg. l. ratum. ff. de ſolut. Et certè tam expreſſum, quàm tacitũ pluribus modis dicitur, vt latè perſcribẽ. maximè Moder. in l. j. ſuprà de vulg. Bart. & alios in l. precibus. C. de impub. & aliis ſubſtit. & Dec. in l. ſicut certi. in tertio not. C. de milit. teſta. & de edict. diui. in l. fin. col. ix. & Ruyn. in §. & quid ſi tantùm. colum. xxxvj.

L. CLVII. MODESTINVS.

PRIVILEGIA quædã cauſæ ſunt, quædam perſonę: & ideò quædam ad hęredes transmittuntur, quæ cauſæ ſunt: quæ perſonæ ſunt, ad hęredes non tranſeunt.

EXPEDITA eſt ſuprà in l. in omnibus cauſis id obſeruatur.

SVMMARIVM.

1 *Honeſtum præfertur licito.*
2 *Mulier ſubdita non poteſt cogi ad coriZandum in caſtro domini.*
3 *Meretrices poſſunt cogi ſignum deferre, vt ab aliis cognoſcantur.*
4 *Maritus poteſt cogi ad dimittendum concubinam.*
5 *Licitum per leges contra honeſtum quomodo intelligatur.*
6 *Monachus nondum profeſſus inſtitutus à patre in tota hæreditate, ſi non profiteatur, & ſi profiteatur in xxv. libr. Non valet conditio.*
7 *In cõtractibus bono viro nõ licet decipe.*

L. CLVIII. MODESTINVS.

SEMPER in cõtractibus nõ ſolùm quod liceat, conſiderãdum eſt: ſed & quod honeſtum eſt.

AD IDEM eſt tex. in l. nõ omne. infrà eod. & in l. ſemper in coniunctionibus. ff. de ritu nupt. vbi gl. exemplũ ponit in l. ſi qua mihi. hic etiã per glo. alleg. vide tu aliud pulchrum exemplum per Dec. in l. precibus. col. ij. C. de impub. & aliis ſubſtitutio. De materia honeſti, vide Cicer. in iij. officio Cum aliqua ſpecies vtilitatis nobis, inquit, obiecta eſt, nos commoueri neceſſe eſt: ſed ſi cùm animum attenderis, turpitudinẽ videas adiuncta ei rei quę ſpeciem vtilitatis attuleris, tunc vtilitas non eſt requirenda, ſed intelligendum, vbi turpitudo ſit, ibi vtilitatem eſſe nõ poſſe, à te mi Cicero, inquit, peto vt mihi cõcedas nihil prætor id quod honeſtũ ſit eſſe propter ſe expetẽdum: quodq; Ariſto. placet neceſſe eſt quod honeſtum ſit, id eſſe aut ſummum, aut ſolum bonũ. Facit ad hanc regulam. tex. cum glo. in l. reprehendenda. C. de inſtit. & ſubſtit. ſub condit. fact. & in §. j. l. iuſtitia. ff. de iuſti. & iur. vbi † inter

1 † inter præcepta iuſtitiæ iuriſconſultus in primis conſtituit, ꝙ quis honeſtè viuat: vnde ius honeſtatis ab omni ſuperioritate eſt exẽptũ. l. quod ex libera. C. de oper. libertor. Ex quo textu iferebat ibi Bald. mu-
2 lieres † alicui domino ſubditas ad trepudiandum ſeu corizandum in caſtro domini compelli non poſſe, neque debere, vt hic refert Deci. & prius Iacob. de ſancto Georg. in tracta. de homag. ad fin. Et minus dicas poſſe exigere prima connagia ſecundum cõſuetudinem, imò corruptelam aliquorum locorum, quę tanquàm diabolica rectè fuit extirpata. Infertur etiam ex pręmiſſis, ꝙ
3 † meretrices cogi poſſunt ſignũ deferre, vt ab honeſtis mulieribus cognoſcantur: & inhoneſtè viuentes à vicinia honeſtarum mulierũ ex-
4 pelli poſſunt. Et pariter † cogi poteſt maritus ad dimittendum concubinã, vt hic per Dec. & per Aquẽ. & Zaſium in d. §. j. l. iuſtitia. vbi et tradunt, quòd ſi conſanguinea impudicè viuat, licenterque diſcurrat ad honeſtè viuendum, per iudicem compelli poteſt, maximè quando ſtatuto vel reſpublica ex tali impudicitia læderetur. Sed iſta quę Dec. & præallegati. congerunt, benè inferuntur ex d. §. j. l. iuſtitia. ſed non ex tota lege noſtra loquẽte in principio de licito. non enim prædicta licita ſunt. Præterea quomodò ſta-
5 re poteſt † licitum quid eſſe per legem cõtra honeſtatẽ. iuſtitia enim honeſtatis pars eſt, vt i primo offic. ait Cice. & Card. Alex. in ca. erit autem lex. col. ij. diſt. iiij. nã & quod decet honeſtum eſt, & quod honeſtum eſt, decet, ſecũdum Cicer. nec ſubſiſtit lex niſi ſancta & honeſta d. c. erit. & l. ij. ff. de legib. glo. in d. l. ſemper in coniunctionibus. oppoſitionem ſentiens intellexit, licere, videlicet de iure ſtricto: quia tamen inhoneſtum, non fuiſſet per legẽ licitum, neq; conceſſum. quod no. & ꝙ in omni negocio requiratur honeſtas, ſeruandusque ſit ſemper honeſtus modus, tradit plenè in ſumma Angel. in verb honeſtas.

Facit etiam hæc regula ſecundũ
6 Albe. hic ad notab. quæſt. de † eo qui intrauit religionẽ fratrum minorum, nec dum profeſſus fuerat. pater condidit teſtamentũ filio hærede inſtituto ſub conditione ſi nõ profiteretur in ordine, quòd ſi profiteretur in libris xxv. tantum inſtituebat: an admittatur talis conditio? quod dicendũ videbatur, quia in libera voluntate filij eſt egredi, aut profiteri: ergo poteſtatiua eſt conditio ſub qua leges inſtitui filium permittunt. l. ſuus. ff. de hære. inſtit. Oppo. dicit Albe. ſe cõſuluiſſe. quia licèt licitum ſit egredi, non tamen honeſtum: ideò cõtinet turpitudinem quandã, & per cõſequẽs impoſſibilitatẽ. quia ea videnť impoſſibilia, quæ ſalua honeſtate fieri nõ poſſunt arg. l. nepos Proculo. ſup. tit. j. ideò talis conditio ſm Albe. apponi non poteſt. l. filius. l. quidam. & l. conditiones. ſuprà de cõd. inſt. ſed meliùs allegaſſet text. in auth. de ſanct. epiſ. in §. ſed & hæc pręſenti. & not in c. in pręſentia. de proba quia talis conditio nõ eſt licita, imò habetur pro non ſcripta: qa retrahit à religione & à vita contempla-

tenet vt ſufficiat citare ſyndicũ vniuerſitatis Hunc articulum tãgit latiùs Socin. in tract. de citatione. articu. xvij. col. pen. dicens cum gloſ. iſta, vniuerſitatem citari debere in capitulo vel arengo, aut alio deputato loco. arg. l. iubem'. C. de ſacroſ. eccleſi. Et ꝙ non ſufficit citatio facta de ſyndico vel actore vniuerſitatis, quia per talẽ citationem vniuerſitas non conſtituitur in contumacia per l. ſi ex dolo. in §. j. ff. de dolo. Nec obſtat l. j. in fine. cum l. ſequen. ff. de acquirend. poſſeſſion. quia verum eſt, quòd ea quæ expediunt vniuerſitati, fieri poſſunt per ſyndicum vel actorẽ vniuerſitatis, non autem ea quę nocẽt, vt hic per Barto. Et quicquid dicat Innocen. ſecuriùs eſt ſecundum Socin. tenere cum glo. & Bart. hic ꝙ ſi vniuerſitas ſe congregare nolit, tunc citetur modo hic per Barto. dato: poteſtatem verò, vel alium officialem, ſubiungit etiam Socin. citari non ſufficere, quia cõtumacia illius nõ nocet ſubditis. l. meminerint. C. vnde vi. idem dicit Ange. in præalleg. § omnibus. adducens tex. l. præſes. C. de tranſact. & Bald. ibidem in §. quòd ſi nemo. In ciuitate Vercellarum extat ſtatutũ, quod citatio facta in perſona conſulum vel ad eorum domos ſufficiat vbi ciuãda eſt vniuerſitas diſtrictus Vercellarum. Rectè igitur ad euitãdum opiniones prædictas, in literis iuſtitiæ illuſtriſſimi principis noſtri contra aliquam vniuerſitatem laxatis poni ſolet clauſula ſalutaris, decernẽtes citationem faciendã in perſona vnius ex cõſulibus vel ſyndicis loci perinde valere ac ſi vniuerſitas ipſa citata foret & apprehenſa. q̃nquè etiam adiungitur, necnon & in perſona duorum ex credẽdarijs ipſius vniuerſitatis. quæ benè not.

## SVMMARIVM.

1 *Poſſidere nõ intelligitur, qui poſſidetur. Et quomodò procedat. num. 2.*

3 *Iudæus licèt in poteſtate Christianorum ſit, habet tamen filios in poteſtate.*

### L. CLXI. VLPIANVS.

QVI in ſeruitute eſt, vſucapere non poteſt. nam cùm poſſideatur, poſſidere non videtur.

SVMITVR ex legibus in gloſ. allegatis. Et ſic nota quòd poſſidere † non intelligitur, qui ipſe poſſidetur: vt hic. & l. liber homo. in §. quicquid. ff. de acquirend. rerum dominio. & l. ſic eueniet. ff. de adulterijs. Vbi Bartolus intelligit hoc
2 procedere in poteſtate eiuſdem ſpeciei & qualitatis: ſecus in poteſtate ſeparata ab illa in qua eſt ipſe: ideò filius familiàs poteſt eſſe tutor, & ſic pupillum ſub eius poteſtate habere, vt ibi per Bartolum, & Deciũ hic. cui reſolutio iſta nõ placet, propter regulam textus noſtri, & dicti §. quicquid. quæ loquitur de diuerſa ſpecie poteſtatis: ideò ſequiť cõſiderationem Angeli Aretini inſtitut. qui tutores dar. poſſ. in principio, quòd in his quę ſunt iuris publici non curatur patria poteſtas. Non eſt tamen recedendum à prędicta

dicta declaratione Bartoli vera, & communiter approbata, vt per Feli num in c. Iudæi. col. ij. circa finem. de Iudæis. ponentem propterea, ꝙ
3 † licèt Iudæi ſint in poteſtate Chriſtianorum, habent nihilominus filios in poteſtate. Et pater effectus monachus, licèt ſit in poteſtate Abbatis: habet tamen filios in ſua poteſtate, quicquid dixerit Bartol. in dict. l. ſic eueniet. contra quē poſt Bald. tenet etiā ibi Alex. in apoſtil. Et ciues licèt ſint in poteſtate principis, filios tamen habent in poteſtate. Nec obſtat. l. ſic eueniet, quia propriè loquitur de patria poteſtate, quam quis habet ſuprà ſe, nō de alia. Nec refragat̃ præſens regula, & dict. §. quicquid. quia loquūtur de eadem qualitate poſſidendi. Accedat etiam regulæ noſtræ pulchrū ſimile de minore xxv. annis, qui tutor eſſe non poteſt. cui enim (inquit textus in l. fi. C. de legitim. tutel.) ferendum eſt eundem eſſe tutorem, & ſub tutela conſtitui, & iterum eundē eſſe tutorem & ſub cura agere, hæc certe & nominum & rerum fœda confuſio eſt.

SVMMARIVM.

1 *Alienatio propriè dicitur, cùm dominium transfertur.*
2 *Alienationis verbum in reſcriptis accipitur, etiam ſi res tantùm ſit ablata.*
3 *Alienationis verbum latè patet.*

L. CLXII. VLPIANVS.

NON alienat, qui duntaxat omittit poſſeſſionē.

SVMITVR ex §. ſunt & alia. l. Item ſi res. ſuprà de alie. iudic. mut.
1 cauſa fact. Alienatio † ergo propriè dicitur quando tranſfertur dominiū. l. j. C. de fun. dot. l. alienatū. ſuprà de verbo. ſignifi. & c. Epiſcopi. de reb. eccleſ. non aliena ſecus ſi amittatur poſſeſſio. Ideò licèt prohibita ſit donatio inter virū & vxorem, nō tamen eſt prohibita tranſlatio poſſeſſionis. l. j. §. ſi vir. ff. de acquirend. poſſeſ. facit tex. in l. fiſtulas. in §. fundum. ff. de cōtrahē. empt. Et ſic iſta regula intelligitur propriè & ſtrictè: largo autem modo etiā alienare videtur qui tranſfert poſſeſſionem. l. non ſolum. in prīc. ff. de alie. iud. mut. cauſa fact.
2 Et ideò ſecundum Deci. ſi per † reſcriptum committatur quod malè alienata ad ius & proprietatem eccleſiæ reducantur, etiam de poſſeſſione occupata poterit cognoſcere, licèt propriè non dicatur alienatā. dictum eſt famigeratum Innocen. in dict. ca. Epiſcopi. ſequitur & extollit ibi Barb. & latiùs Fel. in rubr. de reſcrip. reſpondens ad quædam in cōtrarium adducta. Roma. ſing. 606. tu ſcis.

Sola ergo translatio poſſeſſionis ſine titulo non dicitur propriè alienatio, vt hic, & in iuribus prælleg. & tradit Fabia. de monte ſancti Sauini in tract. de empt. & ven. in iiij. q. princip. in xxij. & vltim. quæſtione illius quæſtionis. col. ij. licèt dicat poſſe reſpon. ad tex. legis noſtræ exponendo, omittit, id eſt nō acquirit. ſecus ſi acqſita omittat. Et fuit intelligentia Bald. licèt non referat in d. l. itēꝙ ſi res. in §. fin. vbi dicit

not ꝙ

not. ꝙ ille qui alienat, quia litigare non vult, nõ tenetur hoc edicto, puta ſi poſſeſſionẽ omittit deferendo ſcilicet eam nõ dico transferendo, ait Bald. ideò non ob. princ. legis ſequentis. Vel ſaltem intelligendum eſt, ꝙ nõ dicitur alienare, qui poſſeſſionem transfert, vt teneatur. ſcilicet actione directa ex verbis illius edicti, ſed benè vtili ex ſententia. l. non ſolum. in prin. illo eo. tit. & ita declarat glo. in præalleg. §. itẽ

3 ſi res. Verbũ autem † alienationis, latè patet, non ſolùm ad dominij alienationẽ, ſed, & ad vſucaptionẽ, pignoris nexũ, donationẽ emphyteuſim & ſimilia. l. fin. C. de rebus alien. nõ alie. §. alienã. in auth. de non alie. col. ij. Alciat. in d. l. alienationis. niſi ratio ſubiectæ materiæ aliud requireret, vt ibi per eum. De qua materia vide Signor. in conſi. lxxj. Paul. de Caſt. in conſi. xvj. in antiquis. Fabia. de monte ſancti Sauini loco præalleg. Corn. in conſi. xxxviij. col. iij. lib. j. Felin. in c. cùm olim. col. ij. de teſtib. Deci. in conſil. cccccLxxxiiij. col. fin. dcxlv. & dclx. & quod dicam in l. non fraudãtur. infrà eodem.

L. CLXIII. PAVLVS.

NEMO plus commodi hęredi ſuo relinquit, quàm quòd ipſe habuit.

EXPEDITA eſt in l. hęredẽ. & in l. nemo plus. ſuprà eodem.

SVMMARIVM.

1 *Contrafacere dicitur, qui nõ facit quòd debet.*

2 *Hæres negligendo ſoluere legatum pœnale factum vxori teſtatoris incidit in pœnam.*

3 *Facti appellatione quando veniat non factum.*

L. CLXIIII. PAVLVS.

QVI non facit, quod facere debet, videtur facere aduerſus ea, quæ non hoc facit. Et qui facit, quod facere non debet: non videtur facere id, quod facere iuſſus eſt.

SVMITVR ex legibus per gl. 
1 alleg. Nota ꝙ † ille qui non facit, quod facere debet, contrafacere dicitur. Et ſic in ceſſatione cõtinetur factum: vt poſt Bart. tradit Salic. in l. vnic. colum. j. C. de ſent. quæ pro eo &c. Quod procedit etiam in pœnalibus. §. ſi inſtit. de verb. obliga. tradit Alex. contra Anchar. in l. vbi autem. in §. ſi id quod. in fin. ff. de
2 verbo. obli. ꝙ ſi † vxori aliquid annuum teſtator relinquat, & in fine teſtamenti diſponat, ꝙ ſi hęres contrafecerit hęreditate priuetur, ꝙ hęres interpellatus negligendo ſoluere incidit in pœnam: quia non faciens propriè dicitur contrafacere.
* ſequit Decius in l. id quod noſtrũ, ſupra eod.] Ruinus in §. Cato. in ſecunda lect. in ſecundo not. ſuſtinet opin. Petri de Ancha. quia appellatione facti venit nõ factum impropriè, vt in d. §. Cato. & in l. impoſſibilis. vbi Aret. not. ff. de verb. oblig. & per dicta Barto. in l. naturalis. in prin. ff. de pręſcrip. verb. vbi dicit ꝙ

3 †appellatione facti in genere venit non factum: ſecus eſt appellatione facti in ſpecie, per l. in facto. ff. de cõdit. & demon. Et ideò diſpoſitio intelligi debet in ſpecie & non in genere. l. hoc legatum. cũ ibi not. per Bart. ff. de leg. iij. & in l. talis ſcriptura. ff. de leg. j. Dec. hic ſimpliciter refert opi. Alex. contra Anchar. illam ſequendo. idem facit Alciatus in l. facere non oportere. ad fi. ſuprà tit. proximo. Quidam præceptores mei in præallega. §. Cato. ſuſtinentes Alex. dicebant, ꝙ vbi præcedit obligatio ad aliquid faciẽdum aut dandum, ille qui non facit, dicitur contrafacere obligationi illi. tex. eſt in l. poſt legatum. in §. amittere. ff. de his quibus vt indig. & in l. ſi quis ſe pulchrum. in §. funus. ff. de relig. facit tex. not. in ca. dilecto. de ſen. excom. Lan. Galiaula. in l. ij. in princ. col. j. & ſeq. ff. de verb. obliga. dicit, appellatione facti, venire non factũ largè & impropriè. d. l. impoſſibilis. & probatur hic in verbo, videtur. ideò in materia ſtrictè interpretanda diſpoſitio loquẽs de faciente, nõ debet habere locum in non faciente, vt in quæſtione Anchar. Ad tex. in præalleg. §. fin. inſtit. de verborũ obliga. reſpondet, nihil facere, quia bene probat, ꝙ qui tenetur non facere, ſi facit, dicit contrafacere, quia alias non poteſt venire contra promiſſionem de non faciendo, niſi faciat: tamen per hoc non probat ꝙ non facere propriè ſit facere. Reſpõde hoc bene probari per alia iura à Corn. adducta. Fatetur tamen etiã ipſe Galiaula. ibi opin. Alex. veram eſſe, quando teſtator nihil aliud diſpoſuiſſet in teſtamento quàm legata: per l. ij. ff. de lib. & poſthu. & vbi diſpoſitio teſtatoris aliter redderetur eluſoria ſi negligentem nõ comprehenderet.

Mod. Mediola. pariter in d. §. Cato. in iiij. not. ſequuntur deciſionẽ Alex. indiſtinctè, quia ſi capimus factum ciuiliter, hoc eſt prout à iure conſideratur tanquam differẽs ab his quæ ſunt iuris, appellatione facti, venit non factũ. ſtipulatio enim non eſt iuris, ſed facti, ita procedit ille tex. Si verò conſideremus naturaliter factum ex verbis, apparet ꝙ differt à non facto: ſi verò loquamur in contrafaciẽte, vt ſi iuſſio legis aut hominis eſt affirmatiua, nõ faciens dicitur cõtrafacere. l. ſi quis maior. C. de tranſact. ſecus econtrariò ſi prohibita ſit iuſſio aliquid nõ fieri, ſi quiſpiam faciat, dicitur contrafacere: quia facere & non facere ſunt oppoſita. l. ſi is qui ducenta. in §. vtrum. de reb. dub. vnde præalle. deciſio de hęrede ꝙ contrafacere dicatur niſi legata ſoluat, dubium non habet, quicquid aliqui Mod. ſcripſerint, inquiũt. Et ſic vides deciſionem Alex. contra Anchar. eſſe cõmuniter approbãtem: illam etiã ſequitur Goz. in conſi. lx. col. ij.

SVMMARIVM.

1 *Cauſæ libertatis, dotis, teſtamenti, piæ cauſæ matrimonij, pupilli, & viduæ, ſunt fauorabiles.*

2 *Opinio ſingularis doctoris contra cõm. in dictis caſibus an præualeat.*

3 *Cauſæ fauorabiles ſi concurrãt inter ſe, quæ præualeant.*

L. CXVI.

L. CLXV. CAIVS.

LIBERTAS omnibus rebus fauorabilior eſt.

VLTRA ea quæ hic dicit glo. videnda ſunt quæ ſcripſimus in l. quoties dubia.& in l. in obſcura voluntate, ac in l. libertas ineſtimabilis. ſuprà eod. vbi hęc lex expedita fuit cum ſua materia.

Quod tamen hic de libertate di-
1 citur, habet † etiam locum & procedit in dote, teſtamẽto, pia cauſa, matrimonio, in cauſa pupilli & viduę, & in quacũq; cauſa ſeu perſona fauorabili: quia à pari procedunt. & in fauorabilibus ex identitate rationis licita eſt extenſio. iuribus vulg. Quod autẽ prædicta vera ſint, probant Feli. & alij in ca. fin. per illum text. de re iud. Iaſ. in l. inter pares. etiam de re iud. ff. & in l. j. col. j. ſolut. matri. & Bal. not. in tract. de do-
* te in ix. parte princip. *limita vt per Corn. in auth. ſimiliter, col. j. C. ad leg. fal.]
2 Et an † dictis caſibus fauorabilibus opin. ſing. alicuius doct. contra communem attendi debeat, ponit Alciat. in tract. præſumpt. in xl. præſumpt. primæ regulæ, concludens ꝙ non, latiùs examinãt Deci. & alij in c. j. de conſtit. & Corſe. in ſingu.
3 ſ verbo, opinio. Et ſi † prædictæ cauſæ aut aliquæ ex eis concurrant, an cõquaſſentur priuilegia & fauores ac priuilegiati ad ius commune reducantur, vel egrediatur aliqua regula aut qualitas faciens ex dictis caſibus priuilegiatis vnũ præualere, inuenies per Bald. in authen habita. col. xij. verſ. & quęro. C. ne fil. pro patre. Rom. cõſi. ccclxxxv. Pau. de Caſt. conſi. cccxv. col. fi. in antiquis. Barb. conſi. xv. & xxxviij. col. viij. lib. iij. Alex. conſi. lv. col. fin. in v. vol. Cor. cxl. col. ij. lib. j. Soci. in l. j. in §. per ſeruum qui in fuga. col. penult de acqui. poſſ. & C. de eden. in l. qui accuſare. colum. fi. Feli. in dict. ca. fi. col. j. & in ca. dilecti. col. iiij. de excep. & in ca. in præſentia. col. xij. de proba. Dec. in l. ſi Ruffinus. C. de milit teſt. & in conſilio cxlvij. & in d. c in pręſentia, colum. xxiij. vbi Pariſ. char. xiiij. nu. 114. Sed quid reſpon. ad hunc tex. in verbo fauorabilior? dici põt ꝙ non excludit caſus ſimiles & parificatos. facit l. ob æs. cum glo. de prædi. mi. Aut quòd comparatiuum pro poſitiuo ponitur, vt in iure ſępè contingit. l. benignius. ff. de legib. l. j. C. de dolo. & tradit Alber. de Roſa. in diction. in verſ. comparatiuum.

SVMMARIVM.

1 *Coniunctus ante litem conteſt. procuratorem ſubſtituere non poteſt excepto patre in aduentitiis. & nu. 3.*

2 *Defenſionem alicuius quis ſuſcipere poteſt, niſi animo nouandi.*

L. CLXVI. VLPIANVS.

NEMO alieno nomine agere poteſt.

SVMPTA eſt ex legibus ꝑ glo. alleg. Et ꝙ in alienis cauſis agendis nemini cõcedatur poteſtas, niſi domini acceſſerit cõſenſus, probãt

iura alleg.in glo. & l.cum te. vt hic alleg.Dec limitando, vt hic per gl. Item fallit in coniunctis.l. exigẽdi. C.de procur. cũ no. ibi per ſcriben. & in c.cum M. de conſtit. & Iaſ. in l.quod quis.in vj.limi.C.de procu.
1 ponentem † coniunctum ante lit. conteſt. procuratorem ſubſtituere non poſſe excepto patre in aduentitiis.Rom.in ſing.ccxxij. Feli. in ca. nonnulli.in §.ſunt & alij. col. xv.& xx de reſcrip.& in c.pen. col.j. de re iudi. concludens geſta per coniunctum non obeſſe coniuncto niſi ratificatione ſecuta, ideò opus eſt de rato caueri,aliàs quod agit, nõ ſubſiſtit,vt etiam per Alexan. in conſi. lxxvij.ad fi. lib.vj. vbi ponit, quid debeat facere volens pro coniũcto agere. Accedunt etiam quæ ſcribit Ripa in d.c.cùm M.nu.lx.cum ſeq. & Abb.col.iij.ſed melius in c. quærelam.col.vj.de elect.dum modum practicamq; libellandi docet, coniunctum pro coniuncto agere volentem.De materia ampliando & limitando pulchrè ſcribit Iaſ.in l.nõ ſolùm.ff.ſolut.mat.dicens non poſſe tamen cõiuncto ſolui, vt per eũ.
2 Et licèt alieno † nomine, vt hic dicitur,agere quis non poſſit: alienã tamen defenſionem ſuſcipere quis poteſt,niſi nouandi animo id facere vellet,vt hic per Dec.faciunt quę diximus in l.in eo. in §. nemo alienę,ſuprà eod. Et ſolent aduocati & procuratores practici proteſtari, ꝙ per inſtrumentum nouæ perſonæ alienam defenſionem ſuſcipientis non intendunt diſcedere à conuento,nec illius perſonam deſerere aut relinquere. Facit l.venditor.cũ nōt. ff. de re iudi. & §.iij.l. ſi mandato meo.ff mand. quod quis non cogitur mutare perſonam debitoris, vt pleniùs dixi in l.plus cautionis. ſu-
3 prà eo. Prętereа † ad id quod dictũ eſt de patre poteſtatem habente cõſtituẽdi procuratorem etiam ante litis conteſt. in bonis aduentitiis filij:adde Rom.in conſi.ccxlj.ſpectabiles.colum.fi.Cor.in l.j.C.de bon. ma.& in l.fi.in §.vbi autem. el j.C. de bon.quæ libe.Iaſ.in l.filiusfa.ad fi.ff.qui ſatiſdict.cog. & Dec.in l.j. col.v.C.qui admit.

SVMMARIVM.

1 *Conſuetudo cõpleta quomodo tollatur.*
2 *Hic §. quando non procedat, remiſsiuè.*

## §. Tẽporaria permutatio ius prouinciæ non innouat.

NOTA text. iuncta glo. quam valdè extollunt ſcribentes infrà al-
1 legat ꝙ † cõſuetudo completa per vnum actum contrarium non tollitur, ſed bene eo modo quo inducta fuit,ſicq; per contrariam cõſuetudinem.l.fi.C.de ſeruit.& aqua. facit tex.c.j.de reg.iur. in antiquis cũ dictis in præcedentibus ſuper eadẽ regula.
2 Dec.hic † tres limitationes ordinauit.plura dici poſſent: ſed gratia breuitatis vide hanc materiam examinatã pleneq; diſcuſſam p Alex. *poſt Bar. ibi hunc tex. citantem ] in l.ij.ad fi.prin ff ſolu.matri. & in conſi.v.col.j.lib.j.Barb.in c.cùm acceſsiſſent.col.xxj.de cõſti.& in c.fi. col.xxviij. de conſuetu. Iaſ. in l. de quibus.

quibus.col.xviij. de legib.Feli.in d. c.cùm acceſſiſſent. col antepenul. vbi Deci.!& Rochum Curtium plenè examinantem omnes limitationes hic per Dec.tactas, in repet.d.c. fi.col.lx. cum ſeq. Et declara quod dicit hic Dec.de vltima poſſeſ.attēdeuda, vt per Moder. Taur. in l.pacta nouiſſima.col. pen.C. de pactis.

SVMMARIVM.

1 *Mutus & ſurdus vbi verba non requiruntur, obligantur.*
2 *Mutus ponēdo ſe in manibus abbatis, vel habitum geſtando, facit profeſſionem.*
3 *Pater ex ſola præſentia obligatur pro filio decurione fiente.*

L. CLXVII. VLPIANVS.

VBi non voce, ſed pręſentia opus eſt: mutus ſi intellectum habet, poteſt videri reſpondere. Idem & in ſurdo, hic quidem & reſpondere poteſt.

1 Nota quòd † vbi verbis non eſt opus, ſed intelligentia & conſenſu, mut' & ſurdus obligari poſsũt, ſecundum veriorem intellectũ glo. vt hic per Dec. ponentē aliqua quæ poſſunt facere, vt procuratores, hęredes, adire hęreditatem, matrimonium contrahere, & donare, vt hic per eum, & latiùs per Alex. & alios in prin.l.j.ff.de verb.obliga. Et poteſt etiā poni caſus ſecundũ Alber. prout ipſe in facto habuiſſe refert:
2 † mutus profeſſionem fecit ponendo ſe in manib' abbatis, vel geſtando habitum profeſſorum, vt in c.j. §.vero.de regular. lib.vj. quærebat an talis profeſſio valeret? Reſpōdet, ꝙ ſic, per hanc legem. Et ad regulā iſtius legis faciunt etiam l.ij. ff. ad municip.§.voluntatem.l.ij.ff.ſolu. matri.l.coram. ſuprà de verborum ſignific.l.'ſi fine.C. ad Velleianum. Poteſt etiā poni exemplum ſecun-
3 dum Albe in † filio qui creatur decurio patre præſente, vt in d.l.ij. ad municipal.§.j.& l.honores.§.fin.de decurio. Nam vt pater pro eo obligetſ ſola præſentia ſufficit, licèt verbis & voce non conſentiat: ad idē. l.j.C. de filiisfa. & quemad. pro eis paren.ten.lib.x. Et idem dicit Albe. in omnibus aliis caſibus in quibus ſola præſentia ſine verbis conſenſum inducit.l. ſępè.ff. de re iudic.l. Gaius.de pignoratitia actione.

§. Furioſus abſentis loco eſt: & ita Pomponius lib.j.Epiſtolarum ſcribit.

Fvriosvs igitur quantũ ad ea quæ deſiderant præſentiam perſonæ, loco abſentis eſt. Hęc regula cum materia expedita fuit in l. furioſi. & in l.in negotiis.ſ.eod. tit.

SVMMARIVM.

1 *Reus fauorabilior eſt quàm actor. Amplia.nume. 3.4.5. Fallit.nume.7.8.9.*
2 *Actor proponens actionem ineptam & incompetentem, dato quòd ius habeat, ſuccumbit.*
6 *Reo, etiam in probationibus à quibus deciſio cauſæ dependet, magis fauetur, quàm actori.*

10 *Occiſo aliquo vnico vulnere à pluribus coadunatis, ſi ignoretur percuſſor, oēs pecuniariter tantùm puniendi ſunt.*
*L. Abſentem. ff. de pœn. ornatur.*
11 *Damnatus ad furcam ſi de innocentia proteſtetur & cadat fracto laqueo, an liberādus ſit. Et quid facere debeat magiſtratus.*
12 *Mulier ſepties Vercellis percuſſa viſa eſt mori, & cadauer eius reuiuiſcere.*
13 *Decapitatus reuiuiſcens an iterum ſit decapitandus.*
14 *Reus actore non probante quomodò veniat abſoluendus.*
15 *In duello quis actor vel reus dicatur. Et nume. 20. Et ibi quid de cōſuetudine.*
16 *Duellum quid ſit.*
17 *Duellum an ſit licitum vel permiſſum. Et quid de conſuetudine.*
18 *Duello quando ſit locus. & nume. 19.*
21 *Cautelis diuerſis vtitur in mittendis cartellis. Et quæ verba ponantur. & multa de materia duelli. nu. ſeq. vſq; ad fi.*

L. CXLVIII. CAIVS.

FAVORABILIORES rei potiùs q̃ actores habētur.

SVMITVR ex legibus in glo. alleg. Et hic ſumpta fuit regl̃a quæ ponitur in c. cùm ſunt partiũ iura. de reg. iur. in vj. Officium ergo iudicis magis exuberat in abſoluendo, quàm in condemnando. l. abſentē. ff. de pœnis, & C. de accuſationib⁹. Et licèt abſens condemnari nō poſſit, abſolui tamen poteſt ſi de innocentia liquet: vt hic ꝑ Dec. Et ideò
2 † non ſufficit actori, ꝙ ius habeat agendi, ſi ineptam & incompetentem intētauit actionē. l. j. ff. ſi mēſ. fal. mo. dix. & c. examinata. de iudi. quia probare debet in illa actione quam intētauit, & in illa cauſa in libello deducta: aliàs ſuccumbit ēt aliam probando. l. habebat. ff. de inſtitu. vt per Pau. de Caſt. in cōſi. 50. in antiquis. Et poteſt poni exēplũ in dictis regulis ſecundũ Ioã. And. & alios in dict. c. cùm ſunt. quando actor pariter & reus probāt, Vel per ęqualem numerum teſtium ꝑ omnia, Vel per inſtrumēta æqualis authoritatis, Vel quando neuter probat, Vel ſi agens hypothecaria contra Titium probat rem ſibi obligatam certo die, & Titius probat ſibi obligatam eodem die, nec apparet cui primo, reus abſoluitur.

3 Ampliatur iſta regula etiam † ſi probationes ex parte actoris in aliquo excedant: quia in fauorem rei pronũciandum eſt: vt hic per Dec.

4 Secundò ampliatur etiã ſi † reus per accidēs actor efficiatur, vt quia debitor priùs compareat & petat actori perpetuum ſilentiũ imponi, per hoc tamen actor non efficitur abſolutè, verùm iuuatur prærogatiua regulæ noſtræ, vt tanquàm reus in dubio abſoluatur: vt hic per Decium & in conſi. cccclxxxvij. & in conſil. dclxxxvj de quo latè ſcripſi poſt Moder. in l. in trib⁹. ff. de iudi.

5 Tertiò ampliatur etiã † circa probationes faciendas. quia licèt circa acta medij iudicij, ſicq; circa probationes pariter vtriq; faueri quidam dixerint: vt per Alex. in conſi. lxviij. col. ij. lib. iij. allegant glo. c. cùm ad ſedem. in verbo, cum pertinentiis. de reſtitu. ſpolia. tamē quia reſpiciunt deciſionē cauſæ, ex quo

actore

actore non probante reus abſolui-
tur, ideò ſibi eodem modo fauetur
quo in deciſione cauſæ: ſecundum
Deci. hic, & eſt communis ſcribentium ſententia: vt per Bald. in l. magiſtratus. ad fi. C. quando prouoc. non eſt neceſſe. Alexan. in l. de die. col. j. vbi Iaſ. in fi. commenti. ff. qui ſatiſda. cog. Dec. in l. non eſt nouũ. C. de edend. & Aquen. in l. fi. col. ij. illo eod. titu. vbi concludunt, quòd
6 † etiam in probationibus à quibus vis & deciſio cauſæ dependet, plus fauendum eſt reo, quàm actori. nec glo. ſuprà alleg. per Alex. quicquã de probationibus dicit.

7 Limita modò iſtã regulam † niſi actor fauorabilem cauſam foueat, puta matrimonij, libertatis, teſtamenti, vel dotis. quia tunc ſecundũ glo. in d. c. cùm ſunt partium. fauor cauſæ præualet fauori rei, & actori fauendum eſt. l. inter pares. ff. de re iudi. l. lege Iulia. ff. de manumiſ. c. fin. de re iudic. cum aliis allega. per glo. in d. ca. cùm ſunt. Et inter has cauſas fauorabiles eſt etiam cauſa fiſci, ſecundum Dec. hic. poſt Alex. in l. j. ff. ſolut. mat. de quo diximus in l. in ambiguis. ſuprà eod.

Secundò limitatur, vt procedat hæc regula in fine cauſæ, ſiue circa
8 deciſionem vt dictum eſt. † ſecùs in principio & in præparatoriis iudiciorum, in quibus magis fauetur actori quàm reo: prçallega. l. de die. cum ibi notat. per Bart. & doctores, & l. ſi quis intentione. ff. de iudi. In mediis cauſæ pariter fauetur vtriq; ſecundum gloſ. & doctores in locis præalleg. Dec. eleganter hic, & in l. non eſt nouum. C. de eden. quãuis Soci. ibi aliter reſoluat. quod in materia editionis deduxit, ſed magis ſatisfacit reſolutio Decij. Et prædictam concluſionem ſub paucis voluit glo. communiter approbata in d. c. cùm ſunt. quæ dicit in principio faueri actori potiùs quàm reo: in medio vtrique, in fine ipſi reo.

* *Hinc poſt Azo. dixit elegãter Bal. in repe. Paduana in l. ędita, col. præ antep. quòd libelli in litis ingreſſu ſunt fauorabiliores, in progreſſu pares, in egreſſu odioſi.]

9 Tertiò limita † niſi reus fauori ſuo renunciauerit. l. ſi conuenerit. ff. de re iudic. cum not. ibi per Alex. in ij. columna.

Et ad hanc regulã facit l. abſentem. ff. de pœn. vbi in materia pœnali tradit regula, ſanctius eſſe nocentem abſoluere quàm innocen-
10 tem condemnare: ideoq; † ſi vnà pluribus coadunatis reperiatur per cuſtus vnico vulnere letali, mortuusq; ſit, & ignoretur à quo illatũ fuerit, non poſſunt omnes de homicidio condemnari, ſed potiùs abſoluendi ſunt à pœna legis Corneliæ & aliter pecuniariter plectendi: vt hic per Deci. quædam ad d. l. abſentem. ſcribẽtẽ. & vltra vide latè Alex. conſi. xv. volumine primo, & conſi. xiiij. volu. iij. & 46. lib. iiij. & conſilio ij. volu. vij. Feli. in c ſignificaſti. el ij. col. iij. de homicid Aquen. in dict. l. ſi quis id quod. colum. finali. de iuriſdict. omnium iudi. Chaſſaneum Vltramontanum conſi. lviij. Hippol. de Marſil. in l. j. in princip. in vlti. col. ff. de quæſtio. & in rubr. C. de proba. col. lxxxiij. & latiùs in l. ſi in rixa. ff. de ſicar.

Et per dict.l.abſentem.iunctis ſu pradictis, Lucas de penna in l.j. C. de ſer.& occulta. eorum lib.xij. di-
11 cit, ꝙ † ad mortem damnatus, laqueoq; ſuſpenſus: ſi fracto laqueo in terram viuens ceciderit, credendum eſt id factum fuiſſe miraculosè in dubio, cũ ille proteſtatus fuiſſet de innocentia ſua, & concludit ipſum fore liberandum, & ſequitur hic ſimpliciter Dec. tanq̃ notandũ.
✱ [& Moder.Mediol.in tract. p̃ſump. in 44.præſumpt. 3.reg. fol.j.]

Adde in primis id fieri non poſſe per magiſtratum vel populum ſub ditum, ſed tantùm per principem: quia cùm ſit gratia & indulgentia, ſoli principi ſpectat & pertinet.l.diui.ff.de pœn.l.j.ad finem.ff. de quæſtio. Felinus latè in ca. conſanguinei. de re iudicata. poſt Baldũ, Abbatem, & alios, vbi ſcribit, ꝙ per nouam notitiam innocentiæ rei confeſſi & condemnati executor debet omni modo quo poteſt ab executione perſonali ſuperſedere principiq; perſcribere.& ſi ex indulgentia liberãdum duxerit, bene, aliàs ſi ſententiam exequẽdam reſcripſerit, parendũ eſſe, vt ibi per eũ. Ideò cùm talia contingũt, cautela eſt, vt damnatus reducatur ad carceres iurè cuſtodiendus donec conſultus princeps quid agendum reſcribat.

Opinio tamẽ Lucæ de penna, & Decij ſuprà relata lege non probat. poſtquam enim ille condemnatus extitit, conſtat nocentem eſſe, non innocentem, ſicq; nihil facit.l. abſentem.& fractio laquei potuit contingere vel per fraudem cõmiſſam, vel ex debilitate funis & chordæ, ita ꝙ neceſſariò non arguitur miraculum: & temporibus noſtris dũ hoc contigiſſet in ciuitate Alexandriæ exiſtente ibi gubernatore quodam ex noſtris Vercellenſibus perſpicui ingenij, & clamaſſet populus liberandum eſſe, qui viuus in terrã fracto laqueo ceciderat, id fuit pollicitus miraculumq; credere ſi iterum ſuſpenſus in terram viuus caderet. iuſſitq; duplicem laqueum inijci & ſuſpendi, quo facto incontinenti vitam cum morte commutauit. Et tẽporibus diui Hieronymi, vt ipſe in ſuis epiſtolis ad Innocentium ſcri-
12 bit, nonne in vrbe Vercellarũ † mulier accuſata de adulterio quod nõ commiſerat, ter icta per carnificem, & inde admoto iugulo mucrone mori non potuit, & tamen vt iuſtitiæ locus eſſet ſepties percuſſa legitur, & tandem viſa eſt mori, ſublatumq; cadauer reuixit innocentiæ Deo fauente. Et cùm adhuc requireretur ad ſuppliciũ Euagrius Epiſcopus ab Auxẽtio Imperatore Magiſtrali tunc agente libertatem precibus ſuis impetrauit. In hoc caſu bene dicerem cũ Hieronymo ibid. O verè ius ſummum, ſumma malitia: poſt tanta miracula adhuc ſæuiunt leges, neq; eo caſu fuit neceſſaria illa principis liberatio. Eſt enĩ quæſtio formata per Angel.& Moder. in l.iij.ff. de legib. ſi contingat
13 † decapitatum reuiuiſcere, an iterùm ſit decapitandus? & reſpõdent ꝙ non, ex quo ſemel ſententiã paſſus eſt.& mors omnia ſoluit.& quẽ admodum refert ibi Ange hęc fuit ſententia theologorum. Non ſunt multi dies quibus ſimul euenit in caſtro

caſtro nouo Tortonenſi. Quidam enim iniuſtè de homicidio accuſatus condemnatusq́;,ter per carnificem omnibus neruis ictus mori nõ potuit: neq; læſionẽ in corpore, diuino ſuffragante auxilio recipere, propter quod ab executione ſuperſeſſum fuit & cõſultus Illuſtriſſim⁹ Marchio Vaſti loci dñs,qui iuſſit illum ad ſe adduci, quem comperta veritate liberauit, cum reſtitutione bonorum quæ illi ablata fuerant.

Redeundo ad regulam legis noſtræ ꝙ in dubio reus ſit abſoluen-
14 dus,quæro † quomodò debeat reus abſolui actore nõ probante? Dicas ꝙ ab obſeruatione iudicij, ſi nihil ſit actitatum: ſi autem fuerit actori aſſignatio facta ad probãdum à lege vel ab homine,tũc abſoluit̃ diffinitiuè.ita Bald.& Philip. Francus in d.c.cùm ſunt. Vide meliùs Aretinum in l. qui accuſare.C. de eden. Rimin.in l edita.col.xvj. eod.tit.& Iaſ.in §.fi.l.iuſiurandum.ff.de iure iur. vbi ponit qualiter intelligatur quod dicitur,diffiniuè quẽ eſſe abſoluendum,vel ab obſeruatione iudicij, & qui ac quales effectus inde reſultent:prędictis vt ſuprà ordinatis in quodam tract. prǽſumptionũ nuperrimè per Alciatum edito, in xliiij. præſumptione tertiæ regulæ ad hanc regulam & materiã quędã poni,& dici quæ ibi videre poteris.

Per iſtam regulam volentem fauorabiliorẽ eſſe cauſam rei quàm actoris:ſicq; vtilius eſſe partes rei & prouocati defendere, quàm actoris perſonam induere,ac ſuſtinere: Inferri poteſt ad notab. & practicabilem quæſtionẽ in materia pugnæ, & ſingularis certaminis ſeu duelli,
15 quis † dicatur prouocator & quis prouocatus,quis actoris, & quis rei vice fungi debeat,vt ſciat̃ quæ pars fauorabilior eſſe debeat : iuxta terminos iſtius regulæ. materia frequens eſt,hiſce maximè tẽporibus, ac vt pulrimum inter magnos & generoſos viros ſępè exagitata:nec lõga temporis intercapedo eſt, quòd orta differentia inter illuſtrẽ Ioan. Thomam Mirandulæ comitem, & comitem Thadeum de Manfredis, prætextu quorũdam verborum ab eodem Comite Mirandulæ,vt aſſerebatur, prolatorum, poſt infelicẽ & miſerabilem filiorum ſuorum caſum,qui rixãtes ſimul periere. mandato illuſtriſſi. Sabaudię ducis principis noſtri, ad preces præfati comitis Mirandulę cõſuluit ciuitatis noſtræ Vercellarum ſacrum venerandumq́; Iuriſconſultorum collegiũ, cuius quidem conſilij onus humeris meis fuit impoſitum,& pro communi vtilitate ac vera intelligentia materię duelli nõnullis reſecatis cõſultationis ſummam hoc loco inſerere placuit, nec omninò impertinens aut ingratũ fore putaui.Quãuis enim materia duelli ad expertos in re militari viros magis, quã ad Iuriſconſultos pertinere videat̃. vnde ab Annibale Phormionẽ de re militari diſputantẽ deriſum fuiſſe quidam ſcribunt. Et Eudamidas (vt Plutar. in Laconicis apophthematibus refert) cum philoſophum de bello differentem audiuiſſet,oratio,inquit,mirabilis eſt, ſed dicenti minimè credendum:nõ enim circa eum obſtrepuit tuba.Attamẽ quia,

vt

vt in primo Ethicorum inquit Philoſophus, legalis ſciẽtia architectonica dicitur, hoc eſt de aliis omnibus diſponẽs, & cui omnes aliæ ancillantur & ſeruiunt: mirùm videri non debet, imò congruum, parq; à Iureconſultis ſuper ea materia reſponſa dari. nonne enim de re militari, de captiuis, & poſtliminio reuerſis, pleni ſunt libri noſtri, nõne de duello Ioan. de Lignano. Paris de Puteo, & plures Moder. tractat' compoſuere. nonne ſuper quæſtionibus & dubiis in hac materia exorientibus à Iurecõſultis deciſiones requiruntur ab ſummis armorum ducibus, ab illuſtribus exercituum conductoribus, vt patet ex cõſilio Angel. ccclxxiiij. ex themate. in nouis. Barba. lxij. lib. j. Calcan. ij. Iaſ. cxliiij. lib. ij. & cxiij. lib. iiij. Decij. cccclxxxvij. & dclxxxvj. cum ſimilibus. Pariſi. in conſil. xxxj. libr. j. * & Maria. Soc. Iun. in conſil cxxj. cum duobus ſequen. lib. 2.] Et rationes, quas militares viri in materia duelli differentes adducunt, ex legibus & doctrinis Iuriſconſultorum ſumuntur. ad ſimilitudinem enim contentioſi iudicij procedit duellum, idcircò emergentia dubia melius per Iuriſcõſultos, quàm per alios enucleabuntur, & decidentur etiam in prædicta materia.

Barto. in l. j. C. de lit. conteſta. & Ioan. de Lignano in tract. de duello. col. viij. Paris loco præalleg.

Hanc igitur materiã tractaturi
16 præmittemus † duellũ nihil aliud eſſe quàm duarum partium de victotia contendentium bellum & dimicatio: non tantũ duobus vt quidam perperàm exiſtimauerunt, ſed multorum, imò exercituum, alioquin nõ diceretur à Plauto duellũ inter Thebanos & Theleboas, & ab Horatio. Græcia Barbariæ lento colliſa duello. Hinc eſt, ꝙ quos nos hoſtes appellamus, eos veteres perduelles appellabant, vt in titulo de verborum ſignificatione. Caius Iuriſconſultus meminit.

Contingebat in ea quęſtione de duobus principaliter dubitari. Primò vtrum inter prædictos Comites duello locus eſſet. Secũdò hoc pręſuppoſito ſeu conceſſo, quis ipſorũ prouocator diceretur, itaq; actoris partes ſuſtinere deberet.

Circa primum articulum inquirendum in primis videbatur,
17 † an duellum licitum ſit & permiſſum, & in defectũ probationum concedendum vel non? quẽ articulũ latiùs q̃ alij ad partes arguentes examinant Barbatia, & Calcaneus in præallegatis conſiliis, quæ ſibi inuicem cõtrarij ediderũt in cauſa duorum nobiliũ Ducalis Sabaudiæ excellentię vaſallorũ, vt in eis patet. Communis doctorũ ſententia eſt duellum omni iure diuino ſcilicèt & humano prohibitum eſſe: cùm probatio per duellum deceptiua ſit & fallax, eligaturq; percuſſio proximi, & expoſitio propriæ vitę, nec ſit quis dñs membrorũ ſuorum & minùs animæ, & fiat diuini iudicij cũ tentatione Dei vſurpatio, ideò Regem vel principem illud concedere non debere: nec abuſum cõſuetudinis à peccato mortali excuſare propter periculũ perditionis animarũ. Bald. Aqu. & alij in l. ex hoc iure. ff. de

de iuſti.& iure.Barba.Calca. & Iaſ. in præallegatis conſiliis, vbi leges, iura,rationes, & authoritates citãt. Clauaſi.& Caietanus in eorũ ſummulis,in verbo,duellum. Decius in conſi.ccccIxxxvij.& Paris loco prę- * allegato.*Roch.Curt in c.ſi col ix. de conſue.] Ex conſuetudine tamẽ generali ferè totius Italiæ deuenit ad duellum & ſingulare certamen, de factoq́; obſeruatur,maximè pro cõſeruatione honoris & famæ, quę vitæ ęquiparatur.l. iuſta. cum glo. ff.de manumiſ. vindict. cùm plenè cumulatis per Curtium ſeniorẽ in repetitione l. admonendi. colum. lxxvij. ff.de iureiur. Perindeq́; tũc eſt ac ſi de iure licitũ permiſſumq́; foret:ſecundum doctores, vt p Decium in conſi.ccccIxxxvij.& Curti. Iunior.in conſi clxxiij. Parid. loco pręallegato.Quod reſpectu peccati procedere non putamus per prædicta: niſi ex magna & rõnabili cauſa principes permitterent,ſicuti permittunt meretrices, quoniam non peccarent, ſecũdum Caietanum in loco ſuperiùs citato. peccarent tamen prouocãtes & ſuſcipiẽtes duellum ſicuti peccant mortaliter meretrices,vt per eundem Caietanum in ſua ſummula in verbo, meretrices.Ex maxima tamẽ cauſa, & propter publicum bonum quod ex eo ſequeretur, id fieri poſſe abſq; peccato arbitraremur: vt in exemplo ſequenti.cùm de Sicilia inſula Carolus Andegauenſis & Petrus Tarraconenſis diu bella geſſiſſent & infinita procederent mala, Martini ſummi Pontificis collegiiq́; Cardinaliũ authoritate (vt Paris Puteus in præallegato tractatu ſcribit) in Aquitanis Burdegalæ armis cõcurrere conuenerunt & pacti ſunt, iureq́; iurando ſanxerunt vter victus eſſet inſula decedere, nec in ea re amplius controuerſiam facere. Et ſi inuictiſſimus Cęſar,& potẽtiſſimus Francorum Rex, controuerſias eorum ſingulari certamine & duello diremiſſent aut decidere vellẽt, obuiamq́; hoc modo tot incẽdiis,ſtupris, homicidiis, calamitatibus,& malorum vndis irent,etiam ex conſenſu ſummi Põtificis, quis ſani capitis hoc illicitum & damnatum diceret? ab omnibus laudãdum eſſet, & approbandum.

In terminis quæſtionis nobis propoſitæ alio non facto nec apparẽte
18 arbitrabamur,† duello minimè locum fore ,non ea ratione ꝙ ſuper querela prædicta prius criminale iudicium inſtitutum fuerit.quamuis enim electio iudicialis ſtrepitus ĩpediat iniri debere aut poſſe duellum,vt per Baldum & alios in §.fin. l.cùm filius.ff.de lega.ij. Canoniſt. in cap.j.& ij.de purgation.canoni. facit.l.ſi mulier.in fine.ff.quod metus cauſa.ibi,via quam elegiſti hęc tibi pateat.Tamen,vt dicitur, iudicium illud non fuit à parte inſtitutum, ſed per ordinarium ciuitatis Parmæ ex mero officio, ideò ceſſat ratio doctorum ad impediendum duellum conſiderata.

Pręterea potiſſima pars querelæ erat quòd illuſtris Mirandulæ Comes dixerit vulgariq́; fecerit, homicidium filij ſui cõmiſſum fuiſſe re priùs inter Comitẽ de Manfredis,& Comitẽ Galliotũ Picũ compoſita:

& ſuper hoc vt intellexeramus nullum iudicium pendebat. ergo & c. Verum mouebantur, quia licentia & authoritas principis ad hoc (vt dictum eſt) requiſita non interuenerat, vt dicit Bald. in titulo. de pace tenenda in principio in v. col. per legem primam. C. vt armorum vſus inſcio prin. lib. xj. & Decius in conſ. dclxxxvj. col. ij. Itē quia multa ſub inuolucro verborum obiiciebãtur Comiti de Manfredis in reſponſionibus & chartellis illuſtriſſimi Comitis Mirandolæ, ſuper quibus iudicio Sereniſſimi Cęſaris, vel per illius Meieſtatem deputandi ſe ſtare velle Comes Mirandulæ profitebatur, ſeq; obtulerat; quod recuſabat Comes de Mſãredis, aliam certam conditionem offerens. Antequam ſuper prædictis per Cęſarē vel aliū deputandum facta eſſet declaratio ceſſare debebat duellum: cùm multa coram tali iudice afferri poſſent, honeſtatis gratia in literis & chartellis Mirandulæ Comitis non expreſſa, verū (vt ipſe inquit) ſuppreſſa: exprimenda poſtmodum corā dicto iudice, quæ futuro duello inter prædictos comites impedimēto eſſe poterunt, præſertim ſi de infamia vel imparitate obiiceretur.

Ante igitur prædictorum declarationem & liquidationem ſequendo Baldum in loco ſuprà allegato, Barba. & aſ. in vlti. colum. præallegatoru n conſiliorum dicēdum videbatur non eſſe locum duello:
19 ſunt † enim plura requiſita ad obtinendū duellum. inter cętera prouocans maior vel par eſſe debet, cū non liceat minori aſcendere: ad iudicemq; pertinet pronūciare & declarare duello locum non eſſe ſtante imparitate inter cōtendentes, ſecundum doctores in locis proximè allegatis.

Præſuppoſito autem citra præiudiciū veritatis ꝙ huiuſcemodi contentio inter præfatos Comites ſingulari certamine & duello diffiniri poſſet, ſicq; declarari contingeret per Cęſarem vel alium. nam Cęſar id facere non ſolet, quinimò ad bellum prouocantes graui pœna conſueuit afficere. Diſcutiendam eſſe ſecūdam dubitationē dicebamus,
20 † quis ipſorum Comitum prouocator diceretur, actoriſque partes ſuſtinere deberet, & quis prouocatus & reus.

Scribentes ſuper materia duelli quæſtionem hanc arduam dicunt, & ferè omnem difficultatē præſentis materiæ in diſcuſſione huiuſce articuli cōſiſtere. Prouocatus enim dicitur reus, cuius cauſa fauorabilior eſt, vt apertiſſimè in iſta regula dicitur. Ideò eligit iudicem, locum, tempus, & arma militaria, cum præter ſpem ad pugnā vocetur, & quodammodò trahat. vt Pari. in tract. de duello cap. incip. ꝙ prouocator eligit. lib. ij. Iaco. Rebuff. in l. vnic. C de gladia lib. xj Iaſ. & Deci. in cōſiliis prælleg. & omnes alij qui de hac materia tractarūt. Ex generali tamen conſuetudine ferè totius Italiæ quantum ad locum & iudicem obſeruatur contrarium. Quod inductum videtur in fauorem ipſius prouocati & rei, vt releuet ab onere inueniendi congruum & nō ſuſpectum locū, iuſtumq; iudicē: quod difficile

difficile eſt, quia catholici prĩcipes propter peccatum duello pugnare volẽtibus recuſant campum dare, & in huiuſcemodi cauſis iudicare.

Antequàm attingeremus meriti propoſiti caſus præmittebamus,
21 quòd ob prædicta, qui † huiuſcemodi querelas proponunt, literaſque & chartas quas chartellos ipſi nuncupant, mittunt diuerſis cautelis verbalibus in eorum ſermonibus & circa emiſsionem & prolationem verborum vti ſolent. Qui enim purè & ſimpliciter contra aliquem querelam proponit, perperàm ac equiti & nobili viro indignum eum aliquid feciſſe dicens, aut tale quid dixiſſe vel dicere aduerſus ipſius honorẽ, & illum mentitum fuiſſe ac mẽtiri quoties id fecerit aut dixerit dicatùe, & ſe id armis oſtenſurum vel defenſurũ: graui iniuria aduerſarium afficit. Bart. in l. apud Labeonẽ. in §. ait prætor. per illũ textum ff de iniur. & Deci. in conſil. dclxxxvj col. ij. Eſtq; proculdubio prouocator duelli & actoris partes ſibi aſſumit: ex quo primo querelam dat, ad armaque aduerſariũ vocat l. in tribus. & l. qui prior. ff. de iudicijs. l. libertus à patrono. ff. de in ius vocand. tradunt Ioann. de Ligna. Puteus, Rebuff. Iaſon & Decius in locis præallegatis. Alter verò prouocatus & reus dicitur, cuius cauſa in multis, vt infrà latiùs dicetur, eſt fauorabilior. Et iſtud procedit etiã quò ad huiuſcemodi querelam porrigentem, ita ꝙ à querelato oriatur iniuria, ab illoque origo rixæ & mali procedere videatur: quia adhuc talis querelans actor dicitur & ꝓuocator duelli, non reus: cùm cœperit querelam proponere, chartellos edere, aduerſariumq; ad arma vocare. iuribus proximè allegatis cum alijs de quibus per Afflictum in deciſio. regni cclxviij. & Dec. in conſilio præallegato. Quamuis enim aduerſarium perperàm aliquid fecerit dixeritùe, ſicque fuerit iniuriæ prouocator, origoque: ex quo tamen ipſe non vocauit ad cauſam armorumque iudicium querelantem, ſed ipſe eſt qui vocat: neceſſarium conſequẽs eſt eum eſſe reum & ad duellũ prouocatum, nõ autem actorem duelli. ſicque aliud eſt eſſe prouocatorem iniuriæ & originẽ mali, aliud eſſe ꝓuocatorẽ certaminis & duelli: vt Paris de Puteo in tract. præal leg. alijque de hac materia ſcribentes adnotarunt. Ex quibus liquet magni momenti nõ eſſe cautelam, quam prudẽtes quidam & in re militari experti viri ad pugnã & duellum, vt dictum eſt, prouocati obſeruant. nam antequã eis legatur pars illa literarum & chartelli vbi querelans ad mentiendum deſcendit, à lectura deſiſti faciunt, & dicũt querelantem mentitum fuiſſe & mentiri, de hoc inſtrumẽtum præcipientes vt ipſi primum dixiſſe videãtur aduerſarium mentitum ac mẽtiri, ſicque ſint mẽtitores & defenſores honoris ſui, & conſequenter rei & & prouocati. Putant enim ꝙ ſi paſſi fuiſſent ſe prius mẽtiri, tanquàm grauati armis ſolummodò poſſint honorem ſuum defendere, & ſic neceſſitẽtur actores ſe facere. Sed cùm in eadem charta per querelantem

primo

primo emiſſa contineatur querela, & ſimul cum opprobrio mentiētis obiectio, negari nō poteſt quin ad mentiendum querelans prior fuerit q̃ querelatus & prouocatus. & ſi talis mentitio inualida cenſeatur ad aggrauādum opinionem & honorem querelati, ac ad conſtituendum quempiam actorē duelli, vel prouocati & reum, hoc parū faciat. Tota enim vis vt diximus eſt, quis primò querelam porrexerit, ad cauſamque & pugnam aduerſariū vocauerit: illi equidem duelli prouocator erit, & actoris partes ſuſtinebit non obſtante quauis ſophiſtica forma & cōceptione verborum quibus querelans vſus fuerit, etiam ſi dixiſſet ꝙ non intendebat p ea quę dixerit vel ſcripſerit partes actoris aſſumere, ſed velle honorem ſuum defendere: quia cū leges & iura dātem querelam & ad iudiciū armorum prouocantem, actorem & prouocatorem faciant & conſtituant, non poteſt ipſe cum ſuis cautelis & proteſtationibus ſe prouocatum & reum conſtituere, ac eludēdo iuris diſpoſitionem facere, vt leges & iura diſponentia talem eſſe actorem in actionibus ſuis locum non habeant. l. ſi pretor. in princ. ff. de iud. l. nemo pōt. ff. de lega. j. l. leges. C. de legib. c. ſi ciuitas. de ſenten. excō mu. in vj. & c. j. cum not. de cōſtitu. aliàs eſſet in poteſtate & facultate cuiuslibet prouocantis cum cautela verborū de actore & prouocatore ſe prouocatum & reū facere. qđ eſt abſonum & minimè dicendū. l. nam abſurdum. ff. de bon. lib. cum alijs adductis per Deci. in c. cùm inter. in vij. not. de excepti. Et vltra ꝙ excellentiſſimi doct. ita communiter concludunt & conſulnerunt, vt ex præallegatis liquet: armorū proceres, & in re militari experti duces, prout prudentiſſimus Vrbini Dux, quemadmodum à pluribus accepimus, annis præteritis ī querela quæ vertebatꝰ inter illuſtres viros quondam Cęſarem Fregoſium & Cagninum Gonzagam, alijque plures ſuper diuerſis querelis ita iudicarunt & reſponderunt, & rectè legū quidem diſpoſitionem inſequentes.

Si tamen ille contra quem data fuit querela, & miſſus, vt ita dixerim, chartellus non exciperet ſimpliciter, aut ſe culpabilem negaret dicendo aduerſarium mentitum & mentiri, verùm illum mentiri diceret, & ſe id armis oſtenſurum: probādi onus in ſe aſſumeret, & de reo efficeretur actor ad pugnam inuitādo & prouocando aduerſarium. l. circa ff. de probatio. l. in tribus. ff. de iudi. Iacob. Rebuff. in l. vnic. circa fi. C. de gladiator. lib. xj. & alij de hac materia ſcribētes. Secus vbi diceret delatorem & querelantē mentitum & mentiri, ſeque paratum id cum armis defendere, tūc enim clarè apparet defenſiuam eum partē non offenſiuam, ſicque rei nō actoris capere. Iac. Rebuf. loco proximè alleg. quicquid dixerit Paris contrarium ſentiens loco etiam ſuprà citato. cenſeri igitur debet prouocatus & reus: ita ꝙ ſummè laudandi ſunt ad duellum prouocati, qui verbis defenſionem potiùs q̃ offenſionem ſapientibus vtūtur, ne partes actoris velle aſſumere videantur.

Et

Et hęc videntur procedere quando ille qui literas, quod chartellũ dicunt, miſit, ad arma prius non recurrit, ſed ſi ille vltra mentiendi opprobrium arma comminatus fuiſſet, prouocator videtur & actor, alter verò prouocatur & reus quamuis armis vltra rementiendi opprobrium id oſtenſurum vel defenſurum dicat & offerat. ex quo enim aduerſarius incœpit priorq; fuit ad inuitandum ad arma, prouocator & actor dicendus eſt, nec curãdum in claris q̃bus verbis defenſiuis vel offenſiuis prouocatus vſus ſit, cum non curemus de modo quando habemus effectum. l. iij. C. de inſtitu. & ſubſtitu. ſub condi. fact. l. etiam hoc modo. ff. de leg. j. & iſto caſu ſaluari poſſet q̃d ſcribit Paris, quẽ proximè retulimus & reiecimus. Sed qui haſce literas, & huiuſcemodi chartellos ſcribunt mittuntque, cum peritioribus tractatũ habẽtes modeſtiùs ciuiliusq; agẽtes conditionaliter loquũtur & ſcribunt: ſi, & quoties puta, id feceris, dixeriſue, aut dicas, perperàm maleq́ue factũ dictumue fierique & dici, & te mentitum mentirique dico, & armis defenſurum: niſi aduerſarius id factũ aut dictum neget: ſicq́ue conditio verificetur, diſpoſitio facta ſub conditione, ipſa conditione non impleta locum non habet: & neuter contendentium quicquam affirmat, nulliuſque eorum opinio aut fama grauatur, propterea inter tales non cadit duellum. Sin autem aſſerat, fateaturq́ue factum vel dictum & benefactum dictumue contendat, dicens aduerſarium mẽtitum & mentiri, armiſq́ue ſe id defenſurum, vt aliquando fit, dicunt pleriquè & pręcipuè in re militari experti viri & duces, eum qui fatetur ſic dixiſſe aut feciſſe vel dicere, eſſe ꝓuocatorẽ primum, alterum defenſorem honoris ſui mentitoremq́ue ac prouocatum, ad eumq́ue pertinere electionem armorum. Sed errant & contrariũ de iure verius eſt, maximè per ea quæ ſuprà diximus de intentãte beneficium l. diffamari, quòd licèt prouocatus veniat ad iudicium, tamen ſecundum leges & communiter à Doctoribus receptas ſententias actor dicitur & non reus: vt per Decium leges & iura ad hoc citantẽ in conſilio cccclxxxvij. col. ij. ſic in propoſito quamuis literas & chartellum primò mittens ob iniuriam ſibi aut contra honorem ſuum illatã ad ſic ſcribendum prouocetur, actor tamen non reus iudicari debebit. Poterit itaque, vt in ſuperioribus tactum fuit, aduerſarius vnde orta aſſeritur iniuria prouocator dici reſpectu iniuriæ: mittens verò chartellum prouocator duelli, quando, ſcilicet dixit in caſum negationis ſe id armis oſtenſurum vel defenſurum, quòd ſi vltra mentionem ad arma nõ confugerit, neq; illa minatus fuerit, neuter dicet duelli prouocator. Et erit tunc neceſſe ꝙ vltra opprobrium mentiendi ille qui ſe magis læſum & oneratum reſpectu honoris putat, vlterius procedat ad arma confugiendo, & ad pugnam aduerſarium inuitet conducatque. Vnde ad deciſionẽ propoſitæ quæſtionis deſcendendo dicebamus viſis quin-

que

que chartellis, vt iſti duellatores nuncupāt, vna cum manifeſto ſeu literis patentibus Comitis de Manfredis & tribus ipſius Comitis Mirandulæ, ex ipſorum lectura clarè liquere Comitem de Manfredis purè ſimpliciter & affirmatiuè propoſuiſſe querelam contra Comitem Mirandulæ, dum aſſeruit notū ſibi eſſe medio perſonarū quę ſunt fide dignæ, ſicuti Mirandulæ Comes à veritate diſcedens diuerſimodè calumnias falſaſque notas ſibi adſcripſit, & per vxorem eius adſcribi fecit, dicendo vulgandoque dictum homicidium filij ſui non fuiſſe caſuale & in rixa perpetratum, ſed tractatu reque prius cōpoſita cum Comite Gallioto Pico, dicendo eū fuiſſe mentitum & mentiri, armiſque ſe id defenſurum. Cui querelę & imputationi prudenter reſponſum fuit per Mirandulanum, qui ad cautelam ante lectā auditamq; particulam chartelli vbi ad mentiendum comes Manfredi deſcendebat, reſpondit, illum mentitum, & mentiri in & ſuper dictis & propoſitis contra eum. Cui ergo dubium ꝙ Comes de Manfredis prouocator duelli cenſendus non eſſet & actor. Comes verò Mirādulę prouocatus & reus: ſecundum iura & receptas à doctoribus ſententias ac ēt iudicium in re militari exptorū virorum & armorum ducum, vt ſuprà dictum fuit. Et cōſequenter dicebamus ꝙ ſi huiuſcemodi querela armis decidēda foret, & per duellum, ſicque iudicari cōtingeret, Comes de Manfredis duelli prouocator diceretur, actoriſque partes ſuſtineri deberet: Comes verò Mirandulę prouocatus & rei perſonam repræſentans, ita ꝙ armorum electio & temporis dieique præfinitio ad eum, per ea quæ in ſuperioribus diximus & retulimus, ſpectaret & pertineret. Et iſtud eſt in quo cauſa prouocati fauorabilior eſt, quàm cauſa prouocantis.

Et aliud maius adhuc commodum, ꝙ quis potiùs cenſeatur prouocatus, quā prouocator, cū enim duelli prouocator die tali per prouocatum eligendo cenſeatur promiſiſſe, qua impoſuit & propoſuit ſe probaturum niſi prouocatum & aduerſarium in pugna vicerit & ſuperauerit, quod ſpoponderat & pollicitus fuerat pręſtitiſſe adimpleuiſſeque non dicitur, pro victoque habetur, nec amplius tentāda erit fortuna: quod eſt magni momenti. Bald. & alij in d. c. j. in princ. de pace tenen. probatur in l. qui accuſare, C. de edend. Sicq; maximum cōmodum eſt, ꝙ ſit quis potiùs prouocatus, quàm ꝓuocator & actor.

22 * In qua materia † conſului aliās Paduę ī quodā pulchro caſu Florētię contingente inter duos nob. Neapolitanos, vnus alteri qui Romam ſe contulerat, literas dedit. Memor eſſe debes, inquiens anno præterito 1546. de menſe Auguſti. dum iuxta domum tuam tranſirem, per vnum tuum creatum ſeu ſeruitorē equo inſidentem & curſu poſt terga mea venientem offendi me feciſti, poſt quā iniuriam offendens illicò fugam arripuit, viro nobili & equiti officium contrarium feciſti per dictam perſonam interpoſitam in-

tam indeque feciſſe & perperam negare ſi perages, & armis per te præſentandis nobili equitique conuenientibus in vno ex tribus campis infrà ſcriptus, quos tibi electuros cõcedo, offero me demonſtraturum. & tibi hoc dico, & denuncio, quòd ſi lapſis xxx diebus poſt præſentationem aut affixionẽ præſentium ad locum idoneum reſpondere diſtuleris contra te ſm conſuetudinẽ in ſimilibus obſeruatã procedam.

Prouocatus opponens de obſcuritate & generalitate querelæ, reſpondit, requirens ante omnia illam declarari per expreſſionẽ qualitatis illatæ iniuriæ & nominis aſſerti offenſoris: quum plures creatos & ſeruitores teneret. nec poſſet deliberare clareq; reſpondere, niſi prædictis prius peractis. quòd ſi ſibi perſuaderet ſe ad id non teneri, quum non deberet eſſe pars & iudex, eligeret duos nobiles & equites quemadmodum & ipſe faceret, qui electi hunc tantùm articulum deciderent; Vtrum requiſita declaratio. fieri deberet vel non.

Prouocator adhuc querelæ ſuæ innitens replicabat, non eſſe neceſſariam aliam declarationem, & ſatis eſſe quòd intelligeret concludi ipſum prouocantem à prouocato offenſum & ab eodẽ illatam iniuriam contra officiũ nobilis & equitis, quod cum negare hactenus nõ fuerit auſus, id confeſſus fuiſſe cenſetur. Et ne res in infinitum procederet poſtquàm ex campis locisq; præſentatis nullum elegerat eidem denunciabat, ſe eligere vnum ex illis ſibi præſentatis in ditione Senẽſi, vbi die dicta ſe repiret ad audiendum deciſionẽ quæſtionis prædictæ faciendam per Illuſtriſſ. & Excellen. Dominos conſeruatores libertatis & ſtatus Reipub. Senenſis, an prædicta querela admittenda ſit aut repellenda. Et die ſequenti pro defendendo cauſam querelæ armata manu.

De tribus dubitari contingebat: an prouocans teneretur ad declarationem & ſpecificationem requiſitam faciendum tam offenſoris, quàm iniuriæ illatæ? Et vtrum prouocator bene proceſſerit, & dicti conſeruatores ſtatus Senenſis competentes eſſent iudices circa deciſionem prædicti articuli, tenereturq; prouocatus ibi comparere, aliàs cõtra illũ vti contumacẽ procedi poſſet?

Circa primum videbatur non eſſe exprimendum & ſpecificandum nomen illius creati offenſoris; quũ certiorandus non ſit, qui non ignorauit, fugiendaq; ſint ſuperflua. ff. de act. empt. l. j. in fi. §. hæc ſtipulato l. diuus. ff. vt lega. not. caue. cũ vulg. ſed prouocator duelli certum reddiderat prouocatum de offenſa ſibi facta per vnum ex ſeruitoribus ſuis mãdato & commiſſione ipſius prouocati: vti de hoc ſe ſatis certũ eſſe dicebat.

Oppoſ. verius eſſe de iure reſpondi. tenet. n. arg. de iudicijs ad duellum, quod procedit ad ſimilitudinem contentioſi iudicij, vt prædixi. in iudicijs petitio generalis & obſcura, niſi declaretur, quando pars opponit, non procedit, ſed repellit. l. fi. C. de anna. except. Dec. plenè in l. edita. in ij. not. C. de eden. arguen

do igitur à iudicio ad certamen & duellum, declaranda eſt & ſpecificanda querela. Et ſi dicat prouocator neq; recognoſcere neq; nomẽ tenere, ſed ſatis ſibi conſtare ex ſeruis prouocati fuiſſe & mandato domini ſui feciſſe.

Reſpondebam remediũ dari exhibitionis familiæ prouocati.l.iij. §. ſi quis.ſ.ad exhib.glo. in c.cùm cauſam. in verbo perſonis,de teſti. vt creatum noxium & delinquentem agnoſcere poſſet, indeq; demõſtrare,intereſſeq; plurimum prouocati id ſcire; quia quum plures, vt dicebat, ſeruos & creatos teneret, fortè ꝙ illi qui iniuriã, intuliſti dicitur, id non commiſit, ſed alteri. Et facta nominatione & demõſtratione offenſoris poterit prouocat⁹ iuſte reſpon. prouocantem mẽtiri, ſi mandatum illi minimè dediſſet, & iuſtis armis indutus in locũ campumq; venire prouocante oppoſitum dicente. Ex quo patet ſolu. ad id quod in contrarium ſuprà dicebatur,quia verum non eſt prouocatum ſatis certum eſſe abſq; alia declaratione: quum eius valde intereſſet (vt dixi) nomen & perſonã offenſoris ſcire. Et adhuc magis qualitatem illatę iniuriæ,vt in articulo ſequenti dicam.

Circa ſecũdum non videbatur, vt etiam ſuprà dicebam, fieri debere aliam declarationem & ſpecificationem illatæ iniurię,quum prouocans pro certo affirmauerit ſe à prouocato offenſum fuiſſe, ſcireq; iniuriam illo mandante illatam ſibi fuiſſe, et mentiri ſi negare velit'. vnde videbatur ſuper hac clara petitione & querela litem, vt ita dicam,affirmatiuè aut negatiuè conteſtandam eſſe.l.j.C.de lit. conteſt. & c.j.in fi.extra eo.& non perſiſtere in aſſertis exceptionibus ad diffugium tendentibus.

Contrarium tamen conſului adhęrendo concluſioni ſuprà factę,ꝙ ĩ hac materia liceat arguere de proceſſu iudiciali ad duellũ. ſed agens actione iniuriarum certũ deſignare debet & ſpecialiter dicere quam ſe iniuriam paſſum eſſe contẽdat, & ſic ſubſtãtiam,qualitatem & nomen iniuriæ:l.item exigit, tũ glo. ſuprà.de dolo.l.prætor dixit,ĩ prin. & in §.qđ autem,ſ.de iniu.Alex.in conſi.ccxij.lib.ij. & Soci. conſi.cix. libr.iij. Hinc etiam eſt ꝙ ſi de falſo te accuſem prout ex tali inſtrumento liquere dico: ſpecificè & appertè falſum non deduco, ſed requiritur qualitatẽ falſi clarius exprimi. Angel.in l.j.ſ.de libe. & poſthu.

Et ſi quis agat interdicto vti poſſidetis aſſerendo ſe per talem turbatum tenetur ſpecificare modũ ꝑturbationis opponente parte de generalitate.Bal.in l.ordinarij. col.ij.C. de rei vendi.Dec.in l.edita col.xvij. C.de eden.Ergo ſimiliter prouocãs prouocato opponente debet certã ſubſtantiam offenſę & qualitatem iniuriæ exprimere. quod clarè demonſtratur. nam prouocatus non declarato nec ſpecificato ꝗ & qualis fuerit offẽſa & iniuria illata, nõ poſſit deliberatè in campũ deſcendere,eamq; ſuſceptę quęrelæ armata manu defenſurus: idq; diſtinctè & ſpecificè ſcire, ſua plurimorũ:intereat:quia ſi illata nõ fuiſſet iniuria

ria ſecundum ordinem & commiſſionem prouocati,vt quia offendẽs exceſſiſſet fines mandati, prouocatus iuſtè reſpondere poſſet, prouocantẽ mentiri: & hanc cauſam iuſtis armis defendere. ſed ſi iniuria cum qualitate declarata de mãdato illius fuiſſet illata, ſecus eſſet. Et ſi tunc diceret, prouocantem mentiri,volẽdo id armis ſuſtinere mendax eſſet,& falſę cauſæ defenſor. Et propter mendacium ocius fortè à Deo puniri poſſet in duelloq; perire. intererat igitur prouocati dictã expreſſionem & declarationem iniuriæ illatæ fieri:aliàs rectè petebat reiici querelam tanquam ineptam, confuſam & illegitimam.

Ex quibus ſatis patet ſolutio ad allegata in oppoſi. quia non ſufficiat dicere ſe iniuriam paſſum, ſed certam ſubſtantiam & qualitatem illatæ iniuriæ exprimere debere.

Tertio quęſito ex prædictis ſatiſfactum dicebam: quia in primis & ante proceſſum ad vlteriora fieri debebat requiſita declaratio, aliàs querela reiicienda erat. Et ſic illa non facta, non potuit procedi ad electionem aſſertorum locorum ac iudicum: et facta oppoſitione prædicta impedit litis ingreſſus ac proceſſus ad vlteriora.l.j. cũ ibi not.§.de aſſeſſ.tradit Phil.Frãc. in ca.j.in 16.limi.de litis conteſta. in vj.& ſic prouocator prędictus nimis properè & iuris ordine non ſeruato contraq; legum diſpoſitionẽ ad electionem locorum & iudicum ante factam declarationem & ſpecificationem requiſitam proceſſit.l.j. C.de execu.rei iudic. Et ita cõſului ſecundum terminos iuris reſpõdendo.& placuit cõſultatio mea Excellentiſſ.Alciato & Mariano Soc.iun. 1 quamuis conſultori parum placuerit:multiq; armorum Duces & Illuſtriſſimi viri, qui ad duellũ prouocanti fauebant omiſſa legum & iuris ſubtilitate attẽtis moribus equitum & militari conſuetudine contrarium reſponderint, ad futurum certamen properè feſtinãtes,armorumq; iudicium currẽtes.Et eò magis adhęrendum videtur huic meę ſententiæ, ꝙ materia duelli eſt reſtringenda ſtrictèq; interpretanda. Soci Iun.in conſi.cxxj.lib.ij.Correctioni tamen & iudicio cuiuslibet melius ſentiẽtis & maxime Illuſtriſſimorum Ducum ſuprà relatorum me ſubmitto; non quorundam iuriſperitorum,ꝙ vel Placentiam verſus euntes, uel ad pauca reſpicientes,credentes ſe omnia ſcire, quum nihil ſciant quid ſcribant,malè cõſiderant.

## SVMMARIVM.

1 *Prædo multis modis dicitur.*

2 *Prædo poſſeßione ſua quando non reſtituatur.*

L. CLXIX. VLPIANVS.

NEMO prædo eſt,qui pretium numerauit.

SVMPTA eſt ex §.ſi quis ſciẽs.l.etiam.ff.de peti. hęre. intelligendo,vt ibi per glo. Et niſi authoritate propria rei emptæ poſſeſſionem occupaſſet.l.ſi ex ſtipul. cũ ibi not.

per Alex. Iaſ.& docto.ff.de acquir.
1 poſſ. Dicitur † autem prędo multis modis. Claua. in ſumma in verbo, prædo. qui poſſeſſione ſua iure incognito priuandus non eſt. c.in literis. de reſti. ſpol.faciunt not. pulchrè per Feli.in ca.fi.col.fi. de præſumpt.Dicunt tamen Inno. & But.
2 in d.ca. in literis. ꝙ † vbi conſtaret agentem remedio recuperādæ prędonem eſſe,non foret locus diſpoſitioni.d.ca.in literis.quia res aliena ſine peccato retineri nō poteſt.c.literas.de reſtitu.ſpol.& c.cùm tu.de vſur.debet itaq; tex.ille volens etiā prædonem eſſe reſtituendum de eo intelligi, qui prædo dicitur nondū detecto ꝙ talis ſit. quàmuis docto. indiſtinctè dicere videantur prædonem eſſe reſtituendum,dummodò cum domino non concurrat.l.colonus.ff.de vi & vi armat.ideò de hac materia videnda ſunt quæ Moder. ſcribunt in §.nihil commune.l. naturaliter.ff.de acqui.poſſ.

SVMMARIVM.

1 *Homo liber non poteſt in contractum deduci.*
2 *Hominis liberi emptor non dicitur locupletior.*

## §. Locupletior nō eſt factus, qui liberum acquiſierit.

Nec primus nec ſecundus intellect. gl.conuenit:ideò intelligas
1 † de libero homine ſcilicet, qui in contractum deduci nō poteſt.l.inter ſtipulantem.§.ſacram.ff.de verborū oblig.l.liber homo.ff.ad legē Aquil. nec à quoquā retineri. toto tit.ff.de libe. homi.exhiben. nimi-
2 rùm igitur † ſi liberum hominem acquirens, ſciens ſcilicet, non intelligitur factus locupletior, vt hic dicitur.facit tex. notabilis in l.pretia rerum.ff.ad legem Falcid.

## §. Cùm de lucro duorū quęritur, melior eſt cauſa poſſidentis.

Vide quæ diximus in l. in eo quod.ſuprà eod.& in l.in pari.infrà eodem titulo.

SVMMARIVM.

1 *Momentanea acquiſitio quando habeatur in conſideratione.*

L. CLXX. PAVLVS.

Cvm prætor in hęredem dat actionē quatenus ad eū peruenit:ſufficit ſi vel momento ad eum peruenit ex dolo defuncti.

Hanc l. optimè gloſſauit alius tex. in l.videamus, vnde hęc ſumit ſ.quod met.cauſa.An aūt & quan-
1 do † momentanea acquiſitio attendatur & conſideretur Deci.ſe remittit, vt per eum. * Reg. eſt ꝙ actus momentaneus & momentanea acquiſitio non attenditur nec conſideratur quando non eſt vtilis nec producit aliquem effectum.l. fi. in fi.vbi omnes doct. not.C.de bonis quæ liber.l.ꝙ ſit.ſ. de ſolu.l.non videtur

ſtetur quiſquã. ſ. eo. tradit Roma. in conſi. cclvj. Approba. & in conſi. cccccxcix. In præmiſſa. Are. pulchrè in conſi. 161. In præſenti, col. iiij. in fi. Deci. in l. ſi tibi. ſ. ſi cert. pet. cum aliis quæ allegaui. ſ. in d. l. non videtur quiſquam. Secus quãdo acquiſitio momẽtanea ſeu actus momentaneus vtilis eſſe poteſt, & effectũ producere. l. fi. vbi. omnes doct. not. ſ. de condi. inſtit. l. vxoris. C. de poſthu. hęred. inſtit. l. ſi tibi pecuniam. ſ. ſi cert. pet. cum multis ſimilibus ibi per Deci. accumulatis, & prius per Are. pulchrè in conſi. 50. Copioſè, & lvij. Diligenter. cũ aliis quæ allegaui in d. l. non videtᶦ quiſquàm. ea propter momẽtanea ęſtimatio quanti plurimi attenditur & conſideratur cõtra furem & moroſum. l. in re. ſ. de conditione furt. dixi in l. vinum, in primo not. contra Deci. ibi, ſi cert. pet. fallit in l. precia rerũ in fi. ſuprà ad l. fal. vbi Alexan. & alij rationem aſſignant, & dixi in d. l. vinum.]

SVMMARIVM.

1 *Ius ex perſona actoris metitur, non poſſeſſoris.*

2 *Poſſeſſionis iuſtæ cõmoda ſunt infinita. Et contrà, nume. 10.*

3 *In cauſa poſſeſſoria quando ſummaria probatio requiratur. Et an ſit magni præiudicij.*

*L. fin. C. de edict. diui Adria. tollen. declaratur.*

4 *In cauſa poſſeſſoria admittitur reprobatio teſtium, & appellatio. nu. 5.*

6 *Poſſeſſorium ſummarium, quòd ſit. Et quid plenarium. nume. 7.*

8 *Poſſidens bona quando bonorum poſſeſſionem agnouit, an teneatur probare ſe intra debitum tempus agnouiſſe.*

9 *Fauorabiles perſonæ in cauſa prælationis ratione prioritatis temporis de qua non conſtat, an præferantur etiam contra poſſeſſorem.*

L. CLXXII. PAVLVS.

IN pari cauſa poſſeſſor potior haberi debet.

AB iſta lege extracta fuit regula c. in pari de regu. iur. in vj. Et vltra concordanteſ alleg. per gl. facit tex. l. in eo quod, ac l. nemo prędo. in §. cùm de lucro. ſuprà eod. c. ex literis. de proba. §. j. l. vti frui. ff. ſi vſu fru. peta. ibi, vincet iure quo poſſores potiores ſunt, licèt nullum ius habeat. ad idem tex. no. in l. ij. ff. vti poſſi. accedat vulgatus §. cõmodũ. inſtit. de interdi. actore enim non probante abſoluendus eſt conuentus, & ſi nihil ꝓbauerit, vt ibi Hinc
1 ſolemus dicere nos, † metiri ius ex perſona agẽtis, nõ ex perſona poſſidentis. l. j. ſ. ſi pars hęre. pet. Infinita
2 † propè ſunt poſſeſsionis cõmoda: iuſtę uidelicet, ſecundũ nota. Dec. in conſi. clxix. col. fi. quemadmodũ vltra no. per ſcribentes in dictis locis, videre poteris ꝑ Pau. de Caſt. in conſi. 50. & clxxix. in antiquis. vbi in dubio poſſeſſoribus fauendum eſſe dicit. Abb. in c. in ꝑſentia. col. x. verſ. ſi verò cauſę. de probat. pract. Papi. in forma lib. actio. negat. in glo. ſuper verbo, per quandã. Barb. in ca. ex literis. colũ x. de proba. in ca. j. col. xxvij. eod. tit. in conſ. xxiij. col pen. & in conſ. xxxix. colum. iij.

volu.iiij.glo.& ſcribentes in c.affer te.de præſumpt.Alex. in conſi.xxx. col.fi.lib.iij. &in conſi.cxl. volu.v. Feli.in d.c.ex literis.col.j. & in cap. olim.col.pen.& fi.de reſcript.Curt. ſeni. in repe.l. admonendi. colum. lxxxvij. cum ſeq.ff. de iureiur. Iaſ. in l.j.col.ij.ff.ſolu.matr.in l.ſi poſt. C.de iur.& fact. igno. & in l. nemo poteſt.in ij.lectu ſol.penult.ff.de le gat.j.Corſe. in ſingu. ſuis in verbo, matrimonium.el iij.Dec.in l.fi.col. penul.vbi plura citat C.de edict.di- ui.& hic. ac in conſi.clxix. col.fi.& ccccxliiij.col.vlti.Hippol.de Marſi. in nota. lxxxij. & Ripa in ca. ſępè. ✱ de reſtitutio.ſpolia. ° & in §.memi- niſſe.l.de pupillo.col.fi.ſuprà de no ui ope.nunc. ꝙ ratione tuendæ poſ ſeſſionis poteſt qs authoritate pro- pria in ſuo ędificatum vel immiſsū tollere, per iura & authoritates ibi alleg.Item vide Alex. Rub.in vulg. §.nihil commune. col.vij. cū ſeq.]

· Sed in contrarium facit tex. not. in l.fi. in ſecunda parte C. de edict.

3 diui Adria.tollen. vbi in † poſſeſſo- rio iudex ſequitur apparentiam, & eſt facilis in mittendo in poſſeſſio- nem, quia ſecundū Dec. ibi in iiij. & ſeq.no. dicitur agi de leui & mo- dico præiudicio in iudiciis poſſeſſo riis, ita ꝙ ſufficit ſemiplena proba- tio etiam per vnū teſtem vel famā. allegat Bar.in duobus locis, & Ma- thęſil.vt ibi per eum:qui ſic conſu- luit in conſil.lvj.cclij. & dclxiij. ſe- quitur Curt.iunior in d.l admonē- di.col.xix. ſiue antepen. vbi addit, quia cauſa eſt momētanea.l. vnic. C.ſi de momen.poſſeſ. ſue. appella. non admittitur reprobatio teſtiū, nec in dictis,nec ī perſonis. allegat Rom.& Aret. Nec ſimiliter admitti tur appellatio in poſſeſſorio ratio- ne prædicta.d.l.vnic. cōſuluit Dec. in conſi.xxviij. Tu autem diligen ter aduerte, ꝙ imò cauſa poſſeſſo- ria eſt magni & conſiderabilis præ iudicij, cùm magnum commodū ſit poſſidere.d.§.commodum. cum aliis plenè ſuperiùs allega. & ita in terminis poſt Bald. tenet Curt. ſe- nior loco prætalleg. idē voluit Dec. in c.edoceri.col.iij.de reſcript. & in c.cauſam quæ.col.ij.de iudic. Et Af flictus in deciſio.regni ccclxiiij.vbi dicit hoc voluiſſe Bat.in d.l.admo- nendi.col xiij.&in hac opinio.fuiſ ſe ſacrum Cōſilium regiæ maieſta tis: & ꝙ nō ſufficiat ſemiplena pro- batio,nec vnus teſtis vel fama. Ean dem opinionem tenet Alex. in con ſil.clxxxvij.ad fi.lib.vij.dicens ma- gis communem opinionē eſſe hāc, ꝙ in iudiciis poſſeſſoriis non ſuffi- ciat ſemiplena probatio : vt voluit Bart. in extrauagan. ad reprimēdū in verbo ſummariè, vbi hoc dicit. Sed neſcio vnde ipſe tunc collegerit illam magis communē opinio- nem : cùm dicat Curt. ſenior loco prællega. ꝙ omnes vſq; ad tempo ra ſua contrarium tenuerunt. Ean- dem opinionem tenuit Ripa, licèt de prædictis nō faciat mentionem in l.ij.ff quorum bono. circa finē. Ex quibus videtur mihi nūc, ꝙ iſta poſſit dici magis communis, ꝙ cau ſa poſſeſſoria dicatur magni & con ſiderabilis præiudicij, & ꝙ in ea nō ſufficiat ſummaria probatio, ſed re quiratur plena, quemadmodum in aliis cauſis: vt ꝑ Bart. in dicto verbo ſummariè.

ſummariè.& per præalleg.Pro qua opinione,facit tex.in l.j.C.quorum bon.in verbo,ſi probaueris.quę verba vt dicunt docto.habent ſenſum veræ & perfectæ probationis.l.Lucius.ff.de condi.& demon. Felin.in rubri.de proba.colu.ij.ꝙ clauſula ſi probaueris, ĩ reſcriptis appoſita,plenam & perfectam exigit probationem. Poſtremò dico hanc opinio. probari manifeſtè per d.l.fina. licèt Dec.pro ſe adduxerit.ponderando, ꝙ iudex ſequitur apparentiã ſecundum eum.loquitur enim in princ. id volens vbi non adeſt legitimus cõtradictor: ſicq; de intereſſe tertij non agatur, tunc iudex facilis eſſe debet in faciẽdo miſſionem in poſſeſſionẽ requiſitã,& ſufficit ſummaria cognitio, & probatio, ac inſtructio iudicis vt inducatur ad concedendũ miſſionẽ in poſſeſſionẽ iuxta tex.l.in lege Aquilia.ibi,ad ſuſpicionem iudicem adducã. ſuprà ad legem Aquiliam.hoc eſt, ꝙ dicitur in dicta l.fi. prima facie ſeu prima figura, quaſi prima fronte hoc videatur, cum iura partium perfectè non diſcutiantur: ſecundum Bart. in dicto verbo ſummariè. in ij.col. Sed vbi appareret legitimus contradictor, & res agitur ĩ figura iudicij, tex.d.l.fi.in verſ. ſin autem aliquis contradictor. vult oppoſitũ, ꝙ cauſa plenè diſcutiatur, & illi acquirat poſſeſſio qui potiora & meliora iura oſtenderit, & cõſequenter ex prędictis fortiſſimè induci poteſt pro hac opinione, ꝙ in poſſeſſorio dato legitimo contradictore, & ſic cùm res tractatur in forma iudicij perfectè debent diſcuti iura partium, & ſic requiratur plena probatio.

4 Ex quo infertur, ꝙ † erit etiã admittenda reprobatio teſtium in dictis & in perſonis: & ita vult Abbas in c.licèt cauſam. in tertio notabili de probationibus. & Feli. in ca. veniens.el ſecundo,col.iiij.de teſtib⁹, quicquid dixerint Curtius & Aretinus præallegati, aliàs facilè eſſet inducere aliquos teſtes Suſannę, vt dicię,& obtinere in poſſeſſorio: quod eſt abſurdum, ergo euitãdum.l. nã abſurdum.ff. de bonis libertorum. licèt enim cauſa ſummaria ſit, non debent propterea defenſiones parti tolli.clemen. ſępè. in verbo, defenſiones.de verbo.ſignific.tradit Feli. in d.c.veniens.col.iiij. faciunt quæ ponit Iaſo.in cõſi.lxxxj.colum.iij. lib.iij. ꝙ poſſeſſorium non probat per teſtes ſingulares.

5 Et pariformiter † non reiicietur appellatio, quicquid dixerit & conſuluerit Dec. ſuprà relatus, quãuis enim non ſit dandum interim, ſeu non retardetur executio ſententiæ prolatæ in iudicio poſſeſſorio ꝑ appellationem interpoſitam.d.l.vnic. C.ſi de mo. po.fu.ap. tamen appellatio admittitur non retardata executione ſentẽtiæ & cognoſcitur de viribus & iniquitate ſententiæ: vt ibi per glo.& ſcribentes per Bart. & alios in l.ij de appella. recip. & pleniùs per Afflict. in deciſione regni 269.cum ſimilibus. Et ita ſeruatur in practica, ꝙ requiratur plena probatio & non ſufficiat ſemiplena, ꝙ reprobatio teſtium in dictis & perſonis ſit permiſſa, ꝙ admittatur appellatio non retardata executione.

Tandem vt ſemel finiã, arbitror

 opinio-

opinionem prædictorum doctorũ fœdere diſtinctionis ſic poſſe cõcordari, & citharam diſcordantem ad conſonãtiam ſic poſſe reduci: conſiderando duplex eſſe poſſeſſoriũ. vnum ſummarium, aliud plenum ſiue plenarium: vt declarant Bald. Paul. de Caſt. in l. ordinarij. col. pe. & fi. C. de rei vendica. Paul. de Caſt. notanter in conſ. v. in antiquis. Poſ-
6 ſeſſorium † enim ſummarium dicitur illud quod principaliter ordinatur ad finem ne lite pendente ſuper proprietate vel poſſeſſiõe partes veniant ad arma ſe inuicem turbando enſemq; pro libello oſtendẽdo: vt dicit Bal. in l. quiſquis. infrà quorum appella. cùm quælibet pars ſe poſſidere prætendat: & vt ſciatur qs actor, & quis reus eſſe debeat. d. l. ordinarij. cum ibi nota. per prçalle. Et dicitur iudiciũ ſummariũ: quia natura negotij exigit vt ſummariè procedatur, cognoſcatur, & ordinetur: & ſolum affert præiudicium lite pendente, & donec pleniùs fuerit cognitũ, vel aliter ordinatum. Eſtq; tanquàm prçparatorium ad finem alterius iudicij ſtatutũ, & momentaneum aptitudine: ideò nõ requiritur plena probatio, ſed ſummaria ſufficit: neq; exigitur libellus vel litis conteſtatio, nec ſententia diffinitiua, ſed interlocutoria tantùm: vt per Bal. & Paul de Caſt. in locis prç allega. Rotã in deciſio. 437. in nouis. & Dec. in conſi. cccij. Et in iſto poſſeſſorio ſummario modici temporis, & conſequenter cenſura iuris modici præiudici. argu. l. ſi debitori. ff. de iud. cùm poſſit citò apparere de cõtrario, & interlocutoria poſ-
ſit reuocari, & totũ oppoſitum pronunciari dando poſſeſſionem huic parti: procedant quæ hic dixit Dec. Bart. & alij in locis ſuprà allega. ꝙ ſufficiat ſummaria probatio, quòd non admittatur reprobatio teſtiũ reſpectu perſonarum aut dictorũ, nec appellatio, vt infrà dicã. Aliud
eſt poſſeſſorium † plenum ſeu plenarium: quod ordinatur ad finem 7
& effectum perueniendi ad ſententiam diffinitiuam ſuper petitorio: in quo principaliter diſputatur de iure partium ſeu de proprietate, & vim perpetuã obtinet, vt poſſeſſor in poſſeſſione remaneat & defendatur donec altera pars egerit & obtinuerit in petitorio. l. exitus ff. de acquir. poſſeſ. Et quia iſtud perpetuũ affert damnum & præiudicium donec pro altera parte cognitũ & pronunciatum fuerit ſuper proprietate, dicitur plenarium iudicium, exigitur libellus, requiritur litis conteſtatio, diffinitiua ſententia, ac ordo iudicij: vt per Bald. Corne. Alexan. Iaſ. & alios ſcribentes communiter in d. l. fi. Bald. & Pau. de Caſt. in locis præallega. Rotã in deciſio. 437. in nouis. & Dec. in conſi. cccij. col. j. Et in iſto iudicio poſſeſſorio pleno ſeu plenario procedant authoritates ſuprà citatæ cum prædictis fundamentis. quia magni & conſiderabilis præiudicij eſt, & plenæ probationes requiruntur, admittitur reprobatio teſtium, & appellatio, executione tamen nõ retardata. Et ita ſi bene ac diligenter videbis & conſiderabis, cognoſces & fateberis voluiſſe Bart. in extrauagan. ad reprimendum in verbo ſummariè. Feli.

in

in d.c. veniens. el ſecundo. col.iiij. Et Ludouic.Gomes ſup regula can cellariæ de non tol.iure quæſito in v.quæſt.concludentem prædictam regulam locum propterea habere in poſſeſſorio pleno ſucceſſiuo & eſ fectuali: quia talis poſſeſſio eſt maximi momẽti,& damnũ magnũ eſt illam perdere. Regulariter ergo in poſſeſſoriis plenariis vbi agitur de perdenda penitùs poſſeſſione, & cõ ſequenter de magno damno & con ſiderabili pręiudicio,requiritur ple na probatio & admittuntur exceptiones requirentes altiorem indaginem: quia ſi cognitio tolleretur, & prædicta etiam requirentia altio rem indaginẽ non admitterentur, auferretur ius partis, quod fieri nõ debet: ita vult Bart. in dicto verbo, ſummariè col.j. in verſ. in hoc proceſſu.& colum.ij. verſ.& idem dico. Quod tamen non procedit in reme dio poſſeſſorio.l.fi.C. de edict.diui Adria.tollen. vbi non admittuntur exceptiones requirentes altiorẽ indaginem.l.ij. dicti tituli fauore vlti marum voluntatum. & quia quæſtio pendet ex liquido: ſecundum Bald.& alios in dict.l.ij. & fin. quæ omnia bene not.

Et adde vltra prædicta quæ ſcribunt Barbat. Iaſo. & Moder. in rubric.C.qui admitti. volentes, quòd
8 † quando ille qui bonorum poſſeſ ſionem agnouit, effectualiter poſſi deret bona, dicenti bonorum poſſeſſionem non fuiſſe agnitam intra debitum tempus, incũbat onus probandi, propter commodum poſ ſeſſionis aduerſarij, quæ transfert onus probandi in alium. dicto §. commodum. Sed hanc opinionem improbaui legendo prædictam rubricam, qui admittit. quia fundamentum illius qui bonorum poſſeſſio. agnouit, conſiſtit in probando agnitam, ac intra legitimũ tempus agnitam.l.finali.C.qui admitti.§. finali inſtitu. de bonorum poſ ſeſsione, quod cùm minimè faciat, & aduerſarius probauerit ſe adiuiſ ſe hęreditatem vel bonorum poſſeſ ſionem agnouiſſe, ac intra tempora ab edicto prætoris ſtatuta, iuxta iura præallegat. probata eius inten tione obtinere debet.l. qui accuſare, à contrario ſenſu, C. de edendo, cum aliis adductis per Alexãdrum in conſ.clxxxix.colum.j.lib.ij. Nec obſtat § cõmodum. imò facit pro opinione mea, cũ aduerſarius probauerit intentionem ſuam, nec iura partium ſint ambigua: iuxta id quod dicitur in §. commodum. in cap. ſi à ſede. de præbendis. in vj. cum aliis de quibus ibi per Iaſonẽ. Tituli enim erant pares quò ad datam & tempus: ideò nimirùm ſi poſsidens vincit, præualeatq́;, cùm plus quàm aduerſarius habeat, poſ ſeſsionem videlicet. & optimè procedit quod dicitur in §. commodum. quod actore nõ probãte & c. ſed in terminis dicti ſuprà relati aliud eſt: quia aduerſarius plenè probauit fundamentum ſuæ inten tionis, agnouiſſe videlicet bonorum poſſeſsionem: & intra tempora ab edicto limitata, vel aditionem hęreditatis: conuentus verò de tempore nihil probauit, ſed tantùm agnitionẽ: ergo tituli nõ ſunt pares, neque iura partium obſcura, ideò

ideò non procedit quod dicitur in § commodum.cùm actor probauerit intẽtionem ſuam,reus verò fundamentum ſuæ exceptionis, tẽpus ſcilicet nõ probauit: ergo debet ſuccumbere.

9 Poſtremò aduerte ꝙ † quando agitur de prælatione ratione prioritatis temporis, & de prioritate nõ conſtat: ſi ex priuilegio cauſæ obtinere quis debet, præferẽdus eſt etiã cõtra poſſeſſorem, vt patet in fiſco per l.j cum ibi notatis per Barto. & doctores.C.de iure fiſci.lib.x. Idem in dote,libertate,& pia cauſa:vt per Soci. in conſi.lxvij. col. pen.lib.iij.

10 Quandoq; † tamen cõmodum eſt non poſſidere, vt pulchrè per Petrũ de Ancha.in conſi.clxxiiij.

SVMMARIVM.

1 *Ille ad quem bona alicuius perueniunt vniuerſaliter loco hæredis eſt.*

2 *Qui dicatur prælatus.*

3 *An ſucceſſor prælati ligetur ex contractu prædeceſſoris.*

## §. Hi qui in vniuerſum ius ſuccedunt, loco hęredum habentur.

IDEM dicitur in l. prętor.ſuprà eo.& poteſt etiam exemplificari in l.j.ff.de caſtr.pecu.de quo vide quę dixi in l.qui per ſucceſſionẽ.§.eod.

1 Et generaliter † ille ad quem bona alicuius perueniunt vniuerſaliter,hęredis loco eſt.l.non intelligitur.§. cùm ex cauſa.ff. de iure fiſc. cum accumulatis p Alex.in l.ſi marito.ff. ſoluto matr. & per Dec. hic.

Quod autem ſubiungit Dec. de ſucceſſore in prælatura, vt non cenſeatur eadem perſona cum anteceſſore, ſecundum Baldum non eſt in terminis regulæ noſtræ: quia talis nõ ſuccedit in vniuerſum ius.Quis

2 † autem dicatur prælatus: ponunt Barba.in c.quæ ab eccleſiarũ.col.j. de of.ord. Fel.in c.inſuper. de teſti. Dec.in c.ij.col.fi.de iudic.& in cõſi. cclxxxij.col.j. Et an ligeť ſucceſſor

3 † prælati ex contractu anteceſſoris ſui: vide per Bald.in conſi.ccccxiij. lib.iiij.Barb.in c.ex præſentium. de pign Præpoſ.in ca.vnic.qui ſucceſ. tene.Affſictum in deci.regni. cap.j. Iaſ.in conſi.ccxxij.lib.ij.& conſi.x. lib.x.& Dec.in conſi.clvij.

SVMMARIVM.

1 *Dolus quid ſit. Et quando ſit mortalis, vel venialis.*

L. CLXXII. PAVLVS.

## NIHIL dolo creditor facit,qui ſuum recipit.

CLARA eſt & abſoluta in l. nullus videtur dolo.ſuprà eo. Equidem non cõuenit hoc caſu doli diffinitio,de qua in l.j.ff.de dolo.ideò nec diffinitum competet.Et quemadmodum etiam ſcribit Caieta. in ſua ſummula in verbo dolus.dolus

1 † eſt aſtutiæ executio, ſiue per verba, ſiue per facta ad decipiendũ ordinata:& eſt peccatũ veræ prudentiæ contrarium, quãdoq; mortale, quandoq; veniale,vt cum intendiť deceptio iocoſa.

§.Cùm

§ Cùm principalis cauſa nõ conſiſtit: nec ea quidẽ, quę ſequuntur, locum habent.

ABSOLVTAM comperies in l.cùm principalis, ſuprà eod.

L. CLXXIII. VLPIANVS.

NVNQVAM actiones, pręſertim pœnales, de eadẽ re concurrentes alia aliam cõſumit.

IN TEX. ibi, præſertim pœnales. hoc fortè dixit propter rationẽ tex.l. nunquam plura.ff. de priua. delict. Sumitur ex l.nũquam, & ex l.plura delicta.ff.de act. & obiga.& ex præallega.l. nunquam plura.ad idem eſt tex.inſtit.ſi quadru.paup. fec.dic.in fi.vbi glo.not.& doct.declarant materiam iſtam, quę etiam explicatur in l.ędita. in materia ęmulationis.C.de eden.faciunt quæ ſcribit in materia Pet. de Ancha.in conſi. iiij.Raph. Comen. in conſi. lxxiiij.& Soci.in cõſi.lxij.in ſecundo dubio.vol.j. Tex. tamen iſte admodum latinus non eſt, ſi dicendi formam diligenter ſpectaueris.

SVMMARIVM.

1 *Dolo deſinens poßidere pro poſſeſſore habetur. Et quomodo procedat.*

2 *Amplia & nume. 3.*

4 *Statutum de poſſeſſore an habeat locum in eo qui dolo deſiit poßidere.*

L. CLXXIIII. PAVLVS.

QVI dolo deſierit poſſidere, pro poſſidẽte damnatur: quia pro poſſeſſione dolus eſt.

SVMITVR ex legibus per gl. alleg. concordat l.parem.& l.ad ea. in §. ſemper. infrà eod. & in ca. pro poſſeſſore. de regul.iur.in vj.vbi eſt glo. not. hanc regulam declarans.

1 Nota ergo, † ꝙ dolo deſinẽs poſſidere ex iuris diſpoſitione pro poſſeſſore habetur.

Intellige quò ad ſui damnũ, nõ autem quò ad commodum: vnde ei non cauetur, licèt caueatur poſſeſſori.l.hęc ſi res.& l.is qui dolo.ff. de rei vendi.ſecũdum Dyn. & alios in d.ca.pro poſſeſſore Accedāt quæ ſcribit Pari. in conſi.v. lib.ij. de eo qui dolo deſiit res fideicõmiſſo ſubiectas poſſidere, ꝙ ad reſtitutionem fideicommiſſi poteſt adhuc conueniri. Et ſimiliter dicit Ange.in l.cõpetit.in §.fi.ff.ꝙ vi aut clam. ꝙ contra nõ poſſidentem, qui dolo deſiit poſſidere, eo modo & forma agitur, quibus concluditur, ſi poſſideret, p tex.in §.fi.l.ibi prætẽdentis. nec eſt differentia in modo condemnãdi, an poſſideat vel dolo deſierit poſſidere, ſed bene in modo exequendi. l. quãquam. in §.Iulian. cum not. ibi per Barto.ff.de aqua plu. arcen. Itẽ intellige hanc regulam quo ad ad effectum iuris, quilibet eorum conueniri poteſt: ſed non quo ad ſubtilitatẽ, quia poſſeſſor tenetur directa, doloſus vtili: vt declarat Ange.in l.ij.in §.hoc interdictum, l'vltimo, ff.ne quid in loco public.

2 Ampliatur hęc † regula etiã in eo qui dolo poſſeſſionem acquirere noluit.l.etiam.§. in eod.ff. de peti. hęre.

hęre. vbi volente tamen poſſeſſore iudiciũ ſuſcipere, liberatur ille qui dolo deſiit poſsidere: & ſi non ſuſcipiat, non liberatur, licèt contra dolo deſientem poſsidere agatur.

3 Item ampliatur regula † etiã in eo qui culpa poſsidere deſiit. l. ſi culpa. ff. de rei vend. Et ſi differat talis deſiẽs culpa poſsidere ab eo qui dolo poſsidere deſiit, reſpectu ceſsionis & actionis, vt in d. l. ſi culpa de quo etiam per Deci. in conſil. ciiij. Et propterea volens contra aliquẽ actiones reales dirigere, ſolet in primis interrogatoria conuento dare & facere, an talem rem teneat & poſſideat, dolovè aut culpa tenere & poſsidere deſierit, qui pro poſſeſſore habetur quo ad ſui damnum, & reſpõdere tenetur. vide pract. Papi. in prin. ſuæ practicæ char. iij.

4 An † autem ſtatutum de poſſeſſore, locum habeat in eo qui dolo deſiit poſsidere, ponunt Ioan. And. & alij d. c. pro poſſeſſore. Aret. & cęteri in rubr. ff. de acquir. poſſeſ. Poſtremò ad declarationem & intelligentiam iſtius regulæ & prædictorum vide docto. in ca. penul. de except. * & Rip. in l. quod te. col. iij. ſuprà ſi cert pet. ponentem & declarantem quomodo probetur dictus dolus.]

## SVMMARIVM.

1 *Aſſerens ſe peritum, tenetur de imperitia & culpa.*

L. CLXXV. CAIVS.

IMPERITIA culpę adnumeratur.

SVMITVR ex legibus in glo. 1 allega. aſſerens † igitur ſe peritum, tenetur de imperitia & culpa. Vide etiam. l. ij. cum ibi nota. ff. quod quiſq; iuris. ca. tua nos. cũ ibi not. per Feli. de homi. c. & quæ diximus in l. culpa eſt. ſuprà eo. titu.

## SVMMARIVM.

1 *Conditio dominorum per ſeruos quãdo fiat melior vel deterior remiſsiuè.*

L. CLXXVI. CAIVS.

MELIOR cõditio noſtra per ſeruos fieri poteſt, deterior fieri non poteſt.

SVMITVR ex legibus allega. 1 in glo. quæ † ponit fallentias. materia plenè examinatur in l. filiuspa. ciſcendo. C. de pact. & in l. cõtra iuris. in § fi. cum l. ſeq. ff. de pact. & in l. fi. C. de acquir. poſ.

## SVMMARIVM.

1 *Lucri, & damni eſt diſpar ratio.*

2 *Repudiatio legati dicitur alienatio. Et quomodo intelligatur.*

*L. Qui autem. ff. de his quæ in fraud. credi. declaratur.*

L. CLXXVII. VLPIANVS.

NON fraudantur creditores cum quid non acquiritur à debitore: ſed cũ quid de bonis minuitur.

ET ideò in primo caſu non agitur redhibitoria ſecundum Albe. Sumitur ex l. qui autem. ff. de his quæ in fraud. credit. vbi glo. Bart. & doct. latè tradunt.

1 Eſt ergo in propoſito † diſpar ratio lucri & damni. iuribus hic etiã per Deci. alleg. Sed quò ad tex. legis noſtræ vide rationem aſsignatam per Bart. in d. l. qui autem. vbi hanc regulam ponit nõ procedere in caſibus in quibus de natura contractus quis tenet acquirere: vt in l. ij. in. §. non tantùm. cum no. ff. de hęredi. vel act. vendi. Et idem ſcribit Bart. in l. j. in §. non quęrimus. ff. ſi quis omiſ. cauſ. teſta.

2 Et † pariter repudiatio legati alienatio dicitur. tex. eſt ſecundũ Dec. hic in l. magis puto. in §. fundum. ff. de reb. eor. vbi propterea pupillus fundum legatũ ſine tutoris authoritate repudiare non poteſt. De quo vide pulchrè Alexan. in conſi. xxvij. lib. iij. Pau. de Caſt. in cõſ. xj. in antiquis. vbi ſecus eſſe dicit in donatione. & ad §. fundum. reſpon. ꝙ loquitur in legato, quod acquiſitum fuit ignoranti, licèt reuocabiliter, cũ pendeat ex voluntate vnius tantùm teſtatoris ſcilicèt: ſecus in donatione quæ nõ acquiritur etiã reuocabiliter, niſi ſcienti & conſentienti, cùm ſit contractus: & ſic pendeat ex voluntate duorum: ideò repudiatio legati alienatio, inquit, dicitur, meritò per pupillum ſine tutore fieri nõ poteſt, vt ibi & in l. pupillorum. C. de repud. & abſti. hęre. ſed repudiatio donationis nõdum acquiſitę dici non poteſt alienatio, vt colligitur ex §. fundum. à cõtrario ſenſu ſecundum Pau. de Caſtr. Sed ꝙ repudiatio hęreditatis vel legati non dicatur alienatio probat tex. d. l. qui autem. in §. j. in verſ. proinde & qui repudiat. vbi Bart. opponens, ꝙ legatum à tempore mortis dicitur eſſe noſtrum. l. à Titio. ff. de furt. ergo repudiando dicitur diminuere patrimonium: reſpondet, ꝙ repudiando fingitur nunquàm noſtrum fuiſſe. & ſequitur Corn. in cõſil. xxxij. col. fin. volu. j. concludens propterea ꝙ repudiatio legati non dicitur alienatio. idem vult Bald. in d. l. pupillorum. eò ꝙ ante agnitionem in bonis noſtris non eſt. l. prętia rerum. ff. ad leg. Falcid. ideò nõ dicitur alienatio, cùm in alium de bonis repudiantis nihil transferat. Ponuntq; ibi Bald. & Alex. an prælatus poſsit repudiare hęreditatem vel legatum eccleſiæ relictum. Sed quomodò reſoluetur præfata difficultas: quia quidam dicunt ꝙ repudiatio legati ẽ alienatio, alij quòd non. Reſpondeo alienationẽ eſſe, neq; id negari poſſe: cùm hoc dicat tex. in præallega. §. fundum. ea ratione quia dominiũ rei legatę directa via tranſit in legatariũ quãuis reuocabiliter, non tamen eſſe diminutionẽ patrimonij, cùm ante acceptationẽ non ſit in bonis noſtris, vt ſuprà dixi: ideò non pertinet ad edictum de his quæ in fraud. creditor. ita procedit tex. in d. l. qui autẽ. in §. j. id quod iuriſcon. in prin. ipſius legis ſatis explicat. ſicq; Bal. & Corne. qui dicunt repudiationẽ legati non eſſe alienationem, malè dicũt & contra tex. præallega. §. fundum. bene verũ eſt talem repudiationẽ

& alienationem non ſpectare ad diminutionem patrimonij: ita ꝙ alienatio in dict. §. fundum. non accipitur propriè & ſtrictè, put adaptatur ad dominij radicati translationem. l. j. C. de fund. dotal. ſed largo modo, prout adaptatur ad alienationē dominij reuocabiliter acquiſiti. accedant q̃ de hoc verbo alienatio, diximus ĩ l. nō alienat. ſ. eo. tit.
* * Et quæ plenè ſcribit Rui. in l. legatum. & in l. ſi mihi, in princi. ad fi. primæ col de leg. j.]

Ad materiam verò iſtius legis, & d. l. qui autem. vltrà ſuperiùs adducta, vide l. cùm quidam. ſuprà de iur. fiſc. & ea quę ſcribunt Feder. de Senis in quæſt. ix. Barb. conſi. xxiij. col. ij lib. j. & conſ. xlj. col. vij. & xvj. in eod. & conſ. xxj. in tertio dubio, in iij. volum. Socin. in conſi. lxxvij. col. fi. libr. iiij. & Dec. in conſ. cclx.

### SVMMARIVM.

1 *Delictum pœnam, non impunitatem meretur.*

2 *Fur conditionem ſuam meliorē propter furti continuationem non facit.*

§. Nemo ex ſuo delicto meliorem ſuam conditionem facere poteſt.

1 DELICTVM † enim pœnā, nō impunitatem vel prærogatiuā meretur. l. nunquam. ff. de priuat. delict. l. ſancimus. C. de pœn. facit regula c. mora ſua. de reg. iur. in vj. & tex. nota. in l. ſiue hæreditaria. ad fi. ff. de nego. geſt. vbi præmium ex delicto quis reportare nō debet. & alia plura. facit textus not. in l. inficiādo, in §. infans. ff. de fur. ibi, quid
2 enim tam † ridiculum eſt, q̃ meliorem conditionem furis eſſe propter furti cōtinuationem æſtimare? accedant quæ ſcribit Signor. in repet. l. princeps. col. ij. ff. de legib. Barba. in c. dilectus. el. j. col. v. de reſcrip. & Iaſ. ĩ l. ſi à furioſo. col. iij. ſ. ſi cer. pe.

#### L. CLXXVIII. VLPIANVS.

EA quæ ad dandum impoſſibilia ſunt, vel quæ in rerum natura non ſunt: pro nō adiectis habentur.

IN text. ibi, ad dandum impoſſibilia. iuris cenſura intellige. Item ibi, non ſunt. nec eſſe poſſunt intellige, vt hic declarat gloſſ. Et fuit expedita materia præſentis regulæ in l. impoſſibilium. ſuprà eod. titu.

#### L. CLXXIX. PAVLVS.

BONA fides tantundē poſſidenti pręſtat, quantum veritas, quoties lex impedimento non eſt.

SVMITVR ex l qui ſcit. in §. j. cum l. fructus. ſuprà de vſuris. Et loquitur reſpectu fructuum perceptorum, vt ex dictis legibus apparet. Facit tex. l. magis puto. in §. j. ff. de rebus eorum. & in l. apud antiquos. in §. fin. C. de furtis. De bonæ fidei poſſeſſore plura dici poſſent, quia materia eſt diffuſa & vulgaris, ideò omitto.

L. CLXXX. VLPIANVS.

QVI authore iudice com parauit, bonęfidei poſſeſſor eſt.

EXPEDITA fuit in §.qui iuſta.l.non videtur.ſuprà eod.titu.

L. CLXXXI. PAVLVS.

OMNIS hęreditas quamuis poſteà adeatur, cum tempore mortis cõtinuatur.

ABSOLVTA eſt in l.oĩa.ſ.eo.

SVMMARIVM.

1 *Vulnerans ſeruũ non mortaliter, ſi negligentia perierit de vulnerato tantùm tenetur.*

2 *Aeſtimatio iniuriæ factæ contra priuatum non creſcit, licèt poſtea magiſtratum ſuſceperit.*

3 *In delictis etiam tenetur de exceſſu quã do quis cogitare potuit quid euenire.*

4 *Furti actio augetur, ſi res furtiua facta ſit precioſior.*

§. Nunq̃ ex poſt facto creſcit pręteriti delicti æſtimatio.

SVMITVR ex l.ei qui furti.ff. de fur.& ex l. qui occidit in §. fin.
1 ff.ad legem Aquil. vbi ſi † vulneratus fuerit ſeruus non mortaliter,negligentia verò perierit,de vulnerato erit actio, non de occiſo.ſicque ex poſt facto non creſcit pœna, ęſtimatioque illius perpetrati delicti. de quo per Signor. in conſi.lxiij. & & clxiiij. Corn.in conſi.cclxxiij. & cclxxxiij. vol.iij.& Socin. in conſil. xxvj.lib.ij. Exẽplificari etiã poteſt
2 in ęſtimatione † iniurię contra priuatum illatæ. Quamuis enim ex poſt pacto iniuria affectus magiſtratus efficiatur contra quem illata eſt iniuria, ſeuetiùs punitur. §. atrox,inſti.de iniur. æſtimatio dictæ iniuriæ, & ſic præteriti delicti non creſcit: quia attẽditur tempus factæ iniurię.facit text.l.prętor ait. in §.docere.ff.vi bon. rapt. Quan-
3 do tamen † quis fuit in culpa,quia cogitare debuit id poſſe veriſimiliter euenire,tenetur de exceſſu,& de his quæ ex delicto illo & ex poſt facto ſequuntur.c fin.de homi. in vj. tradit Alexand.conſil. cxl.col.ij. & lib.ij.& Feli.in c. ſicut dignum. de homic.facit text.not.in l.ſi quis domũ.in §.penul.ff.loc.ibi, quia hoc euenire poſſe proſpicere debuit. de quo per Ancha.in conſil.ccccij. Feli.in c.j.in quarto no.đ iud. & Dec. in c.nouit.col.viij.eod titu.

Sed contra hanc regulam facit
4 text.in l.furti.ff.de furt.vbi † augetur actio furti, ſi res furtiua facta ſit precioſior: vt etiam probatur in l. inficiendo.in §.infans.illo eod. tit. de quibus opponit hic Dec. & non ſoluit. Reſponde regulam hanc intelligi vbi delictum eſt perfectum & cõſummatum,vt hic Albe. ſed in caſibus ſuperiùs allegatis nõdum erat cõſummatum delictum, quia fur non reſtituẽs rem furto ſubtractam ſemper eſt in mora: ideò nimirùm ſi condemnatio fieri debet conſideratione habita quanti plurimi

timi fuerat res à tpe facti furti. d.l. in furti. cum not. ibi per Angel.

L. CLXXXII. CAIVS.

OMNES actiones q̃ morte aut tempore pereunt: ſemel incluſæ iudicio ſaluæ permanent.

INTELLIGE incluſæ, per litis conteſt. ſecundum Alberi. hic. materia eſt expedita in l. non ſolet. & in l. pœnalia. ſuprà eod.

SVMMARIVM.

1 *Perfectum quid dicatur.*

§. Non videtur perfectè cuiuſquam id eſſe, quod ex cauſa reuocari poteſt.

SVMITVR ex legibus in gloſ. allega. & rationem palpabilem præ ſe fert. Faciunt quæ diximus in l. neque pignus. ſuprà eod. & in l. nõ videtur quiſquam. ſuprà eod. Perfe
1 ctum † enim dicitur cui nihil poſſit accedere. vt per Lactant lib. j. de falſa relig. & Ariſt. ij. de cœlo & mũdo. Si res ex aliqua cauſa à me auocari poteſt, eſt quod poſſit accedere: ideò nimirum ſi perfectè non dicitur mea.

SVMMARIVM.

1 *Abſens cauſa Reipub. damno affici nec lucrum ſentire debet.*
2 *Niſi damnum culpa abſentis contingat.*

L. CLXXXIII. VLPIANVS.

ABSENTIA eius qui reipub. cauſa abeſt: neque ei, neq; alij dãnoſa eſſe debet.

SVMITVR ex l. j. & in fin. & toto titu. ff. ex quibus cauſ. ma. vbi gloſſ. hanc regulam alleg.
1 Not. q † quemadmodum abſentem cauſa reipub. prætor damno affici non vult: ita nec lucrum facere cõtra alium patitur: vt dicit text. in l. ergo. ff. ex quibus cauſ. maior.
2 Et † pariter quando læſio cõtingit culpa abſentis, ceſſat reſtitutio & præſens regula, quia abſentia non fuit tunc cauſa huiuſmodi damni. tex. eſt in l. quæ à parte. vbi Pau. de Caſt. & alij. not. C, de reſt. mi.

SVMMARIVM.

1 *Quod contra rationem ſunt, extendi nõ debent. Fallit ſi quando ſumus in non odioſis. nume. 2.*
3 *Extenſio autem in odioſis fit ex identitate vel maioritate rationis.*

L. CLXXXIIII. PAVLVS.

QVOD contra rationem iuris receptum eſt, nõ eſt producendum ad conſequentias.

SVMITVR ex legibus alleg. in gloſſ. præcipuè ex l. quod verò. vbi eſt ad verbum poſita.
1 Quę ergo † contra ratioñe ſunt, extendẽdi non debent: & quicquid irrationabile eſt, reſtringendum venit: quia

nit: quia vnum incõueniens aliud ſequi non debet: ſecundum Bald. in d.l. quod verò.

Intellige hæc iura & regulã hãc
2 † vbi contra iuris regulas aliquid cõſtitutum eſt, vt quia poſita exceptio à regula, quę tamẽ in caſu ſuo ratione fundari potuit, tunc nõ extenditur ſi materia ſit odioſa: aliàs ſecus: vt declarat Paul de Caſtr. in l. neque. ſuprà de leg. aliqua ad propoſitum facientia vidimus in l. j. ſuprà eod. Fallit
3 † niſi eadem vel maior ſit ratio in caſu ad quem fit extenſio, ſecundum Moder. Germa. in d.l. quòd verò. per tex. l. non tantum in §. j. ff. de ſeruo corrup. tn ad ducas tex. not. in §. porrò. in tit. quę fuit prima cauſ. bñfi. amit. in vſib. feu. vbi etiã in pœnalibus & odioſis ex ſimilitudine rationis fit extẽſio. de quo articulo vide Alex. in l. ſi quis id quod. colum. fi. ff. de iuriſ. om. iud. Dec. in c. translato. de conſtit. Iaſ. in auth. non licèt. col. ij. & iij. C. de liber. præter. & in l. ſi conſtante. col. xv. ff. ſol. ma. & in auth. quas actiones. C. de ſacroſan. eccle. Aquen. in l. j. col. fi. C. de tranſ. Ripam in repe l. fin. q. xlj. C. de reuoc. dona. & Deci. in §. in pœnalibus. l. factum. infrà eod. titu.

## SVMMARIVM.

1 *Hæres eſt idem quòd dominus.*
2 *Duo eiuſdem rei domini inſolidũm diuerſis temporibus eſſe poſſunt.*

## §. Vni duo ꝑ ſolido hæredes eſſe non poſſunt.

1 HAERES enim † idem eſt quod dominus. §. pen. inſt. de hær. qual. & dif. cum glo. ſed inſolidum eiuſdem rei duo domini eſſe non poſſunt. l. ſi vt certo. in §. ſi duobus vehiculum. ff. commo l. iij. §. ex contrario. ff. de acquir. poſſ. ideò & c.
2 † Item intellige hãc regulã eodem tempore, nam diuerſis temporibus non ſolùm duo, verũ decem & centum pro ſolido poſſunt vni hæredes eſſe, vt hic per gloſſ.

## SVMMARIVM.

1 *Tacere eſt medium inter negare et fateri.*
2 *Fallit ex præſumpta voluntate tacẽtis.*

## L. CLXXXV. PAVLVS.

QVI tacet, non vtique fatetur: ſed tamẽ verum eſt eum non negare.

EADEM regula ponitur in vj. de regul. iur. vbi eſt optima gloſſ.
1 Inter † fateri igitur & negare eſt medium, tacere ſcilicet, de quo per Abb. & Fel. in c. nõne. de pręſumpt.

Et licèt de ſui natura tacere medium teneat inter conſentire & diſ
2 ſentire, aliquando tamen † applicatur ad alterum extremorum ex præſumpta voluntate tacentis: vt ꝑ Are. in conſi. clxj. in præſenti. col. ij. & in caſibus in quibus tacẽs pro cõſentiẽte habetur, iuxta tradita in l. quæ dotis. ff. ſol. ma & in c. qui tacet. de reg. iur. lib. vj. facit text. not. in l. ſeruus communis ab extero. ff. de acquir. hęred. vbi verbum nõ iubere, pro repudiare ponitſ. ex quo

text.not.Aret.quòd verba negatiua quæ ſunt medium inter conſentire & cõtradicere, inter adire & repudiare à iureconſul prolata, expreſſe contradicere ſignificãt. Vnde infert ad not.quæſtionem Bart. in l.ne in arbitris.in fi. C.de arbit. dum vult, ꝙ verba illa non contradicere, aliquãdo expreſſe conſentire ſignificant. Et ſimiliter de verbo nõ negare. vnde ſi pars dicat nõ cõtradico, ſeu non nego, cõſentire videtur vel cõfiteri. allegat tex.no. in c. ꝑ tuas. in verbo, non negare. de cond.ap.& no.Bal.in l.j.ad fi.C.de negot.geſt. dum vult, ꝙ ſi iudex dicat, non admitto has exceptiones, verba iſta ſignificant, quòd repellit eas.

SVMMARIVM.

1 *Mala fides defuncti heredem præſcribere impedit.*
*L. cum heres. ff. de diuer. & temp. præſcript. ornatur.*
2 *Ius creditoris tale eſt, quale obligatoris.*
3 *Hæc regula quando non procedat.*

L. CLXXXVI. VLPIANVS.

QVOD ipſis qui contraxerunt, obſtat: & ſucceſſoribus eorum obſtabit.

DE vniuerſalibus ſucceſſoribꝰ intelligẽdo locum ſibi vendicat regula tã in vitijs realibus, quam in perſonalibus, vt per gl. & Bart. in l. vitia. C.de acquiren. poſſeſſion. vbi
1 latè de hac materia, ideò † mala fides defuncti hęredẽ pręſcribere impedit. l. cũ hęres. ff. de diuer. & tẽp. præſ. Ad cuius legis articuliq; intelligẽtiã, vide Paul. Caſt. in cõſi. ccxc. in antiquis. Corn. in conſi: clxxvj. col.pen.& fi.lib.j.& cõſi. ccxcvj. in .ij.& cclxxvij.in iiij.vol.Socin. conſil.lx.col.fi.lib.j.&conſi.lij.in ij. latè Balb.in tract.pręſcrip.char.xviij. & Crotũ in rep.§.cùm quis.l.Pomponius.ff.de acqui.poſ.faciunt quę ſcribit Anch. conſil. ccxliiij. quia quæſtio, & regula qui in alterius. cum alia regula, qui in ius. ſuprà eod. iunctis ibi dictis,&in l.aliud. in fin.& in l.in omnibus officijs.ad fin.ſuprà hoc eod.titu.

Et per hanc regulam dicit Bald.
2 in conſil. xxij. libr. ij. quòd † tale eſt ius creditoris quale obligatoris.
3 Intellige etiam & † limit. regulam hanc cum præalleg. vt per Alexan. in conſi.xij.col.ij lib iiij.& Deci.in l.ex qua perſona. ad fin.eod. & Crotum. loco ſuprà allega.

L. CLXXXVII. PAVLVS.

NON omne quod licet, honeſtum eſt.

ABSOLVTA fuit in l. ſemper in contractibus. ſuprà eod. ibi videndum eſt.

§. In ſtipulationibus id tẽpus ſpectatur quo cõtrahimus.

VIDE quæ diximus in l. quæ legata. ſuprà eodem.

SVMMARIVM.

1 *Scienti & conſentienti non fit fraus, dolus vel iniuria: Limita, nume.4.5.7.*
2 *Scire vel ſcire debere paria ſunt.*

*§.ei qui.l.ſi tamē,ff.de ædil edict.ornat.*

3 *Scientia quomodo hic requiratur. Et an copulatiue cum patientia.*

6 *An quis ſe poſſit obligare ad torturam, quod non.*

*L.liber homo.ff.ad leg acquil.ornatur.*

8 *In libello iniuriæ non debet exprimi, eā illatam contra voluntatem.*

9 *Dolus in quibus caſibus præſumatur.*

L. CLXXXVIII. VLPIANVS.

NEMO plus fraudare videtur, eos qui ſciunt,& conſentiunt.

SVMITVR ex legibus in glo. alle.& per gl l.j.in §. vſque adeo.ff. de iniur & in l.cum donationis.C. de trāſact.Et hinc ſumpta eſt etiam regula quæ ponitur in vj. de reg. iur.in ca.ſcienti vbi eſt optima gl. huiuſcæ regulæ declaratiua.

1 Nota ergo † ſcienti & cōſentienti nō fieri fraudem,& dolū,vel iniuriam:vt ēt in iuribus prąllega. habetur. Et hanc regulā loquentem

2 † de ſciēte, intellige vel ſcire deberte.ſm gl.præalleg.c.ſcienti. per tex. not. in l.j.in §. ſi intelligatur. ff. de ædil.edict.Cui conſimilis eſt in l. ſi tū.in §.ei qui illo eod tit.& inquit, qui ſeruum vinctū vendiderit, ędilitium edictum remitti ęquum eſt. multò enim amplius eſt id facere,q̄ pronunciare in vinculis fuiſſe. de quo tex.vide Bart.in d.l. ſancimus. in fin.C.de teſta.Dec.in c dilecti filij. in ij.not.de appel.& in l.ſemper qui non prohibet.col.ij. ſuprà eod. & in con.cccclxix.& dlxxxiij.col.ij. Et ad hoc,ꝙ paria ſint ſcire, vel ſcire debere,vide tex.l.ſi duo. ff.de acquir.hęred.& in l.quod te. cum ibi not. ff.ſi cert. pet. & diximus in ſu-

3 perioribus. Et huiuſcemodi † ſcientia requiritur à principio, & nō ſufficeret ex poſt facto: ſecundum gl. hic.& in d. c. ſcienti. vbi ſcribentes ſequuntur per text. l. iuſtiſſimè. in §.fi.ff.de ædil.edict.& probat etiam aliter Ang.in tract.malefi. in verbo contra voluntatem. Et requiritur copulatiuè cūm patientia ſcilicet, quum ſcienti,ſed non conſentienti fieri poſſit fraus & iniuria. ca.illud. xv.q.j.not.glo in d.c.ſcienti.

Ex hac regula plura inferri poſſunt, vt per Iaſ. & alios in d.c.cum donationis. & per Dec.hic.

Limitatur primò ſecundum gl.

4 in d.c.ſcienti.in † doloſa perſuaſione, iuxta l j.C.de rap. virg. vbi rapiens virginē quāuis volentem de raptu tenetur,vt etiā hic per Dec.& latiùs per Moder.rep. in d.l.vnic.

5 Secundò limitatur vbi † iniuria in corpus īfertur: cùm nemo ſit dominus mēbrorum ſuorū.l.liber homo.ff.ad legem Aquil. Quod videt procedere etiam in alapa data,quia per eā videtur corpori inferri iniuria: vt hic per Deci. Barto.tamen & Ang.de Peruſio per Deci. citati contrarium tenent in alapa,ex quo corpus non debilitatur,nec cutis inciditur.& idem latiùs tenet Ange. de Are.in tract.malefic in verbo contra voluntatem. quæ opin. videtur probari per d.l.cū donationis. & d. §.vſq; adeo,ſecundū Aret.loco prąallega. Non obſtat fundamentum Decij hic de d. l. liber homo. cuius ratio videtur locum habere etiam

in alapa, per quã corpori infertur iniuria: procedit enim text. ille in actione legis Aquiliæ, quæ loquebatur de occidente aut vulnerante, vt in l. qua actione. & toto titul. ff. eod. ad leg. Aquil. Item vbi quid vſtum, ruptum, aut fractũ fuerit. §. itaque. inſti. ad legem Aquil. Ideò nimirùm ſi non procedit vbi cutis ſciſſa non fuit, queadmodum Bart. & præfati ſcribentes dixere. Et cum hæc pars ſit benignior & mitior, in pœnis amplectenda eſt. l. cùm de interpretatione. ff. de pœn. l. ſemper in dubijs. ſuprà eod. tit. & in c. odia. de regul. iuris in vj.

Faciunt etiam prædicta ad quæ-
6 ſtionem †an poſſit quis ſe ad torturam obligare? Paris de Put. & Bru. tenent ꝙ non Deci. aſſentit, præter q̃ ad torturam iudicis, quando aduerſarius tortus fuit, vt in caſu Paridis. Non eſt recedendum à deciſione prædictorum per rationem. d. l. liber homo. nec licitum fuit iudici alium ponere ad torturam ex conuentione & permiſſione illius, per rationem d. l. liber homo. Faciunt quæ ſcribit Hippol. de Marſil. in l. j. in prin ff. de quæſt. & in conſ. cxx. de iudice habente amplum arbitrium, qui tamen non poteſt ponere quempiam ad torturam nõ præcedentibus indicijs. per d. l. liber homo. Plura alia adduci poſſent. vide ſi libet, Rapha. Com. in conſ. xxxij. Abb. & alios in c. de his. de accuſatio. Felin. in c. ius generale. col. fi. in j. diſtin. decr. Iaſ. in l. j. col. ij. ff. de in litem iuran Guidonem Papæ in q. lxj. ccxj. cclxxviij. & cccxl. Deci. in cap. iurauit. colum. fin. de proba. in cap. cognoſcentes. colum. ij. de conſtitu. in cap. paſtoralis. colum. v. de except. in cap. inter cæteras. colum. vij. de reſcript. & in conſil. dclxix.

Tertiò limita vt quamuis conſentiens iniuriarũ agere nequeat,
7 † iudex tamẽ pro intereſſe publico agere poterit: vt per Bartol. in d. §. vſque adeò. cum alijs hic per Deci. alleg. Nec obſt. quòd conſenſus videatur delictum tollere, ſicque impedire reipub. ius quæri, vt hic per Deci. quia reſpond. quòd talis conſenſus impedire poteſt, ne ius ſibi conſentienti quæratur, non autem impedire ius reipublicæ quærendum: vt ibi voluit Bart. quod bene probatur in l. iuriſgentium. in §. ſi paciſcar. vbi plene not. ff. de pact. Intellige ſecundum prędicta, quando corpus læderetur, ita quòd non ſit in poteſtate partis tale ius remittere: ſecus in ſimplici iniuria abſq; lęſione & detrimento corporis illata, quæ non infertur ſcienti & conſentienti, vt diximus. ideò reipubl. non quæritur ius, & conſequenter nec iudex agere poteſt. & ita etiam tenet Ang. de Are. in malefic. ſuper verbo, contra voluntatem.

8 Poſtremò nota, † quòd in libello accuſatorio non eſt neceſſarium exprimere contra voluntatem meã illa tam fuiſſe iniuriam. eo enim ipſo, quòd mihi iniuriam illatã narro, cenſeor in inuitum dicere. d. §. vſque adeò. Bald. in d. l. cùm donationis. & Ange. loco pręallegato. Et
9 quamuis † dolus regulariter non præſumatur, id tamen non procedit in caſibus enumeretis per Philip. Franciſcum. in d. ca. ſcienti.

Sum-

SVMMARIVM.

1 *Stipulatio ſerui, licèt conferatur in tempus exiſtentiæ ſui iuris, tamen quæritur domino.*
2 *Donatio omnium bonorum (ſi cõtingat eum committere maleficium) facta alicui, non valet in fraudem fiſci.*
3 *Patrimonium intricans, in fraudem creditorum feciſſe cenſetur.*

L. CLXXXIX. PAVLVS.

QVOD quis, cùm ſeruus eſſet, egerit: proficere liberto facto non poteſt.

1 LICET igitur † ſtipulatio ſerui conferatur in tempus exiſtentiæ ſui iuris, nihilominus quæritur domino: quia quò ad acquiſitionem inſpicitur tempus cõtractus, nec dolus debet prodeſſe doloſo. l. fi. vnde potuit præſens regula ſumi. de ſtipu. ſer. Quod inducitur ibi p Imol.
2 ad quęſtionem † de vidente vel donante omnia bona ſua alicui ſi cõtingat eum committere maleficiũ propter quod bona publicanda veniant, ꝙ talis alienatio tanquam facta in fraudem fiſci non ſubſiſtat. de quo per omnes in l. poſt contractum. ff. de dona. Et pariter inducit
3 ibi Imo. ad quęſt. de † intricãte patrimonium ſuũ, vt in fraudem creditorum id feciſſe cenſeatur: vt ibi
* per eum.* de qua intricatione patrimonij eſt tex. not. in l. ſumma. ſuprà de pecul.] Faciunt ad hanc regulam quæ dixi in l. quę legata. ſ. eod. De limit. glo. vid ere poteris ſcribentes in l. j. C. an ſer. ex fact. ſuo.

L. CXC. CAIVS.

SEMPER in generalibus ſpecialia inſunt.

ABSOLVTA fuit in l. in toto & pars. ſuprà eod. tit.

SVMMARIVM.

1 *Effectus magis attenditur quàm verba.*
2 *Bannitus à territorio plurium dominorum, non poteſt cum licentia vnius licitè redire.*

L. CXCI. PAVLVS.

CVIVS effectus omnibꝰ prodeſt: eius & partes ad vniuerſos omnes pertinent.

DEC. hic colligit argu. à toto ad partem: iuxta l. quę de tota. ff. de rei ven. ponẽdo aliquas limit. quod argu. magis extorquetur, q̃ colligatur. ideò de hoc te remittam ad ea quæ dixi in l. in toto & pars. ſuprà eod. Alb. de Roſ. hic colligit ex tex. valere argu. ab effectu, de quo latè tradit in ſuo dictionario in verbo arg. ab effectu. & meliùs, quàm gl. noſtra exemplificat in his quæ cõmunia ſunt pluribus vt vniuerſis, non pluribus vt ſingulis, iuxta l. in tantum. ff. de rerũ diuiſione. Mihi autem videtur Iuriſconſultum hic velle idẽ quod dicitur in cap. quod omnes. de regu. iur. in vj. quod omnes tangit, ab omnibus approbari debet. quæ regula ab hac lege ſumpta fuit. ꝙ † autem attendi debeat
1 effectus magis q̃ modus ſeu verba,

Ll 3 vide

vide l.iij. cũ not.C.de inſtitu.& ſubſtitu.§.fi.inſtitu.de bonorũ poſſeſ. & l.fi.C.qui admit.cum ibi not.per Rimin. in prima colum. & l. ſi tibi pecuniam.ſuprà ſi cert.peta.& pulchrè Aquen.in l.prima.col.ij.ſuprà de legibus. ꝙ potiùs inſpicimus in quẽ dirigatur effectus legis vel ſtatuti,quàm quomodò concepta fuerint verba.

Et intelligendo prædicta in effectu rei pertinẽtis ad plures vt ad ſingulos,qui prodeſt omnibus:inferri
2 poteſt ad quæſtio. de † quinq; dominis alicuius loci,qui fecerũt bannum,ne quiſquam bannitus de eorum territorio poſſit aut debeat reuerti in locum ſub pœna centũ ſcutorum,quòd vnus dominorum nõ poterit in præiudicium aliorum dare alicui bannito licentiam redeundi aliis condominis non cõſentientibus: per præallega. ad quod vide nota. per Iaſ. in l.iuriſgentium. in §.fi.ff.de pact.Brun.Aſten.in conſilio xciij. & cij. & Deci. omninò in conſilio ccxlix. vbi ponit ꝙ quandò iuriſdictio eſt communis pluribus dominis, vnus ſine aliis nihil poteſt facere.

SVMMARIVM.

1 *Hæres pro parte pro qua eſt hæres, non poteſt contrauenire facto defuncti.Limita nu.3.4.& 6.*

2 *Culpam obiicere non poſſum alicui, ex qua lucrum ſenſi.*

5 *Statutum repellens vſurarium ab agendo,non comprehendit eius hæredem.*

L. CXCII. VLPIANVS.

Ex qua perſona quis lucrũ capit,eius factum præſtare debet.

SVMITVR ex legibus in glo. allega. cum aliis de quibus ꝑ Deci. hic, & in conſi.clxxxiiij.ad fi. Et ſic
1 † hæres pro parte pro qua eſt hæres contrauenire non poteſt facto defuncti.l.cum à matre.C.de rei vẽdi. dixi latè in repe.l.ij.C.de pact.inter empto.& vendi.Facit ad hanc regulam tex.l.ſecundum naturam.cum ibi not.ſuprà eod.& l.Pompo. in §. cum quis ff.de acquir. poſſ.vbi volens vti adminiculo tẽporis ex perſona alterius, cũ ſua cauſa vitiiſq; ſuis vti debet. facit etiam tex.l. qui in ius.& l.quod ipſis.cum ibidẽ no.
2 ſuprà eodem titu. Et ſimiliter † nõ poſſum alicui culpam obiicere ex qua lucrum ſenſerim. l.nupta.§.j. ff.ſolu.matr.l. cum in fundo.§.j. cũ gloſſ.in ver.lucrum.ff. de iure dot. tradit Alex.in conſ.lxxj col.j.lib.ij. & Deci.conſi.ccccxcij.ad fi.

Et procedit hæc regula quando cauſam lucratiuam quis habet ab aliquo, & ex eius perſona vult agere:non enim poteſt venire cõtra factum illius ex cuius perſona agit:
3 † ſecùs ſi non prætendit titulum lucratiuum.l.apud Celſum.§. de autoris.cum §.ſeq.ff.de except.dol ita Alexan.in conſi.xij.col.ij.lib.iiij. & Deci. hic dicens id tenuiſſe Ancha. in conſ.ccxliiij.quia quæſtio.col.fi. qui tamen loquit̃ in aliis terminis. & erit alia limit. ad hanc regulam.
4 Dicit enim ꝙ † & ſi vitia perſonalia tranſeant

tranſeant in hęredem & ſucceſſorē, cùm vtitur adminiculis ex perſona autoris id locum habet cum hęres vult lucrū conſequi ex perſona defuncti: vt vſucapere & præſcribere quod defunctus mala fide inchoauit: ſecùs vbi agitur de perſona ab agendo repellenda própter perſonale defuncti vitium: quia faciliùs interdicitur lucrū alicui quàm infligatur pœna.argu.§. & ſi præfatā. l.finali.C. de iure delib. cum ſimil.
5 ideò concludit quòd † ſtatutum repellens publicum vſurariū ab agendo non repellit illius hęredem nec ceſſionarium,ſi non vtitur adminiculo & perſona autoris & ſequitur Crotus loco præallega.col.ij.vbi aſſignat etiam rationem ad tex.dicto §.de autore. Limitatur pariter hęc
6 regula † non procedere quando hęres confecit inuentarium: quia tūc facto defuncti contrauenire poteſt: vt hic per Dec.& in conſilio clxxxv. cum ſequen.& per Barb.in conſilio lxvj.lib.iiij. Verum quia vt præfati ſcribentes poſt Imol. dicunt, intelligitur hoc quando de bonis defuncti nihil hęredi remanet, & ſic non ſentit lucrū ex perſona illius, ideò limitatio non eſt bona, cùm non ſit de regula.

L. CXCIII. VLPIANVS.

PAREM eſſe conditionem oportet ei⁹, qui quid poſſideat vel habeat: atq; eius cuius dolo malo factum ſit, quo minùs poſſideret vel haberet.

EXPEDITA eſt in l. qui dolo.ſuprà eodem.

SVMMARIVM.

1 *Pœnam non meretur, quod lege permittente fit.*

L.*Gracchus*.C.*de adulte.ornatur.*

2 *Iniuriā nemini facit, qui iure ſuo vtitur.*

L. CXCIIII. PAVLVS.

NEMO damnū facit, niſi qui id facit, quod facere ius non habet.

IN TEX. ibi, damnum facit, ideſt,damnum faciendo vel dando obligatur, ſecundum Alber.& ſecundum Decium reſoluitur cū eo
1 quod dicitur † non mereri pœnam quod fit lege permittente. l. Gracchus.C.de adulte. de quo vide Romanum in conſilio ccccclxxxiiij.Felinum in ca.ſi verò.el primo.de ſententiis excommunicationis.docte. in l.finali.ff. quod quiſq; iur. Dec. in l.bona fides. ſuprà eodem. Hippol. de Marſi. in l.patre.ff. de quæſtio.& in l.edicto.colum.iij.eodem titu. Neuiza. in ſylua nupt.colum. viij.cum ſequen. Gaſparem de Portug. in repetitione.l.imperium. colum.lij ff. de iuriſdictione omniū iudi.Facit.l.quod reipub.& l. iniuriarū.ff.de iniur.vbi dicitur, quòd
2 † nemini iniuriam facit, qui iure ſuo vtitur: & quòd iuris executio non habet iniuriam. & l.factum.§. non videtur.infra eodem.vbi dicit, quòd non videtur vim facere, qui iure ſuo vtitur.

SVMMARIVM.

1 *Vis alia priuata, alia publica. Et quomodo differat à violentia. nume. 2.*
*Violentiarum quot genera ſunt.*
3 *Violentiæ, quæ per iudicem infertur, non licet reſiſtere.*

L. CXCV. VLPIANVS.

HOc iure vtimur, vt quicquid omninò per vim fiat: aut in vis publicæ, aut in priuatæ crimen incidat.

1 NON eſt enim alia † ſpecies vis, niſi priuatæ & publicæ, vt in rub. & toto tit. C. ad leg. Iul. de vi. & inſtit. de pub. iudi. in §. item lex Iulia. Intelligiturq́; hęc regula in vi expulſiua, non de inquietatiua. cum enim contra denunciantem ædifico, licèt videar vim facere, non teneor lege Iulia de vi publ. vel priua. nõ enim cadit vis illa in crimen, quod p hãc legem exigitur. argu. l. ſeruus nõ in omni. ff. de actio. & oblig. ſecundũ
2 Alber. hic. Et quomodò † vis à violentia differat, tradit Pau. de Caſt. in conſi. ccclxxix. in antiquis Violentiarum verò plura ſunt genera: vt per gl. & Bart. in l. extat. ff. quod met. cau. & Bart. in l. ſi quis in tantam. C. vnde vi. Nec eſt † licitũ reſi-
3 ſtere violentiæ, quę iure infertur. l. ſi ſeruus. C. de his qui ad eccle. confug. ſecundum Dec. hic & Paul. de Caſt. in d. l. ſi ſeruus. & in conſilio. cxciiij. & Ludo. Bolo. in conſi. lxiij. nec mirùm: quia talis actus nec vis nec violentia propriè dicitur: cũ iuris executio, vt in præcedenti lege
* dixi, iniuriam non habeat. *Itẽ videnda ſunt ea, quæ ſcripſimus in l. non eſt ſingulis. ſuprà eod.]

§. Deiecit qui vel iuſſit, vel mandauit, vel ratũ habuit. Rati enim habitio mandato comparatur.

SVMITVR ex l. j. in §. deieciſſe videtur. vbi Iuriſconſult. rationẽ aſſignat. ff. de vi & vi arma. Ad cuius articu. declarationem vide Feli. in c. mulieres. col. ij. de ſent. excom. & quæ ſcripſi in l. quod iuſſu, & in l. ſemper qui non prohibet. ſuprà eod. vbi de iuſſu mãdato, & ratihabitione tractatum inuenies.

SVMMARIVM.

1 *Hæres ex dolo defuncti an inſolidum teneatur, vel quatenus ad eum peruenit.*
2 *Dolus in contractu bonæ fidei quomodò purgetur. idem & ſtricti iuris.*
3 *Culpa defuncti an præſtetur ab hærede.*

§. In contractibus quibus doli præſtatio vel bona fides ineſt, hęres inſolidùm tenet.

SVMITVR ex legibus per gl. alleg. Facit l. pœnalia. & l. pupillũ. in §. in hęredes. ſuprà eod. cum ibi dictis. & in §. fin. l. ad ea. infrà eod. Secundum Dec. iſta regula tangit materiam indiuiduorũ, quæ altiorem poſtulat indaginẽ. in ea enim ſe torquent ſcribentes omnes in §. Cato. & in l. ſtipulationes non diuiduntur. ff. de verbo. obliga.

Sed fallitur Dec. eſt enim alia materia,

teria,vt ex glo.apparet.hic enim nõ tractatur materia diuidui & indiui
1 dui,ſed † an ex dolo defuncti hęres inſolidum teneatur, vel quatenùs ad eum peruenerit: vt patet ex l.ſi hominem. in §. datur. ff. depoſ. & ex l.ex depoſiti ac l.ex cõtractibus. ff.de act.& obli.& ex §.fi.l.ad ea.in frà eod.titu. Pro habenda veritate huiuſce articuli, ex dictis & mente Albe. de Roſa. hic,Bart. & Ange.in d.l.ex depoſiti. & in l.j.ff. de priua. delic.Bart.& Sal.in dict.§.datur. & Sal.in l.vnic. col.fi.C.ex delict. defun.dici poteſt, ꝙ aliquando dolus defuncti fuit commiſſus in contractu vel circa, & tunc quia dolus ex contractu deſcendit, & rei perſecutione tenetur hęres ſicuti defunct⁹, ſi ſit vnus inſolidum, ſi plures pro hęreditariis portionibus,ſiue ad eũ aut eos peruenerit, ſiue non, & ſiue lis conteſtata fuerit cum defuncto, ſiue nõ:vt hic. & d.§.datur. & in d. l.ex cõtractibus. & in l. ex depoſiti. cum ibi nota.per glo.Bart.& Ange. Nec obſtat §.aliquando.inſtitu.de perpe.& temp. actio. vbi ſi te induxerit quis ad contrahendum, hęres illius non tenetur.ibi enim fuit cõmiſſus dolus in contractu qui non purgatur per actionem deſcendentem ex eo contractu, cùm dolus cõ tractui cauſam dederit: ita ꝙ contractus eſt ipſo iure nullus, & purgatur per actionẽ de dolo, id eſt ſecundũ quod declarat Pau.de Caſt. in l.curatoris.colum.fi.C.de nego. geſt.de dolo agitur nulla alia com petente actione.Quę quidem actio de dolo in hęredem non datur niſi lite cõteſtata cum defuncto: vt per Bart.in d.l.ex depoſiti. aut quaten⁹ ad eum peruenerit, vel dolo malo fecerit ne perueniret.l.itaq;. cum l. ſeq.ff.de dolo.& tradit Aret.in d.§. non autem. vbi etiam poſt Bartolũ rationẽ aſſignat ad id quod dictũ eſt de lite cõteſtata: quia tũc quaſi contrahitur, qui quaſi contractus eſt cauſa huiuſce trãſitus in hęredẽ intelligendo quando litis conteſtatio fuit legitimè facta.Procedũtq; prædicta in contractu bonæ fidei. Secus ſi dolus cauſam dederit contractui ſtricti iuris, vel inciderit in contractum,quia agitur tunc actio ne ex eo contractu.l. eleganter.§.j. cũ ibi no.per Bar.ff.de dolo.ſecundum Salic. & Are. in locis proximè alleg. Et ita intelligi poteſt hęc regula quãdo dolus incidit, ſecundũ Alber.hic.Et idem ſi circa cõtractũ vel quaſi vt in re depoſita vel commodata & in adminiſtratiõe tutelę & ſimilium: quia natura cõtractus eſt vt actiones ex eo deſcendentes ad hęredes tranſeant, & ſi nihil ad eos peruenerit: meritò hęredes teneantur.l.curatoris.C.de nego.geſt. l.j.cum glo.C. de hęre. tuto. & hac lege cum prællegatis.Et ſi contractus ad hęredes nõ tranſeant ſecus erit.l.quęſitum.§.fin.iuncta.l.cum precario.ff.de preca.ſecundũ Salic. & Ange.Areti. in locis prællegatis. Quando verò dolus cõmittitur extra contractum,ſi pœna eſt impoſita ipſo iure trãſit in hęredem, aliàs ſecus, niſi quatenus ad hęredẽ peruenerit,vel ſit cum defuncto conteſtata: vt per Ang. Are.loco prælle. col.pen.& latiùs Bart. in d.l.j.col.j. & ij.ff.de priua.delict.

Sed

3 Sed quid de † culpa defuncti an ab hęrede pręſtetur? Bart.in d l.ex depoſiti. tenet præſtari latam, leuē verò non niſi in cōtractu vel quaſi voluntario, exceptis caſibus poſitis in l.j.C.de hęre. tut. ſequũtur Pau. de Caſt. & Alexan.in d.l. curatoris. circa finem. tradit etiam Angel. in dicta l.ex depoſiti. vbi dicit, quòd ſi defunctus ex neceſſitate contrahit ſeu quaſi, tunc ex eius culpa non conuenitur hęres, niſi quatenus ad eum peruenerit, aut cum defuncto lis conteſtata fuerit: ſecus, inquit, ſi voluntariè, vt in negotiorum geſtore. nam etiam ex ſola culpa defuncti conuenitur hęres, licèt cum defuncto non fuerit lis cōteſtata, nec ad hęredem quicquam peruenerit. l.iij. §.hęc actio.ff.de neg.geſt.

L. CXCVI. PAVLVS.

FERE quibuſcunque modis obligamur, iiſdem in contrarium actis liberamur: cum quibus modis acquirimus, iiſdem in cōtrariũ actis amittimus. Vt ęgit nulla poſſeſſio acquiri, niſi animo & corpore poteſt: ita nulla amittitur, niſi in qua vtrunque in contrarium actum eſt.

DE iſta regula plura ſcribũt Socinus & omnes Mode. in l.iij.in §. in amittenda.ff. de acquirenda poſſeſſione. ego pleniùs dixi in l.nihil. tam naturale.ſuprà eod.titulo.

SVMMARIVM.

1 *Replicatio doli non datur contra exceptionem doli.*

2 *Statutum quòd banniti vel excommunicati non audiantur, ſi reus excipit de banno vel excommu. non admittitur replicatio ſimilis delicti.*

3 *An patiens aliquem defectum poßit de ſimili defectu contra alium excipere.*

L. CXCVII. VLPIANVS.

CVM par delictũ eſt duorum, ſemp oneratur petitor, & melior habetur poſſeſſoris cauſa, ſicut fit, cùm de dolo excipiť petitoris. neque enim datur talis replicatio petitori, aut ſi rei quoque in ea re dolo actum ſit.

SVMITVR ex l.apud Celſum. in §.Marcellus.ff.de excep.doli.vbi Iuriſcōſul.aſſignat rationem regulæ, dum dicit, † Aduerſus doli exce-
1 ptionem nō dari replicationē doli. cum longè ęquum ſit ex eo quod perfidè geſtum eſt, actorē nihil conſequi. Et ex hac lege ſumpta fuit regula in pari delicto. de regu. iur.in vj.vbi vide glo.notab.

In tex.ibi, poſſeſſoris cauſa. intellige quantum ad onus probationis & prærogatiuam obtinendæ abſolutionis, ſecundum Alber. quod latè excuſſimus in l.in pari. vbi expedita fuit hęc regula. ſuprà eodē. In eodem tex.ibi, aut ſi. verba ſunt replicationis denegatæ, aut pro certè ſubaudi rectè nō excipis. ſi, pro quia.

Rei:

Rei:id eſt,conuenti,pariter dolo in ea re actum eſt. non enim licèt hoc modo excipere,ſecũdum Iuriſconſultum hic.

Et facit hęc lex ad not. quæſtiones ſecundũ Alb. † de duobus bannitis vel excõmunicatis,quibus ius reddi non debet ex forma legis vel ſtatuti, ꝙ ſi contra actorem excipiatur de banno aut excõmunicatione,ꝙ nõ admittatur replicatio banni vel excommunicationis rei, ſed potior ſit conditio rei.Idem dici poteſt de duobus non ęſtimatis ſtante ſtatuto ꝙ non ęſtimatis ius non reddatur: ſecũdum Albe. adde Fel. & Dec.in c.ij.col.fi. de except. Et de

3 materia eius quod glo.tangit, † an patiẽs defectum, poſſit de ſimili defectu contra alium excipere,ſeu culpa cum culpa,vel delictum cum delicto cõpenſari debeant: vide Alex. & alios in l.viro atq; vxore.ff. ſolu. matri.Iaſo.in l. in arenam. C. de in offi. teſtam.

SVMMARIVM.

1 *Incidens in pœnã iuxta compromiſſum vel pacem initam, non poteſt illam ab alio poſteà contraueniente exigere.*

§. Illi debet permitti pœnam petere, qui in ipſam non incidit.

VENIT quaſi illatiuè ex regula poſita in prin. iſtius legis. Et poteſt exemplificari ſecundum Albe. in l.cum pater.in §.libertis. vbi etiã not.ff.de leg.ij.& in l.quoties.C.de fideicom. Et facit ad quæſtionem

1 † de duobus cõpromittentibus,qui non contrauenire ſub pœna promiſerunt, ꝙ ille qui primò incidit in pœnam,nõ poteſt illam exigere ab alio poſtea contrauenienté. Et idẽ in frangentibus pacẽ initam, vt hic per Dec. & priùs per Albe. de Roſa. Quam materiã latè explicant omnes ſcribentes in l.ſemel mora.ff.ſoluto matr. & in l.cùm proponas. la ij.C.de pact.& in l.ſi quis maior.C. de tranſact.Facit ad hanc regulam alia poſita in vj.de regu.iur.in cap. fruſtra ſibi fidem.

L. CXCVIII. PAVLVS.

FACTVM ſuum cuique, non aduerſario ſuo nocere debet.

EXPEDITA eſt ſuprà in regula non debet. & facit ca. non debet aliquis.& in ca.mora ſua. de regulis iuris.in vj.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatio prolata contra moleſtantes Titium in tali re, quomodo intelligatur.*

2 *Clauſula poſita in proceſſibus eccleſiaſticorum contra rebelles & contradictores, quomodo intelligatur.*

§. Non videt̃ vim facere, qui iure ſuo vtitur, & ordinaria actione expeditur.

EXPEDITA eſt in l.nullus videtur dolo facere.& in l.nemo damnum facit,ſuprà eo.tit. Et vltra glo. exemplificari poteſt ſecundũ Albe. de

1 de Roſa. hic in † excommunicatione lata per iudicem contra omnes moleſtãtes Titium in tali re, vt ego qui rem meam dico & vendico nõ ſim excõmunicatus: argu. huiuſce legis. intelligi enim debet excõmunicatio de iniuſtè moleſtantibus.

2 Et pariter dicit de clauſula † quæ in proceſſibus eccleſiaſticorũ poni conſueuit, in quibus excommunicantur contradictores & rebelles, vt intelligi debeat de iniuſtè contradi✱centibus & rebellãtibus. *Ad quod eſt tex. cum glo. in ca. pro illorum, in verb. contradictores. de præben. faciunt quæ congerit Fel. in ca. cauſam quæ, de reſcrip. & Dec. in ca. in pręſentia, colum. j. vbi Paris. viij. de probat.]

SVMMARIVM.

1 *In pœnalibus vbi lex pedem figit, non debemus vltra procedere.*

2 *Intellectus ad tex. l. non puto. ff. de iure fiſci.*

## §. In pœnalibus cauſis benignius interpretandum eſt.

SVMITVR ex legibus in glo. allegatis. Facit l. ſemper in dubijs. ſuprà eodem. & l. cùm quidã. ff. de liber. & poſthu. ca. odia. & ca. in pœnis. vbi hęc regula etiam ponitur, de regu. iuris. in vj. & eſt ibi gl. not. pro declaratione præſentis regulæ, & ad plures vtiles quęſtiones doct. inferunt. Deci. hic quaſdam illationes, declarationes, & limitationes congerit. Eſt quidem materia vulgata & p ſcribentes in variis locis, pręſertim ſuprà alleg. tacta & vltra eos in dictis locis, per Aquen. in l. ſi quis id quod. colum. fin. ff. de iur. om. iud. Dec. & alios. in l. imperiũ. in iij. col. illo eod. tit. & dicit Bald.

1 in l. fi. col. j. C. de litig. φ † in pœnis vbi lex figit pedem, non debemus ✱ vltra procedere. * & per hunc text. Raph. Comens. & Deci. j. allega. ac Ripa in l. j. col. ij. ſolu. matri. dicebant.

2 † l. non puto. de iure fiſci, procedere in quæſtionibus pęnalibus dubiis tantummodo.

Ad illam legẽ plures & varij dantur intellectus per Alex. Soci. Bulgarinum Senenſem & alios ſcribentes in d. l. j. ſolu. matr. & in l. j. C. de eden. ac in aliis locis j. allega. Ego ſemper ſecutus ſum eũ ſenſum, vt intelligatur, quando fiſcus tractat de lucro captãdo, priuatus de damno euitando. & conſequẽter vbi fiſcus venit ex cauſa lucratiua, ratione delicti puta, vel indignitatis alicuius. & ſic in cauſis pęnalibus dubiis pronunciandum ſit contra fiſcum: ſecus ſi ipſe fiſcus contẽderet ratione cõtractus, vel iuris proprij: quia præferendus eſſet. §. fi. l. vnicę, cum ibi not. C. de cadu. tollen. l. ſi is qui. ſuprà de iure fiſci. cum alijs alleg. p Soci. in d. l. j. col. j. ſol. mat.

Alex. in d. l. prima. col. j. & Iaſ. in conſi. xcix. lib. j. reprobant dictum intellect. ad l. non puto, tanq̃ diuinatiuum & reſtrictiuum: & ſequuntur ſimpliciter plures alij Andabatarum more pugnantes, id eſt clauſis oculis.

Alij intelligunt illam. l. in quærendis, ſecus in quæſitis: in quibus difficilius præiudicatur. l. fin. C. de acquir.

acquir.poſſ.l.ſeruus,cum not.C.de pact.& tradit Bar. in d.l.j.col.vj. qđ adhuc magis diuinat,& l.ipſam nõ puto, aperti⁹ deſtruit, nec quadrat titu.illi tractãti principaliter de cauſis pęnalibus. pręterea id à veritate alienum eſſe videtur;quia fiſcus veniens ratione contractus vel iuris proprij, in dubio (vt dixi) præfert, & conſequenter etiam ꝙ ſimus in quęrendis, ex alia tamen cauſa, q̃ pęnali vel ex delicto: vt voluerunt Bar.& Soci.in locis proximè allega. Et ꝙ præferatur tunc fiſcus in quęrendis,probatur in d.l. ſi is, etiã ꝙ plus eſt, quãdo haberet cauſam lucratiuã & cum donatario, ſicq; habente cauſam lucratiuã pariter cõcurrat.l.j.C.de iur. fiſc.libro.x. vbi Bar.in vlt.col.Soci.& Aquenſ. in d. l.j.col.j.

Non eſt igitur recedendũ ab intellec.ſ.relato,qui fuit Rapha. Comen. in d.l.j. immo Iacobi de Beluis.in d.l.vnica, ad fi.vt refert & ſequitur Alex.ſibi contrarius in apoſtil.ad Bar.in d.l. non puto. ex quo in fine illum refert,& tranſit.Et Angel.Are.Inſtit.quibus mod.teſta.infert.ad fi.tit.Bal.Nouell.in tract.de dote in ix. parte principali col.ij.Felin.in c.fi.col.ij.de re. iudi. & in ca. paſtoralis.col.iiij.de reſcrip.Aquẽſ. in l.iuſtum.& in l.fi.colum.ij.C.de eden.Iaſ.in l.j.col.x. præalleg. & in l.de die,ad fi.principij.ff.qui ſatisd. cog.Dec.in l.in ambiguis pro dote. ff.de reg.iur.& latiùs in c.ex literis, col.iij.de proba.in quibus locis Iaſ. & Dec.reſpon.ad rationem Alex.de diuinatione, & reſtrictione, ſequit Ripa.in d.l.j.col.et dicam ſtatim.

Ex quibus patet intellec.ſ. relatum ad l.non puto,cõmuniter,maximè p moder.approbari:ideò non eſſe ab illo diſcedẽdũ:iuribus vulg. Nam in prædictis caſibus quum fiſcus cauſam prætendat lucratinã, priuatus verò oneroſam, iudicãdũ eſt in dubio contra fiſcum:quia in effectu agit de pęnis, in quibus benignior interpretatio attẽdi debet. l.ſi pręſes.ff.de pęn.& in §. noſtro. ſecundum Deci.& Ripam in locis præallega.confirmo per tex. in l.in ſumma.eo.tit.de iu.fiſc.quæ eſt lex Modeſti. Iuriſconſulti prout & lex non puto, præcedens. nam reaſſumendo & repilogando quæ ſuprà ſubobſcurę dixerat, in ſumma, inquit, ſciẽdum eſt, omnium fiſcaliũ pęnaꝝ petitionẽ creditoribus poſtponi. ſicq; declarat & interpretatur iam dicta, vt in pęnalibus conrra fiſcũ pro creditoribus iudicandũ ſit. & ſic talis intelligentia & interpretatio non diuinat ad l. non puto,vt dicebant Alex. & Iaſo. nec l. ipſam reſtringit, ſed eſt ipſemet auctor illius l. Modeſti. Iuriſconſul. qui eã ſic interpretatur & declarat in l. in ſumma,ſubſequenti:quæ etiam intelligitur in dubiis quęſtionibus, licèt non exprimãtur ea verba: quia in claris non eſt opus coniecturis, nec iniuria & iniuſtitia fiſco facienda, licèt priuatus tractaret de damno euitando.c.ex tenore,de for.cõpet. Item quia iuris executio nõ habet iniuriam.l.j. in princ.& l. iniuriarum.§.j.ff. de iniur. intelligitur ergo in dubio. In eandem ſentẽtiã venit Papi. in l. quod placuit, illo eo.tit.de iur.fiſ.dicens fiſcum in pę

na non habere pr'uilegium, ſi non habet priuilegium mirum nõ eſt, ſi in dubiis pronunciandum ſit cõtra eum in pęnalibus in quibus, vt hic dicitur, benignius interpretandum eſt. prætereà, vt dicebãt Iaſo. & Dec. ſuprà relati ꝓpria natura illius tit. eſt de bonis fiſco ex delicto & cauſa lucratiua ſpectantibus principaliter & vt plurimum tractare, vt patet ex l. j. & ſequentibus ipſius tit. & lex intelligi debet ſecundum naturam tit ſub quo poſita eſt. l. Impera tor. ff. de in diem addit. §. quibus, in prima conſti. C. ideò. & c. Nec confunditur, vt aliqui dicebant, materia iuris fiſcalis, ſed limitatur vbi fiſcus de lucro, & priuatus de damno tractat: & res ẽ dubia: quæ deciſio l. non puto, ſummam redolet ęquitatem & iuſtitiam. abſonumq́; fuiſſet rationem ſui habuiſſe principẽ in lucris, & in re dubia contra priuatum de damno tractãtem. l. j. C. de ſecun. nup. & §. fin. l. vnicæ. C. de cadu. toll. cum not. per Bar. in prælleg. l. j. col. vj. dum ponit ꝙ etiam in claris ea ratione prĩceps aliquan do in quærendis præfert vtilitatem priuatorum vtilitati fiſci, quicquid dixerint ſcribentes. s̃. relati & Mod. Mediola. in tract. præſumpt. in xlj. præſump. iij. regulæ. diſpoſitio l. nõ puto, modo prædicto declarata in optima ratione fundatur, vt fiſcus non exerceat priuilegium in pęnis, vt in dubiis q̃ſtionibus & fiſcalium pęnarum petitionibus poſtponat fiſcus, & ſic contra eum pronuncietur, & pro tractante de damno euitando. Et ſi aliter ſancitum fuiſſet, iniqua & diabolica fuiſſet ꝓuiſio, nec potuiſſet lex dici, quæ debet eſſe iuſta & ſancta: vt s̃. de legibus in prin. & in c. erit autem. j. diſt. cętera ad intelligẽtiam dictæ l. non puto, (& ſi pro maiori parte omnia dixerim) videnda ſunt in l. j. nume. *66.* C. de eden.]

SVMMARIVM.

1 *Aduocati, notarij, conſultores, hoſpites, & meretrices ratione ſuſcepti officij coguntur patrocinari.*

2 *Officia publica authoritate & vtilitate non poteſt quis recuſare.*

L. CXCIX. VLPIANVS.

NEMO inuitus cogitur defendere.

SVMITVR ex legibus per gl. allega. hocq́; eſt propter vilitatem officij: ſecundum Bal. in l. inuitus. C. de procu. & Feli. in rub. de teſtib. cogen. facit l. liber homo. ff. ad leg. Aquil. & de liber. homi. exhiben.

1 Intelligiturq́; hec regula † niſi huiuſcemodi exercitio ſe publicè dederint: quia tunc patrocinari co guntur: queadmodum dicimus in aduocato, notario, conſultore, hoſpite, artifice, & meretrice tenentibus ſignum, qui coguntur facere ratione ſuſcepti officij & exercitij: vt hic per Dec. & Felin. in rub. de teſti. cog. Ang. in l. j. in §. fi. per illum tex. ff. furt. aduerſ. naut. vbi plenè & elegauter explicat quando hoſpes cogatur hoſpitari, & quando poſſit repellere, & expellere viatores & hoſpites. * ſed quò ad meretricẽ, ꝙ co-

gatur

gatur facere, Dec. malè loquitur. vt p Moder. Taur. in l. ragaſti, in prin. vj. col. ſuprà ſi cert. pet.]

2 Officia † verò publica vtilitate & authoritate non poteſt quis recuſare: vt per Feli. præalleg. loco. glo. & doct. in l. doté. ff. ſolu matri. Bald. in l. ij. ff. quod quisque iuris in l. ſi quando. colum. iij. ad fin. C. de appell. & in l. hi qui ad ciuilia. col. iij. eodem titulo.

SVMMARIVM.

1 *Facilius pmittitur retētio quàm petitio.*

2 *Mulier tam agēdo quam excipiendo poteſt facere vt dos in tuto collocetur.*

3 *Hæc regula quādo nō procedat. nu. 4. 5.*

§. Cui damus actioné, eidem exceptioné cōpetere multò magis quis dixerit.

Svmitvr ex legibus in glo. alleg. & datur etiam hęc regula in ca. qui ad agendum. de regu. iur. in vj. vbi gloſſ. aliter etiam exemplificat quàm fecerit glo. hic. Comproba per l. per retētionem. C. de vſur. & l. ij. cum no. per Bald. in no. C. de

1 fideiuſ. ꝙ † facilius permittitur retentio, quā petitio. de quo pulchrè

* Dec. in conſi. ccxcvij. col. ij. * & in l. diem functo. col. 4. ſuprà. de offi. aſſeſſ.] Item quia exceptio maiori nititur ęquitate quàm actio. l. quia æquitate. ff. de exce. dol. & §. certè illud. inſti. de rer. diuiſ. Simile eſt in repetitiōe cuius cauſa fauorabilior eſt, quàm cauſa petitionis: vt poſt Imol. ſcribit Aret. in rub. ff. ſolu. matri. col. iij.

Et per hanc regulam infertur, ꝙ

2 † ſicuti vxor per viā actionis agere poteſt, vt dos in tuto collocetur propter inopiam viri: ita poteſt facere per modum exceptionis: vt pulchrè & plenè p Bald. Nouel. in tract. dot. in vij. parte prin. in priuilegio xviij. & xxiiij. *Secundò infertur ad aliā not. quæſt. & deciſionē, vt per Rui. conſi. lxxix. col ij. lib j.]

3 Et procedit † hæc regula niſi ſit ratio diuerſitatis, propter quam detur actio & denegetur exceptio: ſecundum Deci. hic per ca. debitores. vbi Abb. de iureiur. ibi enim aderat iuramētum, quod obſtat exceptioni & non repetitioni: ſecundū Ant. de Bu. ibi. & Philip. Franc. in d. cap. qui ad agendum. Secundò limit.

4 regulam † quando de eodem & ad idem agitur excipiturq;: & ſic quando actio & exceptio tendunt ad idē & eundem finem, ſecus ſi ad diuerſa. vt hic per Deci. & Philip. Franc. in dicto. ca. qui ad agendum. & aliqua dixi in repe. l. ij. in xxv. quæſt. ad finem. C. de pact. inter empt. &

5 vend. Quaſdā † alias limitationes poſt Ioan. Mona. congerit Philip. Franc. loco præallega.

§. Cùm quis in alicuius locū ſucceſſerit, non eſt æquum ei nocere hoc, quod aduerſus eum non nocuit, in cuius locum ſucceſſerit.

Ista regula habetur etiam in l. hęredem. in l. qui ius. & in l. quod ipſis. ſuprà eod. in quibus locis plura ſcripſimus.

§. Plerunq;

§. Plerunq; emptoris eadem cauſa debet eſſe circa petendum ac defendendum, quæ fuit authoris.

Eadem regula in effectu habetur in locis proximè allega. & in l.nemo plus iuris. & in l.in omnib' officiis. & in §.nõ debeo. vbi latiùs ſcripſimus ſuprà eod.

SVMMARIVM.

1 *Prohibitum accipi, eſt etiam prohibitum dari.*
2 *Prohibitus exigere vel accipere, an poſſit à ſponte dantibus accipere.*
3 *Et quid de prohibito petere.*
4 *Prælatus xenia & munuſcula quærere non debet, nec oblata reſpuere.*
5 *Munera reſpuens, dicitur optimus rerũ puplicarum adminiſtrator.*

§. Quod cuiq; præſtatur: inuito non tribuitur.

Eadem regula habetur ſuprà eod.in l.inuito beneficium non datur. vbi plenè ſcripſimus. Eſtq; ſignanda glo. hic circa fi. ꝙ † prohibitum accipi, eſt etiã prohibitum dari: & tamẽ quędam honeſtè dantur, quæ inhoneſtè accipiuntur: vt in exemplo gl. quam extollunt hic Bart. & Alex. inducẽtes ad q. ſtatuti prohibentis notarium priorum accipere ſalarium pro aliqua ſcriptura, ꝙ nõ poterit etiam à ſponte dantibus recipere: quia ſtatutum diſponit circa notarium, nõ circa ſoluentes, ideò non poteſt illi ſtatuto renunciari. & ſequuntur hic Deci. & Ioan. de Ana. plura citans in cap.j. col.fin. de ſimo. & alij ſcribentes in locis infrà alleg. reputantes gl. iſtã not. & Parpa. i rep. l. placet. col. xxj. verſ. & ideò ponatis. C. de ſac. ſanct. eccleſ. Hinc ſumpta occaſione poſt Alex. in apoſtil. tractat hic Deci. an
2 † prohibitus exigere vel accipere, poſſit à ſponte dantibus recipere. & concludit ꝙ non, vbi agitur de intereſſe publico: & in caſibus à iure expreſſis, aliàs ſecus: vt hic per eũ. adde Ioan. de Ana. & Feli. in d. ca. j. circa fi. de ſimo. vbi Feli. ꝑ hanc gl. dicit attendenda eſſe verba conſtitutionis. Et vbi eſt prohibitum dari propter bonũ publicum, eſt etiã prohibitum recipere à ſponte dante: per iſtã glo. & alia de quibus ibi per eũ, & per Iaſ. & Aquen. in l. non ſolum. col. ij. & iij. ff. ſolu. matr. Et
3 ſimiliter † vbi quis eſſet prohibitus petere, nõ prohiberetur accipere ab eo qui ſponte ſolueret aut daret. c. dilectus. el ij. de ſimo. ſecundũ Dec. hic ad fi. verba enim conſtitutionis hunc caſum tunc non comprehendunt: ergo nec nos illum cõprehẽdere debemus: vt per Feli. in d. ca. j. ad fin. Et quædam ſunt quæ petere non debemus, oblata autem accipere poſſumus. c. quoniam. & c. de eulogiis. xviij. diſtin. vbi Card. Alexã.
4 colligit, quam † modeſtiam tenere debeat prælatus in xeniis ſeu munuſculis recipiendis. illa enim quęrere non debet: nec quæ oblata ſunt: reſpuere: paſſimq; ac per omnia recipere auariſſimum eſt: indifferenter reſpuere inhumanum. l. ſolet. §. de offi. procon. Cuius gręcum prouerbium ibidem relatum interpretatur

tatur Politia.in prima centuria mi ſcellaneorũ ca xc v. in hunc modũ i.non omnia nõ paſſim.nec ab om nibus. De prædictis vide etiã Cice.
5 in ij.offic.vbi tamen vult † reſpuen tem munera eſſe optimum publica rum rerũ adminiſtratorem. Eſt igi tur conſideranda qualitas dãtis ac recipientis,& doni, cauſáque dãdi, ad iudicandum magnum ne ſit an paruum,recipiq; debeat vel reſpui. ad quæ facit etiam text.ca. & ſi quę ſtiones de ſimon. & glo.l. ſed ſi ſuſceperit.ff. de iudic.

L. CC. VLPIANVS.

AD ea quæ non habent atrocitaté facinoris vel ſceleris, in his ignoſcitur ſeruis,ſiue dominis, ſiue ijs qui vice dominorum ſunt:veluti tutoribus & curatoribus, ob temperauerint.

EXPEDITA eſt in l. velle nõ creditur.ſuprà eodem.

§. Semper qui dolo fecit quo minus haberet: pro eo habendus eſt,ac ſi haberet.

HABES eodem mõ expeditam in l.qui dolo. & in l. parem, vbi in effectu idem dicitur. ſuprà eodem.

§. In cõtractibus ſucceſſores ex dolo eorum quibus ſuc ceſſerunt,non tantũ id quod ad eos peruenit,verum etiam inſolidum tenentur: hoc eſt vt vnuſquiſque pro ea parte, qua hæres eſt, conueniatur.

ABSOLVTA in §.fin. l.hoc iu re. ſuprà eodem.

SVMMARIVM.

1 *Captio quid ſit, & in omni materia euitanda eſt.*
2 *Senſus magis quàm verba inſpici debet.*
3 *De duobus malis minus eſt eligendũ:non tamen malum laudatur.nume.6.*
4 *Maritus ſi vxorem adulteram occidere intendit vt aliam ducat, facit adulterium,non homicidium.*
5 *In dubio pronunciãdum appellationem non eſſe deſertam,ſed admittendam.*

L. CCI. VLPIANVS.

QVOTIES nihil ſine captione inueſtigari po teſt: eligendum eſt quod minimum habet iniquitatis.

EXEMPLVM ponitur in §. j.l.ſi debitor. vnde ſumitur hæc regula.ff.de fideicom.lib.

1 In text.ibi captione. † dolum & deceptionem refert. & eſt actus ipſe capiẽdi ſeu decipiendi, ſeu id per quod quis capitur.cuius diminutiuum eſt captiuncula.vt tradit Aul. Gel.in noct. atticis. Facit text. not. in l.pen.ſuprà ad exhib.ibi, reſpõdi non oportere ius ciuile calumniari neque eius verba captari. Hinc dicimus captioſa eſt concluſio, vt ait Hiero. Et captioſis quæſtionibus, poſitionibus,vel interrogatorijs nõ

 eſſe

eſſe reſpondendum: & ideò intentionem legiſlatoris eſſe ne quis in verbis capiatur. ꝓptereà inanes ſolennitates verborum,quę aliàs erãt neceſſariæ in petitionibus iudicialib⁹ ſublatas fuiſſe.l.j.& ij.C.de for mu.l.fi.C.qui admit.& inſti.de ſuc ceſ.ſublatis, vbi dicitur propterea, hodie omnia iudicia eſſe extraordi
✱ naria. * & ſimiliter ĩ interdictis & remedijs prętorijs.§.fi.vbi not.inſtit. de interdict.& d.l.fin.]idẽ videmus eſſe in contractibus.§. ſed hęc ſolẽnia.inſti.de verb.obli.ac in vltimis voluntatibus.l.j.& ij.C.cõia de leg. l.qm̃ indignum.C.de teſta.& l.etiã hoc modo.ff.de leg.j. propterea dixit Bald.in l.j.C.de ędil acti.ꝙ licèt ſtatuto caueatur quẽ debere purè & ſimpliciter poſitionibus reſpondere:ſi tñ iudex videt poſitionẽ eſſe captioſam,admittere poterit con ditionalẽ & qualificatã reſponſionem.Et ad prędicta, & de captione euitãda,maximè in lege & in mate ria iuris ciuilis, adde Petr.de Anch. in conſi.lxxv.col.fi. Pau.de Caſt.in conſi. ccxcviij. col. iij. in antiquis. Alex.in conſ.lxxxiij.col.iiij. lib. ij. & in cõſi.cxiij.lib.iij.Fel.ĩ c.cũ Ber toldus.col.iij.de re iud.Dec.in l.ea eſt natura.eo.tit.& in conſ. dclxvj. col.ij.& in conſ.dcxc.col.j.Moder. Taur.in l.cũ quid.col.x.ad fi.ſuprà ſi cert.pet.Et in ꝑdicta materia plu ra eleganter pulchreq; ad interpretationẽ interdicti de vi & vi arma. maximè circa verba illa, deiecti & detruſi, ſcripſit M. Cicer in oratione pro Aulo Cecina,char.iij.Si verba,inquit,ſequi volumus ſi ad verbum rem attingere,neceſſe eſſe nos labi.Cunq; voluntas ait & conſiliũ & ſententia interdicti intelligitur, impudentiam ſummam aut ſtultitiam ſingularẽ putabimus in verborũ errore verſari,rẽ & cauſam & vtilitatem cõem non relinquere ſolùm,ſed & prodere, maximè cũ neque verborũ tanta copia ſit nõ modo in noſtra lingua,quæ dicitur eſſe inops, ſed ne in alia quidem vlla res, vt omnis ſuis certis ac proprijs
2 vocabulis nomineť. Quod ſi † verſuti & callidi,ſubiungit,à captione verborũ non auertamus aures animumq́ue,ſed ad verba rẽ deflectere velimus:quę lex,quod ſenatuſconſultũ,quod magiſtratus edictũ, qđ fœdus aut pactio, vt ad res priuatas redeamus,quod teſtamẽtũ,quę iudicia aut ſtipulationes,aut pacti cõ uenti formula,non ĩfirmari aut cõ uelli poteſt? imputandum tñ eſt ei q effuſo ſermone ſe iactat,ſi in prõ ptum ſui incidat periculum, dicit text.in l.fin.C.de dot.promiſ.

3 Nota ergo † de duob⁹ malis minus eſſe eligendum,ad idem tex.in l ſi ꝓcurator rei.vbi gl.ff.de excep. doli cũ alijs hic per Deci. allegatis. facit tex.c.conſider.xxij.q j.vbi infirmis adhuc in fide per Deũ iurare permittebať,non ꝙ coactè hoc face rẽt,ſed ꝙ melius eſt Deo id exhibere quã demonijs poniturq; ibi, me lius,electiuè,non comparatiuè:fm gl & hi q de paginis euãgelicis ſortes legent, & ſi optimũ eſt vt id faciunt potiùs quã ad demonia cõſu lenda concurrãt, ea tñ conſuetudo Auguſtino diſplicuit,vt diciť in ca. hi qui.xxvj.q.j.vbi gl.no. permitti minus malũ,vt euiteť maius. Alibi dici-

dicitur, non eſſe illicitum pro licito faciẽdum, ſed vtrũq; vitandũ: ideò
4 nõ † licere homini chriſtiano adulterã coniugem occidere, neq; ea viuente alterã ducere: ſed ſi facturus eſt, quod non licet, faciat adulteriũ & non homicidium. ca. ſi quod verius. xxiij. q. ij. ſic ergo permittitur minus malum vt euitetur maius: vt ibi per glo. Hinc etiam eſt quòd in c. j. & ij diſt. xiij. dicitur, duo mala licèt cautè præcauenda ſint: ſi tamen ita vrgeant, vt alterum eorum neceſſe ſit eligi, minus malũ faciendum eſt: ideò Alexan. in l. ſi cõſtante, in §. fi. col penul. ff. ſolut. matri. dicit ex ſolutionibus non ſatisfaciẽtibus minus malam eſſe eligendam. argu. l. ita vulneratus. circa fin. ff. ad legem aquil. vbi pro communi vtilitate quædam contra ſtrictam rationem diſputãdi recipi, dicit. Confirmãtur prædicta per not. regulam quã tradit Paul. de Caſt. in l. j. per illum text. ff. ſi quis caut. Alex. in conſil. cvij. ad final. in iij. volumi. & in conſi. liiij. viſo proceſſu cauſæ. colum. fin. lib. v.

Quod in dubio eligi debet illud quod eſt partibus minus præiudi-
5 ciale: ideò † in dubio pronunciandum eſt appellationẽ non eſſe deſertam, item eſſe admittendam. ca. vt debitus. cum ibi not. de appel. vt hic etiam per Deci. & per Corn. in conſi. cclxxix. lib. iiij. & Dec. in cõſ. dclxxvij. Hinc etiam eſt, ꝙ vbi dubitatur an aliquis in collegium admittẽdus ſit vel nõ, pro admiſſione pronunciandum eſt: id enim minus eſt ꝑiudiciale & fauorabilius, ita Bald. in conſi. clxxxiij. lib. ij.

Non inuoluã ſilentio quæ prędictis refragantia ſcripſit. Franc. Petrarcha lib. v. Epiſtolarum rerũ ſenilium in epiſtola quinta, circa fi. Et ſi prouerbiũ, inquit, ſit duobus aut pluribus ex malis minus malũ eligendũ eſſe, nõ video cum minus malum haud dubie malũ ſit, qualiter mali electio laudãda. Itaque rectiùs dici reor, maiora mala maiori ſtudio vitãda. & ſi vitari cuncta nõ poſſunt, minora faciliùs tollerẽtur, nõ electione, ſed patiẽtia, ęquanimitate, modeſtia. Id potiùs conſilio Cice. in prouerbiũ erat. Ex malis eliciẽdũ ſi quid ineſt boni, neq; id mirum videbitur cogitanti non ſolũ ex radicibus atq; herbis amariſſimis, ſed ex quibuſdam quoque venenoſis animãtibus, vt fama eſt morborum remedia conſtare.

Sed non eſt recedẽdum à dictis
6 † Iuriſcõſultorum quibus tanquã loco ſacro reuerentia debet, qui eo dicendi modo vſi fuère non laudãtes malũ, ſed pręcauere mandãtes. Pręterea eloquẽtię fons M. Cic. lib. iij. officio. nonne idem dicit, dum inquit, ab hominibus doctis accepimus, nõ ſolùm ex malis minima oportere eligere, ſed etiam excerpere ex ipſis ſi quid ineſſet boni. Et ſi cuncta rectè conſiderentur, idẽ ſenſus eſt dicere, duobus malis immittẽtibus, ita vt alterum ſit neceſſe incurrere, maius eſſe vitandũ vel minus eligendum: quia nõ poſſumus vitare maius quin ſequamur & eligamus minus, nec eligere minus malum quin vitemus maius malũ. ideò optimè dixit text. in ca. j. & ij. diſtinct. xiij. ambo mala eſſe cautę

præcauenda: ſi tamen ita vrgeant, vt alterum eorũ ſit neceſſe eligi, minus malum faciẽdum eſt, euitatur autem maius malũ tribus modis, vt per Cardi. Alexan. in c. omnis autem lex. circa fin. ij. diſtinct.

### L. CCII. VLPIANVS.

OMNIA quę ex teſtamẽto proficiſcuntur: ita ſtatim euentus capiunt, ſi initiũ quidem ſine vitio cœperint. CONCORDAT text. l. quod in initio. & l. non omne. §. in ſtipulationibus. vbi aliqua dixi. ſ. eo. tit.

### SVMMARIVM.

1 Parũ an rarum in tex. iſto legendũ ſit.

2 Regula, etymologia, alluſio, deriuatio vocabuli, diffinitio et deſcriptio valdè differunt.

3 Diffinitionis et deſcriptionis materia ad Philoſophos ſpectat: ideò nimirùm ſi ab eis plura auctor hic mutuò ſumpſit.

4 Diffinitio quomodo componatur: quid ſit, & quotuplex. Et plenè de diffinitione quid rei, & quid nominis. & nume. ſequentibus. & num. 20.

7 Quid duplex eſt, rei ſcilicet & nominis.

9 Diffinitio quid nominis non eſt propriè diffinitio.

10 A diffinitione inchoandum eſt, quid nominis. ſ. non quid rei: quia iſta poteſt inueſtigari in proceſſu. & num. ſequẽti.

Alia eſt diffinitio quæ rem dicit eſſe, ſed non quã ob rem. alia quæ dicit rem, ideſt quid, ſed non propter quid.

12 Diffinitionum alia propria, alia impropria & abuſiua, quæ deſcriptio nuncupatur. & numero ſequenti.

14 Deſcriptio communi nomine à Philoſophis notio nũcupatur. Et hac vtuntur communiter Legiſtæ. Et quare ponitur inter diffinitiones.

16 Ad diffinitionem quid nominis & quid rei reducunt omnes aliæ diffinitiones.

17 Diffinitio quid rei propriè ſumpta quid ſit, & quæ debeat continere, & num. ſequentibus. & 20.

18 Nomen diffinitum ſignificat totum indiſtinctè, diffinitio autem ipſius in ſingula diuidit.

19 Diffinitio ſubſtantialis ſola eſt propriè diffinitio, aliæ per abuſionem: & quid ſit. & num. 20.

21 Diffinitio fieri debet ab eſſentia rei, & ipſa rem ex notioribus declarare: Deſcriptio autem ſolam proprietatẽ oſtendit. & num. ſequenti.

24 Diffinitio an dari poßit per effectus, per accidentia, p cãm efficientem formalem aut finalem, et nume. pluribus ſeq.

25 Accidentia communia licèt non ducant in cognitionem quidditatiuam ſubiectorum, ducunt tamen in aliqualem cognitionem ſuorum ſubiectorum.

26 Accidentia magnam partem conferunt ad cognoſcendum quod quid eſt.

27 Diffinitio diuiditur in propriã & quidditatiuam, ac in impropriam & abuſiuam, quæ dicitur deſcriptio.

28 Diffinitio propriè dari debet per eſſentialia & per genus & differentias.

29 Diffinitio impropria & abuſiua, quæ deſcriptio dicitur, datur per effectus, operationes, accidẽtia, & conſequẽtia.

30 Diffinitio data per genus & accidentia propria non eſt quid rei, ſed quid noĩs.

31 Diffinitio data p cauſam finalem.

32 Diffinitiones datæ per cauſam finalem competunt inſtrumentis.

33 Diſ-

33 *Diffinitio perfecta quid rei quæ et quod requirat. & nu. ſequenti & 38.*

34 *Genus in quãtum genus non diffinitur.*

35 *Diffinitio prædicatur de omni contento ſub diffinito.*

36 *Diffinitionis pars quælibet in plus ſe habet, quàm diffinitum, tota tamen conuertitur cum diffinito.*

37 *Diffinitio debet explicare naturam diffiniti.*

40 *Diffinitio vera duo vitia principaliter reſpicit.*

41 *Richardus Vercellenſis laudatur.*

42 *Cauſa efficiens quandoq; ponitur in diffinitione, & eius effectus.*

43 *Deſcriptio, quæ dicitur quid nominis, quid ſit.*

44 *Et ex ethymologia vel ex accidentium concurſu ſumitur.*

45 *Diffinitio facit cognoſcere proprietatem vocabuli. Et poni poſſunt verba ex cõmuni vſu loquendi.*

46 *Diffinitio quid rei, & quid nominis eſt etiam apud legiſtas.*

47 *Deſcriptio eſt multiplex etiã apud nos.*

48 *Deſcriptio parũ differt ab etymologia. ibiq; Valla reprehenditur. nu. 49.*

50 *Deſcriptio quandoq; dicit rem eſſe, ſed non propter quid, & prout eſt in fieri, nu. 51. & ab effectu, & prout eſt in potentia. nu. 52. & 53.*

54 *Omnis diffinitio in iure cur periculoſa. Et quæ ſit ratio. nu. 55. 58. 59. et 60.*

56 *Hæc lex an loquatur de regula vel diffinitione.*

57 *Regulæ inhærere debemus, ſicut Bononienſes Carotio.*

61 *Omnis diſputatio à diffinitione proficiſci debet.*

62 *Omnis diffinitio eſt vniuerſalium, & nulla ſingularium, niſi per accidens.*

63 *Diffinitio an comprehendere debeat omnes caſus etiam ſpeciales, vel ſufficiat adaptari ad regulam & communiter accidentia.*

64 *§. puto. l. ſuus. ff. de hæreditate inſtitu. intellect.*

65 *Homo ratione carens an veniat ſub diffinitione hominis.*

66 *Diffinitio quando ſit bona.*

67 *Simulatio in plus ſe habet, quàm dolus.*

68 *Diffinitio doli, Sulpitij, & Labeonis quæ ſit melior. & nume. ſequen. §. Dolum. l. j ff de dolo intellect.*

69 *Specialis incluſio non excludit, quod ex alio capite includitur.*

70 *Iudicium inquiſitionis an comprehendatur in diffinitione iudicij.*

71 *Dos in qua onera matrimonij non ſuſtinentur, an comprehendatur in diffinitione dotis.*

72 *Dotis finis quis ſit. Et eius diffinitio an ſit bona.*

73 *Natura diffinitionis alia eſt à natura legis.*

74 *Genus, ſpecies, differentia aliter à dialecticis, aliter à legiſtis accipitur.*

75 *Differentia ex accidenti per plus & minus quãdo conſtituãt diuerſas ſpecies.*

L. CCIII. VLPIANVS.

OMNIS diffinitio in iure ciuili periculoſa eſt. Parum eſt enim vt non ſubuerti poſſit.

MALE hic ſeruatur venuſtas ſermonis & ſolita elegantia Iuriſcõſulti, eloquẽtiæ alioquin magiſtri: vt mordax Valla in ſuis eleg. fatet. Niſi de induſtria ſuboſcurè loquu
1 tum dicas, & intelligas †parum eſt, pro modicum deeſt. Vel loco verbi parum, legas, Rarum, vt Budęus dicit. quæ litera ſuaderi poteſt, quia

hoc vocabulo vti ſolebat Vlpia. noſtræ legis author, vt patet ex l. ea q̄ rarò. §. eo. Et tunc expone, vt, pro quod: ſicuti eſt apud Terent. Vult ergo dicere rarū eſſe in iure ciuili, quod non poſſit ſubuerti. Planiùs diceret, omnis diffinitio in iure ciuili periculoſa eſt: cùm facilè ſub-
* uerti poſſit.* quemadmodum tamē ex dicendis infrà apparebit, non rarum, ſed parum hic legi debet, quicquid dicat Budæus. Sumiq; potuit ex vulgato §. dolum. l. j. §. de dolo. ex l. mora. ſuprà de vſur. ibi, difficilis eſt diffinitio. & ex §. puto. l. ſuus. ſuprà de hęre. inſtit. ibi, propter qđ ad generalem diffinitionem recurrendum eſt.

Pro declaratione legis ac materiæ & dicēdorum, ſciendum eſt lon-
2 gè inter ſe differre, † regulam, etymologiam, alluſionē & deriuationem vocabuli, diffinitionem & deſcriptionem. In l. j. ſuprà eo. declaratur quid ſit regula, in §. appellata. l. ij. ſi cert. peta. in l. j. in principio de acquir. poſſ. in l. tabernæ. ſuprà de verb. ſignifi. per Moder. per Quintilia. & Dialecticos quid ſint reliqua & quomodò differant.

Materia l. noſtrę eſt de diffinitione, & deſcriptione Legiſtis noſtris
3 parum cognita. † nec mirum, quia Philoſophoꝝ propria eſt teſte Boe. de diffinitione. Multa igitur, vt conuenit à philoſophis in hac materia mutuò ſumam iure licito; vt etiam per Bart. in d. l. j. colum. ij. & Cor. in l. iij. fol. 5. col. ij. C. de iure deliber.
4 Diffinitio ex dis & finio componitur, quaſi diſpartiēdo diſtinguo. quæ diffinitio & finitio latinè nuncupatur, quicquid aliqui dixerint.

Cuius quidē diffinitionis, vt ordinem per præcepta ſeruare videa-
5 mur, † exhibēda eſt diffinitio, teſte Seueri. Boe. de Diffinitione.
6 Quæ quidam diffinitio † eſt duplex, quid nominis, & quid rei. idq; probať p̄ fundamēta philoſophię.
7 Duplex eſt, quid † rei ſcilicèt & nominis: ergo duplex diffinitio, ſcilicèt quid rei & quid nominis. antecedens habetur expreſsè ab Ariſtotele. quò ad vtrãq; partē, ſecundo Poſter. tex. 10. lect. 8. De primo meminit etiam Poſte. j. tex. ſecūdo ſeu lect. 2. dicens quædam eſſe de quibus oportet præcognoſcere, qđ eſt quod dicitur: vt quid ſignificat triangulus, quid vnitas. de Diffinitione quid rei, habetur 2. Poſter. tex. j. ibi quatuor quęrimus. An eſt, quid eſt: quia eſt, & propter qđ eſt.

De diffinitione quid nominis loquitur ēt philoſophus in 4. Meth. tex. x. Et eſt ratio exponens quid p̄ nomen ſignificatur, ſiue ratio interpretatiua ſignificationis nominis.
8 † Omnis autē diffinitio ſiue quid nominis, ſiue qđ rei, eſt oratio quędam apud Ariſto. vt ait Boet. in Topica Cice. lib. iij. habens partes. quēadmodum etiam patet 7. Metha. tex. 30. Et hęc diffinitio quid nominis impropriè eſt per vnicū nomē, propriè habet partes & eſt entium & non entiū, vt patet 3. & 4. Phyſi. De qua etiam Themi. Poſter. j. ca. 2. & Poſter. 2. ca. 12. de infin. & vacuo.
9 vbi vult † diffinitionem quid nominis nec diffiniri quidem dignā eſſe, ſed interpretationem quæ efferať. hæc eſt quam de ſubiecto oportet

ſemper

ſemper præcognoſcere, vt patet pri
10 mo Poſter.in verbis ꝑalleg. † imò
præcedit omnem diſputationem &
omnem tractatum. vnde Ariſto.4.
Metha. tex.x. à ſignificatione no-
minũ incipere docet. niſi enim ho-
mines cõuenirent in ſignificatione
nominum, non poſſet de rebus in-
ter eos eſſe diſputatio. id quod ob-
ſeruauit etiam Iuriſconſul.in l.j.de
Iuſti.& iure. & in l.j.ſi cert. peta. &
Bar.in l.Imperium, col.2.de iuriſd.
om. iud. dum primò quærit quare
dicatur merũ Imperium. inde quę-
rit quid ſit. Idem tamen Bar. ibidē
in præceden.& alij oppoſitum fece-
runt, quærentes primò quid ſit: de-
inde quare ſic dicatur: vt etiam fe-
cit Imperator in §.j. inſtit. de obli.
quæ ex delict. primò ponit diffini-
tionem furti: ſecundò etymologiã
& deriuationem: tertiò diuiſionē.
ita ꝙ iſta confundi videntur & eſſe
iuris poſitiui.
11 Diffinitionem verò quid rei,† vt
præfati Philoſ.dicunt, non oportet
cognoſcere ante omnem tractatũ,
& ante omnem demonſtrationem
propter quid: vnde aliquando inue
ſtigatur in ſcientia. patet in ſecũdo
de Anima. vbi inueſtigatur diffini-
tio, quæ eſt ſubiectum. patet etiam
in tit. ſuprà de Iuſti.& iure. vbi dif-
finitio iuſtitiæ ponitur in fi. tit. vi-
delicet in l.Iuſtitia eſt. licèt ergo be
ne faciat qui à diffinitione doctri-
nam incipit tradere, damnandus ta
men non eſt, qui in proceſſu illam
ponit, vel etiam ante ex aliis circun
ſtantiis conſtat quid ſit id de quo
tractatur, vt in l.j.& ſeq. de verboꝝ
obli.& ſi cer.pet. vt etiã per Galiau.
in præalleg.l.j.in prima col.
Item diffinitio quid nominis ac
cipitur pro medio ad probandum
aliquid eſſe. oportet enim accipere
pro medio quid ſignificat nomen
ad probandum aliquid eſſe: vt dicit
Sãctus Thomas ĩ prima parte. quę-
ſtio.2.art.2.non autem quod quid
eſt rei: quia quæſtio quid eſt, ſequi
tur quæſtionem an eſt: vt patet ſe-
cundo Poſte.lect.6.& 8.
12 Alia eſt diffinitio † quæ rem di-
cit eſſe: ſed quam ob rem ſit non cõ
monſtrat: vt hęc ecclipſis lunæ eſt
defectus luminis in luna in pleni-
lunio. hęc enim diffinitio eſt ꝑ effe
ctũ, dicitq; rem ita eſſe: ſed nõ pro-
pter quid, id eſt cauſam. Alia diffi-
nitio eſt, quæ dicit rem, id eſt quid,
& non propter quid nam, vt res ſit
& cauſam continet, propter quam
res ſit, vt plenè per Themi.in 2.Po-
ſter. cap.12.& Philoſ. in 2.Poſter.
13 tex.j. † Itē quẽadmodum ex Boet.
in libro de Diffinitionibus. & in 3.
libro Commentariorum ſuper To-
pica elicitur, diffinitionum alia eſt
impropria & abuſiua, alia propria.
diffinitio abuſiuè dicta, multiplex
eſt. quędam conſtat ex vnico termi
no, altera in oratione conſiſtit. pri-
ma in duas partes ſecatur: quarum
vna eſt, quum nomen exponit per
aliud nomen notius. vt, quum quæ
ritur, quid eſt conticeſcere? reſpon-
detur, ꝙ eſt tacere. alia eſt exempla
ris, vt cũ quæritur quid eſt animal?
reſpondetur, ꝙ eſt velut homo. om-
nis enim reſponſio vel oratio quæ
rem de qua quæritur quo quo mo-
do oſtēdit & deſignat, diffinitio di-
ci poteſt largè ſcilicèt & abuſiuè ſu

mendo diffinitionẽ. diffinitio abu-
ſiua quæ in oratione conſiſtit, eſt
deſcriptio quædam quæ fit vel per
enumerationẽ partium, vt animal
eſt quod ſenſu tantum vel ſenſu &
ratione conſiſtit,aut ꝑ proprias ope
rationes vel accidentia, vel conſe-
quentia rem manifeſtantia: vt ho-
mo eſt quod rationali conceptione
& exercitio præeſt animantibus: &
etiam aliis modis. Hinc dicit Boet.
in Topica Cice.lib.3. plures eſſe de
ſcriptiones, vt quę fiunt ex ſubſtan
tialibus differẽtiis,quæ fiunt ex ac-
cidẽtibus pluribus aut paucioribꝰ.
Diffinitio ergo quid nominis im-
14 propriè & abuſiuè † eſt diffinitio,à
philoſophis communi nomine no-
tio appellatᷣ: qui proprie deſcriptio
dicitur. Et hac vtuntur cõmuniter
Legiſtę.Et icirco deſcriptiones in-
15 ter diffinitiones ponũtur † quoniã
id quodlibet modo aliqd deſignãt
eius quod deſignatur:& ſi non pro
priè,aliquo tamen modo videtᷣ eſſe
diffinitio ſecũdum Boet. in Topica
16 Cicer. lib.3.† Ad has duas diffini-
tiones quid rei,& quid nominis,re-
ducũtur omnes aliæ diffinitiones,
vt aiunt philoſophi.
17 Diffinitio quid rei † & ſic propriè
ſumptà,eſt oratio quid eſt eſſe indi
cans,ſecundum philoſophũ primo
Topicorum.ca.4.hoc eſt eſſentiam
& naturam rei perfectę manifeſtãs.
at in 2.Poſter.ſic ab eodem philoſ.
diffinitur,eſt oratio ipſius quod qd
eſt ſignificatiua.ſecundum Cice.in
Topicis eſt oratio, quæ id quod dif
finit, explicat quid ſit,id eſt per par
tes ſubſtantiales membraq; aperit,
& declarat quid ſit. nam id quod
inuolutè & implicitè ſignificatur,ꝙ
nomen euoluit, explicitèq; ſecũdũ
Cicer.aperit diffinitio.continet enĩ
explicitè & diſtinctè principia eſſen
tialia diffiniti: genus ſcilicèt & dif-
ferentiam.vnde ſecundum philoſ.
18 primo Phyſic.tex.5.† nomen diffi-
nitum ſignificat totũ indiſtinctè.
Diffinitio autem ipſius in ſingula
diuidit,vt per philoſo.primo Phyſi.
tex.18. Eodẽ modo terminat Am
monius in introductionẽ Porphy-
rij,dictæ diffinitioni ſolùm addẽs,
quàm breuiſſimè.
Sola ergo diffinitio ſubſtantialis
19 verè & propriè dicitᷣ diffinitio † vt
ex prædictis liquet: & tradit etiam
Boet. loco ſuprà allega. de diffini-
tione dicens,poſſe multis modis eã
fieri. inter quos vnus eſt verus atq;
integer diffiniendi modus, qui ſub
ſtantialis dicitur, reliqui ꝑ abuſio-
nem diffinitiones, ait,vocantur.
Et nihil aliud eſt diffinitio iſta,
20 vt prædicta indicant, † q̃ demon-
ſtratio eſſentiæ rei diffinitæ:vt etiã
dicunt Bar.& doct. noſtri in l.j. per
illum tex.ſuprà de teſta.in l.j.ſuprà
de appel.Abb.& alij in rub.de ſent.
21 excom. † propterea fieri debet ab
eſſentia rei ſecundum præallega.&
Ammonium in quinq; voces Por-
phirij,diffinitionẽ ſubiectæ rei ſub
22 ſtantiam oſtendere dicentem,† de
ſcriptionem ſolam proprietatem.
hinc etiam dicebat Boe.in Porphy-
23 rium à ſe translatum.lib.3.† omnẽ
diffinitionẽ rem debere declarare,
quam concludit, eamq; apertiorẽ
reddere, q̃ ſuo nomine mõſtrabat.
Et ſic ex notioribus eam fieri opor-
tere,q̃ ſit res illa quæ diffinitur.
Sed

24 Sed quæro,† vtrum prædicta dif
finitio dari poſſit per effectus & ac-
cidentia, cauſasq; finalem, efficiẽtẽ
aut formalem . pro cuius quidẽ rei
declaratiõe & intelligẽtia clariusq;
ex prædictis adhuc habeatur, quæ-
dam, præmittenda ſunt.
25 Primum erit, † ꝙ licet accidẽtia
communia nõ ducant in cognitio-
nem quidditatiuam ſubiectorum,
ducunt tamen in aliqualẽ cognitio
nem ſuorũ ſubiectorum diſtinctã,
ſi omnia aut plura accipiãtur, quæ
ſimul in alia ſpecie non reperiũtur
cognoſcimus enim verum aurum
à falſo & adulterino ex colore, pon
dere, ſono & aliis accidentibus . co-
gnoſcimus etiam verum argẽtum
à falſo ex accidentibus. cognoſci-
mus lapides precioſos à falſis ex cla
ritate, colore, diaphanitate, duritie
& aliis accidentibus. multa etiã co-
gnoſcimus per odorem, per ſaporẽ,
per figuram, per vocem, imò omnes
ſubſtantias ſenſibiles cognoſcimus
& ab inuicem diſcernimus per eoꝝ
accidentia. diſcernimus enim bouẽ
ab aſino, & aſinum à mulo & equo
per accidentia. & ita de aliis , vt di-
xit Ioã. Grammaticus in primo de
Anima in expoſitione tex. cõm. 11.
hæc enim manifeſta & ex euidẽtia
ſumpta, accidentia cõferunt nobis
in diffinitiones nondum cognitas.
& talia accidẽtia obſeruauit Ariſto.
in diffinitione loci vacui & tempo-
ris. nam viſis prius omnibus accidẽ
tibus conuenientem illis loci aſſi-
gnauit diffinitionẽ: vnde dixit Phi
loſophus primo de Anima tex. 11.
26 † ꝙ accidentia magnam partẽ con
ferunt ad cognoſcendũ quod quid
eſt. Secundũ tamen Auerr. ibidem
cõm. 1. per accidẽtia propria cogno
ſcimus diffinitionem quidditatiuã
multorum, ſicut econuerſò per dif-
finitionem demonſtramus acciden
27 tia propria. † Secundò notandum
eſt, ꝙ diffinitio (vt dictum eſt) bifa-
riam diuiditur, in propriã, & quid-
ditatiuam, ac in impropriã & abuſi
uam, quæ dicitur deſcriptio , vt ſu-
pra dictum eſt, & etiam infrà decla
28 rabitur: tunc dicimus dúo.† primũ
eſt, ꝙ diffinitio propriè ſumpta &
quidditatiua non datnr ꝑ effectus,
ſed per eſſentialia diffinito, & maxi
mè per cauſas intrinſecas, vt ꝑ ma-
teriam & formã & per genus, vt dif-
ferentias ad minus duas: quia vlti-
mæ differentiæ & conuertibiles cũ
diffinito ſunt nobis ignotæ, genus
autem ſumitur à materia , & diffe-
rentia ſumitur à forma: vt patet 7.
Metha. com. 45. & primo Metha.
com. 17. & 12. Metha: cõ. 14. & ali-
bi ſępe. Auer. ſi tamen vltima diffe-
rentia nota nobis eſſet, vt ab aliqui
bus tenetur de rationali ꝙ ſit diffe-
rentia cõuertibilis & vltima homi-
nis, tunc ſufficeret aſſignare diffni-
tionem per genus proximũ & vnã
differentiam , vt homo eſt animal
rationale, vt dicit Sanctus Thomas
in ſecundo Poſter. lect. 13.
Tertiò not. ꝙ quia formæ ſub-
ſtantiales nõ ſunt nobis notę, oper
tet, ꝙ manifeſtentur per aliqua acci
dentia, quæ ſunt ſigna illius formę.
vt patet 8. Meta. tex. com. 43. nõ au
tem oportet accipere accidẽtia pro-
pria illius ſpeciei , quia oportet ta-
lia per diffinitionẽ illius ſpeciei de-
mõnſtrare: ſed per alia cõmuniora

accidentia

accidentia & ſecũdum hoc alia accidentia dicuntur differentiæ ſubſtantiales inquantum inducuntur ad declarandum formam eſſentialem. ſunt autem communiores ſpecies inquantum aſſumuntur ex aliquibus ſignis, quæ ſequuntur ſuperiora genera: hæc Sanctus Thomas vbi ſupra. Ex hoc patet ꝙ diffinitio quidditatiua & propria datur per accidentia communia aliquando, quia differentiæ & formæ ſubſtantiales ſunt nobis ignotæ & tamẽ dicitur diffinitio eſſentialis: quia accidentia illa inducuntur ad declarandum formam eſſentialem.

29 Quartò not. † ꝙ diffinitio ĩpropria & abuſiua dari poteſt per effectus per operationes proprias vel accidentia aut conſequentia rem, & iſta diffinitio cõmuni nomine notio à philoſopho nuncupatur? Exẽplũ, homo eſt, quod rationali cõceptione & exercitio pręeſt animantibus cunctis. Prouidentia eſt per quam futurũ aliquid prouidetur. Memoria eſt per quam animus repetit, quæ fuerunt: Similiter etiam diffinitio deſcriptiua eſt illa quæ ꝑ plura accidentia, quorum nullum per ſe ſufficit, manifeſtatur: vt luxurioſus eſt, qui pluribus & nõ neceſſariis ſumptibus in delitias affluit: & in libidinem fertur effuſior. Dicit pręthereà Sanctus Thomas in ſecun-

30 do Poſter. lect. 8. † ꝙ diffinitio data per genus & accidentia propria non eſt quid rei, ſed quid nominis: vt illa: homo eſt animal riſibile, ſuſceptibile diſciplinę. eſt ratio expoſitiua nominis, & non eſſentialis. & prætereà philoſophus in 2. Phyſic. diffiniuit naturam per motum & quietem, quæ ſunt effectus & accidentia naturæ. Ex quibus patet ad quæſitum reſpon.

31 † Dantur etiam diffinitiones per cauſam finalem, vt patet in primo Poſter. Demonſtratio eſt ſyllogiſmus faciens ſcire. vbi ſecũdum expoſitores ſcire eſt finis demonſtrationis. ſimiliter potentia diffinitur per actum, qui eſt finis & perfectio potentiæ. Et viſus diffinitur eſſe potentiã ad videndum: vbi videre abſolutè ſumptũ eſt finis viſus. vt pa-

32 tet in 2. de Anima. † Et iſtæ diffinitiones per cauſam finalem cõpetunt inſtrumentis, vt ſerrę & potentiis quæ ad operationem & actum ordinantur: Dicimus enim ſerra eſt inſtrm̃ ferreum, & dentatum, &c.

33 Sed veniamus ad propoſitũ † diffinitio ꝑfecta quæ dicitur quid rei. vt dicunt Philo. Auer. & S. Tho. in 4. Phyſi. in tex. com. 31. quatuor requirit: primũ quidem vt non oſtendatur quid ſit res, quã diffinimus, prout locus, vel quid aliud: quum diffinitio ſit oratio indicãs quid eſt res. Secundum, vt ſoluantur quæcunque oppoſita ſunt circa diffinitum. cognitio enim veritatis ſolutio eſt dubitatorum. Tertium, ꝙ ex diffinitione data manifeſtẽtur proprietates diffiniti quæ inſunt ei: qa diffinitio eſt medium in demõſtratione, qua ꝓpria accidentia demõſtrantur de ſubiectis. Quartum, ꝙ ex diffinitione data ſit manifeſtata cauſa, quare aliqui diſcordãt circa diffinitum & omniũ, quæ ſunt oppoſita circa ipſum: Et ſic pulcherrimè vnũquodq; diffinitur, Et ſicuti

colligitur

colligitur 7. Metha. com. 40. veræ diffinitiones ſunt compoſitorũ vniuerſalium, & maximè ſpecierũ. nã
34 genus inquãtum genus † non diffinitur, ſed inquãtum ſpecies, vt in ca. de ſpecie in Porphy. inquit Boe. rationem vide per Auer. 7. Metaph. com. 17. & Ammonium in introductione Porphyrij. Genus ergo ſubalternũ vt animal, quod poteſt eſſe ſpecies reſpectu generis generaliſſimi & genus quo ad alias ſpecies inferiores, quæ vniuocæ ſunt, diffinitionem recipit ex ipſo animali, aut ſubſtantia animata ſenſibili, vt per præalleg. & Ammonium in Porph. de genere. & Boetiũ in prædicamenta Ariſto. lib. j. & 3. vbi dicunt ꝙ genus generaliſſimum diffiniri non poteſt, quoniã tacet genere & ſubſtantiali differẽtia. ex quibus (vt dictum eſt) conſtare debet bona diffinitio: ſed bene poteſt deſcribi & deſignari ſecundum naturã ipſius rei de qua quæritur ſm præfatos.

Redeundo ad propoſitum, dicas
35 tu breuius, & not. † tres eſſe debere conditiones & qualitates bonæ diffinitionis, vt ex moder. philoſophis colligitur. Prima diffinitio cõuenire debet omni cõtento ſub diffinito: quia cum diffinitio prædicetur p ſe in primo de diffinito, oportet ꝙ prædicetur de omni: quia omnis propoſitio per ſe eſt de omni.
36 primo Poſterio. † Secunda, ꝙ conueniat ſoli diffinito: quia, vt ex Porphir. habetur, licèt quælibet diffinitionis pars in plus ſe habeat, q̃ diffinitum, tota tamen conuertitur cũ diffinito. exempli gratia: diffinitio hominis eſt, ꝙ ſit ſubſtãtia animata ſenſibilis, rõnalis mortalis. quæ ſingula in plus ſe habent q̃ homo: tota ſimul conuertitur cum diffini
37 ro, vt patet. † tertia conditio debet explicare naturã diffiniti: quia conſtat ex principiis diffiniti, vt dictũ eſt. genus enim & differentia dicũt primam potentiam & vltimũ actũ: & conſequenter differre facit diffinitum ab omnibus, quæ non ſunt diffinitum. nam differentia facit
38 aliud vt ex Porphyrio, † & probantur etiam in iure noſtro primũ de conuerſione diffinitionis cum diffinito. in d. §. dolum. ſecundum de genere & differentiis & de rei diffinitæ ſubſtantialibus, ex quibus cõſtare debet diffinitio, in l. j. cum ibi not. per Bart. ff. de teſta. & in l. j. in principio de acquir. poſſ. tertium ꝙ nihil debeat relinquere in diffinitione, in hac l. cum gl. & referentes Cicer. de oratore, tradunt Corne. in l. iij. fol. 5. in diffinitione ſuitatis. C. de iure deliberan. vbi dicit, ꝙ debet continere genus & differentias. Et
39 talis eſſe, † vt vis eius rei quæ diffinitur ſic exprimatur, vt nec abſit quicq̃ nec ſuperſit. Idem dicit Ang. de Periglis. in repetitione. l. in ſuis col. v. ff. de liber. & poſthu. & anteà pulchrè Boe. in libro de Diffinitione. ſubſtantialis inquit diffinitio, q́ ſola diffinitio verè dicitur, duo vi-
40 tia principaliter recipit, † ſi ea oratio quæ diffinit aut amplius complexa fuerit, aut minus q̃ res plena ſit, declarauerit: diffinitio cauſalis eſt, quæ datur per cauſam materialem: vt ira eſt acceſſio ſanguinis circa cor. vel per cauſam formalem, vt homo eſt animal rationale. vel per cauſam

cauſam efficienté,vt homo eſt animal rationale à Deo, à Sole, & ab homine factum. vel per cauſam finalem, vt homo eſt creatus ad fęlicitatem conſequẽdam. de quo per Linconienſem primo Poſter.ca.4.

Tu aduerte,dicebat excellentiſſimus & maximus inter Theologos & Philoſophos noſtri temporis Reuerẽdus dñs Richardus Vercellẽſis
41 † ꝙ veræ diffinitiones, queadmodum etiã ex prædictis apparet,non dantur niſi per cauſas inexiſtentes intrinſecè quæ ſunt materia & forma de quibus ſuprà,& non per cauſas extrinſecas, efficientem ſcilicèt, & finalem:vt dicit Auer.in cõmẽto magno primi Poſte.34. in hęc verba:prædicata enim quæ ſumuntur in diffinitionibus ſubiectorũ ſunt cauſæ inexiſtentes rei,nõ cauſæ extra rem exiſtentes. cauſa verò efficiens nõ eſt de cauſis,quę ineſt rei: ideò & ſi effectus ille attribuatur ꝑ ſe,illa non capitur in effectus diffinitione,niſi per accidens.Ipſe tamẽ
42 † ſe credere dicebat, ꝙ aliquãdo ponatur cauſa efficiẽs in diffinitione effectus,quando effectus nõ poteſt ſine tali cauſa eſſe, vt ecclipſis diffinitur per interpoſitionẽ. Eſt enim ecclipſis defectus luminis in Luna. obiectu terrę.Et ſimiliter motus nõ poteſt eſſe ſine motiuo: & ideò motus diffinitur per motiuum, quod eſt cauſa efficiens. motus enim eſt actus motiui & mobilis 3.Phyſi.in tex.com.18.& 23 quia ergo nõ ſemper cauſa efficiens ponitur.] in diffinitionę effectus, ideò dixit, ꝙ ponitur, per accidẽs. ponitur enim in diffinitione quando effectus non poteſt eſſe ſine tali cauſa. & ideò dixit Auer.in 5.Phyſi.com.3 motum ex ſua ſubſtantia conſtitui ex trib⁹. cauſis,mobili,termino à quo,& termino ad quem, tanquam ex cauſis intrinſecis, quia motor eſt de cauſis extrinſecis. intelligitur enim ꝙ conſtituitur ex illis per ſe & ſemp: ſed motiuum eſt de cauſis extrinſecis, quæ non ſemper ingrediantur diffinitionem,niſi quando effectus non abſcinditur à tali cauſa.

Veniamus ad deſcriptionẽ, quæ eſt diffinitio impropria & abuſiua, & conuenit, vt ſuprà dictum eſt,cũ diffinitione qd nominis,quæ multifariã,multiſq; modis datur, quẽadmodum & illa quid nominis, vt ſuprà oſtendimus. & quia vt plurimum nos legiſtæ hac vtimur, clariùs latiusq; aliquãtulũ rẽ explice
43 mus vltra † ſupra dicta,iſta eſt oratio expoſitiua quæ rem ſignificatã ante oculos repręſentat:igitur diffinitio quod quid eſt ſignificat,reiq; eſſentiam claudit,deſcriptio intelligentiam: ſecundum Boetium quẽ refert & ſequitur Bal. in rub.C.qui admit.col.ij. Sicq; differt diffinitio à deſcriptione, ꝙ hęc ex ſubſtãtia, illa ex accidentibus rem oſtendit. Et cùm ſermo ex his fuerit, quæ rebus vt ita dicam ſubſtantialiter inexiſtunt,diffinitio vocabit̃,vti hoc: homo eſt animal rationale mortale.Sin verò ex his quę adueniũt deſcriptioni,vt hoc: homo ẽ animal, quod rectè incedit,latos vnges habens,& manibus vtitur.aduenitunt quidẽ hęc atq; coinciduntin ſubſtantiã hominis, ſed non cõponũt perfectè hominẽ ſicuti ſuperiora.

Et

Et cùm diffinitionem quis non inuenit ad deſcriptionem cōfugit. ſemper enim quas res diffinire non poſſumus, deſcribimus tanquam rem minùs periculoſam, cum ex accidentibus fiat, effectum notet, nec ſemper inſint ſubſtantialia, penitusq́; & ex toto non cōcludat, neq; corruat, licèt ſemper non conuertatur. dicta l. prima. ſuprà de legi. vbi glo. Paulus de Caſtro, & Aquen. notant. propterea Iuriſconſulti potiùs deſcribendo quàm diffiniendo in hac legali diſciplina proceſſerunt: vt patet in mutuo, dote, & ſimilibus. §. appellata. l. ij. ſuprà ſi cert. peta. l. prima ſoluto matr. not. Rimi. in rub. C. qui admit. col. xiij. vbi Deci. viij. & ego latiùs ſtatim

44 oſtendam. Et omnis † deſcriptio (vt dicunt dialectici) vel ex etymologia ſuſcipitur, vel ex accidētium concurſu. Diffinitio verò ex aliis ſu

45 mitur, vt diximus. Et quia † diffinitio, vt dictum eſt, ſumitur ab eſſentia & ſubſtantia rei non ab extrinſecis, illud dicit̃ propriè tale quod ex diffinitione habetur: vt per illū tex. ſcribit Bald. in l. non ſine. C. de bon. quæ lib. & pleniùs Barto. in l. omnes populi. colum xxj. verſ. quæro vnde. ſuprà de iuſtitia & iur. vbi propterea dicit, maioris virtutis eſſe diffinitionem quàm alluſionem aut deriuationem vocabuli: ideò ad cognoſcendum propriam ſignificationem vocabuli magis ſtamus diffinitioni quàm alluſioni ſeu deriuationi, exemplificādo vt ibi per eum, & per eundem in l. prima, columna finali in principio ſuprà ſi cert. petit. vbi Alexan. & alij ſequuntur. Et per prædicta dicendum videtur labi Aluar. & Præpoſ. in titulo per quos fiat inueſt. in §. finali volentes per illum textum valere pactum contra diffinitionem contractus, inferentesq́; poſt Bal. non eſſe contra ſubſtantiā contractus quicquid eſt cōtra illius diffinitionem quod ex prædictis confunditur. & Bald. per eos allegatus loquitur in deſcriptione non in diffinitione, & ſequi videtur Curt. in prima parte tracta. feudal. in vltima columna, ſexta quæſt. princ. Aliquando ta-

46 men † ponūtur in diffinitionibus verba ex communi vſu loquendi ſumpta: vt poſt Bart. notab. Curt. in l. prima. columna prima per illum textū. C. de ſenten. quæ pro eo. nec mirùm, cùm omnis diſpoſitio de mundo capiat à talibus interpretationem: vt per Feli. in proœmio decret. & propria ſignificatio cognoſcatur ab vſu: ſecūdum Baldum in rubr. ſuprà ſi cert. peta. & Ripam in l. prima. colum. xv. eiuſdem titu. & & philoſophum quem referam infra in verſ. videamus nunc. imò licèt illud quod diffinitur debeat eſſe ex proprietate, vt ex prædictis colligitur: verba tamen quæ ad illud oſtēdendum in diffinitione ponuntur, aliquando largo & groſſo modo capiuntur: tex. eſt cum gloſſ. in verbo, debetur. in §. primo. inſti. de acti. vbi ſecundum glo. & communiter doctores, vt ibi concludit Are. in quinta columna, & Alexan. in conſilio cij. libro ſexto, per verbum debetur. quod largo modo & groſſe intelligendo ad actiones reales adaptatur, etiā realis diffinit̃ actio:

& quòd proprietas verbi diffiniti poſſit per verba impropria demonſtrari.ponit Bart.in rub.ſolu.matr. * vbi Ripa colum.vij. * Et in diffinitione ponuntur quãdoq; verba ſinonyma idemq; ſignificãtia, nec eſſe vitium ſuperfluitatis dicitur.l. tertia.in §.primo. ſuprà de bonorũ poſſeſ. & not. per Dec. in rubr. C. qui admitti. colum.v. quanquàm diffinitio,vt dictum eſt, quàm breuiſſimè fieri debeat.

Res tamẽ ipſa quæ diffinitur in diffinitione ſumẽda nõ eſt, vt poſt Ariſto.declarat Boe.in prędicamenta Ariſto. ad finem ſecundi libri. Et in Topica Cicer. libro primo, & ſecundo, vbi inquit, eſſe neceſſe id quod diffinitur à diffinitiõe diuerſum eſſe. Cui conſonat quod idem Boet.in Porphyr.à ſe translatum libro tertio,ſcribit,dicens:diffinitionem debere rem quam concludit apertiorem reddere, quàm ſuo nomine monſtrabat. propterea oportere illam fieri ex notioribus,quàm ſit res illa quæ diffinitur.]

Et quemadmodum apud philoſophos,duplex ẽ diffinitio,quid nominis,& quid rei:prima impropria & abuſiua, quæ datur per extrinſeca & multifariam multiſq́, modis: vt ſuprà declaratum eſt. altera propria & quidditatiua,quæ datur per eſſentialia & ſubſtantialia rei : ita apud nos. Sed quia propria & quidditatiua eſt periculoſa in iure ciuili,vt hic dicitur,& latè infrà dicam: ideò rarò hoc modo per Iuriſcon. datur aut in iure fit.ponitur tamen quandoque vt in l.prima.ſuprà de dol. in l. prima. ſuprà de vſufru. in ca.lex.ij.diſtin.in l.prima. ſuprà de teſt.vbi ponitur quidditatiua diffinitio teſtamenti per genus & differentias,vt ibi declarat Bart. Diffinitio quid nominis frequens eſt in iure noſtro,& quemadmodum apud

47 Philo.ſic † apud nos multiplex eſt, & per varia accidẽtia & extrinſeca reperitur data. Aliquãdo exponendo & interpretando vim verbi,prout dicit Themiſt.loco ſuprà relato. & ſatis voluit Iuriſconſ. in l.Quintus.in §.cui argentum. ſuprà de auro & argento leg.dum ait,quòd cui aurum vel argentum factum legatur,ſi fractum vel colliſum ſit non contineri: quia non incidit in eam diffinitionem id eſt deſcriptionem & expoſitionem ac verbi interpreta

48 tionem. Et hęc † parum differt ab etymologia, quã Cice. veriloquiũ appellat, ac notificationem, vt per Alci. in dicta.l.tabernæ. & Ripam in l.prima. colũ.iiij. & ſequen.ff.de * acquir. poſſeſ. * & in l. quominus, fol. penult.col.iiij.ſuprà de flumi.] vt teſtamentum quòd ſit teſtatio mentis.inſtitu.de teſtam. in princ.

49 In † quo loco verberãdus eſſet Valla,qui voluit in cęlũ os ponere, reprehendendo Imperatorem in ſuis elegan. c.cccclvj. non enim dicit ꝙ ſit verbũ compoſitum, vt Valla intellexit.tunc enim malè ſentiret, vt per Aul.Gell.in noct. atticis. ca.xij. lib.vj. ſed quod eſt teſtatio mentis, hocq́; verũ eſt. Similiter diffinitur ſeu deſcribitur donatio,doni datio, exceptio,actionis excluſio, mutuũ, de meo tuum. l.ij. §. appellata. vbi Dec.& alij Moder.ſuprà ſi cert. pet. & pariter de replicatione dicit' in-

ſtit.

ſtit.de replica. in princ.de poſſeſſio ne & in l. prima. de acquir. poſſeſ. à pedum poſitione, licet alij, prout Alcia.lib.j.diſpun. cap.j. & Ripa in dicta l.prima.col.iiij. magis à ſedibus dictā velint, prout in antiquis codicibus dicunt legi. hocq; priùs voluit glo. ibi in princ. facit tex. in ca.iuſgentium.ij.diſtinct.ibi,ſediū occupatio. Et ſi in aliquibus ex prę dictis quidam velint potiùs eſſe alluſionem quàm etymologiam, pro ut dicitur de furto in l.prima.ſuprà de furt.

Alia eſt diffinitio ſeu deſcriptio apud Iuriſcõſul. ſicuti apud philo.
50 † quæ dicit rem eſſe, ſed non propter quid,id eſt cauſam: vt in l.j.ſuprà de cap.dimi.dum deſcribitur eſſe ſtatus commutationē. Aliquan-
51 do † res diffinitur ſeu deſcribitur propriè loquēdo, conſiderãdo rem prout eſt in fieri, & exprimēdo modum per quæ in eſſe deducitur: vt in l.libertas. in §.ſeruitus. ſuprà de ſtat.homi.& in l.v.in §. ſtipulatio. de verborum obliga. licèt neceſſe nõ ſit exprimere in diffinitione modum per quem res in eſſe deducit: patet in l. prima. ſuprà de teſta. & de tutel.in l.prima.ſecundum Dec. in rubr.de probat. colum.iij.& iiij. & Moder.repet.in §.morte.col.xxx. ſicuti etiam cauſa finalis nõ eſt ponenda de neceſſitate in diffinitione l.iij.cum l.prima. ſuprà de vſucap. tradit Dec.in rubr.de iudic.col.iiij. & Pariſius in rub. de pręſcription. colum.ij.contra Abb ibi. nec cauſa efficiens, niſi vt in ſuperioribus declaratum fuit.Sed quemadmodum diximus ſuprà, hęc non eſt propriè diffinitio, quæ eſt quidditatiua, & datur per genus & differentias, ſed eſt abuſiua, & diffinitio quid nominis,ſeu deſcriptio,* prout text.di cto §.ſtipulatio, declarat Alciat. in l.prima,in principio.colū.x.de verborum obliga.id quod etiam patet propter diſiunctiuam poſitam ibi. quæ vt dixi non eſt ponenda in diffinitione, ſed bene in deſcriptione. Nota etiā quòd licet (vt diximus) res poſſit diffiniri prout in rem deducit,melius tamen diffinitur prout eſt in eſſe deducta. vt in l prima. ff.de teſtam.& inſtit. de obligat.in princ. Bart.in l.prima. col.iij.de acquiren poſſeſ. Alciat.loco pręalleg. columna.ix.]

52 Alia † eſt diffinitio ab effectu reſultante ex re diffinita, in iure noſtro: vt patet inſtit. de oblig. & de acti.in prin. & eſt bonus tex. in l.j. ſuprà de accept. vbi Ange. & Imol. not.melior adhuc tex.in l.iij. ſuprà de vſucapio. Idq; admittunt etiam Philoſo.ſecundum Soci. in rub.ſuprà de conditio. & demonſt. & Pariſi. in rubr. de præſcriptio. col.iij. quicquid dixerit Barto. in l.prima. col.j.ſuprà de appellat. impugnando diffinitionem appellationis datam per Azo. per conſiderationem effectus: cùm diffinitio non ſit danda per exteriora.cauſa enim,inquit Bar. non debet diffiniri per effectū, ex quo cauſa differt à cauſato, vt mater à filio: & conſequenter talis diffinitio non eſſet conuertibilis.ſequitur Alciat. in tract. de eo quod intereſt colū. viij. Sed defendendo prædictam concluſionem,quòd ſit bona diffinitio ab effectu, vt probatur

batur in iuribus præalleg. Ad oppoſitum Bar. reſpon. poteſt, quòd procedit in effectu remoto, qui ex interuallo ſequitur, vt reſciſſio ſententiæ per aliam ſententiam poſt appellationem prolatam, tunc non eſſet bona diffinitio: quia non conuerteretur ſtatim cum diffinito: ſecus quando talis effectus immediatè ſequitur: quia tunc ſtatim conuertitur cum ſuo diffinito, nec eſt ſeparatus à re diffinita, imò habet cum illa correlationem, vt patet in iuribus præallega. & declarat Deci. in rub. de proba. col. v. Sed vt ex ſupradictis apparet, iſta non eſt propria diffinitio & quidditatiua: ſed eſt impropria & quid nominis ſeu deſcriptio, quam etiã Philoſophi admittunt non ſolùm per conſiderationem effectus, ſed per multas alias cauſas, vt in ſuperioribus deduximus. Et ideò Paul. de Caſt. in dicta l. prima de accept. dicit, quòd ibi ponitur potiùs effectus acceptilationis, quàm diffinitio. ſed poſſunt ſaluari Ange. & Imol. in diffinitione impropria, quæ, vt deductũ fuit, deſcriptio dicitur.

53 Fit etiam † diffinitio ſeu deſcriptio huiuſcemodi non ſolùm prout res eſt in actu & exercitio, ſed et prout eſt in potentia. l. imperium. vbi Aquen. in vltima col. ſuprà de iuriſdi. om. iudi.

Nunc opportunè diſcutiendum ſe offert problema propoſitum ab Vlpia in lege noſtra, an vera ſit propoſitio, & quæ ſit ratio, & hic videbimus, an & quomodò diffinitio debeat eſſe generalis & conuertibilis cum ſuo diffinito, & an, ad hoc vt diffinitio ſit bona ſufficiat illam adaptari ad regulam, & ad ea quæ communiter accidunt, licèt omnes caſus ſpeciales nõ comprehendat.

54 Quantum † ad primum quibuſdam Philoſophis propoſitio nõ videtur vera: quia ab ipſa ſequuntur multa incõuenientia, quæ faciliter non ſoluuntur. Primum inconueniens eſt, ſi omnis diffinitio in iure ſubuerti poteſt, ſequitur quòd ius ciuile nullo modo ſit ſcientia. probant conſequentiam, vbi non eſt vera & perfecta demonſtratio, quia medium in demonſtratione eſt diffinitio, vt dicit Philoſophus in ſecundo Poſteriorum, præſertim in tex. com. viij. vſque ad tex. x. & ideò omnes expoſitores ibi & in text. j. conuenerunt in hoc, quòd diffinitio ſit medium in demõſtratione. hoc etiam per Auer. in cõmen. magno primo Poſteriorum cõmen. xj. lvj. & lviij. & Themiſt. ſecundo Poſteriorum. cap. 31. Tunc vltra, vbi non eſt perfecta demonſtratio, ibi non eſt ſcientia. probant cõſequentiam: quia ſcientia eſt effectus demonſtratiõis, vt inqt Philoſophus primo Poſteriorum, tex. cõmen. v. ibi. dicimus, ſcire eſſe per demonſtrationem intelligere. & ſubiungit quòd demõſtratio eſt ſyllogiſmus faciens ſcire, ſed ſecundum Iuriſcõſult. in iure nulla eſt bona diffinitio: ergo ibi nec demonſtratio, nec ſcientia, quod eſt inconueniens. Præterea omnis propoſitio, in qua diffinitio prædicatur de diffinito, eſt per ſe, ergo eſt de omni: quia omne per ſe eſt de omni, ergo talis propoſitio habet vniuerſalitatẽ ſubiectorum

ctorum & temporũ,& ita eſt ſemper vera. ergo diffinitio non poteſt remoueri à diffinito, contra text. noſtrum dicentem, quòd poteſt ſubuerti. Hæc ratio colligitur tota à Philoſopho in j. Poſterio. & ab expoſitoribus à text. commen. vij. vſque ad text. xj. & Alber. magno in j. Poſter. tract. ij. cap. lxxj. vbi dicit, ꝙ iſta ꝓpoſitio, homo eſt animal, eſt ſemper vera, ſiue homo ſit, ſiue nõ ſit. Pręterea diffinitio & diffinitum conuertũtur & differunt ſolùm ſicut confuſum & diſtinctum: vt habetur in j. Phyſic. text. com. v. tunc arguunt ſic, qui ſubuertit diffinitionem omnem, ſubuertit & diffinitũ: ſed Iuriſcon. ſubuertit omnem diffinitionẽ: ergo ſubuertit omne diffinitum. & conſequenter cum ſcibilia ſint diffinita, quia de ipſis probãtur paſſiones per diffinitionem: ſequitur ꝙ tollãtur omnia ſcibilia & omnia media, & conſequenter ꝙ non ſint in iure aliqua ſcibilia, neque aliqua media ad ſciẽdum. Sed nos qui Iuriſconſul. tanquàm loco ſacro debemus ac præſtamus reuerentiá, hæc dicta non admittimus. Et eſt primò aduertendum, quia Iuriſcon. non dicit, quòd in iure noſtro nulla ſit bona diffinitio, imò ſunt multæ bonæ, & approbatę per ipſos Iuriſconſul. ſed dicit, quòd eſt periculoſa, & facilè ſubuertibilis.

55 Ratio † autem quare hoc ſit, haud facilè palpari poteſt. aliqui dicunt id eſſe, quia debet eſſe vniuerſalis & omnes caſus etiam ſpeciales cõprehẽdere, quod eſt difficillimum. ideò de facili ſubuertibilis: ſicuti dicimus de argu. à ſufficienti partium enumeratione, quod fragilè eſt: quia vna partium omiſſa, corruit. l. à patre furioſo ſuprà de his q ſunt ſui vel alien. iur. cũ ibi not.

* *Accurſ. hic intelligit l. hanc loqui
56 † non de diffinitione propriè ſumpta iuxta diffinitiones de qbus ſuprà, ſed de regula, quæ vt diffinitio breuiter tradenda eſt. l. j. ſuprà eod. nam verbum diffinitionis multis modis accipitur, vt per Albert. de Roſa in diction. ĩ verbo diffinitiuo. facit quod vulgò dicitur, legem intelligi debere ſecundum naturam titu. ſub quo ſituata eſt. l. imperator. cum ibi not. ſuprà de in diem addic. eo maximè quòd in tex. gręco eſt verbum canon, quod regulam ſignificat.

Sed communiter & in antiquis codicibus eſt verbum diffinitio.

Non eſt igitur recedẽdum à propria ſignificatione vocabuli. l. non aliter. de leg. iij. ] Et ad hunc text: poteſt reſpond. quòd Vlpian. hic regulam tradit circa diffinitionem quæ valdè neceſſaria eſt: cum omnis diſputatio debeat à diffinitione proficiſci, ſicque bene cõgruit titu: ſub quo ſita eſt, quod not. pro intellectu iſtius text. Malè etiam dicit gloſſ. hic ad fin. reſtringens lęgem ad regulas & diffinitiones huiuſſce titu cum loquatur generaliter de omni diffinitione in iure ciuili. Sed quamuis diffinitio reputetur periculoſa ſecundum gloſ. propter varias except. & fallen. quas regula patitur de cuius veritate latiùs infrà dicam. Alber. tamen hic, enumerans vltra gloſſ. quaſdam regulas, quæ exceptionem non patiun-

57 tur,reputat,hanc gloſſ.not.† dum
aduocatos admonet,vt ſicuti Bono
nien.Carrotio,ita ipſi regulis adhę
reant, quia ille dicitur rem certam
habere,qui pro ſe regulá tenet, niſi
aduerſarius fidem faciat de limita
tione, vt diximus in l j. ſuprà eod.
hinc eſt,ꝙ dicit Bald. in l.iij. C.fin.
regun.non eſſe à regula legis rece-
dendum,niſi per aliam legem.& la
tiùs ponit Aquen. in l. qui iuriſdi-
ctioni. ſuprà de iuriſd. omn. iudic.
Facit quod per gloſſ. hanc ſcribit
Dec.in l.ſingularia. colum.j. ſuprà
ſi cert. pet. ſed hic vt vides, in in-
tellectu l.noſtræ vacillat Deci.ipſe,
58 ſubiungés,† non videri rem ita pe-
riculoſam, diffinitionem huiuſce-
modi ſecundum legiſtas:quia ſatis
eſt eam conſtare ex genere & diffe-
rentijs, licèt quidditas & eſſentia
rei non exprimatur,vt à Philoſo.re
quiritur. Iſtud enim de directo re-
pugnat legi noſtrę,quę dicit pericu
loſam,in iurę ciuili. Aquen. in ſpe-
cul.feu.in titu.de feu.diffi.col.ij.di-
cit omnem diffinitionem eſſe peri-
culoſam, quia demonſtrare debet
diffinitum per genus & differétias,
diſcretum alienumq; à quocunq;
alio ſubiecto circa expreſſioné ali-
cuius qualitatis non ſubſtantialis,
vt in diffi.dotis.tradunt Bart.& alij
in rubr. ſuprà ſolut. mat. Et quic-
quid nõ eſt de forma diffinitionis,
egreditur ipſam diffinitioné. Bald.
in titu.quib.mod feu.amit. ad fin.
& Alexan.in apoſtil. ad Bart.in l.j.
ſuprà de legib. Et ipſa diffinitio à
nullo ſeparari poteſt. Bald. in cap.
ex parte M.col.fin.de appel. & Iaſ.
in rubr. ſuprà de acquiren. hæred.
col.j.hinc ét Cic.in Topicis vult dif
ficultatem finiendi oriri ex ſubtili-
tate,quæ circa propria ac differen-
59 tias verſatur.† Cogitaui aliquan-
do diffinitionem ideò periculoſam
& ſubuertibilem cenſeri, quòd dif-
ficillimũ ſit ponere diffinitionem
omnia comprehédentem etiam ſe-
cundum regulas iuris communis:
ſicuti in lege generali & communi
dicit Iuriſconſul. in l. neque leges.
& in l. non poſſunt. ſuprà de legib.
Et hoc triplici ratione contingit,vt
poſt gl.ibi declarant Bald. & Aqué.
videlicet ratione multiplicitatis re-
rum & negotiorũ, quæ plura ſunt
quam vocabula.l.iiij. ſuprà de prę-
ſcript. verb. fragilitatis intellectus
noſtri, qui de infinitis notitiam ha
bere non poteſt. l. ij. C. de vete. iu.
enuc.ac ratione accidentium:quia
propter diuerſitatem animorum,
neceſſe eſt vt infinita negotiorum
ſequatur diuerſitas : propterea dif-
ficillimum iudicetur ſub vna dif-
finitione omnia comprehendi.
* *Et ob id dixiſſe hic Iuriſconſul.pa
rum eſſe in Iure ciuili vt non ſub-
uertatur omnis diffinitio.ac ſi dice
ret,diffinitio de talibus actionibus
& negocijs eſt in vltimo gradu in-
certitudinis, ita vt parũ deſit, quin
ſubuerti poſſit : quum materia ſit
multũ contingés ac incerta,vt dixi.

Ex quibus patet hic legi debere
parũ vt eſt in antiquis Codicibus,
non rarum, vt legebat Budæus. Et
procedunt prædicta, vt ſcias etiam
in diffinitione ſpecifica ſiue ſpeciei
ſpecialiſſimę,quę licèt ſit magis cer
ta,propria & perfectior,intelligitur
tamen quãdo diffinitur ſpecies ip-

ſa,non autẽ quãdo ſingularia ipſa. omnis enim diffinitio eſt vniuerſalium,& nulla eſt ſingularium,ſecũdum philoſo.niſi per accidẽs: quia de ſingularibus non habetur ſcientia,primo Poſter.niſi per accidens: & conſequenter neq; diffinitio. Et in hac diffinitione ſpecifica danda per quid rei procedit etiam regula l.noſtræ per prædicta.

Pro cuius rei intelligentia & ornamento l.noſtræ ſciendũ eſt, ſciẽtiam habere certitudinem ex ſubiecto de quo eſt & modo demõſtrandi.primo de anima tex.primo, & l. quinta.§. conuentionales de verb. obl.ibi, & pẽdet ex negotio contracto.vnde metaphyſica ſecũdum ſe eſt certiſſima: quia eſt omnino de immobilibus, quum ſequitur methema. quæ eſt certa & ſecundum ſe & quo ad nos quia eſt de quanto & abſtrahit à motu & materia ſenſibili,& propoſitiones in eis ſunt veræ vt in pluribus, ſed moralis philoſophia & æthica eſt de moribus, & virtutibus quę ſiue habeant,eſſe in ratione, & in voluntate ſiue in appetitu ſenſitiuo,quum dependeant à libero arbitrio ſ acquiri (vt aiũt) & poſſideri,incertitudinem magnã etiam inſtabilitatem habere videntur:quum voluntas & ratio ad oppoſita viam habeant in his moribus & virtutibus quæ ordinantur ad finem. Quia etiam medium in virtutibus difficillime inuenitur, niſi ſecundum quod ſapientes iudicant quorum diuerſum poteſt eſſe iudicium.horum leges ciuiles quæ circa negocia extrĩſeca & actiones humanas ſunt: adhuc oĩbus prædictis minorem de ſe certitudinẽ habent. quia in his vniuerſalia eſſe habent in ſingularibus: quæ depẽdent à libero arbitrio etiam à ratione practica. Iccirco incerta multũ ſunt ac contingentia,propterea de iſtis vniuerſalibus ſciẽtia plurimorum incerta eſt. Et propterea diligẽter not.eſt,quicquid ſenſerit hic Deci. & ſæpe alibi Doctor. Quod lex
60 † noſtra loquiť de diffinitione propria & quidditatiua, quæ nõ datur per effectus, nec per extrinſeca, ſed per eſſentialia diffinito, & maximè per cauſas intrinſecas, vt per materiam & formam, ac per genus & differentias, vt ſuprà dictum eſt. Hæc eſt quam Iuriſconſul. hic in iure periculoſam dicit, & ſubuertibilem,etiam intelligẽdo de diffinitione ſpecifica, per rationes prædictas. Secus eſt in diffinitione quid nominis, ſiue in deſcriptione, qua vt diximus,vſi ꝓpterea fuere Iuriſconſul. vt in pluribus,vt patet ex infinitis legibus tractantibus de huiuſcemodi materia. Hanc aſſignare & tradere non eſt ita periculoſum nec ſubuerſioni obuium,cũ multifariam multiſq; modis dari iuridicè poſſit per effectus,ꝑ proprias operationes vel accidentia extrinſeca aut cõſequẽtia rem, per cauſas materialem, formalem, efficientem,& finalem, vt in ſuperioribus demonſtratum fuit.nec corruat,licèt omittatur aliquis caſus de raro contingentibus,vt latè infrà dicemus. Ita ꝙ huiuſmodi diffinitio ſeu deſcriptio, non eſt ita difficilis & periculoſa,ex quo ſequiť de ea non loqui legẽ nr̃am. Vnde nimirũ ſi Iuriſcõ.

vt in pluris huiuſcemodi deſcriptio
nibus vſi ſint, quæ dicuntur diſ-
finitiones quid nominis ſeu impro
priè & abuſiue, & ab eis vt pluri-
mùm inchoant doctrinas: vt pa-
tet ex l. j. ſuprà ſi certum pet. l. j. de
acquiren. poſ. & de furt. cum ſimili.
61 cum † omnis bona diſputatio de-
beat à diffini. proficiſci, vt intelliga
tur quid eſt id de quo diſputat, ſe-
cundum Cicer officiorum primo.
aliter enim in errorem labi neceſſe
eſt, vt apud Platonem inquit Socra
tes. Quod intelligas de diffinitione
quid nominis, non de diffinitione
quod rei & quidditatiua, quę quã-
doquè inueſtigatur iu ipſa ſciẽtia,
vt patet in ij. de anima, quemadmo
dum in ſuperioribus demõſtratum
fuit. Et id plerunquè ſimiliter fecè-
re Iuriſconſul. vt in tit. de pecul. de
dolo, de verb obli. & alijs pluribus.
Et ſi etiam ab ea doctrinas incepe-
rint: vt in l. j. ſuprà de teſta. & de vſu
fruc. in l. j. cum ſimilibus.

Aduertendum tamen diligen-
62 tius eſt, ꝙ † omnis diffinitio eſt vni
uerſaliũ, & nulla eſt ſingularium,
ſecundum Philoſo. niſi per accidẽs:
quia de ſingularibus non habetur
ſcientia, primo Poſter. niſi per ac-
cidens, & conſequenter neque diſ-
finitio. Id ergo quod dicitur diffi-
nitionem ſpeciei ſpecialiſſimę per-
fectiorem eſſe, intelligitur quando
diffinitur ſpecies ipſa, non autem
quando ſingularia. Et in hac diffi-
nitione ſpecifica per quid rei dãda,
militat etiam quod hic ait Iuriſcõ.
periculoſam eam eſſe in iure ciui-
li, & parum deeſſe, vt nõ poſſit ſub-
uerti, quicquid ſuperiùs dictũ fue-
rit. Ad cuius quidem rei declaratio
nem & intelligẽtiam ſciendum eſt
vt dicebat Reueren. Dom. Richar.
Vercellenſ. de quo ſuprà memini-
mus. Quod ſcientia habet certitu-
dinẽ ex ſubiecto de quo eſt, & mo-
do demonſtrandi, primò de Ani-
ma, text. j. vnde Metaphyſica ſecun
dũ ſe eſt certiſſima, quia eſt omni-
nò de immobilibus. Quam ſequi-
tur Mathematica, quæ eſt certa &
ſecundum ſe & quò ad nos, quia
eſt de quanto & abſtrahit à motu
& materia ſenſibili ſecundum co-
gnitionem, licèt non ſecũdum eſſe.
Poſt quam ſequitur Phyſica, quæ
eſt de mobilibus, & de his quæ ha-
bent eſſe in materia ſenſibili, & pro
poſitiones in eis ſunt verę, vt in plu
ribus. Sed moralis Philoſophia &
ethica eſt de virtutibus & moribus,
quæ ſiue habeant eſſe in ratione &
in voluntate, ſiue in appetitu ſen-
ſitiuo, cum dependeant à libero ar-
bitrio in acquiri (vt aiunt) & poſſi
deri in certitudinem magnam &
inſtabilitatẽ habere videntur, tùm
voluntas & ratio ad oppoſita viam
habeant in his moribus, & virtu-
tibus, quæ ordinantur ad finem.
etiam quia medium in virtutibus
difficillimè inuenitur, niſi ſecun-
dum quod ſapientes indicant, quo
rum diuerſum poteſt eſſe iudiciũ.
Verùm leges ciuiles quæ circa ne-
gotia extrinſeca & actiones humã-
nas ſunt, adhuc omnibus iſtis mi-
norem de ſe certitudinem habent,
& licèt dentur in vniuerſali, in in-
tellectu habent eſſe materiale &
perpetuum, tamen quia talia vni-
uerſalia habent eſſe in ſingulari-
bus

bus quæ dependent à libero arbitrio & à ratione prædicta. Incerta multum ſunt & cõtingentia : ideò ſciẽtia de iſtis vniuerſalibus ẽ multum incerta, ac per hoc Iuriſcon. hic totus Philoſophia plenus dixit, Parum eſſe in iure ciuili vt nõ ſubuerti poſſit, ac ſi diceret diffinitio & ſcientia de talibus actionibus & negotiis eſt in vltimo gradu incertitudinis, ita vt parum deſit quin poſſit ſubuerti, licèt re vera ſubuerti non poſſit, quia eſt de vniuerſalibus, quæ habent eſſe perpetuũ, licèt eſſe habeant in materia multùm cõtingenti & incerta, vt dictũ eſt. Faciunt quæ diximus ſuprà referendo Bald. & Aquen. in l. neque leges. & in l. nõ poſſunt. Ex quibus patet in text. huiuſce legis omnis diffinitio, debere eſſe parum, nõ autem rarùm, vt legebat Budęus.

63 Videamus nũc † vtrum ad hoc, vt diffinitio bona ſit, oporteat vt cõprehendat omnes caſus etiam ſpeciales; vel ſufficiat diffinitionẽ adaptari ad regulam & ad cõmuniter accidentia. Articulus ſubtilis eſt & malè intellectus. Communis opinio eſt ſatis eſſe diffinitionem ad regulam & communiter accidentia adaptari: ita tenuit glo. & Alber. de Roſa. hic Abb. Aret. & Dec. in rubr. de iudi. Alexan. in rub. ſolu. matri. colum. v. Salic. in l. precibus. col. ij. C. de impub. & aliis ſubſtitu. dum appellat miſeros Canoniſtas, qui ad tollendum conſequentiam dicunt ſufficere dare inſtantiam, per glo. in ca. ſicut vrgeri. j. quęſtione. j. quandoquidem à communi regula non ſit propter ſpecialem caſum recedendum, neque mereatur reprehendi qui ſecundum regulã loquitur. l. ij. ſuprà ſi quis in ius vocat. non ierit. latè not. in l. prima, ſuprà eodem. Eandem opinionem ſequitur Alexan. in rub. ſoluto matrimonio. colum. v. Areti. in l. prima, col. finali. ſuprà de teſta. Bald. Nouel. in tracta. dot colum. ij. Dec. & Mode. in l. prima. & in l. imperium. ſuprà de iuriſdictione omnium iudic. & Curt. in rubr. C. de impub. & aliis ſubſtitu. & in l. vnica. colum. ij. C. de ſent. quę pro eo. * & in l. prima, colum. v. de iuriſdictione omnium iudi. dicens communem. idem tenent Polit. in tract. ſubſtit. colũ. vj. & Moder. Taur. in l. imperium. col. iiij. & vj. eo tit. ſuprà. de iuriſdict.] Et iſta opinio pluribus probatur rationibus. Primò quia ad tollẽdum conſequentiam nõ ſufficit dare inſtantiam, vt dixi, & declarant pulchrè Iaſ. & alij in l. creditori. ſuprà de noui operis nunciat. & Dec. in ca. tranſlato. colum. ij. in ſecunda lect. de conſtitu. Secundò, quia vt etiam diximus, ſatis eſt ſecundum regulam loqui ac communiter accidentia. Nam vt etiã inquit Dec. in dicta rub. de iudi. colum. iiij. in caſibus à regula deuiantibus aliæ videntur eſſe differentiæ, quæ caſus illos ſpeciales reſpiciunt, & nequeunt verificari in caſibus ſecundum regulã procedẽtibus. Et ideò dicit ipſe vna diffinitio non poteſt eſſe generalis, vt omnes caſus ſecũdum regulam & contra complectatur. ſufficit ergo vt ad regulam adaptetur. Tertiò probat per id quod dicimus de lege communi, quæ generalis

neralis eſſe debet.l.prima, & ſecunda.ſuprà de legib.ca.erit autẽ.quarta diſtinct. Et tamen ſufficit eã adaptari ad ea quæ frequenter & communiter eueniunt, licet non comprehendat ea quæ perrarò accidãt, & ſic caſus ſpeciales.l.nam ad ea.& l.neque leges. ſuprà de legibus, & declarat pulchrè Cardin. Alexan. in ca. omnes leges. colum. penult. in prima diſtin.decret.

Quartò, quia ſecundum ius noſtrum eſſentia & forma ſubſtantialis rei cõſideratur ſecundũ id quod ineſt ipſi rei regulariter, vt in pluribus.caſus eſt cum glo. in l.ſuus. in §.puto.ſuprà de hẹredi.inſti. ſecundum Are.in l.prima.colum.fi. de teſtamen.Quintò per vulg.§.dolum. licèt allegetur in oppoſitũ per ſcribentes, & malè, vt infra dicam. ibi enim diffinitio doli data per Labeonem approbatur, quãuis non adaptetur ad dolum bonum, qui rarò accidit: ergo &c. Sextò & vltimò per locum ab abſurdo euitãdo: iuxta l.nam abſurdum. ſuprà de bon. liber. ſi enim aliter diceremus, ſequeretur non eſſe bonam diffinitionem hominis, quòd eſt animal rationale & mortale. cùm aliqui ſine ratione reperiantur, & etiã mente capti: ſecundum Bald. Nouel. in tract.dot. fol.3.col.iij. videtur ergo ſatis eſſe, quòd diffinitio ad regulã & communiter accidentia.

Sed contrariam opinionẽ, quòd ad hoc vt diffinitio ſit bona, neceſſariò comprehendere debeat omnes caſus etiam ſpeciales, raroq; cõtingentes, tenuit primò glo.in l.prima.ſuprà de vſufru. Card. & Imol. in rubr.de iudic. vt ibi in iij.col.refert.Dec.Ange.in rub. ſoluto matr. reprehendens propterea diffinitionem dotis datam per Barto. quòd ſit ius quoddã in ſe cõtinens quod à muliere vel eius patre marito vel eius patri traditum eſt, vel pro tradito habitum, propter onera matrimonij ſubſtinenda. quoniam etiã ſi maritus onera aliquando non oportet, vt quia mulier virũ habeat iuuenem & pulchrum cum quo cõuenit, vt ſe ipſam alere teneatur, dos tamen dicitur. Sequitur Campeg.in tract.de dote.colum.j.Iaſ.in rubr.ſoluto matr.col.v. in prima lectu.& Parpal.in rubr. ſuprà de vulga.eo. quòd ſi ad communiter accidentia ſatis eſſet diffinitionem adaptari, non eſſet adeò periculoſa & ſubuertibilis: vt hic dicitur, ſecundum eos. Eandem opinionem tenuit Alexan. in rub.C. de iudic.reprehendens propterea diffinitionẽ iudicij datã à docto. quòd ſit actus trium perſonarum in iudicio contendentium, quia non comprehendebat iudiciũ inquiſitionis, in quo non interueniunt tres perſonæ, licèt caſus iſte iudicij inquiſitionis non ſit de contingentibus communiter. Idem voluit Barbat. in dicta rubr.de iudic.& Ripa ibi in vij.col. per dicto §. dolũ. vbi impugnatur diffinitio doli per Sulpi. data, quia non comprehendebat dolum bonum: & tamen à communiter accidentibus dolus eſt malus. quamuis Ripa ibi glo.legis noſtræ non intellexerit. vult enim contrarium eius, quod ipſe dicit, quòd ſufficiat videlicet diffinire ſecundum regulam,

et

& inhęrendū ſit regulæ, vt Bonoñ. inhęrēt Carrocio prout melius hāc gloſſ. intellexit Alber. de Roſa. hic, & Alexan. in rub. ſoluto matrimo. colum. v. Prædictam ſententiam ſequitur Alciat. lib. vj. Paradox. ca. ix. Roch. Curt. in rubr. de conſuetudine, colum. 4. ſecuti etiam ſunt hanc partem Moder. Taur. in l. ij. in §. creditum. columna finali. ſuprà ſi certum peta. & Pariſius in rubr. de pręſcriptio. per dictū §. dolum. vbi ſecundum eos reprobatur diffinitio doli data per Sulp. eo quòd non cōprehenderet dolum bonum, qui tamen rariſſimè reperitur: prout etiam dixit Ripa & Moder. omnes errantes in intelligentia text. præallega. §. dolum. vt infrà oſtēdam. Pro iſta opinione adducuntur plura fundamenta per ſcribñ. præallegat. In primis, cui non competit qđ in diffinitione continetur, nec diffinitum. l. Quintus. §. cui aurum. ff. de auro & argento legat. quem tex. cum. §. dolum. ad idem in effectu citauit hic Dec. quòd diffinitio debet conuerti cum ſuo diffinito, & econtrariò, aliàs nō ſit bona, vt ibi. Et concordant Philoſophus ſuprà & infrà allega. ſi caſus ſpeciales nō comprehendat, in diffinitionē non incidunt, & ſic diffinitio non adaptatur, ergo nec diffinitum, & tamen diffinitum cadit: vnde oporteret caſus illos ſpeciales īproprios eſſe dicere. Secundò attentā communi opinione, quòd caſus speciales non comprehendantur in diffinitione, oporteret dicere, quòd iudicium inquiſitionis in quo actor non interuenit, nō eſſet iudicium, cùm non ſit actus trium perſonarum in iudicio contendentium, & ſic non comprehendatur in diffinitio iudicij per docto. data. Tertiò pariter dos in qua onera matrimonij non ſuſtinētur, pacto puta conuento ſic ſtante non eſſet dos, cùm non comprehendatur in diffinitione dotis, quæ datur propter onera matrimonij, prout in eius diffinitione dicitur per Barto. & doctores in rubrica ſoluto matrimonio, quę abſurdum foret dicere. Quartò quia ſi ſatis foret generaliter diffinire, non eſſet tanta difficultas in terminanda regula, nec ſubuertibilis diffinitio: vt hic dicitur. Quintò per dictū §. dolum. vbi Vlpianus diffinitionem doli datam per Sulp. reprobat eo quòd & ſine ſimulatione dolus adhiberi poſſit, & tamen vera eſt generaliter, cum citra ſimulationē rarò dolus inducatur: quia tamē & ſine ſimulatione id agi aliquando poteſt, Vlpia. Labeonis diffinitionem magis veram probat.

Sextò & vltimò per ea quæ ſcribit gloſſ. in l. prima. ſuprà de vſufruct. quòd ſi cautio eſſet in diffinitione vſusfructus: non poſſet abſque ea vſusfructus dari. ergo patet omnia quæ in diffinitione dicuntur requiri, vt res nomē ſuum habeat, & ſpeciales caſus comprehendi. His accedat quòd, vt inquit Philoſophus in ſexto Topicorum, ſi quid ampliùs aut minùs quàm oportet in diffinitione dicatur, interimitur diffinitio. deficiētes igitur diffinitiones rem faciunt ſuperabundare, ſuperabundantes verò deficere.

Et retenta hac opinione contra

 cōmu-

communem retenta reſponderi poteſt ad ſuprà in oppoſitum pro cõmuni allegata, quòd licèt ad tollendum conſequentiam non ſufficiat dare inſtantiam, & reprehẽdendus non ſit qui ſecundum regulam loquitur, ſufficiat legem adaptari ad communiter accidẽtia, vt in tribus primis argu. pro hac opinione adductis dicebatur, tamen ſecùs eſt in diffinitionibus quæ debent eſſe generales, & omnia comprehendere, vt dictùm eſt. nihilq; in diffinitione ſecũdum Philoſophos omittendũ eſt, ex ſeparatis ergo vt ſunt prędicta, malè infertur ad diffinitionẽ. l. Papi. exuli. ſuprà de minor. l. fina. ſuprà de calum. Ad quartum de §. 64 puto: † cum glo. reſpon. quòd nõ loquitur ibi Iuriſconſult. propriè de diffinitione, de qua hic agimus, ſed de regula prout ibi glo. prima declarat: ideò non obſtat quicquid dixerit Aretin. & hoc verum ſit, ꝙ ibi non ponatur diffinitio propriè per illa verba quę ibi ſolùm ponuntur. facti poteſtas eſt vtrum in poteſtate fuerit conditio vel non manifeſtè patet: quia non ponit eſſentialia rei diffinitæ, neq; conſtat ex genere & differentiis, ad minùs duabus, vt ſuprà dictum eſt: ergo & c. Ad quintum reſpon. quòd vt infrà latè declarauimus, diffinitio ibi poſita eſt de dolo malo tantum, & omnia comprehendit quæ cadunt ſub illa ſpecie doli ibi diffiniti. Ad ſextum & vltimum quod fuit funda- 65 mentum. Bald. Nouel. de † homine mẽte capto vel ſine ratione, qui nõ cadit ſub diffinitione hominis; & tamen non propterea infringit. Reſpon. quòd illa diffinitio adaptatur proprio homini, id eſt, qui homo eſt nomine & re: & ſic diffinit homo inquãtum eſt homo, ſed iſti de quibus opponitur, non ſunt homines niſi nomine, vt declarat Cic. in libro de Offic. & Abb. in dicto ca. finali §. j. circa fin. de offic. delegat. facit tex. in ca. multi. xl. diſtin. vbi dicit, quòd multi ſunt ſacerdotes & pauci ſacerdotes, & quòd ſolũ nomen ſacerdotis non facit verum ſacerdotem, niſi opera conuenientia iungantur. Et ſic reſoluta ſunt quæ pro communi adducũtur. Et tamẽ parum etiã videntur ſtringere quæ contra communem pro contraria parte adducta fuere.

Et ante reliqua primum & quintum ex ſuprà ſcriptis fundamentis 66 quòd † diffinitio debeat eſſe generalis omnes caſus etiam ſpeciales & rarò contingẽtes comprehendens, ac cum ſuo diffinito conuertibilis, aliàs non ſit bona. dicto §. dolum. vbi ſecundum prædictos ſcribentes diffinitio doli data p Sulpi. ꝙ eſſet machinatio quædã alterius decipiendi cauſa, cum aliud agitur aliud ſimulatur, improbatur p Labeonem cui aſſentit Vlpia. Primò qa diffinitio nõ eſt generalis, cũ & ſine ſimulatione poſſit cõmitti dolus, vt ibi dicitur, vel vt dicunt Philoſophi ſubtiliùs in hac materia ſpeculãtes: quia diffinitum in plus ſe habet quàm partes diffinientes: nam non omnis dolus fit ſimulatione, ſed fortè circunuenit aliquis vi: quia putabat inimicùm ingredi per oſtium, & aſcendit per murum. Secũdò improbatur diffinitio doli

mali

mali data per Sulpi. quia nō eſt cōuertibilis, vt ibi probatur. Vel quia vt dicunt Philoſo. partes diffinitionis competunt alij à diffinito. non enim omnis ſimulatio fit ad decipiendum, ſed ad deridendum aliquando, vel ad ſeruandum ſua vel aliena, & iſte eſt dolus bonus cōtra hoſtem puta, vel latronē, vt ibi ſubiicit Iuriſconſultus. Et ſic partes prædictę diffinitionis doli mali per Sulpi. traditæ competunt alij à diffinito dolo, videlicet contra hoſtē vel latronem adhibito, qui tamen non eſt dolus malus, ſed bonus & permiſſus. Ad hęc reſpon. ꝙ diffinitio Sulpi. fuit bona, & eā in ſpecie ſequitur Cicer. lib. iij. Officiorum. Et Vlpia. met. in l. Iuriſgentium. in §. dolo malo. ſuprà de pact. vbi tamen Pedio Iuriſcōſulto illam attribuit. Et pro declaratione & ad euidentiam ſciendum eſt, ꝙ dolus dupliciter capi poteſt. Primò in genere, & continet ſub ſe plures ſpecies. nā aliud eſt dolus bonus, alius eſt dolus malus, ali⁹ dolus verus & manifeſtus, alius dolus præſumptus. Bart in l. quod Nerua. col. ij. ſuprà depoſi. Curt. iunior in conſi. liij. & cxlj. In genere ergo & communiter ſumendo cōtinet tam bonum quā malum, & accipitur in vtranq; partem, & pro quacunq; deceptione & pro ſolertia & caliditate, quæ contra hoſtem adhibetur: vt in dict. l. j. Et apud Terentium in Eunuch ibi Iam tunc erat ſuſpicio dolo malo. hęc fieri omnia notāter dicitur dolo malo ad ſignificādum eſſe quendam dolum bonum. Paulus ad Corint. ij. ca. xij. dolo vos cępi. Aliquando dolus propriè accipitur. & tunc capitur in malam partem, vt cōmuniter & in pluribus, quemadmodū etiam vult Iuriſconſult. in d. l. j. in verſic. non fuit contentus. hinc etiā Plau. in capti. nam doli nō ſunt doli niſi actu colas. ſicque diffinitur à Sulp. dolus malus, vt verba ſua oſtēdunt. Tunc reſpondetur ad primā rationem ꝙ licèt dolus in genere & impropriè ſumptus ac pro quacūq; deceptione, vt in exemplo dato in plus ſe habeat q̄ diffinitio p Sulpi. data, nō tamen dolus propriè ſumptus: id eſt dolus malus quē Sulpi. diffinire intendebat, ſed cōuertitur cū eius diffinito: illud ergo de quo ſuprà potius vis eſt quā dolus malus propriè ſumptus. Ad ſecundum dicendum, ꝙ argu. concludit oppo-

67 ſitū: quia † licèt ſimulatio in plus ſe habeat quā dolus, non ſequitur ergo diffinitio mala: quia vt dicit in 2. Poſte. tex. xvij. & S. Tho. lec. 13. ſingula quæ ponūtur in diffinitione in plus ſe habent q̄ diffinitum, & omnia ſimul ſumpta conuertuntur cum diffinito, vt patet in diffinitione hominis, qui diffinitur, ꝙ eſt ſubſtantia animata, ſenſibilis rationalis, mortalis, quæ ſingula in plus ſe habent quā homo, omnia tamē ſimul ſumpta conuertuntur cū homine: quia omnis ſubſtantia animata ſenſibilis rationalis, mortalis eſt homo, & econuerſò. In propoſito licèt ſimulatio in plus ſe habeat q̄ dolus: tamen non ſequitur, ergo diffinitio mala, ſed ſequitur oppoſitum: quia vt dicit Philo. & Boet. ſuper Porphy. & S. Tho. in 2. Poſter. lect. 13. oportet ꝙ ſingulæ partes in plus

plus ſe habeant, & quòd omnes ſimul ſumptæ cum diffinito conuer-
✱ tantur. *ex quo patet, diffinitionẽ dari debere coniunctim nõ diſiunctim vel cum alternatiua; vt ſępe doct. noſtri faciunt & malè: quum requiratur omnia poſita in diffinitione ſimul ſumi, & cum diffinito conuerti: & ſic omnium conuerſus: alterum ergo non ſufficit eſſe verum prout in alternatiuis contigit. Idq; probant omnes diffinitiones iuris conſultorum & imperatorum, vt in l. prima. ff. de teſtam. in l. tertia. §. primo. de bonorum poſſ. inſtit. de actio. & de obliga in prin. patet in omnibus diffinitionibus Philoſophorum & Theologorum. animal dicunt, eſt ſubſtantia animata ſenſibilis, homo eſt animal ratione mortale. philoſophia, vt inquit Plato, eſt cognitio rerum diuinarum atq; humanarum. anima, vt inquit Philoſophus in ſecundo de Anima. eſt prima perfectio animalis organici, & in infinitis aliis, non ponunt præfati in diffinitione ſi, niſi, aut, vel, præter. In deſcriptionibus per quas quo quo modo ſufficit rem (vt dixi) demõſtrari. bene iuriſconſulti vtuntur alternatiuis, vt in l. prima. ff. de pact. in l. quinta. in §. ſtipulatio. de verborum obligationibus, vt dixi ſuprà: patet etiã in l. tertia ſuprà de vſucap. in l. prima. de re iudi. in l. prima. de furt. & in l. actionum genera. §. primo. ſuprà de act. & oblig.]

Plus dicebat Philoſophorum doctiſſim. dominus Richardus noſter
68 Vercel. quòd † diffinitio doli data per Sulpi. melior eſt altera per Labeonem data, & ab Vlpia. probata, propter duo: tum quia in rebus nominandis vſum ſequi debemus, vt inquit Philoſophus in ſecundo Topicorum, ca. 6. & S. Thomas in prologo contra gentiles. ſed & ſi apud veteres dolus acciperetur communiter pro omni exceptione bona & mala, & cum intentione fallendi & ſine: vſus tamen inoleuit & inualuit vt propriè accipiatur ſecũdum diffinitionem datam à Sulpi. & eſt modò magis in vſu. Secundò quia concluſio & diffinitio ſpecifica eſt pfectior & magis determinata quã alicuius generis. nã ſuperiora ſunt magis confuſa in potentia & indiſtincta: ſed ſpecies eſt magis determinata in actu & diſtincta, & intellectus noſter procedit à confuſis ad diſtincta, à potentia ad actum, ab vniuerſalibus ad ſpecies ſpecialiſſimas, vt dicit Philoſophus in primo Phyſicorum, tex. com. 4. Et propter hoc diffinitio ſpeciei ſpecialiſſimæ eſt magis propria & certa. ideò dixit Ariſto. in ſeptimo Meta. tex. xiij. quòd ſola ſpecies diffinitur. quæcunq; enim diffiniuntur per ſuperiora diffiniuntur, ergo omne diffinitum habet rationem ſpeciei vel eſt ſpecies. Et quia diffinitio Sulpi. eſt ſpecifica, ſequitur quòd eſt optima. Sed ſaluando diffinitionem Labeo. per Vlpianum approbata reſpon. quòd prædicta procederent quando ipſi diffinirent dolum in genere, vt ſentiebat Excellẽtiſſimus ille pater, ſed ipſi diffiniunt ſimiliter dolum malum ſicq; in ſpecie, vt
✱ etiã faciebat Sulpitius. * diffinitionem vero doli in genere, ſiue deſcriptionem,

ptionē, vide ſuprà in l. nihil dolo.]

Rurſus diligenter aduertendum eſt: quia ſecunda diffinitio doli mali approbata per Vlpia. diffinitionē verò ſeu deſcriptionem doli in genere poſuit. l. nihil dolo. ſuprà eodem, videtur laborare eodem morbo quo ipſi diffinitionē Sulp. damnabant: quia non eſt conuertibilis cum diffinito. Probo conſequentiam: diffinientes ipſi dolum malū dicunt, eſſe omnem calliditatē fallaciam, machinationem ad circunueniendum, fallendum, decipiendum alterum adhibita. * quæ verba declaranda ſunt, vt dixi in l. fraudis, ſuprà eodem.] ſi calliditas, falla cia & machinatio ad circunueniendum, fallendum, decipiendum latronem vel hoſtem adhibita competit diffinitioni prędictę, in eamq; incidit, & tamen non eſt dolus malus, ſed bonus & licitus: vt ibi dicitur, & conſequenter non eſt cōuertibilis cum diffinito: quia hic competit diffinitio, non tamen diffinitum, cum non ſit dolus malus, ſed bonus, ergo diffinitio mala.

Ego dico & nunc, diuina ſuffragante gratia, declaro textum hactenùs malè per docto. intellectum in dicto §. dolum. quòd ibi Vlpianus loquitur cum magno miniſterio dicendo ſolùm, diffinitio Labeonis vera eſt: approbant enim diffinitionem Labeonis de dolo malo, non autem oppoſitiones, rationes & cōfutationes factas per Labeonem cōtra diffinitionem Sulpi. Et ſic non approbat arg. Labeonis, quòd ſine dolo malo aliud poſſet agi, aliud ſimulari, vt quando contra latronem vel hoſtem committeretur dolus, qui bonus reputatur & nō malus. nā ſi hoc feciſſet Vlpia. pariformiter ſubuerti poſſet Labeonis diffinitio, vt dixi. Prædicatur enim diffinitio de ſolo diffinito, & de omni contento ſub diffinito. Et illa diffinitio quæ eſt alicuius valdè communis diffiniti analogi, cōprehendit omnes caſus ſub illo communi contentos per ſe. Sed illa diffinitio quæ eſt alicuius in ſpecie non debet comprehēdere omnes caſus in genere: alioqui diffinitio competeret aliis à diffinito, & ita non conuerteretur cum diffinito, quod eſt contra iura prælleg. & contra Philoſophū in ſecundo Poſteriorum, tex. commen. 17. nam diffinitio doli mali & ſic ī ſpecie & propriè ſumpti non debet comprehendere omnes caſus doli cōmuniter ſumpti, alioqui falſa eſſet: quia competeret alii à diffinito. non enim poteſt eſſe quòd diffinitio hominis competat omni animali, ſed ſoli homini, vt etiam in ſuperioribus tetigimus referendo Ariſtotelē Porphy. Boet. & Sanctū Thomam. In propoſito noſtro cùm diſputatio & diffinitio eſſet de dolo malo, ſi dolum bonum comprehendiſſet, egreſſa fuiſſet materiam & terminum diffinitum, & conſequēter falſa fuiſſet. Vides igitur erraſſe Mode. Taur. Ripam, Pariſium prælleg. & cōmuniter ſcribentes ad id ſemper allegantes dictū §. dolum, et affirmantes Vlpia. reprobare diffinitionem Sulp. tanquam non comprehendentem dolum bonum, qui perrarò cadit. Sed ratio quæ magis mouit Vlpia. ad probandū

probandum diffinitionem Labeonis fuit prima, quòd & ſine ſimulatione id agi poteſt, vt quis circũueniatur, ideò probauit diffinitionẽ Labeonis, quæ oppoſitionem prædictã non patiebatur. nec caſus iſte eſt de rarò contingentibus, vt dicebat Alciat. imò frequenter contingit, ideò comprehendi debebat in diffinitione. Iſta eſt melior conſideratio quæ pro diffinitione ab Vlpia. contra Sulpi. probata fieri poſſit. Et ſi defendendo diffinitionem Sulpi. dicere poſſimus, vt in ſuperioribus ſcripſimus, quòd licèt dolus in genere & impropriè ſumptus in plus ſe habeat, quàm diffinitio per Sulpi. data, non tamen dolus malus propriè ſumptus, de quo intendebat Sulpi. ſed conuertitur cũ diffinitione quã ipſe dedit. Et proptereà fortè ſubobſcurè Vlpia. ibi loquens, licèt amplectatur diffinitionem Labeonis vt veram, non tamẽ reprobat diffinitionem Sulpi. quã vt dixi, ſecutus eſt ipſe Vlpia. in l. iuriſgentium. in §. dolo malo. ſuprà de pact. vnde dixit, Labeonis diffinitio vera eſt: ſed nõ ſequitur neceſſariò, ergo alia falſa: cum ſit alibi per eundem Vlpia. approbata in dicto §. dolo. Et habemus not. regulam,

69 quòd † ſpecialis incluſio non excludit illud, quod ex alio capite includit: vt per Salic. in l. de crimine. in ij. oppoſi. C. de accuſationibus, & Dec. in conſilio cx. col. ij. & conſil. cxc. columnà. iiij. Et ſi pertinaciter inſtaretur, quòd imò Vlpia. illam damnauerit approbando & ſequẽdo diffinit. Labeonis, citra præiudicium veritatis adhuc reſpon. vt dixi, id ſe ciſſe: quia caſus per Sulpi. de dolo abſque ſimulatione omiſſus non erat de rarò contingentibus, ſed frequens.

70 Ad ſecundum argumen. de † iudicio inquiſitionis, multipliciter reſponderi poteſt, vt per Deciũ in rubrica de iudic. col. iiij. vel per Ripã ibi colum. vj. Ego dico, quòd diffinitio iudicij in oppoſitum relata non eſt propria diffinitio, quid rei, ſiue quidditatiua, quicquid ibi dicat Dec. ſed eſt abuſiua diffinitio, ſeu magis deſcriptio per accidentia & extrinſeca, vt verba ſonant: ideò à fortiori arguendo ſatis eſt, quòd fiat à cõmuniter accidentibus, prout etiam in deſcriptione. l. vt ſuprà. de legib'. l. j. maximè quia iudiciũ inquiſitionis eſt extraordinarium, vt latè per Ripam in dicta rubrica, de iudic. diffinitio autẽ eſt de ordinario: cum omnis diſpoſitio intelligatur de actu ordinario, nõ de extraordinario. l. Seia. in §. medico. ſuprà de ann. lega. Soci. in l. de diuiſione. col. ij. ſuprà ſoluto matrimo. Felin. in ca. ſedes. col. iij. de reſcript. latiùs ſcripſi in rub. ſi quis ius dicenti non obtemp.

71 Ad tertium † de dote reſpon. bonam eſſe diffinitionẽ illam dotis, attenta natura dotis, & prout communiter conſtituitur: & caſus de quo opponitur eſt extraneus, inſolitus & de rariſſimè contingẽtibus: ideò non infringitur diffinitio per prædicta: vt per Alex in rub. ſoluto matr. col. v. vbi latiùs Ripa oſtẽdit onera matrimonij etiam in alijs cõſiſtere, quàm in alenda vxore, & fuerũt omnia dicta Bald. Nouelli in tract.

dot.

dot.folio.3.ubi ſequitur ſolutiones prædictas. Vel etiam aliter dici poteſt redeundo iterum modicum ad fundamenta philoſophica. notandum enim primò eſt, quod (vt elicitur ex prima Poſteriorum tex. com. 5. & ex ſecunda Poſteriorum, & vt ait Lincon. in prima Poſteriorũ. 4.ca. cum ſequenti. & Sanctus Thomas in duodecima quæſtione. lv. artic. quarto, & in primo ſentent. diſtinctione.xxij.articulo.2.) ad concluſionem vnius rei non eſt niſi vna diffinitio ſimpliciter, quæ complectitur omnes cauſas: ſed tamen vnius rei poſſunt eſſe plures diffinitiones ſecundum diuerſa genera cauſarũ, quarum quælibet erit perfecta in illo genere, & hoc patet ĩ prima Poſteriorum. vbi ſuprà. aſſignantur enim ibi duæ diffinitiones demonſtrationis. Et in ſecũdo de Anima, vbi duæ aſſignantur diffinitiones animæ. & in ſecunda Poſteriorum dicitur, quòd quædam diffinitio dicit quid, & quædam propter quid. prima eſt materialis & cõcluſio demonſtrationis, quædam formalis vel finalis, quæ eſt principium demonſtrationis. Tunc dicebat præ-
72 fatus dominus Richardus, † quòd dicta diffinitio dotis, ſi dos eſt ius quoddam vniuerſale pro oneribus matrimonij datũ, ſi eſſet bona data eſt per cauſam finalem, nam ad hoc datur dos vt vir poſſit ſuſtinere onera matrimonij, hic eſt finis dotis: ſicut eſt hæc, ſerra eſt inſtrumentum ferreum ad ſecandum dura. Attamen dicta diffinitio dotis ſecundum præcepta philoſophica non eſt bona. Pro cuius rei euidentia ſciendum eſt, quòd vt habetur à Philoſopho in ſecundo Phyſicorum textu commen.88. cum duobus ſequentibus, finis in operabilibus ſe habet, vt principium in ſpeculabilibus. Nam ſicut principium ponit neceſſitatem concluſioni: ſic finis ponit neceſſitatem his, quæ ad finem ſunt. & ſicut valet conſequentia, principium eſt, ergo concluſio eſt: ita valet finis eſt: ergo ea quæ ſunt ad finem, vt domus eſt, ergo lateres ſunt: domus enim eſt finis laterum. Et ſicut valet conſequentia, concluſio non eſt vera: ergo præmiſſa non ſunt vera, ita valet, ea quæ ſunt ad finem, non ſunt, ergo finis non eſt: vt lateres non ſunt, ergo domus nõ eſt, quando talis finis non poteſt haberi nec eſſe ſine his quæ ordinantur ad finem: vt domus non poteſt eſſe ſine lateribus, neque vita animalis ſine cibo, neque ſcientia ſine demonſtratione. Quibus ſic poſitis dicebat Philoſophus meus diffinitionem dotis prædictam non eſſe bonam, tum quia non ordinatur de neceſſitate ad ſuſtinendum onera matrimonij, quæ ſuſtineri poſſunt ſine dote, vt per lucra, ſucceſſionem hæreditatis, & ſimilia: ergo dos non eſt neceſſariò ordinata ad ſuſtinendum onera matrimonij. Præterea non valet conſequentia, non eſt dos: ergo non eſt ſuſtinentia matrimonij: ergo ſequitur quòd ſuſtinentia oneris matrimonij non ſit verè finis dotis. Et propterea iſta diffinitio non eſt per cauſam finalem, ſed eſt deſcriptio quædã, quæ vera eſt, vt in pluribus

vt

vt iſta, homo eſt animal habens vnum caput. quamuis aliquis naſcatur biceps. ſic illa dos, vt in pluribus ordinatur ad ſubſtinendum onera matrimonij, non tñ ſemper.

Ad quartum fundamentum reſponſum eſt ſuprà, dum declarauimus rationem legis noſtræ cur diſſinitio periculoſa dicatur & ſubuerſioni obuia. Et ſimiliter ad quintũ eſt reſponſum. Ad ſextum & vltimum reſpondet. Aret. in l. prima. columna finali de teſta. reprobando illã glo. per quædã ex prædictis.

Et opinioni prædictæ ego etiam aliàs adhęrebam, quòd bona diffinitio comprehẽdere debeat omnes caſus quamuis ſpeciales, maximè per hunc tex. qui ſecũdum verum ſenſum vult, vt communiter Doct. intelligunt, quòd ideò in iure intelligẽdo verba de diffinitione in proprio ſignificatu iuxta. l. ita vulneratus. vbi Bartolus notat ſuprà ad legẽ Aquiliam. not. Alexan. in l. finali, colũna prima. C. qui admitti. Et ſic vult Iuriſconſultus, quòd diffinitio quid rei propria & quidditatiua, quæ datur per eſſentialia diffinito, & per cauſas intrinſecas, vt per materiam & formam, & per genus & differentias, vt in ſuperioribus declarauimus, & debet cuncta comprehendere, ſit periculoſa in iure ciuili per plures rationes, quas ſupra citaui, pręſertim legiſtis. Et hoc ſiue loquamur de generali diffinitione, ſiue de ſpecifica. nam diffinitio, vt dicunt Philoſophi, prædicatur de ſolo diffinito, & de omni contento ſub diffinito. illa ergo diffinitio quæ eſt alicuius valde communis diffiniti analogi comprehendit omnes caſus ſub illo communi cõtentos per ſe, ſed diffinitio quæ eſt alicuius in ſpecie non debet comprehendere omnes caſus in genere alioquin diffinitio cõpeteret aliis à diffinito, & ita non conuerteretur cum diffinito contra Philoſophũ, in ſecundo Poſteriorum tex. cõ. 17. prout in ſuperioribus declarauim' circa diffinitionem doli mali, ſed benè contentos in ſpecie diffinita.

Diffinitio igitur vt dicunt Philoſophi ſemper de diffinito dicitur: ideò ſi eſt generalis, debet omnes caſus ſub generali diffinitione contentos comprehendere, ſi ſpecialis ſub ſpecie, quod non cadit in deſcriptione. propterea nimirum ſi Iuriſconſulti vſi ſunt potiùs deſcriptionibus, quàm diffinitionibus propriis.
73 Et ſic † natura diffinitionis alia eſt à natura legis quam ſufficit adaptare ad communiter accidentia, iuribus ſuprà allega. maximè quia proprium legis eſt dare formã futuris negotiis. l. leges. C. de legib. quæ ſunt infinita, vt diximus: ideò non eſt reprehenſibile ſi omnes caſus non fuerunt in lege cõprehẽſi; imò hoc eſt impoſſibile propter fragilitatem intellectus humani. dicta l. non poſſunt. ſecus in diffinitione quæ verſatur circa cognita & intellecta, vt ſuprà dictum eſt.

* *In præſentia verò in melius mutata ſententia, contrariam opinionem quæ magis communis eſt, ſequor, & ampleċtendam puto, non ſolum quia receptior, ſed etiã quia verior. Nam regula & exceptio viã habent ad oppoſita. l. in his. ſuprà

de

de ll.l.prima.cum ibi not.ſuprà eo-
dem titulo. Sed contraria ſeu repu-
gnantia ſimul ſtare non poſſunt.l.
vbi repugnantia. cum vulg. ſuprà
eodem,ergo ſub eadẽ diffinitione,
prædicta ſtare nequeunt, nec clau-
di. Hinc etiam eſt, quòd ęquiuoca
non poſſunt diffiniri ſecundũ Ari-
ſtotelem,& alios in primo Prædica
mentorum,& Ammon.in quinque
voces Porphy.dicũtur autem ęqui-
uoca,vt præfati declarant,quorum
ſolum nomen commune eſt, ſub-
ſtantiæ ratio diuerſa ſeu non eadẽ
rei ſignificatio:vt canis, gallus,ho-
mo pictus noſe quidem congruũt,
diffinitionibus diſceptãt, vt homo
viuus, & homo pictus, & ſequitur
velit picturam, hominemq́; diffini
re,diuerſas diffinitiones vtriſq; ap-
tabit: vt inquit Boet. quum enim
diffinitio vim & naturam rei ſigni-
ficet. ſi res non ſunt eędem, ſed di-
uerſæ,vnam,vt ibi inquit Ammon.
noſtram diffinitionem tradere nõ
poſſumus,quò fit vt per deſcriptio-
nem prædicta explanentur. Vniuo-
ca autem ſunt quæ pluribus nomi
nibus ſignificãtur, vt enſis,gladius
mucro,ſiue vt inquit Ammon.quo
rum cõmune idem nomen eſt,atq;
ex eo ipſo nomine eadem diffinitio
homo & equus commune nomen
habent animal. vterq; enim eſt ani
mal, & diffinitionem ex ipſo ani-
mali eſt ſubſtantia animata ſenſi-
bilis.genus igitur generaliſſimum,
quia ęquiuocũ, non poteſt diffini-
ri, ſed genus ſubalternum ſit, quũ
ſit vniuocum. Redeundo ad propo-
ſitum quum exceptio diuerſa ſit à
regula diuerſas illis diffinitiões ap-
tare nec poſſumus nec debemus. Et
quemadmodum ſufficit loqui ſe-
cundum regulam & illam tradere
ſecũdum communiter accidentia,
iuribus ſuprà alleg. à fortiori id cõ-
cedendũ eſt in diffinitionibus. con
cludo ergo bonã diffinitionem nõ
debere nec poſſe exceptiones ſub
ſe comprehendere. Et ad hunc tex.
ex prædictis patet reſpõſio. Ex hoc
etiam patet labi Doct. noſtros, qui
in diffinitionibus ſuis ponunt niſi,
vel præter. &c. quum exceptiones
nõ ſint ſub eadem diffinitione cõ-
prehendendæ.

Et quia diffinitio perfecta & ple-
na conſtat ex genere & differentiis
conſtitutiuis,vt ſuprà dixi,& tradit
Ariſtoteles in Topicis. Ammon. in
quinque voces Porphyrij, & Boet.
De diffinitione & interpretatione
libro j. ſecundæ editionis. vbi ait,
quòd omnis diffinitio generis con
ſtitutione formatur, differentiarũ
verò compoſitione perficitur. Hinc
eſt quòd genera generaliſſima quo
niam carent genere, & indiuidua
nulla ſubſtantiali differẽtia diſcre-
pant, neque generaliſſimorum ge-
nerum neq; indiuiduorum vlla po
teſt diffinitio reperiri: ſed bene de-
ſcribi & deſignari ſecundum natu-
ram ipſius rei de qua quæritur, ſe-
cundũ Boet. in prædicamenta Ari-
ſtot. lib. 1. & 3. & Ammon. in intro-
ductione Porphyrij.

Dicẽdum aliquid eſſet ad inſtru
ctionem legiſtarum de genere, ſpe-
cie & differentia: ſed quia ſatis phi
loſophatum eſt, me remittã ad Por
74 phyrium, Boet. & Cõmen. Nos † ta-
men legiſtæ aliter quàm ipſi faciãt

prædicta

prædicta accipimus: vt per ſcribentes in l.ij.in §.creditum & in §.mutui.ſuprà ſi cert.peta.& de lega.primo:in l.legato generaliter,vbi glo. tradit de genere generaliſſimo,ſubalterno & inferiori.de quo etiam ꝑ Bart.in l.Quintus.in §.argento. ſuprà de auro & argento lega. & in l. vnica, col.iiij.& ſequenti in prima quæſtione C.de ſent.quæ pro eo. vbi tamen malè appellat intereſſe generaliſſimum.eſt enim generaliſſimum genus res & ſubſtantia,qua nihil prius ſecundum præfatos.Cuius quidem generis generaliſſimi, quum non ſit genus nec differētia ex quibus conſtare debet omnis bona diffinitio,non poteſt(vt dixi)diffiniri, etiam quia genus ipſum generaliſſimum ęquiuocū eſt:& ęquiuoca ( vt diximus ſuprà, & tradit Ammo.præallega.in ca.de genere) diffiniri non poſſunt, ſed bene deſcribi:rationem ibi aſſignat. Quædam etiam de genere & ſpecie tradit apud legiſtas Zaſi Germa. I ſuis intellect.fol.1.Et not.quòd differētia conſtitutiua hominis,eſt,rationale & mortale. Item irrationale & mortale,conſtitutiua equi diuidūt ſuum genus animal. ipſum enim animal diuiditur in rationale & irrationale, in mortale & non mor-
75 tale.Accidentia † verò ſeu differentiæ ex accidenti per plus & minùs non conſtituunt diuerſas ſpecies.l. fi.de fund.inſtru.in l.quod attinet. ſuprà eod. niſi quando eſſet plus & minus iuris, vt in l.prima ſuprà de ſeruit.ruſti.præd.Curt. poſt Bart.& Dec. in præallegat.l. vnica. col.iii. vbi ponit, quòd ex diuerſis effectibus cognoſcūtur ſubſtantiales differentiæ, quodq́; ex modica & leui differētia conſtituunt ſpecies apud nos. Hinc etiam quòd licèt reciproca & compendioſa ſubſtitutio quò ad effectum & ſubſtantiam non dicantur proprię ſpecies ſubſtitutionum de ſe, ſed magis adiectiones ſeu quoddam continens aliàs ſubſtitu.ſemper reſoluantur vel in vulgarem vel in pupillarem,aut in exēplarem vel in fideicōmiſſariam de compendioſa;loquendo tamen ad formā & modum concipiendi prædictas ſubſtitutiones, poſſunt dici ſpecie ſubſtitutiones:quia aliter cōcipiuntur quàm prædictæ, vt per Are.& Soci.in rub.de vulga. char.j. Seuer.in dicta l.precibus.colum.ix. Iaſ.in l.Lucius.colum.ij. de vulga. Dec.in l.in teſtamen.colum.ij.C.de milit.teſta.& Galiau. in repe.l.centurio.col.xl.de vulg. Sic ex p̄dictis vt puto,aperta ſit via legiſtis ad intelligentiam iſtius materiæ diffinitionū ipſis fortè anteà incognitę.

## SVMMARIVM.

1 *Occidens ſe gladio vel ligone non imputatur facienti talia inſtrumenta.*

2 *Victus non tenetur victori ad expenſas, ad quas eidem propter eius contumaciam condemnatus fuit.*

3 *Fideiuſſor à princi. repetere non poteſt vſuras, quas ſoluit eo caſu, quo non tenebatur.*

4 *Promittens feudum particulariter & diſtinctè recognoſcere, tenetur id facere, licèt damnum incurrat.*

5 *Promiſſio indemnitatis ab omni lite mouenda, intelligitur niſi lis ſua culpa eue neri...*

L. CCIIII. POMPONIVS.

QVod quis ex culpa ſua damnum ſentit: nõ intelligitur damnum ſentire.

SVMITVR ex legibus per gl. alleg. Et traditur etiam iſta regula in ca. damnum. de regulis iuris. in vj. vbi glo. aliis modis exemplificat, & poſt illã Ioan. Andreas. Ad hoc etiam facit quod ait Augu. Abſit vt ea quæ propter bonum & licitum facimus aut habemus, ſi aliquid p hoc præter voluntatem noſtrã cuiquàm mali acciderit, nobis imputetur. ca. de occidendis. xxiij. quæſt. v.
1 vbi exemplum tradit † de eo, qui ſe gladio vel ligone occidit, quòd nõ imputatur facienti talia inſtrumenta, vel vtenti eis ad bonum, ſed illi qui ſe occidit. Et ſecundum Archiepiſcopum Floren. ſuper dicto cap. damnũ. poteſt extendi regula theologicè, quod cum triplex ſit damnum, primum priuationis gloriæ diuinæ præſcientiæ quis imputare non debet, quia ſecundum Aug. ipſa nulli eſt cauſa labendi, ſed culpę propriæ. ca. Nabuchdonoſor. xxiij. quæſt. iiij. Secundum damnum eſt ſubtractionis ſiue priuationis gratiæ per peccatum, quod Dei ſeueritati quis imputare non debet, verũ ſuæ negligentiæ. xj. quæſt. iij. cap. audi. & de pœnit. diſtinct. j. ca. conuertimini. nec debet imputare diabolo tentanti vel homini incitanti, ſed ſuæ proprię voluntati. xv. quęſtio j. ca. non eſt. & c. illa. Tertium eſt damnum temporalis fortunę in rebus, fama, honore, & huiuſcemodi, & hoc debet imputare peccatis ſuis. de pœniten. diſtin. j. ca. quam ob rem. & c. ſi peccatum. & c. cùm infirmitas. de pœn. & remiſ.

Damnum igitur ſua culpa contingens ſibi, & non alteri, imputare quis debet. Quam regulam Albert. hic inducit ad duas quæſtio.
2 † quòd victus non tenetur victori ad expenſas, in quibus eidem condemnatus fuit, propter eius contumaciam: quia culpa propria tale damnum ſenſit. Idem volunt Cano. in dict. cap. damnum. Bald. in l. non ignorat. ad ſi. C. de fruct. & lit. expenſ. Iaſ. poſt alios in l. properandum. in §. ſin autem alterutra. colum. viij. in vij. quæſt. C. de iud. & Matthę. de Afflict. in deciſio. regni. clxxvij. ad fin. Pariter † fideiuſſor
3 repetere non poterit à principali vſuras, quas ſua culpa perſoluit eo caſu quo ſoluere non cogebatur, vt hic latè per ipſum Albert. & per Philiph. Franc. in dict. cap. dam
4 num. Et ſimiliter † vaſallus quando inſtrumento inueſtituræ promiſit feudũ vel emphyteoſim particulariter & diſtinctè recognoſcere tenetur id facere. & ſi quid damni ſentiat, ſibi imputet: aliàs ad id non teneretur, vt per Iac. de Sancto Geor. in ſuo tract. feud. in verbo dictiq; vaſ. promiſerunt recognoſce-
5 re. circa fin. Et pariformiter † promiſſio indẽnitatis ab omni lite mouenda facta alicui, intelligitur niſi damnum vel lis culpa ſua euenerint, vt plenè per Socin. in conſil. lxx. in iij. volum. Poſtremò in hac materia vide pulchram gloſſ. cum ibi not. in cap. ſicut. de teſti.

SVMMARIVM.

1 *In ratione patrimonij nomina hæreditaria non tantùm computantur, quantum ſonant.*

2 *Impetrans an teneatur facere mentionem de vacatura, quam expectat.*

L. CCV. POMPONIVS.

MInvs eſt habere actionem, quàm rem.

ABSOLVTA fuit in l.q actionem. ſuprà eod. Et vltra ibi dicta induci poteſt ſecundum Alber. de Roſ. hic ad quæſtionem de hærede qui tenetur ad cõfectionem inuentarij, iuxta l. fin. C. de iure delib. vt
1 in † ratione patrimonij non computentur nomina hæreditaria tantum quãtum ſonant, quod clariùs relucet ex dictis in pręal. l. qui actio
2 nem. Facit pariter † an impetrans teneatur facere mentionem de vacatura quam expectat, de qua quęſtione vide Alber. & alios in regula ignorantia. eod. titu.

SVMMARIVM.

1 *Status de præſenti conſideratur: nec attenditur, quòd reſolui poſſit.*

L. CCVI. VLPIANVS.

PLERVNQVE fit vt etiam ea quę à nobis abire poſſunt, perinde in eo ſtatu ſint, atque ſi non eſſent eius conditionis, vt abire poſſint. Et ideò quod fiſco obligamus, & vẽdicare interdum, & alienare, & ſeruitutem prædio imponere poſſumus.

IN text. ibi, interdum. id eſt ante alienationem à fiſco factam, ſecundum Alber. ſubiungẽrem debere intelligi hunc text. in verbo alienare. cum ſua cauſa ſcilicet. Idem hic volunt gloſſ. & Deci. intelligentes, quòd diſpoſitio poſſit fieri conſiderato pręſenti ſtatu cum ſua cauſa, & conditione reſolutiua: per l. ſi debitor. ff. de diſtra. pig. & l. lex vectigali. ff. de pignor. de quo plura diximus in l. in omnibus cauſis. &
1 alibi ſuprà eod. Not. ergo † conſiderari ſtatum de præſenti, nec attẽdi, quòd poſſit reſolui. vnde res ſub conditione legata, cum interim ſit hæredis, alienari poteſt. l. fin. §. ſed quia. C. communia de lega. non tamen in præiudicium legatarij vel fideicommiſſarij; vt hic per gloſſ. & Alberi. quia adueniente conditione habetur pro non alienata, vt ibi & in authen res quę. C. commũnia de lega. Deci. hic quædam ſimilia ponit in quibus diſpoſitio iudicatur, vt pura & ſecundum præſentem ſtatum, licèt reſolui poſſit. Nos latiùs diximus in l. is damnum. in §. quod pendet. & in d. l. in omnibus cauſis, ſuprà eod.

SVMMARIVM.

1 *Effectus iuris naturalis qui ſint, remiſſiuè.*

2 *Vſucapio vel præſcriptio quando fuit introducta.*

3 Im

3 *Ius natura eſt, alteri non faciendum quòd ſibi nollet fieri.*
4 *Præſcriptio an ſit contra ius naturæ.*
5 *Copulatiua &, quomodo hic accipiatur.*
6 *Hæc regula de quo iure naturæ loquatur.*
7 *Duplex eſt ius gentium.*
8 *Sequeſtratio quare ſuit introducta.*
9 *Populus Iſrael aſportādo vaſa Aegiptiorum, an iure fecit.*

L. CCVII. VLPIANVS.

IVRE naturæ æquum eſt, neminem cum alterius detrimento, & iniuria fieri locupletiorem.

1 DE effectibus † iuris naturalis ſeu legis naturæ, vide text. cum ibi not.in l.j.§.ius naturule. ff.de iuſt. & iur. & in ca. ius naturale. diſtin. j. In quibus locis Card. Alexan. & Fortū.Garcia plura de effectibus iuris naturalis tradſit: ſed pleniùs de lege naturæ ſeu naturali, ſcribit Archiepiſc.Floren.in j. parte ſummę, titu.xiij. de lege naturali. Sumitur ex legibus per glo.alleg.Inſeriturq́ hæc regula in c.locupletari.de reg. iur. in vj. Et licèt lex iſta copulatiuè loquatur,text.tamen d.ca.locupletari. alternatiuè loquendo procedit,& ſic ſufficit alterum verificari. l. cum pupillus. ff. de condit. & demonſtr.ſecundum Dec.hic.Iuriſconſultus verò in l.nam hoc natura.ff.de condi indebit.nec copulatiue,nec alternatiuè loquitur,ſed alterum tantum ponit, non eſſe inquiens æquum quempiam fieri locupletiorem cum alterius detrimēto.Quid dicendum? ſanior litera videtur noſtra, quę copulatiuè loquitur,per ea quæ hic in fi. ſcribit glo. de vſucapione,præſcriptione, & expenſis in aliena re factis, quibus caſibus fit quis locupletior cum alieno damno: permittitur tamen ex quo fit ſine iniuria, authoritate legum ſcilicet: ergo ad impediendū talem locupletationem requiritur iniuria proximi cum damno. Et ratio prædictorum caſuum eſt, quia damnum quod quis ſua culpa ſentit, ſibi debet imputare: vt hic per Deci poſt Cano.in dict.ca.locupletari. Quę ratio benè procedit quantum ad id quod de expenſis in aliena re factis dictum fuit, non quantum
2 † ad vſucapionem vel præſcriptionem, quicquid dixerit gloſſ. in d.l.nam hoc natura. vt ibi per Iaſ. aſſignantem aliam rationem: quia his caſibus ęquitas eſt ſcripta in genere,& rigor in ſpecie, ideò pręfertur rigor. Vel eſt propter publicam vtilitatem, vt hic per Dec. & ne dominia rerum ſint in incerto, iuxta l.j.ff de vſuca. & latiùs ſcribit Balb. in tract.præſcrip.fol.j. Sed ſecundū terminos legis noſtræ loquentis de iuræ naturæ alterum videtur ſuffi-
3 cere.eſt enim † id ius,vt alteri quis non faciat, quod ſibi nollet fieri: vt per Bart. Aquen. & alios in l. ex hoc iure.ff.de iuſt. & iur. & ſecundum prædictum ius naturæ cognita non erat vſucapio nec præſcriptio, quæ ex conſtitutionibus humanis introductæ fuerunt: vt per Balbum loco pręalleg.ideò de caſibus prædictis cōtra hanc regulam

4 valida oppo. fieri nequit. An † autem præſcriptio ſit contra ius naturæ, diſputat eleganter Ioan. Andr. in regula poſſeſſor malæ fidei. de regulis iuris in ſexto, concludens non dici ex toto contra ius naturale quia ab eo penitùs non recedit: nec etiam dicitur ſecundum ius naturale in totum, quia non ſeruit per omnia, ſed tenet mediũ, & dicitur præter ius naturale: & ſequi videntur communiter Doct. vt per Balbum loco præallega. fol. ij. colum. iij. & ſequenti. tu ſemper videbis pulchras rationes quas latè ponit Ioan. Andreas loco ſuperiùs allegato.

Loquendo igitur de iure naturę alterum videtur ſufficere, detrimen
5 tum, vel iniuria. Et ad text. † iſtius legis poteſt reſponderi, non debere eſſe hic copulatiuam, ſed diſiunctiuam vel, ſiue, aut. Poteſt etiam dici quòd ponatur, &, pro ideſt, vt per gl. ij in l. ſi in véditione. ff. de euict. cum accumulatis per Deci. in cap. cæterum. colum vij. de iudi.

Modò aduerte ad verba text. ibi
6 † iuræ naturæ. gloſſ. enim in d. l. nam hoc natura, intelligit de iure naturali, ſiue gentium quod naturale dicitur: vt inſtitu. de rerum diuiſ. in §. ſingulorum. Albe. hic poſt Hoſt. reprobat inhęrendo verbis literæ, vt iacent & cantant. nam de iure gentium introductę fuère dominiorum diſtinctiones, ſicq; vſucapiones & præſcriptiones pręalle. l. ex hoc iure. ſentientes eas eſſe cõtra ius naturæ, de quo ſcripſi proxi
7 mè. Sed non aduertunt quòd † ius gentium eſt duplex, primęuum & ſecundarium, vt diximus in l. cum amplius. in §. is natura debet ſuprà eod. titu. Ius gentium primęuum in effectu dicitur ius naturale. c. ius naturale. prima diſtinctio. decret. & iſtud fuit eo ipſo quòd gentes eſſe cœperunt, naturali ratione inductum. Secundarium eſt quo omnes gentes vtuntur, & de iſto ſecundario eſt dominiorum diſtinctio: vt etiam per Ang. inſti. de iure naturali, in §. ius autem gétium, ad fin. & dixi in d. §. is natura. verba igitur legis noſtræ de iure naturæ intelliguntur de iure naturali & gentium primęuo, non de ſecundario.

Ex prędictis, ꝙ ęquum nõ ſit cũ alterius iactura, damno, vel iniuria quépiam locupletiorẽ fieri, ad plura inferri poteſt, vt per Dec. hic & in l. ſicuti pœna. vbi ſcripſi ſuprà eod. & per Iaſ. in d. l. nam hoc natura. & Cano. in pręalle. ca. locupletari. vbi
8 etiã inducũt ad materiam † ſequeſtrationum, quę ad euitãdas iacturas inductę fuerunt. de quo etiã per Curt. Seniorẽ in repe. l. vnicę. C. de prohib. ſequeſt. pecu. Et Pharao locupletari voluit cum iactura populi Iſrael, ſed punitus fuit. Exod. xij.
9 Quod autem † populus Iſrael locupletatus fuerit cũ iactura Ægyptiorum, quorum vaſa mutata aſportauit. iniuria id nõ fecit, ſed in cõpenſationem dãnorum datorum: ſicut modo liceret de bonis alicuius retinere tantũ quantum de ſuo habet. Item quia mandato domini cuius ſunt omnia, hęc egit. c. dixit dominus. xiiij. q. v, ſecundum Archiepiſ. Flor. in d. regula locupletari.

SVMMARIVM.

1 *Sententia ius facit, & pro veritate accipitur: & naturalia ſanguinis mutat. numero. 2.*
3 *In ſententia, vt pro veritate accipiatur, plura requiruntur.*
4 *Sententia non afficit niſi litigantes: & lata contra vnum, non nocet alteri.*
5 *Sententia & res iudicata differunt. Et quid ſint nume. 6.*
6 *Princeps ſi mandet per reſcriptũ parere iudicato, intelligitur niſi appellatũ ſit.*
7 *Executio eſt rei iudicatæ ſequela.*
8 *Rei iudicatæ renunciari poteſt.*

L. CCVIII. VLPIANVS.

RES iudicata pro veritate accipitur.

SVMPTA fuit ex l. ingenuum. de ſtatu homi. vbi dicitur, † ſententiã ius facere: quia res iudicata pro veritate accipitur. ſicq; impropriè & per fictionem, cum aliud ſit eſſe talem, aliud haberi, ſeu accipi pro tali. l. mercis. ſuprà de verb. ſignifi. cũ accumulatis per Iaſ. in §. j. l. prætor ait. ff. de noui operis nunciat. & Cors. in ſing. ſuis ī verbo habeatur. Et aliquando facit ius plenum, nõnunquam plenius, quandoq; pleniſſimum: vt in d. l. ingenuum, in prima lectu. col. j. declarat Bald. ſen-
2 tentia † enim quæ in rem tranſiuit iudicatam, tantæ potẽtiæ eſt, quòd naturalia ſanguinis vincula mutat, & falſum in verum, nõ eſſentialiter, ſed quò ad effectũ. ita ſignanter dixit Bald. in ca. in præſentia. extrà de renun. facitq; de nigro albũ, & de albo nigrum. Bald. in c. noſtl. de elect. ideò ſolebat ipſe Bald. dicere, quòd ſententia diffinitiua ſolenniter lata, facit omnia rata haberi inter litigantes: facitq; eum filium qui filius non eſt, & patrem qui nõ eſt. Et, vt ita dixerim, eſt vt altera natura, ius facit & originem creat, allegando l. primã in fine. ff. de lib. agnoſc. prout refert & ſequit Curt. Iunior in conſil. xxiij. circa finem.
* [& in conſi. clxxvij. col. penul.]

Et intelligitur iſta regula de re iudicata tangente ſtatum perſonę, prout eſt ſententia ſuper ingenuitate cuius cauſa nõ eſt reſtringibilis ad certam perſonam: vt per Alexã. in l. ſępe. char. penul. col. iij. de re iudic. quemadmodum loquitur dict. l. ingenuũ. à qua extracta fuit præſens regula, quia cũ faciat ius quò ad omnes, bene ſequitur quod hic generaliter dicitur, ea pro veritate accipi. Idem eſt in ſententia prolata ſuper iure agnationis, prout per glo. & Ange. in l. ius autem agnatio
3 nis. ff. de pact. Ad hoc † autẽ vt pro veritate accipiatur res iudicata, plura requiruntur. Bart. & Bald. in d. l. ingenuum. connumerant quatuor requiſita. Alexan. alia quædam adiungit in l. ſępè. col. xix. & ſequenti adducendo poſt Bald. multas alias ſpecies ſententiarũ, quæ ius faciunt quò ad omnes, de quibus etiã per Feli. in cap. quamuis. de re iudi. in quibus locis ponunt plures limit. ad prædicta: ſicq; ad hanc legem.
4 Regulariter verò ſententia † nõ afficit niſi litigantes quos tangit, & lata contra vnum alteri non nocet. dicto. ca. quãuis. & præalleg. l. ſępè.

Dec. conſilio ccccxlv. colum.vij.& viij.ratione enim naturali geſta ad authores ſuos reſtringi debent. l. ſancimus. C.de pœnis,vt per Alexã. loco præalleg. col.iij. ad quod tam ipſe Alexan.in dicta l. ſæpè. quàm Feli. in dicto ca. quamuis. aſſignãt plures limitationes.

Et ex prædicta l.ingenuum.reddente rationem in re iudicata : vbi de ſententia mentionem fecerat,in
5 ferri videtur, quòd † non differant ſententia & res iudicata . Cuius tamen contrarium concludunt communiter doct.in l.prima.ff. de re iudic.Dec.hic & Feli. in rub. extra de re iudi.colum.j. Sententia enim eſt illa quæ finem imponit controuerſiæ:res iudicata verò eſt illa quæ finem controuerſiæ accipit, iudicis pronunciatione . & ſic res iudicata ſe habet per modum patientis:ſententia per modum agentis, ſecundum doctores. Et ſic differunt tanquam decidens & deciſum: ideò in rub.cle.dicitur de ſententia & re iudicata: vt poſt alios ſcribit Iaſ.in d. l.j.col.j.de re iudi. Et d.l. ingenuũ. intelligitur de ſentẽtia quæ tranſiuit in rem iudicatam , vt ibi apparet:quia aliàs non faceret ius . Pro
6 priè † autem loquendo ſentẽtia dicitur ſtatim,quòd eſt prolata.C.de ſenten.& re iudica. per totum,cum vulg. Res autem iudicata dicitur quando lata eſt ſententia, quæ nullo remedio appellationis,vel ſupplicationis retractari poteſt , per l.eleganter.in §.ſi quid poſt.ff. de cõdi. indebi. vt hic per Dec. * & per Caſſiad.deciſ.viij.ſub titu.de reſcript.] & prius per Feli.in præalleg. rub.de re iudi.col.j.inferentes propterea,ꝙ licèt in reſcripto principis dicatur non obſtante priori ſententia , per hoc rei iudicatæ derogatum nõ videtur,niſi præciſè conſtaret de mente principis volentis derogare rei iudicatæ,quia poteſt, cum ſit ius quęſitum de iure ciuili: vt hic per Dec. Et pariter ſi princeps per reſcriptũ mandet quempiam cogi parere iudicato, non poteſt ſi appellatum ſit cogi:quia terminus ille iudicato requirit trãſitum in rem iudicatam, quod quidem iudicatum appellatione ſuſpẽditur.l.j.ff.ad Turp. niſi conſtaret etiam de mente principis aliud volentis:vt per Feli.loco præallega. Sed non ſolet princeps circa prædicta ſe intromittere euertendo ordinẽ iudiciorum.an poſſit? nõ dico hic,quia parũ pertinens.Moder. autẽ Peruſini in d.l.j.col.v. vbi Iaſ. tertia poſt Abb. & alios ibi relatos concludunt, rem iudicatã dici poſſe ante appellationẽ,& poſt appellationem. dicitur enim incontinenti res iudicata lata ſentẽtia, prout propriè accipitur pro ipſa cauſa deciſa. & dicitur tranſire in authoritatẽ rei iudicatæ, cũ iuris authoritate irretractabilis efficitur : vt ibi per eos. Et nihilominus defendi poteſt opinio dicentiũ reſcriptum principis de cogendo aliquẽ ad parẽdum iudicato,intelligi de irretractabili iudicato,& ſic quod trãſiuit in authoritatem rei iudicatæ , quia non eſt veriſimile principẽ velle derogare appellationi legitimæ interpoſitæ, ideò cenſeri accipere iudicatũ pro iudicato irretractabili : vt per Feli. in præalleg.rub.de re iudi.colum.j.

Ex

Ex quibus habemus, ꝙ ſententia dici poteſt ante appellationẽ & poſt appellationem, eodem modo res iudicata, quę differunt tanquã agens & patiens, & quæ dicuntur tranſire in authoritatem rei iudicatæ, cum iuris diſpoſitione irretractabiles efficiuntur. ca. quod ad conſultationem. de re iudi. executio † autẽ ſententiæ nõ eſt res iudicata, ſed ipſius rei iudicatę ſequela. C. de execu. rei iudi. per totum. & ſcribunt Moder. Peruſi. in præalleg. l. j. in iij. col.

7

Limitatur etiã hęc regula ſecundum Dec. hic † quando renunciatũ eſt rei iudicatæ, prout fieri poteſt. l. iuriſgentiũ. §. ſi paciſcar. ff. de pact. ſiue expreſſe, ſiue tacitè: vt hic per Dec. & per omnes in l. penult. C. de pact. & in ca. ſi diligenti. de foro cõpe. per regulam illorum tex.

8

Sed nõ erit tunc bona limitatio ad regulam præſentẽ, quæ de re iudicata loquitur, & ſic vbi irretractabilis eſt: ſed vbi eſt renunciatum, habetur perinde ac ſi non eſſet iudicatum, vel in rem non tranſiiſſet iudicatam: ergo non erit limitatio ad regulam de re iudicata loquẽtem.

L. CCIX. PAVLVS.

NON poteſt videri deſiiſſe habere, qui nunquam habuit.

RESOLVITVR cũ eo quod dicimus, quòd poni non poteſt priuatio, vbi non fuit habitus: ſeu ꝙ priuatio præſupponit habitum. l. non videtur rem amittere. vbi quędam ſcripſimus, ſuprà eo.

SVMMARIVM.

1 *Seruitus horribilis eſt, & peſſima, mortiq; comparatur.*

2 *Seruus pœnæ & ſeruus priuatus valdè differunt.*

3 *Damnati qui ſtatim mori debent, gladio, vel beſtiis ſcilicet, moriuntur etiam hodie ſerui pœnæ.*

L. CCX. VLPIANVS.

SERVITVTEM mortalitati ferè comparamus.

SVMITVR ex legibus per glo. allega. Nota ergo, ꝙ ſicuti libertas res eſt precioſa & inęſtimabilis. l. libertas. ſuprà eo. Ita † ſeruitus libertati contraria horribilis eſt, & peſſima, mortiq; comparat. facit l. quod attinet. cum ibi not. ſuprà eodem.

1

✻ *Hinc Cicero ad finẽ 2. Philip. Seruitus poſtremum malorum omnium non modò bello, ſed morte etiã repellendum. in qua & ſi non ſit moleſtus dñs, tamen eſt miſerrimum poſſe, ſi velit, vt inquit idem Cice. in viij. Philip.] Ex quibus infertur ad ea de quibus ꝑ glo. hic. & in d. l. quod attinet. & ꝑ Aret. inſtit. quib. mod. ius patr. pot. ſol. in §. j. col. fi. & Soci. in l. ſi cognatis. col. v. & ſeq. ff. de reb. dub. Et licèt † valdè differat ſeruus pœnę, à ſeruo priuato ſeu alicuius corporis, vt hic per Dec. & plenius per Soci. in dicta l. ſi cognatis. col. iij. & ſequen. regula tamen iſta ſecundũ Dec. videtur procedere generaliter. Quod confirmari poteſt, quia cũ generaliter de ſeruitute loquatur, debet generaliter intelligi.

2

l.de pretio. ff. de publicia. & maximè hoc procedit intelligendo legē hanc ſecundum dictam l.quod attinet.cum ibi nota.per gloſſ.quantùm ſcilicet,ad ius ciuile, ſecūdum quod ſeruus pro nullo reputaẜ exceptis caſibus ibidem not.ideò forſitan text. hic dixit ferè, ſecundum glo.hic & ibi. Item quia ſeruus priuati acquirit domino.l. ſi paterfamil.ff de hęred.inſti. quod non poteſt facere mortuus verè.

Hodie autem ſecūdum iura nouiſſima nullus efficitur ſeruus pœnæ.C.de donat.inter virum & vxorem.authen.ſed hodie. & in corpore vnde ſumitur. Intelligēdo in his qui viui remanent poſt condemnationem, vt ſunt damnati in metallum ſeu in opus metalli, vel ad beſtias,viuendo,ſcilicet cum eis,vt declarat glo.in præallega.§.pœnæ. in verbo beſtiis. in his eſt hodie immutatum:quia non efficiuntur ſerui.§.quod autem.in auth.de nupt.

3 ſed † in damnatis qui ſtatim mori debent,gladio,ſcilicet vel beſtiis,nihil eſt immutatum : quia iſti moriuntur ſerui pœnæ, ſecūdum Bart. in l.qui vltimo.ff.de pœn.& in pluribus aliis locis, vt hic per Decium, & per Iaſ. in l. ſi quis mihi bona.in §.ſeruus.ff. de acquir. hęre. Angel. Aret. loco præallega col.fi. Soci.in dicta.l. ſi cognatis. colum.iiij. & v. Aret. in l.eius qui. in §.ſi cui. colū. penult.ff.de teſta.& ad finem commenti.& in dicto §.ſeruus.colū.iiij. vbi loquitur de dānato ad beſtias qui mori debet, ſecùs ſi mori non debet, prout ipſemet tenuit in d.§. ſi cui.col.penult. cuius dicta ſic declarari debent, aliàs ſibi ipſi contra diceret. Ex quibus inferri poſſet ad plures quæſtiones.vt per Angelum Socin. & alios in locis præallegatis.

* [a] Item nota ꝙ licèt damnati rei capitalis non efficiantur ſerui pœnæ, tñ amittunt teſtamenti factionē.d. l.eius qui.ſed non ſeruatur de facto ſecundum Pau. de Caſt. ibi. Item iſta regula procedit quò ad ea quæ ſunt iuris ciuilis, non quò ad alia: vt per Dec.in l.imperium,in penul. col.ſuprà de iuriſdi.om.iud.]

## SVMMARIVM.

1 *Inſtitutio vitioſa in ſubſtantialibus non reconualeſcit ex poſt facto,ſecùs in accidentalibus.*

2 *Inſtitutio vitioſa licèt vitium ammoueatur,non reconualeſcit.*

## L. CCXI. LVCINIVS RVFINVS.

QVÆ ab initio inutilis fuit inſtitutio: temporis tractu cōualeſcere nō poteſt.

QVOD in genere dixerat in l. quod in initio. ſuprà eod. & poſteà ſpecialius loquēdo de depēdentibꝰ ex teſtamento. in l. omnia quæ ex teſtamento. ſuprà eod.nunc magis ad ſpeciem deſcēdendo,hic dicit in hęredis inſtitutione. Et intellige re

1 gulam hanc ſecūdum Dec. † quando defectus eſt in ſubſtantialibus: ſecùs ſi in accidētalibus, qui extrinſecùs contingunt:quia tunc confirmatur inſtitutio,quæ fuit à principio nulla.l.qui ſoluendo. la prima vbi Bart.not.ff. de hęredibus inſtit.

Item

2 Item intellige † talem inſtitutionē vitioſam non poſſe recōualeſcere, licèt amoueantur ea quæ reddebāt inſtitutionem inutilem, ſecundum Alber. de Roſa. hic, reliqua ad ſupplementem, vide in dicta l. quod in initio. & in dicta. l. omnia quæ ex teſtamento.

SVMMARIVM.

1 *Serui quadrupedibus & pecudibus exæquantur.*

2 *Seruus cauſa reipubli. an poſſit abeſſe.*

3 *Vbi agitur de vtilitate publica etiam inhabiles admittuntur.*

4 *Lex pœnalis & odioſa vbi agitur de fauore publico extenditur.*

5 *Reformatio, quòd qui dederit tale caſtrum communitati habeat talem poſſeſſionem, comprehendit forenſem qui prohibitus eſt acquirere in territorio.*

6 *Proclama, quod capiens banniti habeat caſtrum in feudum, comprehendit inhabiles ad feudum.*

7 *Verba quantumcunq; generalia reſtringuntur de habilitate quando aliquid operari debent.*

8 *Statutum, quod qui cœperit al quem de petra ſancta habeat mille, ſi baſtardus captus fuerit, non habebit capiens præmium.*

9 *Diſpoſitio quando recipiat reſtrictionem de inhabilitate, vſque ad finem.*

10 *Præmiū banniti conceſſum debetur bannito capienti alium bannitum.*

11 *In feudo pro ſe, hæredibus, & ſucceſſoribus, quomodò ſuccedatur.*

L. CCXII. ET FIN. PAVLVS.

SERVVS reipublicæ cauſa abeſſe non poteſt.

SVMITVR ex l. ſi quis ſeruū. ſuprà ſi quis cautio. vbi exemplum ponitur. Facit l. in omnibus officiis. ſuprà eo. In omnibus (dicitur) officiis, quæ debēt per liberas perſonas fieri, ſeruus interuenire nō poteſt. Habebant enī Romani ſeruos pro re vili, ideò ſeruitutem morti comparabant l. ſeruitutem. ſuprà eod. & quātum ad ius ciuile attinet pro nullo reputabant l. quod attinet.
1 ſuprà eod. & † quadrupedes, pecudeſque ſeruis exæquabant: vt dicit tex. in l. ij. ſuprà ad legem Aquil. illosq; de facili ad eruendum veritatem torqueri permittebāt. l. prima. cum ſimi. ſuprà ad Syllan.

2 Non igitur mirùm † ſi pro cauſa reipub. ſeruos, vt hic dicitur, abeſſe non patiebantur. Dec. hic auſus eſt attentare ſeruos ab eſſe poſſe cauſa reipub. propter publicam vtilitatē: ſed hęc regula & d. l. ſi quis ſeruū. manifeſtè refragantur. quod fortè ſentiens poſteà dicit hanc regulam procedere in officio legationis honorifico, ſed adhuc repugnat iſtarum legum generalitas: ideò forſitan ſubiūxit Dec. à ſua phātaſia recedendo, hoc eſſe: quia ita ſpecialiter hic expreſſum ſit. Tu dicas hāc regulam intelligi generaliter vt loquitur, quia ita ſpecialiter diſponitur, eo quòd ſerui non debent nec poſſunt ſe occupare in publicis negotiis: ita Paul. de Caſt. in dicta. l. ſi quis ſeruum. facit ratio præalleg. l. in omnibus officiis. Pleraq; alia à quorum exercitio & interuentu repelluntur ſerui, diximus poſt alios in dict. l. quod attinet. & in l. in omnibus officiis. Sed & ſi ſeruus reipu. cauſa

cauſa abeſſe nõn poſſit refragante
3 lege,vt dictum eſt: aliàs tamẽ † vbi
agitur de vtilitate publica admit-
tunrur etiam inhabiles,nec tunc di
ſpoſitio reſtrictionem de habilitate
recipit, per tex. ſingu. cum ibi not.
per Barto.in l. ſi quis in graui. in §.
vtrũ.in ver. hi qui.ff. ad ſyllan. vbi
probatur, quòd diſpoſitio legis vni
uerſalis,quæ defert præmium liber
tatis ſeruo qui vindicauit necẽ de-
functi, comprehendit etiam illum
ſeruum, qui ex facto contrahentiũ
prohibitus erat manumitti : hocq;
eſt propter vtilitatem publicam:|vt
delicta puniantur. Iſtud eſt quod
Iuriſcõſultus vult ibi dicere in illis
verbis, quod in commune vtile eſt
vnde plus operatur fauor publicus,
quàm fauor libertatis : vt apparet
ex illo tex. iuncto.§. in illis.l.iiij.ff.
de fideicom. liber. ſecundum Aret.
in l.qui ſeruum.ff.de verbo. oblig.
4 Facit quia licèt † lex pœnalis odio-
ſa,reſtringendaq; cenſeatur: vbi ta
men agitur de fauore publico, vt
delicta puniantur, fauorabilis & ex
tendenda dicitur:vt per Iaſo. in l.ſi
filiusfa.colum. penul.ff.ſi cert.peta.
Hinc etiam eſt,quòd vbicunq; ſub
eſt neceſſaria & euidens cauſa di-
ſpoſitionis quæ concernit princi-
paliter bonum publicum,tunc ſem
per videtur licentia data Epiſcopo
diſpenſandi contra canonem, etiã
in criminibus grauioribus, vt per
Aret.in cap.at ſi clerici.in § de adul
teriis.columna.ij. de iudi. per text.
quem ſolemnẽ dicit in §. quoties.
l.vt gradatim.ff. de mune. & hon.
& alia de quibus ibi per eum.
Ex regula præallega.§.vtrum.vt
ſuprà extenſa,infertur per Barto.&
doctores.ibi.& in dicta.l. ſi filiusfa.
5 ad plures not.quæſtiones.Si † facta
fuerit reformatio,quòd qui dederit
communitati tale caſtrum, habeat
talem poſſeſſionem,quod illam ha
bere debebit etiam forenſis, quan-
quam aliàs per ſtatutũ prohibitus
in territorio acquirere. Et certè ta-
lis reformatio eſt ſpecialis:ideò per
eã receſſum videtur iſto caſu à ſta-
tuto primo generali, per ea quæ la-
tè ſcribit Alexã. in l. ſi ab hoſtibus.
col.j.ff. ſoluto matri. & diximus in
6 l.in toto iure.ſuprà eod. Pariter † ſi
emiſſum fuerit generale proclama,
quòd capiens bannitum habeat ca
ſtrum in feudum, etiam inhabiles
ad feudum admittetur. Et ſimiliter
ſtante ſtatuto quod ad accuſandũ
de homicidio quilibet admittatur,
etiam aliàs inhabiles ad accuſan-
dum admittẽtur, vt per Baldum.in
rub.C.qui accuſa.col.penult.

Decius tenet hic oppoſitũ, quòd
inhabiles non admittantur. patet
quia multi ſunt inhabiles ad accu-
ſandum.l.j.cum l.qui accuſare. ſu-
prà de accuſationibus. & cap.j. de
accuſatio. Item quia ſatis eſt,quòd
diſpoſitio operetur in habilibus, di
cta l.vt gradatim.ſecus ſi nihil ope-
raretur,vt in præallegata deciſione
Bald. Et ad dictũ.§.vtrum. reſpon-
det hic Deci. quòd non probat con
cluſionem Bartoli & doctorũ quia
loquitur in eo ſeruo qui fuerat alie
natus,ea lege ne ab emptore manu
mitteretur,& ſic ab homine : meri-
tò non habet locum in manumiſ-
ſione quæ procedit legis diſpoſitio-
ne per ſenatuſconſultũ Syllanianũ.

quia

quia verba prohibitionis ne manu mittatur ab emptore: non conuenijt manumiſſioni, quæ inducitur à lege propter vtilitatem publicã: quia conuentio inter priuatos inita non attenditur, vbi tractatur de vtilitate publica. Bart. in dict. l. qui ſeruum, & per omnes in l. penulti. C. de pact. & in cap. ſi diligenti. de for. compe.

Item per illum tex. malè inferrur ad quæſt. prædictam de feudo, quia inhabiles ad feudum erant prohibiti a lege, & per illa verba generalia non videntur habilitari: quia ſatis eſt, quòd operētur in habilibus: vt per Decium hic & in dicta l. ſi filiusfamilias. Confirmatur per tex. nota. cum gloſſ. in l. in prouinciali. in §. finali. cum l. ſequen. ff. de noui oper. nunciat. vbi dicitur, omnes ciues admitti ad nunciandum nouũ opus in publico: quia reipublicæ intereſt, & tamē ad idoneos reſtringitur: vt ibi per gloſſ. ad idem text. not. in l. ij. in §. quod ait prętor. cũ ibi not. per Bart. ff. qui ſatiſ. cog. & gloſſ. ordinaria l. iij. C. de fid. inſtit.
7 lib. x. vbi † verba quantumcunque generalia, nunquàm videntur habilitare perſonam aliàs inhabilem, ſi aliquid operari poſſunt: vt per Aret. in l. Gallus. in §. etiam ſi parente. col. iiij. ff. de liber. & poſthumis. Niſi reſpondeas, prædicta non procedere fauore publico ſeu propter vtilitatem publicã, per ſupra alleg. & ea quæ ſcribit Aret. in dicta l. qui ſeruum. colum. fin. Facit etiam pro opi. Dec. deciſio Bart. not. per illum text. in l. item in poteſtate. ff. de his qui ſunt ſui vel alien. iur. Si ſtatu-
8 tum dicat, † quòd ſi quiſpiam aliquem de petra ſancta vel de filiis eorum cœpit, habeat mille, captus fuit vnus baſtardus, vtrum capiens præmium habere debeat? certè nõ, quia intelligit̃ de legitimis, & ſpurius filius dici non debet. §. finali. in authen. quibus mod. natu. effic. ſui. quamuis Alexan. ibi in apoſtil. ad Barto. dicat in oppoſitum facere prællega. §. vtrum. cum ibi notat. per Barto.

Doctores tamen communiter ſequuntur doctrinam Barto. in d. §. vtrum. & prædictas deciſiones. vt p Alexan. Iaſ. & alios in d. l. ſi filiusfamil. Aret. in prællega. l. qui ſeruũ. Dec. in ca. quæ in eccleſiarũ. col. vj. de conſtit. Aquen. in l. prima. in §. nuncia. col. ij. ff. de noui oper. nun. Barb. in ca. cùm ſit generale. colum.
9 xxxviij. de foro cõpe. vbi † limitat data habilitate ſubiecti: exēpli gratia, in crimine ſimoniæ nõ curatur de inhabilitate fauore publicæ vtilitatis, ideò infamis & inhabilis accuſat. laicus tamen non iudicat, qa ratione ſubiectæ materiæ inhabilis eſt, & iudex eſſe nõ poteſt criminis merè eccleſiaſtici, vt ibi per eũ. Sequitur etiam prædictam doctrinam, Corn. in conſi. clij. lib. j. declarando & limitando vt prædicta videlicet, procedant iuxta terminos d. §. vtrum. in præmio & in materia de ſe fauorabili, cũ non incōueniat ſtatuto orenſi fauorē præbere propter vtilitatem publicam: ſecus dicit eſſe in pœna. & ꝙ propterea tale ſtatutum pœnale non comprehenderet forenſem, maximè ignorantem pœnalem diſpoſitionē ſtatuti.

Adde

Adde etiam prædictis Bald.& Alex.
in l.ſi ab hoſtibus.in §.ſi vir vxorē.
ff.ſoluto matr.vbi dicūt, quod ſtan
te ſtatuto, quòd occidens aliquem
de certis bannitis puniatur in dimi
dia illius pœnę qua puniretur, ſi oc
cidiſſet non bannitum, quod occi-
dens vnum de dictis certis bānitis
non habebit centum à ſtatuto or-
dinata occidenti bannitū. Nec ob-
ſtat §.vtrùm.cū doctrina præalleg.
quòd ſtatutum generaliter loquēs,
& publicam vtilitatem cōcernens
non recipit reſtrictionem de habili
tate: quia reſpondet Alexan. quòd
ibi actus ſerui arguentis occiſores,
ex toto licitus erat: nimirùm ſi ſer-
uus aliàs ad libertatē inhabilis eo
caſu libertatis pręmium conſequit
fauore publico, vt delicta punian-
tur: ſed in quæſtione prædicta occi
dens vnum ex dictis bannitis ex to-
to licitè non faciebat.patet, quia in
dimidia puniebatur: ideò nimirū
ſi præmio condonari non debet: vt
ibi etiam per Aret. in vlti.col. dum
ait pro occiſione in caſu prædicto
non tolli pœnam ſtatuti, ſed dimi-
nui: ideò nimirum ſi præmium cō-
ſequi nō debet.& certè tunc ſumus
in claris vbi cōiecturis nō eſt opus.
l.continuus.§.cùm ita.ff.de verbo.
obliga. Aliter etiam limitat tex. pręalleg.§.vtrum. & concluſionem ſu-
pra factā Iaſ. in l.alienam. col.j.C.
de procu. vt procedat vbi agitur de
vtilitate publica principaliter, ſe-
cus ſi ſecundariò, vt in d.l.alienam.
& l.exigendi.C.eod.titu. iunct.l.ſer
uum quoq;.in §.publicè.ff. de pro-
cur.* quaſdam alias notab.deciſio-
* nes per tex.dicti verſ. hi qui.cū pręallega.ponit Bald.Nouell.in tract.
dotis, fol.22. in 48. ſpeciali.] Vide
etiam Areti. in dicta.l.qui ſeruum.
col.ij. determinantem poſt Bald. &
10 Anchar. quòd † ſi ſtatutum defert
præmium capienti bannitum, tale
præmium conſequi debebit etiam
bannitus capiens alium bannitū:
quia fauor publicus non recipit re-
ſtrictionem de habilitate. Et licèt
Dyn.& nonnulli alij contrariū ſen-
tire videantur, ponendo exemplum
de ſtatuto permittente occidi ban-
nitum, quod non comprehendit fi-
lium ad occiſionem patris bāniti:
reſpōdet Aret. doctrinam pręalleg.
ex §.vtrum. deſumptam, procedere
regulariter ſaltem quò ad tollendū
effectū iuris poſitiui, quod faciliùs
tollitur quàm ius naturale. §. ſed
naturalia.inſtitu.de iur. natu.& li-
cèt occidens ſit bannitus, non tamē
reperitur ſpecialiter ab actu prædi
cto prohibitus, ideò nimirùm ſi fa-
uore publico includitur in genera-
li ſtatuto, per prædicta. Non obſtat
inductio & ponderatio Decij ad d.
§.vtrum.quia reſpondeo quòd imò
probet optimè concluſionem præ-
dictam, quòd propter vtilitatem pu
blicam ſermo non reſtringitur ad
habiles.ibi enim propter legē adie-
ctam in alienatione ſerui ne manu
mitteretur, ſeruus erat inhabilis ad
libertatem adipiſcendam: ideò nō
videbat includi in generali diſpo-
ſitione legis libertatē pro præmio
dantis ſeruis qui necē defuncti vin
dicarunt, & tamen contrarium ibi
dicitur propter vtilitatem publicā,
ergo propter eā etiā aliàs inhabiles,
includunt ad pręmiū à lege datū.

Inuenio

Inuenio etiam quoſdam diſtinguere in prędicta materia. Aut quis eſt inhabilitatus à lege, & tunc etiã fauore publicæ vtilitatis ſub generalibus verbis non comprehẽditur, niſi in caſibus à iure expreſſis. Aliquando inhabilitatus quis eſt ab homine, & tunc ſecus, dicto §. vtrũ. Ratio, quia veriſimile nõ eſt quòd ſub verbis generalibus inhabilitatum à ſe comprehendere velit, quia videretur quodammodo factũ ſuũ corrigere, quod præſumendum nõ eſt, quæ ratio ceſſat circa inhabilitatem ab homine. Pro qua diſtinctione faciunt quę ſcribit Curt. in tractatu feud. in tertia parte princ. in vltima columna in diſcuſſione
21 illius articuli, quomodò † ſuccedatur in feudo ſuſcepto pro ſe, hęredibus, & ſucceſſoribus quibuſcunq;. Diſtinguendo aut dictiones illæ generales & geminatæ proferuntur à lege vel à ſtatuto, & recipiunt reſtrictionem de habilitate, ne generaliter intelligendo induceret aliarum legũ correctio: contra l. vnicã. C. de inof. dot. cũ ſimili. Aut proferuntur ab homine, vt in caſu per eum poſito, & non recipient reſtrictionem de habilitate: quia ceſſat ratio correctionis ſuprà conſiderata: ita diſtinxit Bald. in l. finali. columna prima. C. ſine cẽſu vel reliq. & ſequuntur Alexan. Soci. Felin. & alij ibi per eum relati, & latiùs per Ripam in l. quæſitum. in §. ſi quis cũ tutor. col. j. & ij. ff. de priui. cred. *[& Rui. in conſi. cl col. iij. lib. iiij.]

Ex quibus facilè ſolui poteſt cõtrarium. §. finali. d. l. in prouinciali. cum l. ſeq. viſum terribile & inſolubile Iaſon. in dicta l. ſi filiusfa. & in d. l. alienam. reſtringitur enim ibi diſpoſitio etiam pro vtilitate publica edita, ne inhabiles, hoc eſt, per alias leges inhabilitatos cõprehendat, & per conſequens ne ſequatur aliarum legum correctio. Et ſi obijcias de ſupradictis circa reformationem, quòd dans communi tale caſtrum habeat talem poſſeſſionem, vbi diximus admitti forenſem, qui tamen per ſtatutum inhabilitatus præſupponebatur: Reſpondeo cenſeri ibi à generali ſtatuto receſſum per ſpeciale in hoc caſu tantùm, attenditurq; tunc ſpeciale potiùs q̃ generale. Sed in §. finali. dicta l. in prouinciali. cum aliis præallega. ſi diceremus includi etiã inhabiles, neceſſariò ſequeret correctio aliarum legum, quæ loquuntur in eodem caſu, & in eadem materia noui operis nunciationis excludentis inhabiles, quòd foret abſurdum, id circò non includuntur inhabiles. Aliter etiam in prędicto articulo de feudo diſtinguit Pariſius in cap. in preſentia. col. xiij. de probat. ꝙ verba prædicta, & quibuſcunque & c. comprehendunt quemcunq; hęredem modò habilis ſit ad ſeruiendũ etiam ꝙ ſit extraneus: quia aliæ regulę nõ obſtant quin comprehendatur. Si verò non eſt ad ſeruiendũ habilis, vt monachus, fœmina, & aliæ perſonæ imperfectæ, tunc ſecus: per dicta l. j. cum not. C. de ſacro ſanctis eccle. & eſt moderatum temperamentum præcedentis communis concluſionis, quam etiã aliter reſtringere poteris ex his, quæ ſcribit Iaco. de S. Georg. in tractatu feud.

ſeud in verbo, & quibuſcunque, & Felin in tractatu quando literę apoſtolicæ præiudi. pat. eccle. colũ.iij. Quinimò prædicta verba in inueſtitura feudali poſita operantur, vt feudum legari, alienariq; poſſit. vt per Iaſo. & alios in dicto §. nunciatio. & per Decium in cõſil. dclxxx. quamuis in ditione celſitudinis Sabaudiæ ſecus eſſet propter decretũ Ducale diſponens, quòd non obſtantibus prædictis verbis feudum cenſeatur rectum, proprium, ac ſimplex. Itẽ & propter alia verba quæ ſolent in inueſtituris apponi, dum dicitur, de more tamen patriæ capacibus, & tradit Iacobus loco prę allegato.

FINIS.

# REGISTRVM.

1 2 3 4 A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z
Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm Nn Oo.
Omnes ſunt quaterniones præter 4 duernionem.

Venetiis, In officina Lucæ Antonij Iuntæ.
Anno Dñi. M. D. LXVI.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google